Christi conuersis concessum est ab hiis abstinere
ne fidem Christi abhorrerent et quia mater
synagoga uel lex cum honore dedicanda
erat ad sepulcrum unde si gentiles non
abstinerent ab hiis iudei societatem eorum
abhorrerent nec habitarent uiuere cum eis in
domo Consimili causa circumcidit paulus
thimotheum et etiam sacrificauit se secundum
legem Sed postea retractatum est ab
apostolo ad tytum sed ubi dicit omnia munda
mundis Alii dicunt quod omnia ista simpliciter
prohibita sunt et ad semper Sed ibi non
accipitur suffocatum pro quolibet suffocato
neque sanguis pro quolibet sanguine Sed
restringitur suffocatio ad oppressionem que
fit inter homines scilicet qua maior opprimit
minorem forcior debiliorem quod maxime
solet fieri inter gentiles Sanguis etiam
restringitur ad humanum sanguinem qui prohibetur
effundi Sanguis enim in scriptura significare
solet homicidium unde dauid propter homi
cidium uiri dicit uir sanguinum hinc sine
consonat glosa que dicit hec necessaria sunt
sine quibus non est salus preterea noluisse
runt apostoli determinare hec nomine suffocati
ut haberet locum in sensu pro suffocatum et
simpliciter sumptum intelligeretur peccatum non
concessum Aliquando autem in nostris temporibus sum
textus ut locum habeat spiritualis sensus
ad auctoritatem Jeronimi super Ezechiel
que solet hic obiciprocedit dicit quod non comdep
nantur sacerdotes qui comedunt suffocatum
de transgressione quia a suffocato teneantur
abstinere sed tantum de gula et lecacitate
Solent enim uolatilia occidere suffocando
sine iugulando ita quod sanguis non effun
ditur sed remanet intus quia sicut
dicitur ex hoc teneriores et dulciores
sunt carnes Et sic est ibi lecacitas
que non conuenit sacerdotibus xvii c

De impletione totius legis per christum

Apostoli autem hec prescripserant eis non quia
hec sola sufficerent ad perfectam circum
cisionem spiritualem Sed quia in hiis
maxime peccabant ut supra dictum est Et
ideo ab hiis specialiter et precipue eos absti
nere preceperunt Ceteras autem prohibiciones
et precepta legis moralia noluerunt eos
audire in synagogis per singula sabbata
ut paulatim in cognicione et obseruancia
diuine legis proficerent Nam illuc etiam
conueniebant conuersi ex gentibus cum iudeis

gressis ad audiendam legem. Unde post predicta verba subdidit Iacobus: Moyses enim in synagogis per omne sabbatum legitur. Ac si diceret secundum Bedam: preceptorum arbitrate et multitudinem nolumus eos ad plenum conservare et deserere. Sed procedente tempore diu frequentius ad lectionem legis et prophetarum convenient paulatim vite instituta suscipient moralia scilicet ad observandum ceremonialia ad spiritualiter intelligendum. Augustinus contra Faustum libro 10. Sunt enim et precepta vite agende ut illud: Non concupisces; et precepta vite significande ut illud: Circumcides omne masculinum octavo die; que omnia per Christum adimpleta sunt. Lex enim per Moysen data est, gratia et veritas per Ihesum Christum facta est. Nunc enim lex superbos etiam reatu prevaricationis de mortuos augendo peccatum inbebat quod implere non poterant ipsius legis impletur iusticia per gratiam spiritus in eos qui discunt a Christo esse mites et humiles corde. Prophecias autem adimplevit cum in eo facta sunt vitas promissio dei. Quotquot enim promissiones dei in illo sunt ut ait apostolus. Item ipsa legis universa prophecia que non tantum verbis sed etiam quarundam actionum figuris salvatorem promittebat adventum veritas facta est per Ihesum Christum. Cuius adventu iam regnum dei cepit annunciari quia lex et prophete usque ad Iohannem. Lex ut reos faceret qui desiderarent salutem, prophete ut promitterent salvatorem. Quod ideo legis umbre cessaverunt quia veritas impleta est. xiiii.

Proinde tu queris circumcisio non circumciditur[2] quare si Christus non venit legem solvere sed adimplere. Audeo ymo propter hoc iam non circumciditur quare quod exspoliacio carnalis generationis que illo facto figurabatur iam Christi resurrectione adimpleta est. Et quod nostra resurrectione future est baptismi sacramento commendatur. Ut iam neque penitus auferri debuit nove vite sacramentum quia restat in nobis adhuc futura resurrectio mortuorum et ut nichilominus tamen id circumcidente baptismo debuit commutari quia iam factum est quod nunquam factum erat ut future vite eterne in resurrectione Christi nobis preberetur exemplum. Sabbati ociumnon observatur quia iam in illo preceptum habemus sabbatum. Qui dicit venite omnes qui laboratis etc. Et invenietis requiem animabus vestris. Carnium taborum iam non observatur quia que illis

figuris prophetabatur Christus implevit non admittens ad corpus suum quod iustus suis ad vitam eternam predestinavit quidquid per ista animalia in moribus hominum significatum est. Animalium sacrificia iam non offeruntur quia que talium verum figuris prophetabantur in immolatione carnis et sanguinis sui Christus implevit. Azima iam non observatur quare quia quod ista figura prophetabatur expurgato veteris vite fermento novam vitam demonstrans Christus implevit. De carne agni iam non celebratur pascha quia quod ista figura pronunciabatur Christus agnus immolatus sua passione implevit. Neomenias non celebrat quia celebratio none hinc nova creatura signabat. De qua dicit apostolus: Ecce facta sunt omnia nova. In iudiciarum baptismata non observantur quia iam venit Christus consepelivit nos sibi per baptismum in mortem etc. Scenophegiam non celebrat quia tabernaculum dei fideles eius sunt in quibus caritate sociatis et quoddam modo habitare dignatur quod illa figura promittebatur. Ita fit ut omnia que ex illa scriptura sacramenta promittantur non observant christiani que ea Christus complevit sacramenta potius reperiantur. Non observant christiani quia ea Christus implevit. Ipsa quippe talium figurarum observacio prenunciacio Christi fuit dictum. Sequitur.

De impletione ceremonialium xv.

Ita quidquid in lege ceremoniale precipitur in Christo spiritualiter impletur aut in capite aut in membris. Unde iam veritate propalata litteralis eorum observantia reputatur ydolatria dicente apostolo ad Galathas: Ecce ego Paulus dico vobis quia si circumcidemini Christus vobis nichil proderit. Ubi etiam dicit glosa quod non est levior servitus legis quam ydolatria sed aut ideo quia tempus eorum transierat quo deus per ea se colendum statuerat. Unde deceteto iam cassa et vana penitus in illo innavare potuit suos observatores sicut nec ydola suos cultores. Et ob hoc omnino nulla spes in eis erat ponenda sed tamquam superstitiosa ut sic per hoc etiam periculosa penitus erant abicienda. Propterea dicit ibidem apostolus: Testificor omni homini circumcidenti se quod debitor est universe legis faciende. Quod intelligitur de illis qui ideo circumcidebant se quia spem ponebant in circumcisione quibus etiam dictabat conscientia quod omnia

legalia integraliter erant seruanda vn(de) constancia licet cironca ligabat eos ita quod si inde aliqua omitterent peccarent propter constanciam. Similiter etiam obseruando ea peccabant et ita perplexi erant. Sed tenebantur deponere errorem sicut illi qui non contemptu sed ex ignorancia xpistum crucifixerunt putantes obsequium se prestare deo. Tempore vero medio inter legem et gracie reuelacionem licitum erat ea seruare propter vitandum scandalum iudeorum ut supius dictum est. Hec de cerimonijs legalibus dicta sunt que neminem iustificabant quia nec ad hoc institute sunt sed date sunt iudeis duris et infla gellum rudibus in pedagogum prefig(urationem) aut in signum.

De completione moralium preceptorum in ewangelio xvi

P(ro) moralibus preceptis que semper insistant et incommutabiliter permanent dicit dominus in ewangelio: Nisi habundauerit iusticia vestra etc. Et ideo mandata xpi grauiora sunt quam mandata moysi. Nam et si difficilius sit in se non irasci quam non occidere, non concupiscere quam non mechari, tamen iugum xpi leuius est quam onus moysi propter tria scilicet propter fomitis debilitacionem per graciam confirmantem, propter auxilium sacramentorum, propter apta doctrina, propter promissorum eternitatem, propter exempla xpi et sanctorum, propter hostis alligacionem. Mandata autem moysi dicimus grauiora non tantum propter defectum horum auxiliorum sed etiam propter pene crudelitatem et accelerationem quia statim absque mora puniebatur transgressor et etiam propter cerimonialium multitudinem. Et de hac dicit petrus in actibus: Quid temptatis inponere iugum etc. Et nota quod eadem est perfeccio in lege que in ewangelio ut dicit Aug(ustinus). Sed multa que in lege obscure precepta sunt propter inperfectionem populi cui dabatur quia non subito poterat ascendere ad perfectionem iusticie in ewangelio explanantur. Et gracia reuelata lex spiritualiter intellecta cohibebat manum et animum. Sed ideo dicitur cohibuisse tantum manum quia moyses ut homo puniebat manum quam videbat non animum quem non videbat. Xpus autem deus est et ideo in ewangelio tam de cogitationibus quam de actionibus peccatis penam determinat. Ideo dicit glo(sa): Quod mandatum xpi non est contrarium legi sed latius legem in se continens sicut quam intelligerent eam pharisei qui non intelligebant ibi prohibita nisi opera homicidij uel fornicacionis uel huiusmodi. Unde etiam dominus ait: Non veni soluere legem sed adimplere. Summa vero nota quia xpus legem impleuit septem modis. Primo moralia seruando sicut ipsemet dicit in ewangelio: Ego que placita sunt ei facio semper. Et etiam cerimonialia quia circumcisus est baptisatus oblatus in templo et huiusmodi. Item moralia explanando que pharisei male intelligebant. Item consilia preceptis addendo. Item figuras legales cessare faciendo et veritatem exhibendo quam promittebant. Item nobis graciam conferendo qua moralia possimus implere que non poterant implere timore propter quod omnia dicitur lex per moysen data est etc. Tercio secundum Augustinum pertinet ad moralia id est ad caritatis plenitudinem ut sit ad umbrarum cerimonialium reuelacionem. Impletur autem lex utroque modo scilicet cum fiunt que ibi precepta sunt scilicet moralia per graciam et cum exhibentur que ibi prefigurata sunt scilicet cerimonialium significata per veritatem ewangelicam. Item vii modo implet xpus legem et implet cottidie ut dicit Aug(ustinus) contra faustum. Qui cum inquit etiam sub gracia positis in hac mortali vita difficile est omnino implere quedam legis precepta ut est illud: Non concupisces, ipse per verbum sue satisfactionis sacerdos factus impetrat nobis indulgenciam etiam sic legem adimplens ut quod ex infirmitate nostra minus implere possumus eius perfectione recipiemus cuius capitis membra facti sumus. Et itaque rota in medio rote id est vetus testamentum in nouo et econuerso. Nouum in veteri continetur ad prefigurationem siue prenunciacionem et intellectum spiritualem. Vetus in nouo continetur ad expositionem. Aug(ustinus) contra faustum libro quinto etc.

De immutacione veterum sacramentorum in noua xvii

In nullum [recta] autem nomen religionis siue verum siue falsum coagulari possunt homines nisi aliquo signaculorum uel sacramentorum visibilium colligentur. Quorum scilicet sacramentorum vis valet plurimum et ideo contempta sacrilegos facit. Impie quippe contemnuntur sine quibus non potest perfici pietas. Proinde prima sacramenta que obseruabantur et celebrabantur ex lege prenunciata erant xpi

ventura que cum suo adventu xpistus im
plevisset ablata sunt et ideo ablata
quia impleta. Et alia sunt instituta
virtute maiora utilitate meliora actu
faciliora numero pauciora tamquam iusticia
fidei revelata et nobilitate vocatis fi
liis dei iugo servitutis ablato quod duro
et carnali dedito populo congruebat. Ver-
um tamen quedam legalia retinuit
ut thurificationem non tamen significat
quia quod semper faciendum est. Pari
namque ratione et illud de carne porcina
non comedenda retinuisset sed quoniam
ipsa litteralis observancia moralis est
quod innuere non est importuna carne
vel in suffocato et sanguine. In thurificatione
namque deus honoratur sicut in magni
tudine ac pulchritudine templi materialis
per que significantur magnitudo et pulchritudo
templi spiritualis id est regni celestis vel
etiam ecclesie militantis que maior est ut ait
Augustinus toto mundo non corporis distinctione
sed potestate et virtute. Tymiama vero
non retinuit ne iudaizare videatur. Et
quia facilius intensum quid significat
reperitur quod ille species aromatice de quibus
tymiama conficiebatur. Unctionem quoque
retinuit sed non eo modo quo lex ute
batur. Ille enim oleo sancto materiale ta
bernaculum ungebatur. Hic autem crismate
sancto xpisti tabernaculum spirituale inungitur
id est homo ipse cum baptizatur.

De numero sacramentorum nove legis xviii

Venit ergo magnus ille medicus
scilicet samaritanum designatus
ad genus humanum quod ubique
iacebat egrotum eique oleum et vinum
id est austeritatem comminacionum ac blan
dimenta promissionum infudit et eius
vulnera preceptis et sacramentis salu
taribus alligavit. Septem namque sacramentis
nove legis omnibus nobis attulit causas
salutis spiritualis. Cause et enim salutis
spiritualis non sunt nisi quatuor sicut et quatuor
corporalis scilicet curativa conservativa preservativa
meliorativa. Curativa duplex est. Que
dam enim totaliter et simul curat ut bap
tismus scilicet culpa et pena omnino delens
quicumque ipse est. Quedam vero paula
tim ut penitentia. Conservativa est confirmatio
In hac enim datur spiritus ad robur et ad
conservationem gratie que data est in baptismo.
Preservativa est matrimonium in quo concupis
centialis in ruinam prona turpitudinis
excipitur honestate impetrat ne ruat
in mortale peccatum. Meliorativa est ordo in
quo gratia melioratur et augmentatur
et etiam extrema unctio quia hominem
in meliori statu ponit et sanctiorem red
dit. Est etiam medicina quedam predictas
quatuor sola faciens scilicet eukaristia quia
et venialia curat et a reis animam pre
servat gratiam quoque conservat quia panis
cor hominis confirmat et etiam gratiam
augmentat. Potest etiam dici quod est me
dicina reassumptiva que baptizatis datur
ad reficiendum animam sicut corporaliter
curatis datur electuarium confortativum
unde et reducitur ad curativam. Sciendum
autem quod cum sacramenta iustificare dicun-
tur quod continenti est contento attribuitur. Gratia
namque in eis contenta iustificat. Non
ergo iustificant tamquam causa efficiens
sed tamquam materialis. Sunt enim quasi
que dum simul de sanant animam. Sicut
et vasa que corpus. Unam corpus sanat
deus auctoritate medicina effective
dicta conservativa vas medici sicut pro
gentive. Medicus autem ministro. Sic et
deus animam iustificat auctoritate gratia
vero ut medicina morbum expellens
impletio mandatorum tamquam dicta
sacramenta quoque tamquam vasa medi
cinalia. Sacerdos autem tamquam minister. Non
est tamen omnino simile de sacramento et de
pixide. Sed simile penitus esset si una
tantum pixis esset in qua daretur medi
cina vel si daretur mala non prodesset
sicut baptismus si daretur malis liquor
quamvis magna non prodesset. Quid autem
sit sacramentum ostendit Augustinus dicens
Sacramentum est sacre rei signum.
Item Sacramentum est invisibilis gratie
visibilis forma ut species panis et
vini que sunt sacrificium visibile sig
nant invisibile corpus xpisti quod est
sacrum ecclesie. Quedam sacramenta sunt
necessitatis et quedam voluntatis. Necessitatis
sunt hec v. baptismus confirmacio eukaristia
penitentia extrema unctio. Voluntatis non
sunt hec duo ordo et matrimonium. Item quedam
sunt in quibus confertur gratia ut predicta
necessitatis et ordinis. Alia in quibus
non ut matrimonium. Effectus sacramentorum
est ut talia sint cuilibet qualis ipse
accedit id est bonis bona et malis ac
fictis mala scilicet occasionaliter. Bonis sunt
ad salutem malis ad iudicium. Ideo
dicimus quod sacramenta non debet

conferri peccatoribus nisi penitentibus hoc
aut intelligas de peccatis manifestis nam
propter occulta non possunt alicui negari
sacramenta nisi premonitionem secreta
vel publice ingeste fuerint De institutione
et potestate baptismi sequitur xix

De institutione baptismi xpi
quando cepit varie sunt opiniones
Alii dicunt tunc institutum esse
cum nichodemo dominus ait Nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto
etc. Alii cum apostolis dixit Ite docete omnes
gentes bap. in nomine p. et fi. et s. s. etc.
Sed hoc dixit post resurrectionem eius quos
ante passionem binos et binos miserat
ad predicandum in iudea et ad baptizandum
dicens In viam gencium ne abieritis
Iam ergo institutus erat baptismus quia
baptizabant simul et predicabant Si
vero queritur etiam qua forma tunc
baptizaverint Sane dici potest in nomine
trinitatis scilicet in ea forma in qua baptiza-
verunt postea gentes que ante passionem
potest intelligi fuisse tradita licet non
sit scriptum Commodius ergo dicitur institu-
tio facta quando xpus a iohanne bapti-
zatus est in iordane non quia mundari vo-
luit cum sine peccato fuit sed quia con-
tactu munde carnis sue vim regenera-
tiuam contulit aquis ut qui postea
immergeretur invocato nomine trinitatis
a peccatis purgaretur. Tunc igitur institutus
est baptismus xpi in quo trinitas cuius
nomine tunc innotuit Intus homines
baptizat Celebratur autem hoc sacramentum
tantum in aqua ut intelligatur quod sicut
sordes corporis ac vestes abluit ita
baptismus maculas anime sordes et
viciorum abstergit vel ideo ut nullum
inopia excusaret quod posset fieri si in
vino et oleo fieret Quod aqua signatur
que de latere xpi manavit sicut sanguis
alterius sacramenti signum fuit Successit
igitur baptismus xpi circumcisioni duabus
de causis Prima est quia maior cu-
mulus gratie significatur et datur per
baptismum quam per circumcisionem cir-
cumcisio enim iniquitatum circumcisio non
signat nisi remissionem peccati sed bap-
tismus signat remissionem peccatorum
et infusionem gratie et extinctionem mun-
dane et humane cupiditatis aqua
enim abluit et reficit et extinguit
Secunda causa est quia communior est bap-
tizantur enim tam mares quam femine et
non circumcidebantur nisi mares Multi-
plex autem est potestas baptismi potestas mi-
nisterii excellencie in nominis auctoritatis
cooperationis potestate ministerii dedit deus
sacerdotibus et etiam omnibus hominibus in articulo
necessitatis potestas excellencie intelli-
gitur qua secundum meliorem baptistam melius
datur baptisma Et de hac intelligit
quidam quod dominus potuit eam dare ho-
minibus sed non dedit ne spes poneretur
in homine et ne tot essent baptismi quot ho-
mines vel plures Alii vero intelligunt
de potestate invocationis Potuit enim dominus
dare petro ut ad invocationem nominis
petri fieret baptismus hoc enim esset com-
maiestate divina De essencia et nomine
De essencia baptismi xx
Quid vero baptismus nobis videtur
quod nec sola aqua abluens
vel aque ablucio est baptismus nec solus
caracter sed illa duo Ita quod utrumque sit
unus baptismus et unum sacramentum
ab unitate gratie signate licet diversa
sint secundum essenciam Sicut in sacramento
eucharistie forma panis et vini et
ipsum verum corpus xpi Nec valet hoc
argumentum aqua abluens transit ergo non
est baptismus licet enim transeat in genere
aqua abluens tamen manet in genere ca-
racter Si obicitur quod caracter non est baptismus
cum non sit visibilis forma dicimus quod
non oportet quidquid est in sacramento
esse visibile forma sed sufficit quod
secundum aliquid sui sit visibilis forma
sit baptismus secundum aquam abluentem
Dicitur autem tamen est signum caracter dicitur
quod hominibus et angelis Sed hominibus est
inintelligibile non visibile Dicimus etiam
quod angeli indigent illo signo Non enim
vident omnia in speculo eternitatis sed
vident ibi omnia sibi subiecta scilicet celum
et terram et similia Ea vero que sunt
in libertate liberi arbitrii non vident
nisi eis ostendantur per gratiam quia anima
humana quantum ad liberum arbitrium non est
subiecta angelo sed equaliter et quasi in
inmediate se habet ad deum Caracter ille
cum sit illuminatio sicut dicit Johannes
damascenus passibilis est qualitas
anime illuminans sine desinere et est causa
materialis gratie preparat enim et habilitat
animam ad susceptionem gratie et phisice quod
est sigillum est certitudo quod anima

habebit gratiam nisi pro parte stetit / sicut
sigillum cerei est etiam in cera et licet tamen dicendum
est quod habebit prebendam // Sciendum
autem quod triplex est baptismus fluminis
scilicet qui fit in aqua / flaminis qui fit per spiritum
purificantem / Sanguinis qui fit in sanguine
per martirium Sed proprie baptismus est tinc-
tio in aqua verbo vite sanctificata Sicut
enim pannus tinctus in aliqua pretiosa co-
lore pretiosior redditur quam prius erat
Sic anima in baptismo fluminis tincta
per caracterem vel gratiam ad similitudinem
notavit deus passionem suam baptismum
Tincta enim sunt eius tunc in sanguine
suo et post hoc pretiosior facta sunt pretium
nostre redemptionis et post hoc preberunt ad
gloriam nostre resurrectionis Cum ergo
baptismus flaminis et sanguinis non sint baptismi
nisi per similitudinem solus baptismus
fluminis imprimit caracterem

De forma baptismi // xxi

Ad formam baptismi
requiruntur tria scilicet forma verborum
et intentio baptizandi et elementum
aque forma verborum hec est Ego
baptizo te in nomine p. et f. et s. s. Queritur
utrum verbum baptizandi sit de essentia
verborum que requiruntur dicimus quod sic verba
enim ista In nomine p. et fi. et s. s. ad multa
se habent scilicet ad signandum ad benedicendum
ad baptizandum Baptismus autem sacra-
mentum necessitatis est Et propter hoc necesse
est baptizantem determinatam intentionem
habere et expressam ne evagetur animus
ad alia Sed intentionem baptizandi quam
habet verbo exprimat dicendo / Baptizo
te De quantitate aque dicunt magistri
quod in necessitatis articulo sufficit aqua
tanta in qua possit intingi pars principalior
corporis scilicet caput quo abluto in tali arti-
culo si puer non sit totus natus sed adhuc
caput quod baptizatur baptizatus reputatur
vel si postea totus nascatur ulterius et
dubitetur an sit baptizatus remedium
habemus Baptizandus enim est quia non
dicitur iteratum quod dubitatur esse
factum // Queritur postea de substractione verborum
utrum baptismus sit si tantum sic dicatur Bap-
tizo te in nomine patris videtur quod sic quia
in primitiva ecclesia fiebat sic baptizo te
in nomine Christi ut habetur in actibus So-
lutio non est baptismus si tantum dicatur Bap-
tizo te in nomine patris Baptismus tamen
fiebat in nomine Christi duabus de causis
Prima est ut nomen Christi quod erat
incognitum hominibus fieret celebre et
amari Secunda est quia hoc nomen Christus
dat intelligere totam trinitatem Christus enim
interpretatur unctus Unctus autem dat intelli-
gere unctam personam i. filium et personam
ungentem i. patrem et ipsam unctionem
i. spiritum sanctum Sed hoc nomen patris non sic est quia
hoc non est simile Tamen si sacerdos simp-
lex ita dicat Baptizo te in nomine patris
et hoc dicto obliviscatur vel puer moriatur
tunc fit verum baptisma Summus enim sa-
cerdos supplet quod pie inceptum est a minori
sacerdote // Queritur postea de additione
utrum scilicet sit baptismus si dicatur sic Bap-
tizo te in nomine patris et filii et spiritus
sancti et beati petri Et dicunt quod si illud vel
tantum addat aliquis ex sola devotione
non intendens illud esse de essentia
forme verborum baptismus est Si vero cre-
dat illud esse de essentia et propter hoc
illud agat non est baptismus // De corru-
ptione verborum similiter queritur utrum sit
baptismus si aliquis dicat ita Bap-
tizo te in nomine patria et filia et spi-
ritu sancta videtur quod sic quia si aliqua vetu-
la ex simplicitate corrumpat formam
verborum corruptio huiusmodi non impedit quin
sit baptismus quod concedunt magistri
si retineantur sillabe principales / Sed
quanta autem corruptio de [illegible] impedimentum
incipiat non est [illegible] hominis declarare
Sed si ille qui corrumpit verba intendit
introducere heresim non est baptismus
non propter corruptionem verborum sed quia
non habet intentionem baptizandi que
necessaria est ad baptismum Sequitur

De intentione baptizantis xxii

De intentione baptizantis dici-
tur quod si dubitatur an factum sit in-
nitate [?] an cum intentione baptizan-
di tunc invocandum est divinum auxilium
secundum Augustinum Sed si certum sit quod totum
in mimice [?] factum est baptizandus est Pono
si primus non credat nec sacerdos cum
constet de primo quod non credit tamen sacer-
dos intendit facere quod facit ecclesia et
utitur forma debita baptismus est quia fit
in fide ecclesie Unde sic intelligendum
est quod ait Augustinus non quia dicitur sed
quia creditur i. quia fit in fide cre-
dentium Item etiam si nullus crederet
et tamen aliquis uteretur forma debita
verborum et haberet intentionem faciendi quod
consuevit ecclesia baptismus esset Intelligendum
est ergo verbum consuetum sic quia creditur
i. quia fit in fide credentium i. in ea
fide qualem solet habere ecclesia vel haberet

si esset Nobis no videt q nec duo
nec tres seu reges seu demones pos-
sunt destrue fidem unilis. Sz td
ecca pt destrue fidem plibitate arbi-
trij unde no est necessariu militante
ecciam fore utilitate totali sine utilitate
vel et est simile inuniusalibus Dicit
eni q necessariu est vniusalia esse
sicut hominem sed no necessitate ptinu
lari Nullus eni spalit pt face q nullus
homo sit Omnes tamen insimul sumpti
possunt face q nullus homo sit//
possunt eni omes se obligare ad hoc
ut nullus gnet de cetero De baptismo

In baptismo puulor //puulor xxiij
considerando sunt tria s antecedencia
que sunt ordines quas dicit sacerdos
et exorcismus et cathecismus Est aut
exorcismus idem q adiuracio qua sacer-
dos adiurat demones Exi ab eo spc
immunde Et dicunt multi q per exorcis
expellitur dyabolus no quantum ad pena
sed quantum ad hoc q no ht ptatem no-
cendi puulo corporalit Alij dicunt per
supositionis quod quantum ad diminucionem
pcti unde dicebat q si puulus stat
decedet post exorcismum in ores te-
nebras patet quam si no esset ex-
orcisatus et magis peret de luce
spuali Nob ... videt q exor-
cismus et cathecismus et salis linicio
duabus de causis fiunt Prima est ppt ho-
norem et sollempnitate baptismi
Secunda est ad intellectiua eorum que fiunt
baptismus Salis eni linicio signat
discreciones que dant in baptismo
unde sicut lumine cum ponit in manu
puuli no illuminat pp hoc aia Sed per hoc
signa q aia illuminat spuali in baptismo
Sic per exorcismum no expellit dyabolus
sed significat expellendus Est aut
cathecismus idem q instructio baptizandi
de articulis fidei Nam in primitiua
eccia adulti baptizabant sed ante
instruebant fide et baptizabant
in sabbato pasche ad signand q per baptismum
resurgunt baptizati a morte pcti
ut in sabbato penthecostes ad signand
quod per baptismum datur spus scs
Igit ut ondat unius esse baptismi
fit etiam modo sic in puulis licet q
dum sunt puuli no sunt susceptibiles
discipline Et cu primus videt Credo
et volo baptizari Rndet pro puulo
Sed in ppne loquit Et est sensus

Iste puulus paratus est suscipe fidem et
baptismum Obligat eni se patrinus
ad hoc ut cu adulta etate peruenit puu-
lus instruat ipm de articulis fidei
et qualit abrenunciare debet dyabolo
et omnibus pompis eius Dicimus ergo
quod licet puulus no credat tu bap-
tizat in fide pntm ul ecce Sicut eni
pctm no habet a se sed ab alio Sic no mun-
dat per fidem ppam fidem dico motam
sed per fidem alterius Cathecismus go no est
ppe sacramentum sed sacramentale sicut
exorcismus Sed exsufflacio qua facit
sacerdos sacramentum est et signt quod
per spus sancti flatum exsufflat ptas
dyabli Simil salina sacramental est
et significat sapiam diuinam De effectu

Credimus aut //baptismi xxiiij
quod puulis in baptismo dant
virtutes et quod adultus cooperat
ad sui mundacionem Credit eni pmo libo
arbitrio ut postea credat per fidem et sic
mundet Puulus aut nichil cooperat sed per
solum baptismum recipit fidem per qua
mundet Ht aut fidem inhitu sed est
habitus quidam ppinquior actui et
quidam remotus et quidam explicitus
Itaque sicut simplex vetula fidem habz
implicitam de quibusdam articulis sic
iste cum venit ad annos discrecionis
fidem hebit sed inhitu implicato et re-
moto abactu s aliqua lcm explicatoe
credit inactu Baptismus quidem actua-
le pctm tollit totalit no tamen origi-
nale totalit quia no quantum ad penam
Aliqui eni q minus est maiori est co-
herere Sicut gra mortalia pcta expellit
no tamen venialia que difficilime se-
pant cum quibus etiam decedit homo
iustus Itaque baptismus no auffert mor-
tem corporalem et alias hmoi penas
quibusque de causis Quarum pma est humili-
s ut pmiseriam humiliet qui per suppbia
cecidit unde iob Sagitte dni in me
sunt quarum indig. e. s. in. i. supbia
Secunda causa est incussio timoris ut
homo attendens seueritate virge dni
timeat se agladio .i. apena inferni
unde sequit Et terrores dei militant
contra me Tercia causa est stimu-
lacio unde mosee Sn in funiculis ade
traham illos et in uin. caritatis Pcta
ut homo attendens huius vite miseria
teneat querere meliorem ecctiam ne ho-
mines magis appeterent baptizari ppt

vitam corporalem quam propter spiritualem Dicit
autem Apostolus quod sine penitentia sunt dona
dei scilicet que donat spiritus sanctus in baptismo
Sed contradicit auctoritas Aut homo
punit aut deus punit Ideo dicendum
est quod baptismus efficaciam suam ha-
buit a passione christi omnibus baptizan-
dis quia ut dicit ysaias Disciplina
pacis nostre super eum Et ipse peccata nostra
id est penam pro peccatis nostris pertulit in corpo-
re suo super lignum Sicut dicit beatus
petrus Si ergo decedat iste statim post
baptismum evolabit quia per contritionem
precedentem baptismum cum passione domini
sufficienter punitus iudicatur a bonitate
dei Et dicimus quod corpus christi in se
dignius et efficacius est quam baptismus
sed non sequitur quod sit efficacius in quantum
sacramentum nec etiam eukaristia insti-
tuta est ad tollendam penam sed est
sacramentum unionis Baptismus
vero est sacramentum renovationis
unde aufert omnem vetustatem tam
culpe quam pene quod non eukaristia
Nota quod passio christi aperuit ianuam
paradisi per satisfactionem et pretium meritorium
et universalem omnibus baptizandis Bap-
tismus autem aperit pretium efficientem singu-
larem in istum cum hominem singularem
facit evolare Ascensio vero christi aperuit
pessum De baptismo etiam hereticorum non
sacramento iterando xxv

Siquis facit iniuriam qui dicit ipsum
pollui per pollucionem ministrorum
Dicimus tamen quod baptisma hereticorum
facit quosdam filios dei ut parvulos
quosdam vero non ut adultos qui im-
buti sunt errore hereticorum tamen verum
baptisma recipiunt unde si redeant
ad unitatem ecclesie non sunt rebaptizandi
quia ut dicit Augustinus Sanandum est quod
vulneratum est non curandum est quod sa-
num est Sani autem sunt heretici quantum
ad illud in quo conveniunt cum ecclesia
scilicet quantum ad baptismum Si vero he-
retici parvulos baptizent dicuntur illi filii
ecclesie non quod eos deus genuerit de
ecclesia que est legittima sponsa sua
sed quod de heresi tamquam de ancilla
ad opus ecclesie Ecclesia enim suos reputat
quoscumque generat deus sive per illos qui
sunt de ecclesia sive per hereticos sive per
paganos Unde magister dicit inquit ad an-
cillam meam etc. Baptisma igitur hereticorum
facit remissionem peccatorum et ibi est spiritus
sanctus non in hereticis sed in sacramento
suo id est spiritus sanctus quantum in se partis
est dare gratiam suam per baptismum vel
recipientem stetit Consiliator autem
assignat causas quare baptismus non
iteratur Prima est quia cum baptismus
deleat culpam et omnimodam penam
si iteraretur discurrerent homines per campos
licentie usque ad extremam vanitatem
in qua facerent se rebaptizari et sic
statim evolarent propter hoc instituit deus
ut unicus esset baptismus Secunda
est allegorica Baptismus enim habet effi-
caciam suam a morte christi que unica
est Tertia ne fiat iniuria baptismo
karacter enim baptismalis perpetuus est
remanet enim et in hereticis et etiam
in dampnatis in inferno unde non est
simile de eukaristia quia corpus christi
non remanet perpetuo in homine nisi quam-
diu forma panis durat Ideo non fit
iniuria eukaristie si iteretur De acce-
dentibus ad baptismum recte vel ficte

Non est autem necesse quod xxvi
adultus accedat ad baptismum
contritus vel fictus potest enim
accedere attritus et dolens de peccatis
et tunc per virtutem baptismi ei dimit-
tuntur Si vero accedat contritus tunc
iam habet fidem spem et caritatem
et dimissa sunt ei peccata quantum ad culpam
Baptismus autem sequens augmentat in eo
gratiam et tollit penam id est omnem satisfac-
tionem exteriorem interiorem tamen non Sacra-
mentum quidem et rem simul suscipiunt omnes
parvuli qui in baptismo ab originali mun-
dantur peccato Adulti quoque qui cum fide
baptizantur Qui vero sine fide accedunt
vel ficte sacramentum non rem suscipiunt
Qui autem effectum dat sacramenti pro nomine id est
et si non sacramentum rem tamen percipiunt
Nec tantum passio vicem baptismi implet
sed etiam fides et contritio ubi neccessi-
tas excludit sacramentum ficte acce-
dens suscipit baptismum Sed non effectum
baptismi quamdiu durat fictio Re-
cedente vero fictione baptismus
effectum suum habet id est facit quod prius fe-
cisset si fictio non impedivisset unde delet

totaliter omnia peccata que habebat iste ante baptismum sed non delet illa que fecit post inscienter ad culpam quia non est institutus ad delendum peccata futura sed tantum preterita et presentia Et etiam si ita esset videtur iste dolus fictionis provocari constat enim quia si non ficte accessisset omnia sequentia peccata post factum nequaquam in eo totaliter deleret Itaque de illis que fecit ante baptismum non est ei iniungenda pena satisfactoria Baptismus enim non exigit gemitum neque planctum exteriorem intellige salvatur etiam baptismus nisi habeat primam interiorem scilicet contritionem Sed de illis que fecit post baptismum iniungenda est ei pena exterior et etiam de ipsa fictione secundum unum modum Est enim duplex fictio una secundum quam aliquis credit baptismum non prodesse que est fictio incredulitatis Istam non delet baptismus cum sit contra baptismo Unde de ista iniungenda est pena Est et alia fictio secundum quam aliquis non contritus recipit baptismum Et hec est peccatum omissionis vel negligentie Ista delet totaliter per baptismum Baptismus enim non solum gratiam confert sed etiam cumulum gratie Est enim caracter illuminans ad sciendum quid faciendum et quid non magis quam sciatur per se sola sanat et debilitat fomitem ac remittit

De sacramento confirmationis xxvii

Nunc de sacramento confirmationis dicendum est quod tempore apostolorum non ab aliis quam ab ipsis legitur factum nec ab aliis quam qui locum eorum tenent perfici potest aut debet Licet autem presbiteri baptizatos tangere in pectore sed non crismate signare in fronte Hoc itaque sacramentum Melchiades papa dicit maius esse baptismate quia a dignioribus datur et in digniori parte corporis fit scilicet in fronte vel forte quia maius virtutum augmentum prestat licet baptismus ad remissionem plus valeat Baptismus quidem est sacramentum intrantium in certamen Confirmatio vero sacramentum proficientium et pugnantium contra mundum carnem et demonem Circa essentiam huius sacramenti quinque concurrunt Primum est forma verborum secundum intentionem confirmantis Item dignitas confirmatoris Oportet

enim quod sit episcopus Tertium est ipsa materia scilicet crisma Quartum est locus in quo consignatur scilicet frons Forma verborum talis est Consigno te signo crucis et confirmo te crismate salutis in nomine patris et filii et spiritus sancti Datur autem hoc sacramentum ad robur ut ydonei simus pugnare et portare nomen Christi coram regibus Et hoc significat ipse locus et materia Locus quia confirmatio fit in fronte ne videlicet erubescamus confiteri nomen Christi coram hominibus Corde enim creditur ad iusticiam etc. Hoc sacramentum non habuit Petrus quando ad vocem ancille erubuit nomen Christi Idem etiam significat ipsa materia scilicet crisma Inunguntur enim pugiles ut difficilius possint capi ab inimicis Conficitur autem crisma ex balsamo et oleo Oleum enim significat nitorem conscientie et leticiam spiritualem per quam spiritualia bella superantur Balsamum autem significat odorem bone vite per quam mortificantur serpentes id est demones Itaque quod Christus insufflavit in discipulos dicens Accipite spiritum sanctum etc. hec datio significavit gratiam que datur in baptismo Semel autem iterum dedit spiritum sanctum de celo in die penthecosten ad robur et hoc significavit robur gratie quod datur in sacramento confirmationis Unde Urbanus papa Spiritus sancti septiformis gratia cum plenitudine sanctitatis sue et virtutis in confirmatione confertur Et iterum omnes fideles per impositionem manuum episcoporum post baptismum debent recipere spiritum sanctum ut pleni inveniantur christiani Sed distinguitur duplex plenitudo scilicet sufficientie et datur in baptismo copie et hec in confirmatione Igitur in sacramento confirmationis non datur alia res vel alia gratia quam in baptismo Sed que data est in baptismo confirmatur et roboratur Unde dicimus sine preiudicio quod idem est caracter baptismi et confirmationis in essentia Differentia tamen est secundum rationem Differunt etiam in materia cum in baptismo sit aqua et in confirmatione crisma Differunt etiam secundum statum quia alius est status incipientium alius proficientium et pugnantium Non autem presbiteri dare possunt hoc sacramentum quamvis possint dare baptismum quod uno modo maius est quia sacramentum dicitur maius quatuor modis Primo quantum ad efficaciam et hoc modo dicitur baptismus maius sacramentum [illegible]

totaliter. Secundo quantum ad essentiam suam et
hoc modo sacramentum eukaristie dicitur
maius propter dignitatem essentie corporis
Christi. Tercio quantum ad significatum. Sicut dicit
apostolus matrimonium esse magnum sacramentum
in Christo et ecclesia. Significat enim unionem
spiritualem quod est inter deum et ecclesiam.
Quarto quantum ad effectus prerogativam et dig-
nitatem et hoc modo confirmatio et ordo
maiora sunt sacramenta. Dignior enim
est gratia consummata vel confirmata quam gratia
simplex. Non potest autem confirmatio si detur
non baptizato quia confirmatio est dispositio
baptismi. Unde non potest esse sine baptismo
maxime cum baptismus sit ianua sacra-
mentorum. Nec est simile de ordine nisi
si quis maiorem ordinem pretermisso minore
receperit simpliciter sufficit quod eminentium
est quia unus ordo non est dispositio
alterius. Unde diversi ordines diversa habent
officia distincta ab invicem. Non est
iterandum confirmationis sacramentum
cum habeat caracterem. Hoc sacramentum
a ieiunis tradi debet sicut et baptismus
nisi aliter urgeat necessitas. De institu-
tione eukaristie sequitur xxviii

De institutione eukaristie dicendum
est expressius suo loco. Hoc sacramentum
excellenter dicitur eukaristia id est
bona gratia quia in hoc non tantum est aug-
mentum virtutis et gratie sed ille totus
sumitur qui est fons et origo totius gratie.
Cuius figuram precessit quando manna deus
pluit in deserto unde panem angelorum
manducavit homo. Dominus igitur Ihesus
ad invisibilia patrie maiestatis migra-
turus celebrato cum discipulis typico
pascha quoddam memoriale eis quem
dare volens sub specie panis et vini
corpus et sanguinem suum eis tradidit
ut ostenderet legis veteris sacramenta inter
que precipuum erat agni paschalis sa-
crificium in morte sua finiri ac nove
legis sacramenta substitui in quibus
excellit misterium huius. Et post alia dedit
ut hoc vinum arcius in corde discipulorum
infigeretur et ab ecclesia deinceps fre-
quentaretur. Sed non eo inde disciplina
censuit in posterum ut post alios cibos
sumatur potius a ieiunis sumi oportet sicut
apostolus docet ut singularem reverenciam
commendaret id est dignaretur ab aliis cibis quod
dominus apostolis disponendum reliquit. Sub
alia autem specie sumendum instituit ut fides
scilicet haberet meritum que est de hiis que
non videntur et etiam ne abhorreret animus quod
cerneret oculus quia non habemus in usu
carnem crudam et sanguinem comedere.
Panis enim ad carnem refertur, vinum ad
animam quia vinum operatur sanguinem in quo
sedes anime physicis esse ostenditur. Ideo
ergo in duabus speciebus celebratur et anime
et carnis susceptio in Christo et utriusque
nobis liberatio significetur quia caro
Christi pro salute corporis, sanguis vero eius
pro anima nostra offertur. Sub utraque
tamen specie sumitur totus Christus nec plus
sub utraque nec minus sub altera tantum
sumitur. Cum non fit conversio panis nisi
in carnem nec vini nisi in sanguinem. Nec
debent dici duo sacramenta sed unum
quia sub utraque specie unum et idem sumitur.
Nec iteratur sacramentum quia benedic-
tio non repetitur super eandem speciem. Aqua
vero admiscenda est vino quia aqua
populum significat qui per Christi passionem redemptus
est. Cum igitur in calice vino aqua miscetur
Christo populus adunatur et fidelium ple-
bs ei in quo credit copulatur. Quibus
etiam auctoritatibus colligitur quod
Christus vinum et aquam mixtum dedit
discipulis. Si quis tamen non intendat
introducere heresim oblivione vel igno-
rancia aquam pretermiserit non videtur
esse irritum sacramentum. Nam et
grecorum ecclesia non apponit aquam.
Dicitur apponenda est in tam parva
quantitate quod possit absorberi a vi-
no quia Christus non mutatur in ecclesiam
sed ecclesia mutatur in Christum. Sequitur
De forma et re sacramenti xxix

Forma ergo panis vel vini que
ibi videtur sacramentum est
id est sacre rei signum. Huius autem
sacramenti gemina est res. Res con-
tenta et significata est caro Christi quam
de virgine traxit et sanguis quem
pro nobis fudit. Res autem significata
et non contenta est unitas ecclesie. Sunt
igitur tria hic distinguenda. Sa-
cramentum et non res est species visibilis
vel panis vel vini. Sacramentum
et res est caro Christi propria et sanguis.
Res et non sacramentum mistica eius
caro. Porro species illa visibilis sacramentum
est gemine rei quia utramque significat
et utriusque similitudinem gerit ex-
pressam. Nam sicut panis pre ceteris
cibis corpus reficit et sustentat
et vinum hominem letificat atque in-
ebriat sic caro Christi interiorem hominem
plus ceteris [illegible]. Et sicut ex multis
granis conficitur unus panis et ex pluribus

uis vinum confluit in unum. Sic communio fidelium personis unitas ecclesiastica constat. Unde Apostolus: Unus panis et unum corpus multi sumus. Adhuc est etiam similitudo quia sicut panis triticeus ex purissimis granis constat ita corpus Christi verum quod traxit de virgine ex purissimis membris purificatis operatione Spiritus Sancti. Et sicut vinum ex puris uvis constat ita sanguis Christi ex purissimis sanguinibus. Ita societas ecclesiastica ex [illegible] personis a criminali macula liberis consistit. Intantum vero tempore facta est archa Domini de lignis sethim que sunt imputribilia. Forma panis dicitur esse cum corpore Christi similitudine non gratia sui sed gratia panis cuius fuit forma. Efficit autem quod significat unitatem recipientem corporis Christi mistici. Efficit autem non per modum cause efficientis sed per modum materie. Sicut enim in aliquo liquore quam in aqua non datur baptismus ita sub alia forma quam sub ista non datur corpus Christi. Licet autem significatum melius sit et dignius quam significans tamen hoc habet calumpniam unitatis ecclesie dignior est quam corpus Christi quia corpus Christi habet dignitatem quamdam scilicet quod est unitum verbo quod nulla habet comparationem ad aliquam dignitatem ecclesie. Hec autem vera est ecclesia sine unitate ecclesie melior quam corpus Christi. Si hoc est sacramentum bonum non efficit malum bonum quia quoque intelligitur facere per modum cause materialis. Aqua baptismi minus bona est quam mundicia anime facit tamen per modum sacramenti sive materie mundiciam anime. Similiter corpus Christi per modum sacramenti et materie facit unitatem ecclesie et purificat et mundificat sed per modum cause efficientis solus Deus mundat et dimittit peccata.

De transsubstantiatione panis et vini sequitur xxx

Dicimus autem sacerdotes conficere corpus Christi et sanguinem quia eorum ministerio substancia panis fit caro et substantia vini fit sanguis Christi. Nec tamen aliquid addit corpori vel sanguini. Nec augetur corpus vel sanguis Christi. Nec conceditur quod substantia panis aliquando fit caro Christi et si fiat caro Christi sicut farina facta est vinum nec tamen dicitur farina est panis et aqua est vinum. Nec dicimus substantiam panis vel vini materiam esse corporis vel sanguinis Domini quia non de ea materia formatur corpus. Sed ipsa formatur in illud et efficitur illud. Dicit autem Damascenus quod cooperatione Spiritus Sancti fit ille transsubstantiatio sicut conceptio filii Dei. Itaque panis vere transit in corpus Christi. Unde omnes locutiones que significant transitum concedende sunt. Sicut quod panis transit in corpus Christi vel transfertur vel transsubstantiatur vel mutatur vel panis fit corpus Christi et omnes ille negande sunt in quibus non significatur transitus sicut iste panis est corpus Christi, panis erit corpus Christi, panis potest esse corpus Christi. De tempore autem transsubstantiationis dicimus quod in finali instanti prolationis horum verborum Hoc est corpus meum fit transsubstantiatio panis in corpus Christi. Et hoc pronomen hoc vagam et simplicem demonstrationem habet. Sicut cum quis dicit cum aperit et nescit quid sit intus vel demonstrat corpus Christi ad intellectum corpus scilicet Christi quod non est ibi sed erit. Videtur autem dicendum quod panis non transit in aliquo instanti in corpus Christi sed in tempore tamen non successive quia non prius transit una pars panis in corpus Christi post aliam. Et propter hoc non potest dici quod in aliquanto tempore et toto transeat vel potest dici quod transit in illo totali tempore in quo proferuntur hec verba Hoc est corpus meum. Unde tamen tempus exigitur et non minus. Itaque successio est in transitu non ex parte panis sed ex parte prolationis verborum. Deprehenduntur autem substantia quedam remanent scilicet color sapor forma pondus que [illegible] fuit que nec ipsum corpus Christi afficiunt nec in eo fundantur. Remanent ergo preter subsistencia ad meritum et ad gustus fidei quod suffragium.

De hiis que supra naturam vel intellectum fiunt xxxi

Citatur mihi sa... In sacramento quedam sunt secundum naturam, quedam supra naturam sed non supra intellectum, quedam supra naturam et supra intellectum. Supra naturam sunt ibi accidencia sine subiecto ut color sapor rotunditas et huiusmodi sed non supra intellectum quia intellectus bene intelligit accidencia sine subiecto per abstractionem. Deus enim potencior est in operando quam intellectus intelligendo. Unde supra naturam et intellectum est ibi Christus etiam in tanta

quantitate inquanta est in celo et non ocu
dit limites illius pure forme Unde dicit
Damascenus quod fit ibi opatio supra
naturam et intellectum Dicimus ergo quod
sub illa totali forma est xpistus ita quod
sub nulla parte per se Tamen cum frangitur
hostia est xpistus integer sub qualibet
parte Et hoc non est tantum congregatione
et constrictione Consecrata enim fuit qua
libet pars sua in toto et est simile in spe
culo Sicut enim in speculo integro est
una sola ymago tamen ipso fracto in
qualibet parte resultat ymago uno
veritas unius ymaginis que est filius
dei Unde sicut compositione vel addi
visas partes speculi resultant diverse y
magines ita complacione verborum que
compressit et fractione forme consecrate
resultat xpistus indivisis partibus hostie
Et accidencia vero sunt ibi sine subiecto
nec sunt in corpore xpisti sed assistunt ei
et velant ipsum ut fides habeat meritum
Unde fallit ibi locus a coniugatis Ibi enim
est albedo et tamen nichil album Sed
contra ibi est fractio et aliquid est frac
tum Solo Quedam sunt accidencia que
secundum alia accidencia insunt rebus quedam
non que alia Ubi enim albedo inest cor
pori albedine Unde cum ibi non sit substancia
panis albedo ibi est et tamen nichil est
ea album quia nulla substancia sed ibi est
disgregacio et aliquid est ea disgregatum
scilicet albedo Eodem modo ibi est fractio
et aliquid est ea fractum quia fractio
ibi est substancie mediante quantitate Unde
cum sit ibi quantitas vere dicitur quod
aliquid est fractum illa fractione et sic
patet quod est simile de albedine et frac
tione Item corpus xpisti forma non spa
videtur tamen scitur quid quia videtur
velatum Sed non sequitur ergo videtur sicut
non sequitur Iste videt manum cirotecatam
istius ergo videt manum istius Non valet
hoc verbum tenet non importat aliquam
mediacionem Sed hoc verbum tangit im
portat De quorundam intelligencia
que dicuntur vel aguntur in missa xxxvi

Queritur de verbis hiis que sunt intra
canone misse Iube hec perferri per
manus et cetera Quid demonstratur
per hoc pronomen hec Postea de hac auctoritate
Gregorius uno eodemque momento turbe sit

intellectum misterio angelorum consociandum
corpori xpisti et ante oculos sacerdotis
videtur queritur quid est illud de quo sit
ibi sermo Ad primum dicimus quod per hoc
pronomen hec demonstrantur forme signi
ficantes sed pro ultimo suo signato scilicet
pro corpore xpisti mistico frequenter in sacra
scriptura ponitur significans pro significato
Est ergo sensus Iube hec perferri id est iube
corpus tuum misticum scilicet ecclesiam militantem
perferri per manum id est per operacionem sanctorum ange
lorum qui assistunt sacrificio altaris
in sublime altare tuum id est ad triumpha
tem ecclesiam que intellis est id est iube
iungi ecclesiam militantem ecclesie triumpha
nti et hoc est regnum venire ad regnum
et sic cessat abiectio per sacramentum
enim eukaristie assimilatur magis ac ma
gis ecclesia militans ecclesie triumphanti
adamore [illegible] Dicimus quod mysteria
est et quoniam diversorum significatur turbe et con
sociacio et visio Unde fit ibi sermo
quantum ad illa tria de pane et de corpore
xpisti et de forma Quantum ad turbam
fit ibi sermo de pane quia panis turbe sit
intellectum id est in celeste corpus xpisti misterio
angelorum qui assistunt officio misse
ut dicunt sancti Quantum ad consociacionem
fit ibi sermo de corpore xpisti quod traxit
de virgine quia per virtutem eukaristie
associatur magis ac magis verum corpus
xpisti corpori mistico Quantum ad visionem
fit ibi sermo de forma que videtur Iuxta
autem misterii complecione sicut formam
oportet servari ita ordinem hec scilicet
ut sit sacerdos et intencionem hec oportet
ut illud facere intendat Aliqui dicunt
etiam non recte de illo misterio sencientem
posse intendere non quod illud conficere
quod iam esset recte credere sed id agere
quod geritur ab aliis dum illud con
ficitur et sic adhibetur intencio et im
pletur misterium Illud etiam sane potest
dici quod abrutis animalibus corpus xpisti
sumitur non et si videatur Hostia autem
dividitur forma panis in tres partes
una mittitur in calicem et significat partem
illam ecclesie que adhuc vivit in terra
Unde ponitur in calice quia vita angustiis
in sanguine est et talis significat passiones
huius seculi Unde in eternum potestis
bibere calicem etc. Alie due significant

duas partes bonorum qui mortui sunt
Quidam enim sunt in paradiso alii sunt
in purgatorio vna ergo pars earum
que in talibus non ponitur offertur ad
liberacionem eorum qui sunt in purgatorio
Alia ad graciarum actionem quantum ad illos
qui sunt in paradiso Sicut autem in man
ducacione corporali quatuor sunt ita et
in spirituali Primum est masticacio spiritualis
que est ruminacio corporis xpi quale
sit quam nobile quam viuificatiuum
et huiusmodi Secundum est delectacio qua de
lectatur in xpo Solum enim dulce et
conueniens nutrit Tercium est assimilacio
spiritualis Quartum incorporacio spiritualis
Ruminacio autem illa est ipsius per
fidem similiter et delectacio xpus autem
manducat nos quando assimilat nos
sibi ipsi et vult perfectam quam infundit

Vtrum eukaristie cibus saciet vel in
tag; dicat Augustinus // **tractat corporis xxxiii**
quod cibus ille non transit in ventrem
sed in mentem Si autem queritur vtrum for
me ille euanescant vel resoluantur
in aliquos humores potest dici vtroque
modo Tamen potest esse si deus vult quod
cibus ille nutriat et saciet corporaliter
quantum ad formas non quantum ad corpus
xpi quia potius est cibus mentis
quam ventris Et hoc dicit Augustinus
Quod quidam saciantur et inebrian
tur illo cibo super illum locum epistole ad
Corinthios Alius quidem esurit alius
ebrius est Dicit eciam Innocencius
papa in tractatu de officio misse quod
forme ille resoluuntur in corporis humores
in quos resolueretur panis si ibi esset
Corpus vero xpi non nutrit corporaliter
Desinit autem ibi esse corpus xpi quando
cito desinit forma panis esse Vnde
est dicendum quod desinente forma
panis esse ascendat corpus xpi
in celum aut sacerdote proferente hec
verba hoc est corpus meum descen
dat corpus xpi de celo Sed sicut
dicitur secundum vnam opinionem quod
ex sola opposicione coloris ad visum
sine aliqua inmutacione medii
aeris fit ymago aliqua colorati
in oculo ita ex prolacione horum verborum
hoc est corpus meum debito modo
facta a sacerdote sine aliquo descensu
vel motu est corpus in altari et sine
aliquo ascensu forma panis desi
nente esse est corpus xpi in celo
quod prius erat sub illa forma et modo
non est Eodem modo quod sub formis ipsis
corpus xpi est in celo primo et postea et
in altari est verum corpus xpi tamen per
quandam resultacionem sicut supra dictum
est Absit enim vt inhonestam corporis
egestionem cibus ille sustineat qui
corpus et animam ad eternam honestatem
parat De quibusdam patribus sanctis
legimus quia sola communione diuina diebus
tamen diuinis saginati pluribus annis vixe
runt hoc ergo concedere possumus posse
scilicet aliquem ex virtute diuina corporis per
diuinum miraculum longo tempore viuere
secessum autem fieri ei ex cibo diuino non
posse Quod si fiat secessus eo tempore
aut ex reliquiis ciborum preteritorum aut ex
defectu sui corporis id esse necesse est Et cetera

De indigne sumentibus vel tangentibus

Sumere corpus in peccato // **xxxiiii**
mortali non est malum in genere
Tamen si aliquis probabiliter credat
se non habere peccatum mortale licet habeat sumere
corpus xpi non est ei peccatum Et hec auc
toritas si deest fides vel caritas in
dignum sibi manducat et bibit Intelli
genda est si deest consciencia i. si credat
se habere mortale Item queritur vtrum ille sacer
dos debeat dare corpus xpi quem
scit esse in mortali peccato Et dicitur quod
si notorius sit non debet ei dare nec
in occulto nec in publico Si non sit no
torius non debet ei negare in publico
exemplo domini qui dedit corpus suum
iude qui non erat notorius Dicimus
autem quod aspicere corpus xpi non est
peccatum eciam indignis immo bonum est
quia cum caritas vt dicit Augustinus
sit id quod desiderium videndi deum
et fruendi deo aspicere corpus xpi
prouocatiuum est ad dilectionem dei et mul
torum peticiones exaudiuntur in ipsa vi
sione corporis xpi vnde melius infun
ditur tunc gracia Quod figuratum est in nu
meris vbi illi qui aspiciebant serpen
tem eneum liberabantur a morsibus
serpentium igneorum Et non viri bethsa
mite percussi sunt quia viderunt archam
domini hoc non fuit ex indignitate eorum
sed quia prohibitum erat eis ne vide
rent Tamen tangere corpus xpi est
peccatum indignis duplici racione prima est
quia deus iniquos habet odio vnde sicut
caritas exigit coniunctionem ita odium
separacionem et elongacionem Et propter hoc

dicitur publicanus alonge stans pre-
sumit ergo qui ei adeo appropinquat ut ipsum
tangat cum sit indignus. Alia est ratio
quia ut dicit Jeronimus super malachiam
panem pollutum comedit qui ad al-
tare dei indignus accedit. Unde qui
pollutus est et tangit corpus christi
quantum in ipso est ipsum polluit. Cum non
corpora reverentia tangit sicut ille
qui sublevat dextra non putat quod minus
sit indignus. Sed sacerdotes indigni
qui celebrant peccant mortaliter quia
vel celebrant ut habeant oblationes
vel ne incurrant infamiam vel cum aliqua
alia libidine. De sacerdotibus vero qui
nocturnam patiuntur pollutionem dicitur
generaliter quod non debent celebrare nisi
confessi fuerint prius nisi necessitas
cogat et tunc confiteri debent et do-
lere. Ymmo cum pollutio semper sit causa
inhonestam aut enim contingit ymagi-
natione precedente aut ex crapula
aut ex natura nolente se exonerare
et tunc non est ex natura indita sed ex
natura corrupta. Unde ibi habet locum
illa auctoritas bonarum mentium est
ibi culpam cognoscere ubi culpa non est.

De causis institutionis huius sacramenti et quale tunc datum sit corpus christi

Est autem multiplex causa || xxxv
institutionis huius sacramenti.
Prima est commemoratio passionis
christi sicut ipse dicit. Que triplex est.
Prima est commemoratio amoris quem
ostendit nobis moriendo quia maiorem
caritatem nemo habet etc. Secunda est libe-
rationis quia per passionem suam libe-
ravit nos a servitute dyaboli et carcere
inferni et mortis. Tertia imitationis
christi ut scilicet mitem faciam et humili-
tatem et alias virtutes quas ostendit
nobis moriendo. Secunda causa est meritum
fidei quia meritum fidei est et laus
credere quod non videtur et maxime
illud quod est supra rationem. Tertia est
sublevatio spei. Vult enim deus cottidie
spiritualiter et corporaliter esse inter nos
ut magis speremus obtinere petitiones
nostras. Quarta est ut excitemur maio-
ris caritatis et veritatis. Quinta
et ultima ad remedium peccatorum venia-
lium que cottidie facimus. Dicit autem
quedam glosa super leviticum. Quod
christus prius sumpsit corpus suum et
postea dedit discipulis. Porro tale
dedit quale tunc habuit scilicet mortale
et passibile. Nunc vero sumitur a nobis
inmortale et inpassibile nec tamen
maiorem habet efficaciam. Eukaristia
quoque intincta non debet dari pro
supplemento communionis quia non legitur
christus alicui disciplorum tradidisse pa-
nem intinctum nisi iude. Tunc vero
non accepit iudas corpus christi sed
purum panem. Corpus vero et sanguinem
christi cum aliis discipulis ante perce-
pit. Et nota quod lucas dicit dominum
addidisse hoc facite in meam commemo-
rationem quibus scilicet verbis instituit hoc
sacramentum et tacite promissum
desiit quasi diceret sicut vetus pascha
celebrastis in memoriam liberationis
vestre de egipto et manu pharaonis
sic deinceps hoc sacramentum frequen-
tate vos et successores vestri in memo-
riam mei qui liberavi vos de tenebris
peccati et inferni et de manu dyaboli.

De sacramento penitentie xxxvi

Ut autem dicit Jeronimus penitentia est
secunda tabula post naufragium.
Item Ambrosius penitentia est mala
preterita plangere et plangenda iterum
non committere. Item Augustinus inanis est
penitentia quam sequens culpa coinquinat.
Unde nichil prosunt lamenta si replicantur
peccata. Ideo sane ita diffiniri potest pe-
nitentia est virtus vel gratia qua
commissa mala cum emendationis proposi-
to plangimus et odimus et plangen-
da ulterius committere nolumus. Sed igitur
in verbis predictis intelligitur non committere
id est nolle committere. Potest enim dici quod deffini-
tio illa Ambrosii data est secundum opinionem
esse penitentie quod est quando penitens
finaliter perseverat. Penitentia quidem non est
virtus specialis sed generalis omnium nec est
aliqua una sed inqualibet id est in qualibet
secundum quamlibet unam virtutem et proprie
loquendo luctus non est virtus sed
status virtutis. Sicut pax. Porro
sicut in aliis quibusdam sacramentis
tria sunt unum quod est sacramentum
tantum aliud quod res tantum aliud
quod est sacramentum et res ita et
hic. Sacramentum tantum est confessio
cum absolutione sacerdotis. Sicut enim
sacramentum baptismi in duobus
consistit scilicet elemento et verbo et confirmatio

in duobus scilicet crismate et forma verborum ita in prima sacramentum consistit in confessione peccatoris et absolucione sacerdotis. Et sicut in sacramento baptismi elementum est materiale respectu verbi ita confessio sive absolucione vel econtrario. Unde confessio que fit non sacerdoti non est sacramentum quia illi non habent potestatem absolvendi. Res tamen et remissio peccati sacramentum et res est contricio cordis res respectu confessionis et sacramentum respectu remissionis peccati. Quidam autem dicunt quod confessio efficiat quod figurat scilicet remissionem peccati. Sed non omne quod figurat hoc efficit. Nam confessio non efficit contricionem cum ipsa posterior sit natura et tempore. Nec est necesse ut dicunt quod sacramentum nove legis efficiat omne quod figuratur. Sicut in sacramento altaris forma panis figurat corpus Christi nec tamen efficit. Sed revera forma panis cum forma verborum efficit corpus Christi simpliciter. Itaque quod sicut baptismus efficit graciam in anima baptisati quantum in se est ita confessio prout sacramentum est contricionem efficit nisi impediatur vel gratiam addit vel gratiam ad augmentum virtutis ex confessionis et absolucionis vel datur vel augmentatur dolor et detestacio peccati et datur gratia qua de attricione fit contricio. Et ita patet quod confessio sacramentum est prius quam contricio tamen contricio secundum quid prior est quo ad attricionem scilicet in disposicione quedam sacramenti ponitur visibilis quantum ad omnem sensum unde confessio est visibilis i. sensibilis scilicet auditu. Dicunt autem magistri quod satisfactio et confessio sunt unum sacramentum contricionis et remissionis peccati. Et dicuntur unum sicut species panis et vini ab unitate principalis significati quod est peccati remissio. Et sicut absolucio forma est confessionis ita iniunctio sacerdotis informat satisfactionem. Aliter enim non est sacramentum.

De effectu eiusdem sacramenti capitulum xxxviii

In peccato quidem duo sunt ipsum peccatum id est macula anime et sequela peccati i. obligacio pene. Similiter in contricione duo sunt gracia scilicet et dolor que est sequela gracie. In infusione peccatoris ad deum tria sunt scilicet defectio peccati propositum non peccandi detestacio et dolor de peccato preterito. Hec omnia possunt fieri per fidem informem vel timorem servilem vel eciam solo libero arbitrio absque gracia de novo infusa non tamen sine deo principaliter operante. Unde ut ipse dicit Sine me nichil potestis facere. Quando autem homo hoc habet tunc convertitur ad deum et ideo tunc deus convertitur ad peccatorem infundendo secundum illud Convertimini ad me et ego convertar ad vos. Gracia vero sua et presencia expellit peccatum et sequelam peccati expellit per motus quos elicit ex libero arbitrio. Sed triplex est sequela peccati que remanet eciam post remissionem culpe. Prima est obscuritas visus spiritualis propter quam non potest videre clare quid faciendum quid fugiendum. Et significata sunt in ceco illuminato qui primo vidit homines quasi arbores ambulantes. Secunda est difficultas bene agendi que signata est in institis Lazari quibus ligatus prodiit de sepulcro. Tercia est pena temporalis. Duas primas expellit gracia suis motibus quodammodo cause efficientis. Terciam vero quodammodo meriti. Ideoque oportet quod proporcionetur debito modo quod fit in iniunccione satisfactionis. Licet igitur gracia sua presencia expellit peccatum tamen sequela gracie que est in confessione et contricione non expellit omnino sequelam peccati ad minus quo ad terciam que per satisfactionem recte expellitur. Et ita non superfluit satisfactio. Sine valet eciam ad multa alia scilicet ad gracie conservacionem et ad augmentum eiusdem ad plenariam absolucionem ad fomitis debilitacionem et ad vitandum recidivacionem. Unde versus Bernardi popus ac arcet gracia pena solvitur atque fomes languet fugitur recidivum. Deus autem qui nullum malum vult esse inpunitum penam mutat illam magnam penam inchoat minimam. Tamen quidam dicunt quod peccato mortali inmutatur quibus penam eternam et temporalem. Sed eciam absolute et recte temporalem condicionaliter. Preterea quando quis inchoata pena sed non dum completa decedit non est inconveniens nec contra misericordiam dei in morte penam mutari in maiorem quia in morte pena impleta magis efficax est et pl

tisfactoria est et magis grata deo quam
longe maior in purgatorio Huius racio
est quia pena presens penitentie voluntaria
est pena vero purgatorii de necessitate
Denique tunc oportet homo de hac vita oportet
forum ecclesie et intrat forum dei ubi
graviter punientur malefici oportet forum
misericordie et intrat forum iusticie Tunc enim
anima convertitur in iudicium

De tribus partibus penitencie xxxviii

Exiguntur igitur ad perfectam penitentiam tria
scilicet contricio cordis confessio oris
satisfactio operis Tribus enim modis
deum offendimus consensu verbo et opere
Et ideo tribus modis eidem reconciliamur
Hec est via trium dierum In quo modo hec est
trium mortuorum triplex resuscitatio
Sed quales partes penitencie sunt ista ta
dicimus quod dupliciter potest sumi penitencia uno
modo ut est punicio vel vindicta
puniens et hoc modo sunt partes sub
iectiue Alio modo ut est verum sacramentum
dei et sic complectitur illa tria que
sunt eius partes integrales Est autem
triplex forum dei ecclesie hominis Forum
dei est divina scientia forum ecclesie sacerdotis
arbitrium forum hominis propria consciencia
Cum iudicatur in foro proprio non iudicatur
in foro dei forum dei est iusticie forum
ecclesie et misericordie forum hominis conscientie presumit (?)
magnum secundum unumquemque eorum minimum Hiis
visis dicendum est de singulis tribus

De contricione sequitur xxxix

Est itaque contricio dolor pro
peccatis assumptus cum proposito
confitendi et satisfaciendi
hoc precipitur a domino per prophetam ubi dicitur
Scindite corda vestra etc. Iste dolor
debet esse triplex ut ait Richardus
Acer quia offendimus deum et creatorem
rerum omnium Acrior quia patrem nostrum
acerrimus quia redemptorem Cause
inductive contricionis sunt vii cogitacio
et recordacio pudor de peccatis commissis
detestacio vilitatis proprius peccati timor
de die iudicii et pena gehenne do
lor de amissione patrie celestis et
multiplici offensa creatoris et spes
triplex scilicet venie gratie glorie
patet autem effectus eius
inpte xviii primus novus Dicitur enim

contricio quasi simul vel ex toto contricio
quod passive intelligendum est et ac
tive passive quia totum cor atteritur (?)
quasi teritur et scinditur et premitur
angustia et dolore active quia
tamquam fortissima machina conterit
congeriem peccatorum que quasi quidam
muri separabant nos a deo Item
hec laqueos conterit et cathenas dyaboli
hec destruit carcerem infernalem quem
demones pavescunt in infusione anime
peccatrice et vires demonum enervat
quia conterit brachium peccatoris et
maligni Cum vero vii dona spiritus
sancti contra vii capitalia vicia distin
guntur propositum et dolor de peccato
non est proprie contra aliquod vicium sed
contra omnia ideo non distinguitur
inter dona Item dicitur Quod sicut de
lectacio aliquando dicitur motus co
inherens rei delectabili cum adne
xa est quedam passio innuentibus (?) sic
dolor quandoque dicitur motus quo ab
horretur peccatum cum adnexa est tristicia
quedam sive passio quandoque dicitur illa pa
ssio contricio Contricio tunc dicitur dolor
primo modo et sic est meritoria quia
non est passio sed motus et est sensus
rei nocive licet absentis Unde sensus
quidam carnalis exigit rem presentem
corporaliter spiritualis non sed tantum sui
apprehensionem vel memoriam unde cum
in memoria est peccatum potest anima do
lere de ipso et etiam melius de preterito
quam de presenti quia peccatum presens de
lectacionem carnalem habet que retardat
dolorem anima quoque peccato dimisso melius
potest sentire fetorem peccati quia odora
tus spiritualis tunc melius dispositus
est de quantitate contricionis dicitur luctum
unigeniti fac tibi etc. unde potest di
ci quod quilibet vere penitens magis
dolet de peccatis suis quam de morte
filii et si non senciat nec tamen oportet
quod fleat corporaliter quia huiusmodi lac
rime sunt anime vel agua vel a libero
arbitrio sed spiritualiter quod est cum agua (?)
Tantaque potest esse contricio quod pena di
mittitur omnis

Qualiter contricio sit pars iustificacionis impii xl Sequitur capitulum recta

Dicitur autem doctrinaliter augustinus
quod in iustificacione impii
quatuor concurrunt tempore
simul non natura scilicet infusio gratie
motus liberi arbitrii contricio remis-
sio peccati Dicitur autem impius peccator adul-
tus primum non meremur quia non sub-
est libero arbitrio nec eo meremur
quia non est motus li. ar. Neque secun-
dum meremur cum alius motus non precedat
Sed eo meremur duo sequencia cum sit
motus liberi ar. informatus gratia
Tercium meremur secundum et eo meremur
quartum / quarto vero nichil meremur
quia non est motus Secundum hanc assig-
nacionem infusio gratie prior est quam
remissio peccati Super hoc autem duplex
est opinio Quidam dicunt quod deus
simpliciter non mediante gratia expellit pec-
catum ab anima Secundum istos prior est
remissio peccati quam infusio gracie et
quod dicitur fide mundatur cor apertius
debet intelligi id est in religiis peccatorum
Alia opinio dicit quod deus me-
diante gratia expellit peccatum sicut
lumine solis fugantur tenebre Secundum
istos infusio gratie prior est quam re-
missio peccati Sed remissio peccati est pre-
s. actus peccandi defectio macule sive
culpe delecio reatus solucio Et rea-
tus duplex est s. temporalis et spiritualis eternus
Auctoritas igitur illa Ambrosii Effusus
michi virtutis operatur ingressum intelligi
debet de actus peccandi defectione
tantum et ponitur consequens pro ante-
cedente Et est sensus defectio actus
peccandi habilitat hominem quo secundo
ingreditur gratia Actus enim peccandi
obstaculum gratie est Et loquitur Ambrosius
sicut quando dicitur quod ille qui aperit
fenestram intromittit solem id est facit
aliquid quo facto sol ingreditur Nobis
autem videtur quod infusio gracie
unomodo prior est naturaliter quam re-
missio peccati Aliomodo naturaliter posterior
Si consideretur gratia ut mundans ani-
mam et expellens peccatum Sic prior
est infusio gratie causaliter quam peccati
remissio id est culpe delecio / Potest autem
dici quod propositum emendandi
se id est abstinendi et satisfaciendi
est motus li. ar. et iste potest esse et
ante infusionem gratie et in ipsa
infusione et post Contricio non est motus
voluntarius quo quis atterit et punit
se de hoc quod offendit deum et potest
esse similiter iste motus et ante infu-
sionem gratie et in ipsa et post Sed ante
infusionem gratie est atricio tantum
post infusionem est contricio quasi tri-
ta tricio Et si queratur quis istorum
duorum motuum est prior dicimus quod utrumque
secundum diversas apprehensiones potest esse
prior unde quod dictum est supra quod secundo
meremur tercium Tercio quartum credimus
quod est falsum Sententia enim istorum
inutabile est prope loquendo Duplex
est autem peccati remissio s. quantum ad culpam
et quantum ad penam eternam et eciam
temporalem Dicimus ergo quod remissio peccati quantum
ad culpam et penam eternam est i-me-
diatus effectus gratie et in iustificacione
impii debet poni secundo loco Remissio
vero quantum ad penam temporalem est
commitans omnibus et quarto loco debet poni
unde primo est gratie infusio secundo peccati
remissio quo ad culpam et penam
eternam sive quo ad maculam et reatum
Tercio loco motus li. ar. secundum quod
meritorius est quia motus li. ar. simpliciter
secundum se prior potest esse quam gratie infu-
sio Sed prout est meritorius sequitur
Tercio loco Quarto loco contricio Quinto
peccati remissio quo ad penam temporalem &c

De confessione sequitur xli c.

Confessio est legittima coram
sacerdote peccatorum declaracio Et
dicitur confessio quasi simul vel
ex toto vel undique fassio Nam ille con-
fitetur qui totum fatetur Confessio valet
est ad unum scilicet ad peccati cognicionem Sacer-
dos enim debet notificare peccatorum con-
fitentis peccatum et quantitatem peccati iuxta
illud levitici xiiii homo inmundus tunc et
car. &c Item ad satisfaccionem Erubescen-
cia confessionis magna pars est pene
Item ad peccati etiam dimissionem ad dei
glorificacionem adiuvantis iocunditatem
ad diminucionem pene ex vi clavium ad
multiplicacionem intercessorum Debet autem
esse confessio simplex et humilis pur-
ta frequens et propria sine obediens
sepius quoque debet esse amara iuxta
illud Statue tibi spe-
po t. a. hinc amaritudinis
signa sunt verecundia humilitas lacrime

fortitudo vincens pudorem et puritas
obedientie Item debet esse festina propter
quatuor Primum propter incertitudinem hore mor-
tis Secundum est quod ingrauis in peccato per
accumulat peccatum peccato Tertium est quia quanto
maiorem moram fecit in peccato tanto
magis elongabitur a deo et per consequens
tanto difficilior erit conversio vnde prin-
cipiis obsta etc. Quartum est quia in extrema
egritudine vix potest aliquis vere penitere
quia illud tempus magis intentio mentis
ubi est vis doloris Multa enim ut ait
Augustinus occurrunt tunc impedimenta
Nam morbus viget pena terret filij
quos illicite dilexit uxor et mundus
eum ad se vocant Tene ergo certum et di-
mitte incertum i. age penitentiam dum sanus
es Item debet esse integra secundum illud
Augustinus Caueas ne verecundia ductus
diuidas confessionem Adde autem quod
integra sit [illegible] conjungitur s. quod sit volun-
taria fidelis propria accusatoria verecunda
discreta pura morosa **Quando et
de quibus oporteat confiteri xlij**

Sciendum vero quia saltem semel
in anno tenetur quilibet postquam
ad annos discretionis peruenit con-
fiteri omnia peccata sua et suscipere reuerenter
ad minus in pascha eucharistie sacramentum
nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob ali-
quam rationabilem causam ad tempus
ab eius perceptione duxerit abstinendum
Itaque confessio potest differri usque ad tempus
decimationem ab ecclesia quod est xv. Nec
est simile de alijs preceptis quia confessio
preceptum est ecclesie et ideo potuit de-
terminare tempus huius precepti tamen quanto
citius fit tanto melior est Hugo autem
quando de uento dicit quod tantum illas
circumstantias que trahunt in genus peccati
tenemur confiteri Alias autem non nisi ve-
limus Alij dicunt quod omnes illas que
grauiter et apte aggrauant peccatum con-
fiteri tenemur sed alias minutas
non vnde concedunt quod quando tales
redeunt ad memoriam debent redire
ad confessionem Tamen penitens non
debet confiteri circumstantiam per quam
scit uel credit probabiliter sacerdotem scan-
dalizari sed debet petere licentiam eun-
di ad alium Et si non vult ei dare con-
fiteatur summo sacerdoti i. deo et sufficit
ei In tali enim casu si deus non habet copiam
sacerdotis Sicut autem confitens circumstantias
aliquando dimittit ne scandalizet con-
fessorem Ita confessor non debet inquirere
aliquas circumstantias et modos peccan-
di ne scandalizet confitentem Sunt igitur
circumstantie aliquando omnino tacende in
confessione sed peccati genus non debet
taceri Debet etiam peccator dolere et con-
fiteri de bonis omissis que scilicet potuit
facere et non fecit De tempore quoque
male expenso et quia proximos suos
deo eripuit uel in malo confirmauit
Item de tristicia quam intulit bonis
persequendo et de leticia qua eis non
adhibuit Item non solum cogitet quid
et qualiter fecit sed quam iniuste deum
offendit Auctoritas autem Jacobi de
confitendo alterutrum quantum ad mortalia
est in precepto quantum ad venialia con-
silium dat Item quod dicit glo. quod
cottidiana et leuia et equalibus sacerdo-
tibus sunt pandenda intelligitur
de generali confessione que fit in prima
et completorio Et verum est quod quilibet
offendit tenetur satisfacere et confiteri
speciali uel generali confessione Nam qui
non confitetur se esse peccatorem eo ipso
peccator efficitur vnde Jo. Si dixerimus
quia peccatum non habemus etc. Et quia quilibet tenetur
confiteri ad minus semel in anno
qui non habet nisi venialia tenetur
confiteri illa Et ita patet et in
casu verum est quod aliquis tenetur con-
fiteri venialia per bonum obedientie preter
vere veniale requirat contritionem
dicimus quod non nisi generalem quia per
primas et elas et alijs pluribus modis
dimittuntur venialia et etiam in purga-
torio **Quibus personis confitendum sit xliij**

Debet autem quilibet
regularis confiteri sacerdoti
non tamen cuilibet licet enim
ex omni ordinatione recipiant
hanc potestatem ligata tamen est ita
quod non possunt eam exequi nisi data
sibi auctoritate ab episcopo dyocesano
uel ab apostolica sede Et idem intelligas
de sacerdotibus religiosis ac regularibus
quia nec illi possunt iniungere penitentias
nec baptisare nec predicare et similia
que pertinent ad curam animarum nisi fue-
rint electi a papa et ab episcopo cum assen-
su abbatis uel alterius prelati instituti
Item posito quod alicui data est ab episcopo

potestas non ipse sed indicare parochianos alterius tenetur quod penitens confiteri proprio sacerdoti qui tenetur ei tradere sacramenta in quorum collacione utitur sibi periculum nisi sciat posse summum ut sciat tamen dat fallit regula supradicta in quinque casibus in quibus potestas tamen est data potestas imponendi penitencias in aliqua parochia ab episcopo audire confessiones alterius parochianum videlicet cum ille contrahens peccavit in parochia sua Item si mutavit ibi domicilium Item si est ibi vagabundus Item si petiit et obtinuit licenciam a sacerdote suo quem videbit imperitum et insufficientem volens vel ad alium discretum vel quia longum iter arripiebat petiit licenciam ut posset in itinere confiteri Item in articulo necessitatis Sed nunquid in hiis casibus poterunt audire confessionem illi quibus non est data potestas ab episcopo Videtur quod non in primis quatuor casibus quia licet ipsi penitentes sint absoluti quod possint confiteri non tamen sunt isti absoluti quod possint audire Item proprius sacerdos non potest dare talibus iurisdictionem sive potestatem talem Sed episcopus solus potest illis qui sunt in suo episcopatu non alius In quinto vero casu secus dico quia ut ait Augustinus tanta est vis confessionis ut si immineat articulus necessitatis sicut quando infirmatur quis ad mortem vel debet inire bellum instans et deest sacerdos confiteatur proximo et ita non solum clerico sed etiam layco licet tunc confiteri Item licet non possint sacerdotes audire parochianos alienos nisi in casibus predictis possunt tamen eis dare consilium ut etiam dare penam ponentes spe iurati (?) habitacione ipsius et tunc debent dicere penitenti ut quam cito poterit prelato suo confiteatur dicat quod ei penam quam iste imposuit sub spe premissa Et si venerit ratificabit Si autem accipiat ab illo quod sibi consultus est Sed inquit marlo (?) necessitatis tenetur quis confiteri heretico vel scismatico vel simili si non potest invenire katholicum credo quod non propter periculum decepcionis Sed doleat de peccatis et quia tamen distulit confessionem et confiteatur corde tamen deo Idem credo de excommunicato etc.

Ab hinc de confessoribus xliiii ca.

Parrochialis sacerdos vel alius cui episcopus dedit potestatem audiendi confessiones potest imponere penitenciam subditis de omnibus criminibus nisi in casibus Unus de hiis quibus est sollempnis pena imponenda Alius de excommunicatis quos potest aliquando absolvere et aliquando non Tercius ubicunque invenit irregularitatem contractam quia propter illam debet penitentem remittere ad episcopum ut ipse dispenset cum eo si potest vel cum litteris suis mittat eum ad papam Quartus est de incendiariis Quintus si sit constitutus in aliquo episcopatu quod aliquorum etiam crimina ad episcopum referantur Nam horum etiam aliqui mittuntur ab episcopis ad sedem apostolicam propter enormitatem criminum et ad terrorem Et credo quod episcopus non intelligitur delegare huiusmodi maiora in simplici delegacione nisi expresse de eis sit eis ad ipsius correccionem videatur specialiter spectare Nec videtur quod debeat delegare proprie dispensaciones et absoluciones excommunicatorum in quibus interveniunt iniuncta (?) et restituciones nisi forte ipse esset impeditus et committet tunc alicui discreto et perito potest autem episcopus vel superior propter sui superioris licenciam eligere sibi confessorem dum tamen discretum Idem dico de aliis prelatis exemptis qui subsunt immediate domino pape ne propter dilacionem periculum immineat animarum Hoc autem intelligo nisi sit excommunicatus maiore excommunicacione

De modo audiendi confessiones faciendi interrogaciones xlv ca.

Debet autem confessor humiliter se habere et devote audire totum non respicere vultum confitentis et maxime mulieris ne confundatur confitens ne capiatur confessor Nec debet abhorrere peccata quantumcunque magna Non debet de peccatis incognitis expresse interrogare sed sumpcione a longe ita ut si fecit statim cognoscat confitens quid interrogat confessor Si non fecit nesciat quid dicat confessor debet eum consolari ne desperet

pmitte veniã si desistat a pctō doce
quoq modū ꝯfitendi et ordīe ꝯtā
pctorꝫ p̄mo cuncꝰ pui ꝯmalia/
postea p q̄nq sensus postea pcogita
cōnes et p ꝯcupiās cordis postea
plocā et tempora Jn p̄mis quid ꝫ
interrogare utrū sciat pr nr Credo
inde m Aue maria et si nescit instat
cum vel moneat ut addiscat doceat
etiam eum de forma ꝯfessionis quod
sedeat humilit ad pedes sacerdotis Si
femina est instruat eā ut semp sedeat
cotrupso Deinde debet pio dulci ac
suaui alloquio inducē ipm ad ꝯpunctōꝫ
et ꝯfessionem pponens ei bn̄ficia q̄
contulit sibi deus et p̄cipue passiōm
xpi qui nō venit ꝓ iustos sed ꝓ
pctores Exemplū etiam impetro
paulo latrone et multis aliis pmit
tat veniam Jtē suadeat ei quod nō
verundet̄ ꝯfiteri quia nō hoīm con
fitet̄ sed deo et quia in p̄ma ꝯfessō
p absolucō ꝯcetur Si vero nō wlt con
fiteri pponat ei tīores iudicii et pe
nas inferni Post hc̄ audiat simpl̄r
ꝯfessionem ipius qua audita inci
piat interrogare ordinate et distīcte
et caute quasi astute interroget a pcā
re quod forsitam ignoret vel verecundia
velit occultare assit beniuolus paratꝫ
erigē et secum honus portaē hēat
dulcedinē in affectione pietate i alios
ꝯme discretōm in iustitie adiungat
confitentem orando consolando spē
pmittendo et cum opus fuit etiā
increpando Circumstancias aūt q̄s
p̄cipue debet attendē nota in hijs
v̄sicul̄s Quis quid ubi p quos quo
ciens cur quō quādo Jtem nō quod
sicut penitens nō debet nominatim
specificare psonam cum qua pccāt
nec circumstancias p quas intelligi
posset nisi esset forte notoriū uel
aliter nō posset recte confiteri Jta nō
debet sacdos specificare psonā in
interrogacōne sed vtrq insistat caute
circa qualitatē psone sc̄z ut si eāt
virgo vel corrupta vidua vel inc̄ta
vel ꝯiugata ꝯsanguinea vel scimonial
et similia et̄ De hijs qui tepide uel
ficte confitentur xlvi Deqm̄

Sj quis aliquis penitet de pctīs
vel dicat se penitē nō tamē
wlt hōmis p̄nie dicens se te
nerū valitudinariū vel male ꝯple

xionatū vel simile hūic sacdos impo
nat talem satisfactōm cum voluntate
sua quam verisimilit̄ possit portaē
ne postea frangendo dcius peccet
Jmitat nos ad hc̄ exemplū dni qui
nunq legit̄ grauē pniam iniunxisse
Jtem Jo Crisos super illū locū alli
gant honera grauia et̄ Si etiam
modicā pniam imponētes nō ne me
lius ꝫ ꝓ vitam ronem dare quam
ꝓpter aliquā crudelitatē Ad hc̄ ac
pcipe laboret ut pcōr causas et
radices et omem occassionē peccandi
ꝑ posse tollat Et si nō pt grau
dē sacerdos de commodo eius pur
gacōne gaudeat saltē qr ipm
liberatum a gehenna ad purgato
riū possit trāsmittē pt̄ea si quis wt
confiteri nec tamē pccā relinquē
vel unū wlt dimittē et aliū reti
nē debet sacdos etiam istorꝫ con
fessiōm recipē et eis de crimibus
consiliū exhibē et crebris ac salutaribꝰ ꝯ
monitis pniam indicē Nam et talis
confessio tēmina et elē pegnatō
nes et cetā que consilio sacdotis
isti faciūt quamuis nō valeant di
recte ad vitam eternam optinendā
tamē valebunt eis ad toleranciam iudi
cii suppliciū tollerabilius subeundi
vel ad temporalem psperitatem obti
nendam vel ad hoc ut deus illu
stret̄ cor eorꝫ ad pniam Jtē credē
est quod ad assuefactōm bonorꝫ oper
sicut dr̄ de bapt̄o iohis Jtē credē
est quod dyaḃ nō hēat in eis tan
tam ptatem quātam si ꝯmine ma
la dereunt quod patet ex dyalogo
de iudeo qui muniuit se signo
crucis et ideo demones nō potue
runt ei nocē Jtaq sc̄dm hc̄ expone
de sunt auctoritates de hac ma
tiā loquentes Augꝰ pnīa ē credē
et una fides hoc expostulat ut
cum grā xpi in homīe destruxit
mala pnora etiam remuneret
bona et cum destruit eius sunt
nō inuenit amat et diligit quod
impetrante plantauit Jtē ieroꝰ
nō est tam iniustus deus ut ꝓpt
multa mala obliuiscat̄ paucorꝫ bōꝫ

De sigillo confessionis ꝯfirmando/ xlvii

Porro neq vbo neq
facto neq signo debꝫ sac
dos reuelare pctī ꝯfessiōꝫ

legitur enim de quodam qui erat in mari
quod cum videret periculum imminere
coram omnibus confessus est peccata sua
satis grandia. Tandem nam deveniente
ad portum nullus recordari potuit
peccata illius nisi unus sacerdos qui in-
iunxit ei penitentiam. Unde patet quod
maxime diligit deus integritatem
sigilli confessionis. Itaque si episcopus
precipit sacerdoti qui audivit confes-
sionem in mortali ut celebret nuptias
inter fratrem ipsius et mulierem cum
qua iacuit debet rogare episcopum
ut alii iniungat vel absentare
se vel in aliud occupare se. Et si
episcopus instanter preciperit ut ipse ma-
trimonium faciat debet facere. Et
si episcopus conquirat illos qui sciunt
aliquod impedimentum nisi dicat
nullo modo debet dicere nec est cogni-
tatus quia nescit impedimentum illud
ut homo sed ut deus quia loco dei
positus. Similiter cum decanus sciat per
confessionem aliquem canonicum suum
irregularitatem incurrisse et tamen ille
et capitulum instanter petunt ut decanus
presentet eum episcopo ordinandum debet eum
secreto monere. Et si non vult acquiesce-
re nec decanus potest evadere debet alii
committere vices suas quo ad hoc. In nullo
igitur casu debet revelari confessio
nisi in uno scilicet quando aliquis confitetur
heresim suam et multos corrumpit nec
vult aliquomodo resipiscere tunc sacerdos
debet dicere omnibus ut vitent illum
tamquam hereticum ipso premonito et prius
et per episcopum si opus est. Unde verius
est hereticus tamen quod nec confessio
celat.

De satisfactione xlviii

Ut autem dicitur Satisfactio est
causas peccatorum excidere et earum
suggestionibus aditum
non indulgere. Duplex est
autem excisio peccati. Quedam enim est simplex
que fit per fugam et abstinentiam
a peccato. Quedam violenta que fit
per contrarium ut ieiunium per quod ex-
ciditur causa luxurie datio elemosine
per quam causa avaricie uti vilibus
per quod superbie et quia sic fiunt ex-
cidere agg[...]. Itaque sacerdotes semper
debent aliquam satisfactionem in-
iungere licet contritione aliquis omnino
tollatur peccatum quia ipsi non vident hoc
sed Christus cui patent corda. Ipse vidit
in contritione mulieris et ideo nullam
aliam iniunxit satisfactionem. Non dicit
tamen quod confessores quedam in-
iungunt ad fundamentum satisfactionis
ut abstinere a peccato et restituere abla-
tum sine quibus non potest esse satisfac-
tio. Quedam expeditionem satisfactionis
ut vitare loca suspiciosa mala con-
sortia. Quedam ad securitatem satisfactionis
ut ieiunare peregrinari. Quedam ad
perfectionem et securitatem satisfactionis
ut opera supererogationis. Quedam
ad probationem ut aliquem abstinere a car-
nibus a forti vino et huiusmodi. Quedam
etiam ad magis meritum. Quedam ad
exemplum proximorum. Et dicimus quod
contritio quantumcumque parva sit omnino tol-
lit peccatum quo ad culpam et ad penam
eternam sed non quo ad penam temporalem.
Item magis satisfacit quam quantacumque
datio elemosine et magis placet deo. Non
tamen cessare debet datio elemosine quia
penam temporalem minuit et meritum auget
et aliquando orationibus pauperum quibus
datur elemosina confertur gratia vel sani-
tas vel devotio vel prosperitas et aug-
mentum vite temporalis sicut dicit apostolus.
Consistit autem satisfactio in tribus
scilicet oratione et ieiunio et elemosina ut iste
trinarius contra illum nepharium
dyaboli trinarium opponatur. Oratio contra
superbiam, ieiunium contra concupiscentiam
carnis, elemosina contra avariciam.
Elemosina est triplex. Prima consistit
in cordis contritione iuxta illud: Tol-
lere animam tuam placens deo. Secunda
in passione proximi. Tertia in largitione
necessariorum tam corporali et spirituali
et breviter in quocumque consilio et sub-
sidio quod impendimus proximo. Oratio
quoque triplex scilicet vocalis realis men-
talis. Et ut ait Augustinus Ipsum de-
siderium bonum oratio est. Et si continuum est
desiderium continua est oratio. Est autem
oratio pius affectus mentis in deum ten-
dens plerumque ne pigritetur in voce
prorumpens vel sic: Oratio est congeries
vocum ad aliquid impetrandum in
deum tendentium. Exigitur in oratione
xiii scilicet quod sit fidelis secura humilis di-
screta devota verecunda secreta pura

laciniosa attenuata fecunda operosa et assi-
dua Ieiunium etiam triplex est Primum est
corporis actibus materiali Secundum afflictionis
agendis temporali Tercium spirituale a peccato
mortali Dominus instituit primis ieiunium
in paradiso et postea sanctificavit cum
ieiunavit in deserto Ieiunium debent
semper et maxime concomitari scilicet largitas le-
ticia hora et mensura Ieiunio autem
adiacentibus maceracionum adnexa sunt
duo scilicet vigilie et flagella que cum
quadripartita sunt penitentia consistit in
asperis corporalibus scilicet cilicio et lac-
rimis Secunda in pectoris tunsione ge-
nuflexione et disciplinis Tercia in
afflictione peregrinacionis Quarta in
tribulacione et cuiuslibet egritudinis
afflictione Unde sacerdos debet dicere
penitenti quod omnia ista satisfactionis
opera sunt ei pro parte penitentie et valebunt
ei omnia si adsit devota penitentia Opus
ex caritate factum inquantum penale est
satisfactorium usque et quanto magis pe-
nale magis satisfactorium est Unde
dare C magis satisfactorium scilicet quam
dare X aliis paribus tamen dare X pau-
peri est magis satisfactorium quam
dare C diviti aliis paribus quia dare
X respectu pauperis plus est et ma-
gis penale quam dare C respectu
divitis Unde dominus dixit vere vidua
hec etc. Sed cum dilecto dei non sit pena
ab illa locucio dimissa sunt ei peccata
multa etc. patens non est verum quia dile-
xit multum flevit multum et dimissa
sunt ei peccata multa id est pena multorum
peccatorum De penitentia et operibus non satisfac-
toriis xlix etc.

Omnia vero
opera facta extra caritatem non
sunt satisfactoria Dicimus quod
penitentia facta in mortali iteranda est
vel iuxta sacerdotis arbitrium recom-
pensanda Item penitentia quedam est
continua secundum tempus ut ieiunium
continuum celebracio misse Talis ite-
randa est a capite ieiunium si interrup-
ta fuit quo ad tales penitentias iuxta
nazareorum figurat vitam peniten-
tium Item alia est penitentia interpolata
ut quando precipitur alicui quod ieiunet X
dies non continuos si ieiunet quinque in
caritate et V in mortali non tenetur
iterum omnes ieiunare sed sufficit ie-
iunare V quos ieiunavit in mortali
Si penitens in bono proposito facit
penitentiam sibi iniunctam non consilius

aliquis in mortali absolutus est Unde
si pacta penitentia recolat ad mortale
sufficit illud confiteri et dabitur
ei penitentia pro illo tantum Item ille qui in
mortali facit penitentiam digne sibi in-
iunctam non est absolutus a pena quia
non erat debitor pene ut pene sed
ut emende sive pene satisfactorie
tamen absolvitur a precepto sacerdotis unde
non tenetur eandem iterare sed quia non
satisfecit tenetur adhuc satisfacere
veram iuxta Ieronimum frustra spinas
serunt qui bona opera in mortali fa-
ciunt Item Gregorius Interim fac quicquid
boni potes ut deus illustret cor tuum
ad penitentiam Unde patet quod illud non
est penitentia sed preparacio ad penitentiam //
Sciendum autem quod opera mortifi-
cata reviviscunt sed non mortua opera
Mortua sunt que fiunt in mortali
bona tamen sunt Mortificata sunt illa
que fiunt in caritate et postea moriuntur
per mortale Licet autem peccatum sequens mor-
tificet opera prius viva tamen non sequitur
quod caritas sequens vivificet opera
prius mortua quia mortificare opera
viva et vivificare mortua non sunt
equalia quia non respectu eiusdem quod patet
Quia mortificare opera viva est
mortificare opera facta in carita-
te vivificare mortua est vivifica-
re opera facta in mortali que
constat non esse eadem Propterea opera
mortificata dicuntur reviviscere non quia
valeant ad eternam premium sed quia rede-
unt in statum sue originis id est cari-
tatis Et etiam dicuntur reviviscere
quia valent ad multa scilicet ad maiorem
radificationem caritatis ad augmentum
caritatis ad facilius operandum ad
minucionem pene purgatorii ad iocun-
ditatem mentis ad vitandum casum
ad expellendum hostes ad efficaciam
merendi ad securius expectandum
ad spei roboracionem ad satisfactionis
absolucionem Mortua etiam valent
opera facta in mortali ad multa scilicet
ad temporalium bonorum multiplicacionem
ad pene temporalis dilacionem vel dimis-
sionem ad gratie habilitacionem ad assue-
factionem bene operandi veram licet nullius
premii sint meritoria tamen dominus remu-
nerat ea tamquam meritoria ex sua
liberalitate In tantum enim diligit
bonum et odit malum ut nullum
bonum irremuneratum nullum ma-
lum impunitum esse paciatur. Inspectate

ergo opus factum extra caritatem
esse meritorium premii temporalis Nec vz
q ait. Quodlibet malum opus z
meritorium alicuius pene ergo quolibet
bonum opus est meritorium alicuius
premii Malum enim ex se et ex volun-
tate habet quod sit meritorium pene
Bonum vero ex sola caritate que
est principium omnis meriti habet quod sit
meritorium alicuius premii **De triplici pe-
nitentia l. 2c**

Species pe-
nitencie sunt tres Nam alia
est sollempnis alia publica
alia privata Sollempnis est que
fit in capite xl^e cum sollempnitate
Dicitur etiam sollempnis licet non
ita proprie quando aliquis invitus ad
penitenciam agendam mittitur in mo-
nasterium Hec debet imponi ab episcopo tantum
vel de mandato eius a sacerdote et pro
crimine publico quod totam commovit urbem
nec debet imponi clerico nisi deposito
qui semel egerit eam non debet po-
stea promoveri nec ministrare in or-
dine suscepto Item non debet contrahere
matrimonium si tamen contraxit tenebit
Publica proprie dicitur illa que fit in
facie ecclesie non cum predicta sollempnitate
ut cum iniungitur peregrinacio per mundum
cum baculo cubitali et scapulari vel
veste aliqua ad hoc congruenta hanc potest
imponere quilibet sacerdos suo parochiano
quia non demo sibi prohibitum nisi con-
suetudo esset contraria in aliqua ecclesia
Item non debet imponi clerico nisi de-
posito nec debet imponi nisi pro crimine
enormi et manifesto Sollempnis
penitencia non debet iterari sed alia que-
libet potest et debet quociens homo
peccat Privata dicitur illa que singulariter
fit cottidie cum quis peccata sua se-
creto sacerdoti confitetur Est autem falsa
penitencia cum sic agitur de uno ut non
discedatur ab alio vel cum penitens
ab officio vel curiali vel negociali
non recedit quod sine peccato nullatenus
agi prevalet aut si odium in corde
gesserit aut si offenso cuilibet
non satisfaciat aut si offensis offen-
denti non indulgeat aut si arma
contra iusticiam gerat **De uno et usu clavium l. g**

De uno clavium
quidam dicunt quod
duplex est clavis scilicet scientia
discernendi et potestas ligandi et solvendi
Et dicunt quod per scientiam solvitur intel-
lectus penitentis per potestatem affectus non
tamen omnino aperit scientia sed potestas perfecte
aperit et claudit Unde sicut in aliqua
archa quandoque sunt due claves una que
imperfecte aperit et dicitur minor clavis al-
tera que perfecte aperit et dicitur maior
clavis ita est hic Sed si scientia est clavis
quomodo dantur claves in ordine Ob hoc dicunt
alii quod non scientia discernendi sed officium cla-
vis est quod datur in susceptione ordinum
Unde dicunt quod sacerdos ydiota cla-
vem utramque habet sed non consiliarium alterius
scilicet scientiam et ideo quandoque errat Alii dicunt
quod auctoritas discernendi est clavis et
differt ab altera clave scilicet potestate l. et sol-
vit iudicium et iusticia. Auctoritas
enim discernendi solvit et ligat per diffini-
tionem sententie potestas vero per execucionem
Unde dare sententiam est primus usus
clavium execucio secundus Et secundum hanc opi-
nionem quam credimus esse veram in glosa
super ... sunt scientia discernendi
et auctoritas discernendi Dicimus ergo
quod scientia non est clavis sed annexa
clavi tamquam consiliarius Et potest dici
quod aperire regnum celorum nichil aliud
est quam exclusum reconciliari ecclesie
et introducere Claudere vero est ex-
cludere ab ecclesia et hoc facit deus auc-
toritate sacerdos ministerio peccator vero vite
merito Patet ergo quod sit clavis scilicet potestas
sive dignitas discernendi sive exequendi
de decreto quod datur in ordinacione
tam ydiotis quam sapientibus. ord'
aut ait ... sic intelligimus cunc-
tiquam solvitis i. tunctiquam absolutos
consummavitis Consummacio autem dicitur
respectu inchoationis quia deus in-
choat solutionem dimittendo culpam et
penam eternam et sacerdos consummat
dimittendo aliquid de pena temporali
ex vi clavium per impositionem manuum
et hoc patet in suscitacione lazari Di-
xit enim dominus lazare veni foras po-
stea dixit discipulis Solvite eum
et sinite abire Igitur quando sacerdos
iniungit alicui penitenciam minus condignam
si decedat illa inpleta residuum
sine dubio solvet in purgatorio quia
sacerdos non penitus consummavit abso-
lutionem sed inperfecte Unde secundum illam
partem quam consummavit absolutus est

ille vinculo. Porro in ficte confitente
quem sacerdos absoluit errat clauis
quo ad quid et quo ad quid non. Er-
rat quidem secundum veritatem quia non
soluit cum tamen credat soluere. Non
errat secundum iudicium equitatis quia
secundum doctorem oportet enim iudicare
sicut iudex qui punit innocentem
secundum allegata iuste iudicat secundum
iudicium equitatis sed non secundum rei ve-
ritatem. Alii exponunt sic. Quodcumque
ligaueris etc. iuste s. et dicunt iuste
quantum ad utrumque s. quantum ad illum
qui ligat et ad illum qui ligatur.
Sed hec expositio equipollet priori.
Tunc enim iuste ligatur aliquis quem
deus inchoat ligacionem et sacerdos con-
summat. Dicimus ergo quod dominus et tota
celestis curia approbat iustam excom-
municationem. Sed quando prelatus iniuste
excommunicat non tunc approbat actionem
excommunicationis quia peccatum est sed pas-
sionem excommunicati. Quod autem super
illud Matthei. Tibi dabo claues dicit
glossa quas si tunc habuisset error pe-
tri eo locum non inuenisset. Sic ex-
ponitur quas si habuisset ita plene si-
cut postea quando sunt confirmate virtu-
te ex alto postea non inuenisset eo
locum error. mor. li. Sequitur.

De personis habentibus claues. li.

Omnes sacerdotes habent claues et
illi soli. Claues enim annexe
sunt ordini sacerdotali. Sed li-
beras habent sacerdotes curati. liga-
tas heretici excommunicati suspensi religio-
si non curati. Sed tamen differenter non
heretici enim habent ligatas id est mortuas
sicut paraliticus manum. Excommunicati et
suspensi similiter ligatas habent vinculo
scilicet excommunicationis et suspensionis si-
cut ille qui habet pedes ligatos pe-
des quidem habet sed non potest uti eis ad
ambulandum. Seculares sacerdotes non
curati dicuntur habere ligatas imperfecte
s. quia non habent materiam id est subditos
in quos possint exercere usum clauium.
Religiosi quoque claustrales quia
non habent subditos et quia nichil
possunt nisi de licencia prelati sui. Sed
queritur si religiosus aliquis sacerdos
non petita licencia sui prelati absoluet
aliquem de licencia illius prelati utrum
sit absolutus. Quidam dicunt quod
non quia religiosus ille habet ligatas
claues. Alii dicunt quod absolutus est
quia ligatio qua ligate sunt claues ex
parte sua nichil aliud est quam quod non est
sui iuris. Hec autem non impedit quin possit
absoluere sibi subditum sed non debet
absoluere sine licencia sui prelati. Unde
male facit absoluendo tamen absolutus
est. Archidiaconi non habent claues nisi
sint sacerdotes. Habent tamen potestatem ligandi
et soluendi per excommunicationem. Et dicunt
quod hanc potestatem habent per demanda-
tionem non officio siue dignitatis quia
episcopi demandant eis usum clauium
quo ad hoc. Alii dicunt quod hanc potesta-
tem habent archidiaconi ex officio et
dignitate sua quia dicit decretum
quod ad officium archidiaconi pertinet
cura ecclesiarum et ordinacio et iurgia
et contenciosa iurisdictio que penitus
inutilis esset nisi haberet potestatem cohser-
cendi rebelles per censuram ecclesiasticam.
Et ita sicut habent contenciosam iurisdictionem
ab officio et dignitate sua ita et po-
testatem ligandi et soluendi per ex-
communicationem. Nec tamen habent claues
quia excommunicare et absoluere non est
principalis usus et specialis clauis sed
soluere et ligare in foro spirituali. Hec
est principalis et specialis usus clauis
qui tantum sacerdotibus competit etc.

De mensura penarum. Quantum. li.

Dimensuram penarum videtur
pluralitas auctoritatum dicencium
quod arbitrio sacerdotis pene
omnes taxantur consideratis circumstan-
ciis criminis quantitate qualitate dignitate.
Item persone dignitate officio paup(er)-
tate infirmitate debilitate complexio-
ne consuetudine societate lacrimis
et deuotione. Item religionis et tem-
poris qualitate nec non et aliis
circumstanciis suppositis. Unde Leo
papa. Tempora penitudinis habita
moderacione constituenda sunt
tuo iudicio prout conuersorum animos perspe-
xeris esse deuotos etc. Item in viii
synodo est sic positum in iudicio eorum
qui presunt vel quanto tempore vel quali
modo peniteri debeant qui relinquunt.
Verumtamen regulariter pro primo a-
dulterio fornicatione homicidio volun-
tario et ceteris criminalibus viciis sep-
tennis pena est imponenda. Sicut
deus precepit mariam extra castra
vii diebus egredi et ut sicut apostoli acce-
perunt septiformem spiritus sancti gra-
ciam accepit ita per penitenciam

septenem rempet veruntamen magis vel minus aspera debet imponi prout maioritas vel minoritas criminis cum ceteris circumstanciis hoc exposcit ut patet in sequentibus. De quibusdam maioribus in racione confessis sequitur. lcn

Excipiuntur ab ista regula plerique casus in quibus propter peccantis dignitatem vel criminum enormitatem imponitur maior pena. Nam presbiter si fecit fornicacionem debet agere penitenciam x annorum. Item si cognoscat filiam suam spiritualem quam baptisavit vel de sacro fonte levavit vel in confirmacione suscepit vel que peccata sibi confessa sunt debet agere penitenciam xii annorum et eciam debet deponi et hoc si crimen est manifestum. Si est episcopus peniteat xv annis. Ipsa vero mulier debet omnia derelinquere res suas pauperibus tradere et clausa in monasterio deo usque ad mortem servire. Item qui cognovit monialem agat penitenciam x annorum. De vicio sodomitico patet per auctoritates Augustini quod longe maius crimen est quam cognoscere matrem. Quocumque autem modo tale scelus committatur preter quam inter hominem et feminam ordinate et in vase debito contra naturam et sodomiticum iudicatur. Item uxoricida debet penitere x annis. Et dixit quidam quod maius peccatum est uxoricidium quam matricidium. Alii vero quod dicunt contrarium. Imponitur tamen maior pena uxoricide quam matricide quia homines promptiores sunt ad occidendas uxores quam matres. Item pro homicidio casuali est imponenda pena v annis si culpa precessit casum alias nulla nisi forte ad cautelam. Si quis per ebrietatem vel voracitatem eukaristiam evomuerit xl diebus peniteat si laicus est vel clerici vel monachi sive dyaconi presbiteri lxx diebus peniteant episcopi xc. Si pro infirmitatis causa evomuerit vii diebus debet eciam sumi in hoc ultimo casu diligenter et cremari et cineres iuxta altare recondi. Et diligenti inspectione predicte regule tu exceptionibus suis poterit diligens indagator invenire pressius ad satisfactionem pro diversis criminibus secundum

tationes penales imponenda. Neque debet sacerdos a forma predicta recedere nisi ex causa. Alii vero dicunt indistincte omnes penas arbitrarias. Et hanc opinionem videtur amplecti consuetudo prima tamen esset tutior sed difficilior. Sequitur De qualitate penarum et vi clavium. Rubrica

Item quedam crimina sunt de quibus non potest quis agere penitenciam nisi restituet vel remittet. Si tamen potest quod male accepit ut symonia rapina et huiusmodi. Item semper debet sacerdos iniungere penitenciam per contrarium videlicet ipsi peccato ut puta superbo orationem et humilitatem avaro largitatem guloso abstinenciam etc. Item eciam personas obnoxias aliis aliquo vinculo servitutis caveat propositus ne imponat eis talem penitenciam per quam fiet preiudicium illis quibus tenentur astricti et precipue circa coniugatos. Item nota quod in foro penitenciali appellantur legittime ferie tres dies septimane scilicet feria secunda quarta et vi. Porro vero ac proprie solus deus dimittit peccata et debitum eterne pene. Dicuntur autem sacerdotes ligare solvere tribus modis ligant enim vel solvunt id est ostendunt aliquem ligatum vel solutum. Unde dominus leprosos per se prius restituit sanitati deinde ad sacerdotes misit quorum iudicio ostenderentur mundati. Item Lazarum prius resuscitavit deinde mandavit discipulis solvere suscitatum. Nam et si aliquis apud deum sit solutus non tamen in facie ecclesie solutus habetur nisi per iudicium sacerdotis. Secundus modus ligandi est cum satisfactionem penitencie confitentibus imponunt vel solvendi cum de ea aliquid dimittunt vel per eam purgatos ad sacramentorum communionem admittunt. Tercius modus est qui fit per excommunicationem. Iuxta omnes modos est auctoritas illa exponenda Quodcumque solveris super terram etc. Non tamen semper quia interdum sacerdos immeritos dampnat et iuste ligatos absolvit. Unde distingue quantum ad hoc triplex iudicium primum dei secundum petri in ecclesia militanti. Tercium [illegible] in curia celesti. Primum est quo deus mundat animam in contritione et hoc precedit reliqua duo tempore dignitate et effectu. Est enim eius qui claudit et nemo aperit etc. Secundum est iudicium sacerdotis qui auctoritate clavium ligat vel solvit interius id est

ondit esse ligatu vel solutu adeo Et
post hec sequit'r tercium quod est approbacionis
talis celestis curie et angelorum Secundum
hunc ordinem sic expone eiusdem gene-
ralis sup'er terram iudicio petri vel mi-
nistri vel clave non errante erit ligatum
et in celis s. per approbacionem celestis cu-
rie quia quod inferius pars ecclesie milita-
ntis facit interius approbat pars eiusdem
triumphans in celis Utrum aut remissio
fiat per malum sicut et per bonum ministrum
Dico quod boni remittunt ex officio et
merito sed mali tantum ex officio etc.

De pena excommunicacionis / lxii etc.

Est aut excommunicacio a communione
ecclesie separacio et fit propter contum-
aciam vel aliam manifestam
offensam Consistit aut hec
separacio in sacramentis et oracionibus
ecclesie et mensa corporali Inveltucione
communi in salutacione Excommunicacionum
alia minor alia est maior que privilegia-
ri aliquos ut cum dicitur Excommunicamus
petrum vel martinum vel omnes usurarios
hec arcet a sacramentis et ab ingressu
ecclesie et communione fidelium que est in rebus
predictis Minor est que contrahitur ex par-
ticipacione cum illis qui sunt in maiori
hec separat a percepcione sacramentorum non
a communione fidelium Non enim tenet ex-
communicacio in eciam personam nec eciam in
quosdam qui excipiuntur videlicet tales De
hac potest absolvere quilibet sacerdos de
priori tantum ille qui tulit vel superior
Item excommunicacionum quedam est iusta
quedam iniusta Iusta que fit animo
corripiendi et propter culpa debita et
iuris ordine servato Iniusta est inque
predicta omittuntur Habuit aut ortum
excommunicacio ab apostolo qui excommunicavit
corinthium fornicarium tradens eum
sathane ut spiritus eius salvus fiet
Sumit eciam ortum ante le- ab illa ma-
ledictione que facta est super non obser-
vantibus legem Aliter eciam describi-
tur modo Excommunicacio est a qualibet
licita communione vel legittimo actu se-
paracio Harum una est que separat a sa-
cramentis ab ingressu ecclesie et a fi-
delium communione et hec dicitur maior Alia
que separat a sacramentis et hec dicitur
minor etc. Sequitur rubrica etc.

De inflicta a iure et a iudice lxiii

Utraque aut infligitur quandoque a iure
quandoque a iudice A iure infligitur
maior in xvii casibus Minor
aut excommunicacio sive suspensio infligitur
ipso iure vel ipso actu Cuius ad decem
statim tamen quis peccat incurrit quo
ad deum et quo ad ecclesiam Cum quis
communicat cum excommunicatis Cum committit
sacrilegium Item quicumque quis est in
notorio crimine quia repellitur a sa-
cramentis vivus et mortuus nisi
penituit Infligitur similiter utraque
a iudice maior quidem sed hec secundum
quosdam alios ab episcopo tantum / sed hoc
intellige cum in iure sollempnitate
expressa Ille est enim specialis immo episcopi
Alii vero prelati qui presunt ecclesiis col-
legiatis et habent iurisdiccionem super
subditos suos ut abbates archipre-
sbiteri vel plebani possunt excommunicare
eciam maiori excommunicacione sed non
cum predicta sollempnitate Inferiores
vero sacerdotes parochiales eciam non
qui non habent iurisdiccionem in subditos
ut possint inter eos cognoscere vel iu-
dicare ordinarie ergo non possunt
excommunicare maiori excommunicacione nisi
hoc optinet de consuetudine Ita in
talibus consuetudo dat iurisdiccionem
Minor aut ab ipsis et aliis eciam
prelatis infligi potest secundum omnes Potest
aut prelatus penam istam infligere
subdito suo tantum et ei qui committit
crimine in parochia sua maior infli-
gi debet pro contumacia tantum que
triplex est Una alia est in non veni-
endo ad iudicium sive quia peremp-
toria citacione recepta venire con-
tempnit sive quia maliciose se ip-
occultat sive quia impedit ne
possit ad eum citacio pervenire Alia
quando citatus venit ad iudicium sed
non vult stare iuri vel ante finitam
causam ex dumacione contumaciter
et illicenciatus recedit Tercia
vero quando offensa eius est manife-
sta et iussus a iudice non vult emen-
dare Cumque ergo aliquis fuit
vocatus vel admonitus tribus edictis
vel uno peremptorio pro omnibus potest
si contumax fuit excommunicari Non
distincto utrum pro modica vel magna
causa fiebat vocacio vel admonicio

quia semper est ibi contumacia que
est maximum crimen. Maior autem ex-
communicacio potest eciam imponi pro aliis culpis

De absolucione vinculi excommunicacionis

Ab omni vero excom- l viij
municacione maiori sive minori la-
ta a iure potest excommunicatus ab-
solvi a suo episcopo vel proprio
sacerdote nisi conditor canonis reserva-
verit sibi specialiter absolucionem. Reservavit
autem papa sibi absolucionem talium in vi
casibus. Primus est de illo qui verberat
clericum quem nullus potest absolvere nisi
papa exceptis casibus scilicet si sit in
articulo mortis, si hostiarius aliquem
potestatis subpretextu officii sui ingligna-
tus clericum leserit dum tamen enormiter
non vulneravit. Si monachus verberat cle-
monachum vel regularem regularem
vel eciam secundum quosdam secularis secularem
dum tamen vivant in uno si sit mi-
si sit ferius et hoc si verberavit clericum
in fraude domini ut se subtraheret se
illius obsequio vel si dominus propter hoc sine
culpa sua grave dampnum sustinet.
Et hoc duos casus intellige nisi esset
gravis et enormis excessus. Item
si fuit levis iniuria quam intulit
clerico si sit infirmus vel pauper impu-
bes vel senex vel valitudinarius. Si-
cut inimicicias capitales. In hiis oc-
to casibus potest verberans clericum absol-
vi ab episcopo suo. In primo tamen casu et duo-
bus ultimis excepto impubere debet
eis quos absolvit iniungere sub debito
iuramenti quod cessante impedimento
ad romanam ecclesiam vel eius legatum
accedant mandatum super talibus re-
cepturi. Sed quibus est opinio quod
non remittat excommunicato semel exor-
ta. Tamen si nollet adimplere manda-
tum impedimento cessante debet ex-
communicari. Secundus casus in quo non
potest episcopus proprius absolvere est de illo
qui incendit ecclesiam et est de-
nunciatus excommunicatus ab episcopo. Nam
ante denunciacionem ab episcopo potest ab-
solvi. Tercius est de illo qui frangit
ecclesiam et simul est denunciatus
excommunicatus. Quartus est de illo
qui sciens et sponte participat ex-
communicatis a papa et eos recipit in offi-
ciis. Quintus de illo qui falsat litteras
apostolice sedis. Sextus de eo et qui co-
mmunicat excommunicatis in crimine. Talis
enim quia racione criminis dampnati videtur
in eum delinquere qui dampnavit ab
ipso excommunicatore vel eius superiori. Lic-
et non sit alias subditus eius merito
delicti est absolucio requirenda. Ex-
communicante et offenso parcente pena
constringit. Unde si difficile sit ex aliqua
causa iusta quod ad ipsum excommunicato-
rem absolvendus accedat, conceditur
indulgencia iuris ut prestita iuxta
formam ecclesie iuratoria caucione
quod excommunicatoris mandato parebit a suo
absolvatur episcopo vel sacerdote proprio. A sen-
tencia vero iudicis non potest absolvi ex-
communicatus excepto mortis articulo
nisi a suo excommunicatore vel eciam ab eius
superiore si ad illum fuit appellatum
vel si excommunicator negligens vel mali-
ciose differat absolucionem et in aliis
casibus in quibus potest iudicare de sub-
ditis suffraganeorum prior. Excommunicatus
maiori excommunicacione pro contumacia, i. quia
nolebat venire ad iudicium vel stare iuri,
debet absolvi recepto ab eo prius iura-
mento quod stabit mandato ecclesie. Debet
autem mandatum fieri ut pareat iuri.
Cum vero pro offensa est excommunicatus aut
offensa manifesta est per famam vel facti
evidenciam ita quod non sit locus infacia-
cioni vel est dubia. In primo casu debet
ante absolucionem sufficienter prestari emen-
da. In secunda vero sufficit ad relaxacionem
suam si parendi mandato competens
satisfactio prebeatur. Debet autem mandari
sibi promissa emenda vel satisfactio de-
bita pro offensa quod de cetero similia non
committat nisi quantum iure est sibi promis-
sum. Item debet dicere iudex hec verba
vel equipollencia: auctoritate qua fungor
absolvo te.

De generalibus remissionibus vel indulgenciis sequitur. lxx ref

Cum autem papa facit generalem remissionem
Aut pro subsidio terre sancte vel simili
et aliquis contritus et confessus
sic facit elemosinam habens piam
et catholicam devocionem credens
simpliciter ac pure illud. Quodcumque solus
ref valet sibi elemosina ad hominis
pene sublevandum et quod ipse deo sed ipse
devotam erogacionem et quia obligat
eum qui facit remissionem primo et to-
tam ecclesiam ut suffragetur ei. Sed
tamen quod maioritas et minoritas re-
missionis pene attenditur secundum terra secundum
secundum maiorem vel minorem devocionem
ipsius penitentis et eorum qui suffra-
gantur secundum minorem vel maiorem nimium

corundem suffraganeum Valet etiam ad ve
nialium deletionem Item valet peccatori
copia devotione offerenti licet in forma
ad quam impetratione bulle antiquod
Ad hoc aut quod huiusmodi relaxationes tantum
valeant quantum pronunciant etiam sex exigun-
tur primum est potestas ligandi atque solvendi
secundum ut absolvatur ille qui absolvitur
a prelato vel ab alio de precepto prelati Tertia
est utilitas loci et illius cum sit relaxa
tio ut quando non potest iciunare pro debilitate
vel peregrinationes in remotas facere Quartum
devotio fidei ut scilicet credat ecclesiam tale
potestatem habere Quintum est status illius
cui datur ut scilicet sit in statu contri con-
cionis ut habeat caritatem Sextum est discretio
ut scilicet discernat apud se pro quanto vellet
consequerentur vel quantum vellet dedisse
ut absolutus esset a tanta pena Sextum
est iusta estimatio ut secundum quod ei dimit-
titur ipse recompenset Sed cetera tacet
illa duabus de causis Prima est quia
si determinarentur non essent fideles ita
prompti ad dandum sicut si predicaretur laicis
quod tantum valet unum opus meritorium
factum in caritate ad vitam etiam quantum
mille facta contra caritatem non essent
ita prompti ad faciendum opera bona Secunda
est quia si caritatem habet ille cui fit re
laxatio cum caritas non sit sine fide
habebit iustam estimationem de omnibus
quibus fides cum adiuncta caritati est iusta
estimatrix operum spiritualium ad illa autem
quod tunc quod solvibricor Dicimus quod intelli-
gendus est iuste et pie iuste intelliguntur
illa vi que dicta sunt ut dicimus quia
propter hoc quod alienatio pecunie satisfacto-
ria est cum sit penalis quantum ad re
laxationem pene peior conditionis est
pauper quam dives sed simpliciter est me
lioris quantum ad relaxationem que fit
per contritionem Citius enim et efficacius
conteritur pauper quam dives aliis pa
ribus et per contritionem efficacius dimit-
titur pena peccati quam per elemosinarum
largitionem Si autem obiciatur voluntas
pro facto reputatur intelligendum est quantum
ad meritum vite eterne non quantum ad re
laxationem pene Nec valet hoc argu-
mentum velle mereri est mereri velle fini-
re deo est finire deo ergo velle satisfa-
cere est satisfacere Quia ad hoc quod
aliquod opus sit meritorium vel dei fi-
nitivum sufficit quod sit cum caritate Sed
ad hoc quod sit satisfactorium exigitur quod
sit cum caritate et quod sit penale Et
quia voluntas faciendi non est penalis
non est satisfactoria Adhuc de eodem ex

Porro in relaxationibus peccatorum ob
litorum et notorum fractorum cum iusta
estimatio non possit fieri De
quibus sic est intelligendum quod dimit-
tuntur vel in parte vel in toto De cruce
signatis dicimus quod non est necesse quod
assumpta cruce statim evolent si
decedant Sed illa relaxatio intelligi-
tur in partibus frequenter cum qui accipi-
unt crucem parati sunt mori pro Christo
et in hoc proposito augmentatur eorum cari-
tas et per hoc contritio Sic quod dimitti-
tur eis pena Sicut dicitur de Magdalena
Quia dilexit multum flevit multum
et quia flevit multum dimissa sunt
ei peccata multa Ad illud ergo quod dominus
papa habet plenitudinem potestatis dicimus
quod habet ut faciat cruce signatos par-
ticipes omnium suffragiorum ecclesie Sed non
ut illum qui est debitor pene fa-
ciat evolare solvere pene immo ne-
cesse est quod faciat dignos fructus
penitentie sicut etiam non potest facere quin
usurarius cruce signatus restituat
quod habet de usura Ad hoc quod peregrinatio
eius sit ei utilis De circumstantiis
autem quas faciunt episcopi idem dico
quo ad subditos eorum Quo ad
alios vero valebit tamquam simplex
elemosina et non plus nisi quibus
ut prodesse possent proprii iudices spiritua-
liter indulserunt Utrum ergo
poterit penitens post collationem
talis elemosine cessare ab execu-
tione satisfactionis sibi ab ecclesia
imposite Non credo tamen quia non
est certus utrum sit adhuc tota illa
pena remissa quia saltem ex ratione
status debet pecunia et alia bona
opera satisfacere ecclesie quam lesit
scandalizando eam si fuit peccatum
manifestum vel etiam si fuit occul-
tum subtrahendo seipsum a Christo
per peccatum se reddidit inutilem Quid
si omnes clerici qui suffragantur
Christo offerente sunt in mortali Numquid
valebunt ista suffragia eorum Non
videtur quia peccatores non exaudit
deus Sed dicendum est quod valet
quia tria dicuntur esse in ecclesia que

semper invariabile retinent efficaciam sed virtus verborum virtus sacramentorum et desiderium extra via et si tota ecclesia militans esset in mortali tamen isti valent hiis pro quibus fiunt verum aut sacerdotes possunt facere commutaciones iniunctarum satisfactionis ad peticionem ipsorum penitentium Credo bene quod sit dum tamen discrete et propter causam et etiam subditos suos non tantum hoc extendo ad vota in quibus strictius proceditur

De reditu peccatorum et de purgacione venialium lxi

Quidam autem dicunt peccata dimissa precedentium semper redire et quo ad reatum et quo ad penam et quo ad omnia Isti innituntur testimonio ewangelii Serve nequam omne debitum etc. Alii dicunt quod non Sed ideo dicuntur dimissa redire et imputari quia propter ingratitudinem ita reus et peccator constituitur ut ante fuerat Isti innituntur per illud nam non iudicabit deus bis etc. Tercii quoque dicunt quod non redeunt sed cum quis committit (?) peccata eiusdem generis dicuntur redire quadam similitudine sicut flores redeunt in vere Quarti dicunt quod redeunt in quatuor casibus Primus est propter fratrum odium ut in ewangelio Serve nequam omne debitum dimisi tibi etc. Secundus propter crimen apostasie vel heresis Tercius propter primam penitenciam Quartus si contempnat quis penitenciam sibi iniunctam adimplere Que prime opiniones sunt magis sollempnes Sed utrum peccata semel confessa tenetur quis iterum confiteri dicas quod non regulariter Solent tamen excipi iiii^or casus Primus cum sacerdos simplex (?) cui confessus est imperitus quia tunc debet cum illius licencia iterum confiteri perito Alius propter contemptum satisfactionis Tercius cum pro enormitate delicti sacerdos audito crimine remittit eum ad superiorem qui iterum sibi crimine exposito penitenciam ei imponat Quartus si confessus est non proponebat abstinere a peccato vel confessus est de uno et non de alio Ab infirmis in periculo mortis positis prima (?) est confessio peccatorum inquirenda non tamen illis imponenda est quantitas penitentie sed innotescere et amicorum orationibus et elemosinarum studiis pondus penitentie sublevandum si forte migraverit Venialia ut ait Gregorius anime desidentes (?) quatuor modis abluuntur aut absolucionibus sacerdotum aut precibus sanctorum aut caritate elemosinis aut ieiuniis cogitacionum Venialia delentur vi modis scilicet per dignam eukaristie sumpcionem per aque benedicte aspersionem per elemosinarum largicionem per orationem dominicam Item per generalem confessionem que fit cottidie in ecclesia ubi non solum venialia sed etiam mortalia oblita credendum est deleri Item per papalem vel sacerdotalem benedictionem Et hoc intelligo circa eum qui facit vel accipit ista vel eorum aliqua cum devocione Item videtur quod etiam per quodlibet bonum opus deleantur

De sacramento extreme unctionis lxii

Unctionis extreme sacramentum ab apostolis institutum legitur Ait enim Iacobus Infirmatur quis in vobis etc. In quo ostenditur duplex causa sacramentum hoc institutum scilicet ad peccatorum remissionem et ad corporalis infirmitatis alleviacionem Si tamen expedit ut in utroque alleviatur Et sicut in aliis sacramentis ita et in isto Aliud est sacramentum aliud res Sacramentum est ipsa unctio exterior Res sacramenti unctio interior que peccatorum remissione et virtutum ampliacione perficitur Et si ex contemptu vel negligencia hoc sacramentum omittitur periculosum est et dampnabile Materia huius extreme unctionis est oleum ab episcopo consecratum quod dicitur oleum ad infirmos In isto sacramento non imprimitur caracter quia est ad complementum penitentie que non habet caracterem Et ille multe unctiones cum insigniando fiunt unum sunt unum sacramentum sicut fo- panis et unus potus aut effusio Huius sacramenti est remissio peccatorum que semper consequitur digne recipientes sed non semper consequitur corporalis sanitas quia non expedit Item cum sacramentum istud sit confirmacionis et quantum ad hoc sit dignius quam baptismus et confirmacio que sunt iniciacionis tamen non apponitur ibi balsamum Cuique extentibus (?)

sufficit ultor confessio. Item in articulo ne
cessitatis aliquid potest alius quam sacerdos
inungere sicut et baptizare. Non quia
plus deus baptizatis infudit gratiam propter
a quocumque detur valet sed ad remissi
onem peccati operatur clavis unde cum
hoc sacramentum sit ad remissionem
peccati annexa est ei clavis sacerdocii
Ordo autem et oracio fidei et oleum
de essencia huius sacramenti sunt sicut
de essencia baptismi sicut aqua et
forma verborum et intencio baptizandi.
Ideo vero est ordo de essencia quia
per ipsam hec unctio quod sit sacrum
Est autem talis ordo per istam sanctissimam
unctionem et suam piissimam misericordiam
dimittat tibi deus quidquid peccasti
per visum per auditum et sic de aliis //
Datur autem tantum adultis qui actualia
commiserunt et infirmis quia eius
effectus sanitas est

De sacramento ordinis lxiii

Ordo est signaculum sacrum quo spiritualis
potestas traditur et officium
Dicuntur autem ordines sacramenta
quia in eorum percepcione res sacra i.
gracia confertur quam significant ea que
ibi geruntur. Tales autem decet esse
ministros Christi qui septiformi gratia spiritus
sancti sunt decori quorum doctrina et con
versacionis forma eadem gratia in alios
transfundatur. Igitur in sacramento sep
tiformis spiritus vii gradus sunt certa
s. hostiarii lectores exorciste acoliti
subdiaconi dyaconi sacerdotes. Omnes
tamen clerici vocantur i. sortiti Corona enim
signaculum est quo signantur in partem
sortis ministerii divini Corona regale de
cus significat et servire deo regnare
est. Unde ministri ecclesie reges esse de
bent ut se et alios regant quibus
petrus ait Vos estis genus electum
regale sacerdotium etc. Nuditas capitis
desuper indicatur ut cor mentis ad deum
liberum intuetur que revelata facie gloriam
dei contemplentur. Clericus enim secretorum
dei non ignarus esse debet Tondentur
et capilli usque ad revelacionem sensuum
i. oculorum et aurium ut vicia in corde
et opere pullulancia doceantur precidenda
ne audiendum et intelligendum verbum
dei impediatur per quo servato reddetur
in excelsis corona Tonsure autem circumstancie
usus a nazareis exortus videtur qui
prius crine servato demum ob vite con
tinenciam caput radebant et capillos
in igne sacrificii ponebant Primum
igitur ordinem habet hostiarius cuius
officium est ecclesiam custodire. Quem
assumpsit dominus eiciendo de templo
vendentes et ementes etc. Secundum hic lec
tor cuius est recte pronunciare lectiones
veteris testamenti et dicta prophetarum
predicare. hunc assumpsit dominus in medio
synagoge ubi legit illud ysaie Spiritus
domini super me Tercium est exorcistarum
quorum est obsessos a demonibus liberare
In cuius signum ipsi accipiunt de manibus
episcopi librum exorcismorum. hoc officium
assumpsit dominus demoniacos libera
do Quartus est acolitorum i. cero
ferariorum qui ferunt duos cereos in
festivis diebus cum legitur evangelium
in signum duorum prophetarum helie et enoch
qui precedent secundum adventum In die
bus festivis non fertur nisi unus in
signum prophetarum in quo solus iohannes fuit
precursor. hunc assumpsit dominus dicens
Ego sum lux mundi Quintus est sub
dyaconorum quorum est ministrare dyaco
nis quod fecit dominus cum lintheo
se precingens lavit pedes discipulorum
Sextus est dyaconorum i. levitarum
cuius est predicare et sacerdoti ministrare
Quo usus est dominus predicando et
sanguinem et carnem suam apostolis mi
nistrando Septimus ordo est presbiterorum
i. seniorum quorum est corpus domini con
secrare Quod fecit dominus in cena
Corona vero non est sacramentum sed sa
cramentale Est enim preparacio materialis
ad suscipiendos ordines sicut presig
nacio in baptismo. Et non quod preparatur
in partem domini unde illud dicitur dominus pars
etc. Porro quidam dicunt quod supra
sacerdocium non est ordo quia iste excellen
tissimus et alii qui videntur superiores
ad istum reducuntur. Alii vero dicunt
quibus nos consentimus Quod episcopatus
et archiepiscopatus ordines sunt et ita
sunt ix. licet enim sacerdocium dignissi
mum sit quantum ad dignitatem rei consecrande
tamen episcopatus dignior quantum ad
qualitatem quia dat potestatem conse
crandi Archiepiscopus autem episcopum consecrat
ex officio hoc tamen et aliquis episcopus fa
cit primatus autem et patriarchatus
ab hiis non differunt nisi secundum maiores

et inferiorem potestatem Decanatus et
archidiaconatus non sunt sacrum sig-
naculum sed sunt dignitates an-
nitulantes ad ordines innuant eum
episcopos De impedimentis ordina-
dorum et primo de etate et bigamia

Impedimenta promouendorum sunt lxxiij
quales debeant esse promouendi ostendit
apostolus continentur etiam hiis verbis primo
prescribitur quod sit sine crimine Apostolus uxo-
rem unius sobrius prudens ornatus
et hospes casta i. castus doctus non
percussor non litigiosus non cupidus
bene dispositus non neophitus ne
Talis apostolica tamen possit regula inspicit licet
autem videatur regulam in episcopo posuisse
tantum Tamen ait Augustinus et Ambrosius indu-
cens ad hoc probandum auctoritatem necnon con-
cilii ostendenda est etiam ad alios or-
dinandos debet ergo ordinandus esse
irreprehensibilis et propria conscientia et a
publica fama et ab eo qui in eius elec-
tionem vel ordinationem consentit Oportet et
eum fuisse virum uxoris unius i. mono-
gamum post baptismum secundum Ieronimum dicit enim
Quod post baptismum hominem priorem in
nouato nec stupra nec alia que ante
baptismum fecit obsunt unde si aliqui bap-
tizati habuerint uxorem que obierit et postea
aliam duxit ideo est irregularis quia
non fuit bigamus post baptismum licet tamen
non adheremus Ieronimo sed Augustino qui dicit
contrarium super epistolam ad Tytum Et si
enim baptismus tollat peccatum et penam
pro peccato debitam non tamen irregularitatem
quia hec non est peccatum vel pena peccati sed
tamen tollit quandam formam sacramenti
ecclesiastice ordinationis scilicet in bigamia dicit
enim Augustinus Quod sicut plures antiquorum
patrum uxores signauerunt diuersas ex omnibus
gentibus ecclesias futuras uni viro sub-
ditas scilicet Christo sic vir antistes i. episcopus
siue sacerdos euangelicus unius uxoris
vir significat unitatem ecclesie ex omnibus
gentibus uni viro subditam i. Christo
unde si desit alicui hec forma sacramenti
non potest promoueri in episcopum siue presbiterum
licet non peccauerit in bigamia nec baptismus
cum abstrahat irregularitatem absoluit
sicut nec feminam que contra cathecuminam
primo corrupta fuit absoluit baptismus
ut possit inter virgines dei consecrari
Et nota quod etiam si unam uxorem
habuerit que fuit bigama reputabitur

bigamus Similiter si fornicata est mulier
cum alio antequam duceret eam in coniugium
vel etiam ut dicunt quidam cum ipso si contigerit
tet eum quod virginem duxit aliter reputa-
bitur bigama et per consequens etiam ipse bi-
gamus unde quod dicitur unius uxoris
virum debet intelligi cum explicita conclu-
sione sit virum uxoris tantum scilicet singulariter
i. unius non plurium uxorum Item tantum
uxoris non concubine i. que tantum fuit
uxor eius et numquam concubina Item uxoris
numquam tantum unius hominis scilicet tunc sit unice
non plurium Adhuc de impedimento biga-
mie lxv c

Sciendum vero quod
alia est ratio in coniugio quam in
fornicatione quia in pluralitate
nuptiarum fit transitus animo in virum
vel ab uxore in uxorem quod non fit in
pluralitate fornicationum unde cum vir
sit etiam sponsus Christi tamquam unius viri
sacerdos vel episcopus qui typum gerit ecclesie
debet esse unius uxoris vir fornicatio
autem una vel multiplex non impedit pro-
motionem quia ibi non deperit forma
sacramenti Et quia etiam ipsa ecclesia
cuius gerit typum sacerdos cottidie for-
nicatur in membris suis per peccata mortalia
licet tamen semper Christo adhereat ideo uxo-
rem oportet potius esse virginem quam
virum quia in tali matrimonio puritas
significatur ecclesie que non semper fuit
casta Sed ab adulterio i. diabolo transiit
ad Christum Similiter autem typum gerit Christi
qui semper omnimodam habuit integritatem
Sed cum in certis actibus suis gerat
episcopus vel sacerdos typum Christi Cur in
matrimonio gerit typum ecclesie et uxor
eius typum Christi quia sicut in matrimonio
carnali quantum ad prolem procreandam
emittendam propagandam nutriendam
principalis persona est mulier unde et
ab ea denominatur matrimonium quasi matris
munium i. officium ita et Christus implet
spirituale unde in quo mulier potest obtinere
ea etc. Item non valet hec argumentatio
baptismus tollit omne peccatum et seque-
lam peccati ergo tollit hanc irregularitatem
que peccando contracta est quia non
est contracta ex peccato inquantum est peccatum
sed inquantum est actio Iram inchi-
bonis contracta esset etc. si contrahen-
do cum vetita peccasset Sunt autem
tres cause quare non dicitur bigamus pro-
motioni vna propter irregularitatem sine

defectum sacramenti unitatis cum non sit unius unus coniugio carnis sua divisit in duas. Alia propter prerogativam ordinis. Tercia propter incontinencie presumpcionem. Conveniens eciam consecracio episcopi maior sit et dignior quam consecracio virginum que potest consecrari incepit qui eciam post uxorem habuit concubinam. Et si qua sunt corrupta vel ante baptismum vel post sponte vel vi cum peccato vel sine peccato non potest inter sacras virgines consecrari. Ad hoc videtur quod sacra virgo significat triumphantem ecclesiam que sine macula et ruga est. Sed episcopus ecclesiam militantem in qua sunt boni et mali. Item si credit [illegible] aliquis se contrahere cum virgine et glosa [illegible] invenit eam corruptam non debet [illegible] promoveri. Nam in tali casu non excusat error nec violencia. Item si quis post votum castitatis eciam sine professione contempta prevaricatur contrahendo matrimonium defectu inter bigamos iudicatur.

De sollempniter penitentibus et curialibus non ordinandis

Preter illa vero que tangit lxvi pertinent in regula apostolica sunt et alia que similiter requiruntur in ordinando vel eligendo videlicet quod non sit sollempniter penitens non curialis non servus non corpore viciatus non illegitime natus non adultus in egritudine baptisatus non peregrinus non ignotus non minor etatis non femina. Sollempniter penitens non potest promoveri licet enim peccatum sit deletum per primam remanet tamen aliqua cicatrix sive irregularitas que ipsum impedit. Secunda causa est timor labendi contra stina consuetudine surgens. Tercia est scandalum populi cum talis penitentia non imponatur nisi pro crimine publico et vulgarissimo quod totam commovit urbem. Quarta quia non licet frontem redarguendi alios dispensatur autem cum tali in minoribus ordinibus propter necessitatem vel utilitatem ecclesie. Dicuntur autem curiales large omnes qui quacumque condicione sunt curie alicuius publice potestatis obligati sive sunt milites sive advocati sive iudices sive officiales sive eciam histriones et breviter quodcumque officium gerentes honestum vel inhonestum prohibentur omnes indistincte ordinari nisi primo sunt absoluti a curia. Primo quia quidam eorum sunt viles persone et frequenter contrahunt irregularitates ex officio suo. Secundo quia multum molestatur ecclesia et incomoda patitur propter tales quando recipiuntur. Tercio quia presumitur contra eos quod non transeant ad clericatum vel religionem sed ut fugiant raciocinia dominorum suorum. Pone aliquem iuramento vel obligatum in C libris ad certum terminum solvendis vel ad scribendum librum vel ad serviendum in propria persona ad tempus vel ad aliud simile numquid iste potest intrare monasterium vel recipere ordinem. Ad hoc dicas quod potest intrare religionem non obstante tali obligacione vel iuramento dum modo non ex levitate vel voluntate subtrahendi debitum hoc faciat sed caritatis fervore et spiritus sancti instinctu assumacione. Nec facit iste iniuriam creditori excusatur enim auctoritate spiritus sancti cui nemo potest resistere. Monasterium autem non tenetur satisfacere de hiis que ipse contulit monasterio quia nichil habebat manus eius inanis est actio quam inopia debitoris excludit. Si tamen post ingressum occasione eius monasterium aliqua acquireret puta per successionem hereditariam vel alio modo tenetur monasterium inquantum illud esset. Potest eciam existens in monasterio scribere librum vel aliud honestum opus facere ad liberandum se dum modo non negligat divinum officium. Et dedicatur compense ne sit honerosus monasterio. Credo eciam quod potest fieri clericus quia potest cedere bonis. Remanet tamen obligatus postea sicut ante potest scribere et alia honesta facere dum tamen non negligat officium ecclesie.

De servis et corpore viciatis lxvi

Nullus servus debet ordinari nisi prius manumittatur et tunc distingue aut sunt liberi ecclesie a primati. In primo casu possunt ordinari eciam retento iure patronatus quo adhuc ut non iniurientur ecclesie nec accusent illam nec testificentur contra illam alias revocentur in servitute. In secundo casu non potest promoveri nisi prius sint a domino concessi plenissima libertate ita quod non teneantur prestare pro bono operas fabriles que consistunt in faciendo nec obsequiales que consistunt in non faciendo. Sed numquid potest

pidmus in Uberto quem petit ordinari
retine salute opas spirituales puta ut
in capella sua ministret ei divina vel si-
miles. Ad hoc dicit alia quod sit de gen-
ere esse et michi videtur probabile. Et non
quod duo in capibus in quibus habe-
mus renotandi secundum ordinatio potest
nisi ita annum tin et non ultra et quapu-
tatur ille annus capere sive dum. Sed qui
fuimus alicuius restituitur divo et non
res aliena consecrata. Videtur quia
in rebus inanimatis non procedit dolo.
Item quia in rebus inanimatis consecratio
est in superficie et ideo non debet a
manu prophana tractari. Sed in homine
est in anima que tangi non potest. De corporis
viciatis collige breviter tenore omnium
in una regula. Cuiuscumque culpa sua
viciatus et in corpore repellitur. Quum
vero sine culpa non repellitur nisi scan-
dalum timeatur ex nimia deformitate
vel periculum ex nimia debilitate etc.

De illegitime natis et in egritudine baptisatis et peregrinis et ignotis

De illegitime natis lxviii
causa prohibitionis est triplex
scilicet dignitas clericalis de-
testacio patrum criminis. Item quia
tales filii solent esse imitatores
paterni sceleris. Verumtamen si intrant
monasterium et ibi canonice conversantur
deinde coram promoventur ad omnes
ordines si alias sint ydonei quia
monasterium omnem maculam abstergit
tamen ad prelaturam non possunt promoveri
absque dispensatione. Porro in seculo
remanentibus episcopus dispensare
potest in ordinibus. Expressum est autem
iure novo quod non ad personatum nec
ad dignitatem nec ad beneficia curam
animarum habentia potest cum talibus nisi per
sedem apostolicam dispensari. Talis
etiam nec prelatus nec canonicus
potest esse de iure in ecclesia in qua pa-
ter eius est vel canonicus vel prelatus.
Pone quod aliquis sacerdos generat
filium de legitima uxore cum qua
contraxerat laicus vel in minoribus
ordinibus constitutus. Utrum erit
legitimus filius. Credo quod sic quia
culpa patris non debet nocere. Item si
filius de legitimo matrimonio procreatus
si adultus dum sanus esset distu-
lit baptizari. Et postea timore mortis
constitutus in egritudine fecit se bap-
tizari non potest promoveri quia presumi-
tur non vere penitens nisi post baptismum
fides eius et vita probabiles apparue-
rint si raritas clericorum exegit. Peregrini
possunt large appellari omnes qui non sunt
de episcopatu ordinantis qui nulli debent
recipi ab alio episcopo ad dignitates vel
ordines vel alia sacramenta. Ignoti
dicuntur quorum origo vita et regulari-
tas sunt ignota episcopo non distincto an
sunt de eodem episcopatu vel de alio admit-
tuntur. Clerici peregrini cum v sigillis episcoporum
si sigilla sunt ignota alias sufficeret sigillum
episcopi sui tantum si esset notum. Item hic in-
telligas quod nolunt publice
populo celebrare alias si [illegible] vellent
secreto ex devocione celebrare su-
stineri possent. Quod si aliquis talis
dicat quod si probet per duos testes
de ordinacione et conversacione honesta
post ordinacionem et de absolucione
proprii episcopi quod totum debent in litteris
continere recipietur alias non etiam si proprio
iuramento firmaret.

De impedimento etatis et sexus lxix

Circa etatem ordinandi distingue
qui aut ab infancia traditur
alicuius milicie clericali aut grandevus
qui petit ordinari. In primo casu a vii
anno usque ad xii potest recipere omnes
minores ordines usque ad acolitum. A
xii anno usque ad xxi acolitatum et
subdyaconatum ita quod in xxi recipi-
at subdyaconatum xxv anno dya-
conatum. In xxx presbiteratum postea
si meruerit episcopatum. In secundo casu
scilicet cum grandevus est qui petit ordi-
nari per vii annos potest recipere omnes
ordines hoc modo. In duobus primis
annis recipiat minores maiores. In reli-
quis v annis omnes alios dispensative
tamen propter necessitatem posset laicus gran-
devus recipere omnes ordines per annum
et dimidium. Ieronimus vero per annum.
Licet autem huius etates ac tam in ecclesi-
a tali essent servanda plerique tamen
episcoporum intuitu clericorum prius insolita
te forsitan gloriantes pueros pro
mocione ad sacros ordines non verentur.
Hic etiam nota quod hodie tempus est
in aliquibus arctatum. Nam de iure co-
muni potest quis ordinari presbiter consequens
hic xxv annos. Quod patet extra ex eo

quod potest eligi quis ad decanatum ecclesie
parochialis et ad alia que cum ordine
presbiterale annexum Est etiam firmiter
tenendum quod in una die non conferantur
omnes ordines minores uni nisi consuetudo obti
neat de consuetudine ecclesie Item unus
ordo sacer cum minoribus vel duo sacri illo modo
conferantur eadem die uni persone Femina
non potest caracterem alicuius ordinis cle
ricalis recipere Impediente sexu et con
stitutione ecclesie Unde nec possunt
etiam abbatisse predicare nec benedicere
nec excommunicare nec absoluere nec penitentias
dare nec iudicare nec officium alicuius
ordinis exercere quantumcumque sint docte
vel religiose / Licet enim beatissima
virgo maria dignior et excellentior
fuit apostolis universis non tamen illi Sed
istis dominus claves regni celorum commisit
Eimoda tamen mentitur adhuc cum
cathafrigis feminam recipere karacterem
etiam dyaconale vel presbiterale In
dicitur autem pro se xxvii q. i. diaconissam
et si quis rapuerit nisi. Sed illa
capitula vocauit dyaconissam illam
super quam forte fundebatur aliqua
benedictio ratione cuius consequebatur aliquod
speciale officium forte legendi omelia
in matutinis vel aliud quod non licebat
aliis monialibus In illo autem capitulo
presbiteri appellatur presbitera que erat uxor
presbiteri vel etiam vidua vel matricula
i. deseruiens ecclesie curam habens ad instar
matrisfamilias et ita exponit concilium
laudicense in sequenti capitulo etc.

De ordine tempore et forma confera // tionis lxx io

Ordines dent. // recipi per ordinem statum quod supra
nominati sunt. Si tamen preposterato
aliquis promoueatur i. uno vel plu
ribus ordinibus pretermissis aliquem
ordinem superiorem recipiat recipit
caracterem nisi aliud impediat tamen debet
deponi Sed ex dispensatione episcopi im
posita ei penitentia pro eo quod fuit ignorans
vel negligens medium ordinem pretermisit
ad ordinem pretermissum promoueri potest
Interim aliquorum ordinis executione
suspensus Unde si aliquis promoueatur
in episcopum pretermisso aliquo ordine
sacerdotali et ordinet aliquos nunquam
confert ordinem potest dici quod sic Et ita
seruant fere omnes excepto illo or-

dine quem non accepit quem quia non
habet dare non potest / Ordo sacerdotalis et
omnes inferiores possunt conferri tantum in vi
temporibus anni s. in sabbatis quatuor temporum
maioris temporis et in sabbato quod etiam precedit
dominicam de passione et in sabbato
sancte pasche / Fallit tamen in duobus casibus
Unus est quia papa potest conferre etiam
ordinem subdyaconale in diebus
dominicis vel aliis precipuis festiuitatibus
Alius est quia quilibet episcopus potest con
ferre alios minores ordines unum
vel aut duos in diebus dominicis et aliis
precipuis festis Sed ordinem subdia
conale nunquam nisi in temporibus predictis
Dicunt etiam quidam quibus assentio
omnes ordines in sabbato conferendos
et in mane diei dominice continuato ie
iunio tam ab ordinatore quam ab ordi
nando et per istos mane diei dominice se
quentis trahitur ad vesperam sabbati
precedentis et ita siue conferantur in
vespera sabbati siue in mane diei dominice
sequentis semper sanctione canonica
iuris in sabbato conferuntur Ordo non
specialis debet conferri die dominica et
hora tertia Item potest electus in episcopum in die
sabbati ordinari in presbiteratum et in se
quenti die dominica consecrari in episcopum
licet non possit fieri de aliis ordinibus con
trarium qui recepit unum ordinem in sabbato
non potest alium recipere in dominica quia in
telligentur collati esse una die quod
omnino prohibitum est De forma conse
crationis non quod si aliquid tale de
quo dubitatur utrum sit de substantia fuit
omissum potest ordinatio iterari Non
enim intelligitur iteratum quod nescitur
esse factum Si autem fuit omissum id de
quo constat expressum quod non est de substantia non
debet ordinatio iterari sed quod omis
sum est caute suppleri statuto tempore
ad huiusmodi ordines conferendos Est autem
expressum in iure quedam non esse de
substantia s. tempus etatem vinculum Item
quod ordinandus a proprio episcopo recipiat
ordines vel quod recipiat singulos ordi
nes cum suis debitis interstitiis et non
simul non est de substantia Sunt et alia de
quibus nescitur utrum sint de substantia an
non ut missa et quod sint ieiuni
tam ordinans quam ordinandos et
similia que omnia intelligas de substantia

nisi cepissum indeceret contra Item si
epus ordinans no sim subditu ponit
spem irrati cetione illius tamq subdi
tum ordinat potit epus prius con
firmare quod factum est. De sacramento

Matrimonium quinq lxxvi

Matrimonium est legittima coniunctio maris
et femine individuam vite co
suetudinem retinens i. retinendam
coniunctum est inter coniuges hoc aut dico
quia continencia creator solvit mat
monium in fidelium cum no est ratum
dicitur etiam hoc pp matrimonium spirituale quod
aute carnalem copulam licet alteri
ad religionem transire finalis z causa
matrimonii proles similiter aut et forni
cationis evitatio Et ante culpa in
stitutum est tantum ad officium prolis
procreande post vero ad officium et
remedium Nobiles aut finalis matrimonii
sunt caritatis dilatatio i. inimicorum recon
ciliatio bellorum sedatio Cause materiales
sunt legittime persone formales sunt
sollempnitates que adhibentur mat
monio Efficiens aut est consensus
per verba de presenti in copulam coniugalem
hoc aut comprehendit cohabitationem car
nalem copulam mutuum obsequium
mutuam potestatem corporum quam hic
alter maritus et coniux Beata aute
virgo consensit in coniugale copulam
in universali et vota quod matrimonium
aute carnale copulam significat coniunctionem
xpi ad fidelem animam que z separabilis
post vero significat unionem filii dei ad
humanam naturam que est indissolubilis
et ideo matrimonium consummatum per carnale
copulam indissolubile est aute vero
solubile est quia spirituale tantum vin
dissolvitur per mortem spiritualem cum alter
intrat religionem post ea quia con
summatum est et corporale no dissolvitur
nisi per mortem corporalem et spiritualem
preterea si est consensus per verba de futuro
et sequitur carnalis copula etiam
reputat matrimonium consummatum dum cum
tacuit ipsi me presentant illud esse quod
per quo ut videtur erant verba de fu
turo unde verba de presenti per equipolle
ntiam i sunt fallitur aut ibi quoque etiam
ut quando usque consentiunt de presenti
Dicitur aut matrimonium quasi matris
munium i. officium quod eius officium
prius appet in matrimonio quam officium
viri contrahitur aut solo consensu quod solo

si desunt certa etiam cum ipso coitu ce
lebrata frustrantur Ex quo cum vir consensit
de presenti in mulierem maritali affectu et mu-
lier in virum sunt verba illud etiam signis co
probatur consensus statim matrimonium z Quia
licet ideo dico quia surdus et mutus
possunt contrahere matrimonium nupciis
si loqui possunt contrahentes necia sunt
verba quantum ad ecclesiam mutuum consensu
exprimentia hoc consensu os eos constitue
et individuam vite consuetudine observa
re hoc patrum verbis ade ore prophetico pla
tis institutum primo ad officium fuit cum
dixit hic nunc os ex os eo post peccatum vero
et extra paradisum fuit institutum ad
remedium ut carnis vicium cohiberetur

Quod vir unam debet unus esse de iure naturali lxxvii

Sciendum quod virum unam esse unus est
de iure naturali sed pro tempore exigen
cia divina dispensavit tum pro tribus
quia pauci erant dei cultores et quia
moderate et spe plus appetebant antiqui
patres coitum propter has causas et alias
fuit dispensatum cum illis unde qui
mos erat patrum no erat no propter more
sed propter dispensationem Cum lameth au
qui introduxit bigamiam ex libidine
no fuit dispensatum hoc quando plures
sicut occiderunt no est se sed inter malum e
unde ex causa fit nutritum Sciendum
vero quod ius naturale dicitur quod in omnibus
est sed in concordia omnium rerum Item dicitur
ius naturale quod natura omnia alia docuit
Item dicitur ius naturale quod dictat naturalis
ratio Et de isto iure est matrimonium
coniunctio maris et femine est de iure
naturali Sed non de sed fidelitas qua debet
vir uxori est de ultimo de et unam
esse unius et istud dei dispensationem
recipit Sed si propter cultum dei augendum
pre cum viris dispensari vinquit et cum
mulieribus Videndum est simile quia
vir est caput mulieris per magis pacifi
ce pt quam unus pluribus quam due
uni preterea plus pt unus fecundare quam
due vel tres parere preterea unus venis
sponsus plurium est statim quam vivi hic
plures no inveniunt sacramentum quod facit
plures hic unam Itaque formatur z quod
ius naturale speciale i. quod ius quod ro naturalis
dictat coniunctio aut maris et femine
est aut animi aut non animalis Nunc

De sponsalibus qualiter contrahuntur lxxviii

Sponsalia sunt futurarum nupciarum
promissio aspondendo i. promittendo
dicta Contrahuntur aute quatuor modis

aliquando nuda promissione aliquando datis
arris sponsalicijs aliquando interveniente
te iuramento nuda promissione per verba
de futuro. Si vero per verba presentis temporis
contrahuntur verum est matrimonium ita quod
et si eam carnaliter non cognoscat non
licet alicui eorum alij nubere et si impe-
ferit quamvis secundam carnaliter cognoscat
est separandus ab ea et compellendus redire
ad primam. Item contrahuntur datis arris
sponsalicijs scilicet aliqua pecunia vel alijs
rebus. Possunt autem contrahi post sep-
tennium quoniam tunc debent habere discretionem
tam pueri quam puelle et extunc pla-
cere eis convenire sponsalia. Sed licet
ante septennium contrahantur vel in cunabulis
si cum venerint ad septennium incipiunt
eis placere extunc valent ita quod quamvis
sponsus eam non cognoscat carnaliter
consanguineam eius habere non poterit in uxo-
rem nec econverso. Etas ad contrahendum
matrimonium apta est in puella xij an-
norum in puero xiiij. Licet autem sponsalia
possint contrahi sub condicione promisse
pecunie non tamen in modum pene potest
pecunia promitti et si promissa fuerit non
tenet promissio pene nec potest peti ut
si dicatur nisi tecum contraxero dabo tibi
centum marcas nuda adiectio pene non
valet cum libera debeant esse coniugia

De casibus in quibus solvuntur matrimonia sponsalia sequitur lxxxiiij capitulum

Sponsalia semel contracta
semper tenent et ligant nisi
solvuntur in octo casibus. Primus
est. Si alter sponsorum transeat ad reli-
gionem quod potest facere etiam altero
invito ante carnalem copulam et ille
qui remanet in seculo absolvitur a vin-
culo sponsalium etiam si fuerint spon-
salia deputata. Secundus est quando sponsus
non invenitur quia transtulit se ad aliam
regionem recepta tamen de periurio
vel de promissione non servata penitencia
si per eam stetit quominus matrimonium
fuerit consummatum. Tercius est si alter
sponsorum incurrit lepram vel paralisim
aut oculos aut nasum amisit vel
quid ei turpius evenit. Quartus
si supervenit affinitas puta quia
sponsus cognovit consanguineam spon-
se vel econverso. Ad hoc sufficit probare solam

famam. Quintus si mutuo se absolve-
rint. Quidam tamen casum istum non re-
cipiunt. Sextus est si alter eorum fuit
fornicatus. Septimus est quando sponsa
cum alio vel sponsus cum alia contrahit
et sequitur carnalis copula debet autem
agere penitentiam de fide vel promissione men-
tita. Sed quid si cum prima contraxit
sponsalia de futuro simpliciter cum secunda spon-
salia similiter de futuro sed interposito iu-
ramento. Credo quod debet redire
ad primam et agere penitentiam de periurio
quod commisit iurando illicitum. Iuramentum
enim non potest esse vinculum iniquitatis.
Octavus casus est quando minor venit
ad etatem adultam et petit absolui
a vinculo sponsalium et dari sibi licen-
tiam nubendi alibi. Et nota quod omnes
isti casus preter primum scilicet quando vult transi-
re ad religionem intelligendi sunt
tantum de sponsalibus de futuro que tunc proprie
et vere dicuntur sponsalia. Item in duo-
bus casibus predictis ipso iure sol-
vuntur sponsalia scilicet quando alter intrat
religionem et quando contrahit matri-
monium cum altero vel altera. In ceteris
vero casibus sunt solvenda per iudicium
ecclesie.

De triplici bono coniugij lxxxv

Dicit autem Augustinus quod
tria sunt bona matrimonij
scilicet fides proles et sacramentum.
Fides id est fidelitas que duplex est. Una
ut neuter transeat ad alia vota vel alij
commisceatur. Secunda est ut reddant sibi
invicem debitum. Bonum autem prolis
est ut ipsa proles religiose educetur
ad cultum dei. In matrimonio enim
gentilium est proles sed non bonum
prolis. Tertium bonum est sacramentum
supra expressum quod scilicet excusat
a culpa coitum. Sciendum tamen
quod quatuor de causis finalibus
cognoscitur uxor scilicet causa pro-
lis vel reddendi debitum vel vitan-
de incontinentie vel libidinis ex-
plende. Tribus primis modis potest
esse meritorium uxorem cognoscere et si-
ne omni peccato. Quarto modo peccatum est
veniale si coniugali eam affectu cog-
noscat nec eam cognosceret nisi sua
esset. Si autem ex tanta fervencia libi-
dinis quod etiam si sua non esset

tum eam cognosceret mortale est. Vehe-
mens enim amator uxoris adulter
est. Sicut autem cum predicatione apostolorum
meritoria erat pulsus inanis glorie
et erat veniale. Sic cum vir sanus
meritorie cognoscit uxorem et ei
placet delectatio peccatum veniale est
cum opere meritorio. Si vero displicet
sine omni peccato est. Debet tamen lavari
ut intret ecclesiam quia bonarum men-
tium est ibi culpa etc. Illud autem ergo
concubitus coniugalis non potest fieri
sine culpa sic exponitur id est vix potest.
Non est autem motum coniugali coitu li-
bido. Prima libido est voluntarius
appetitus delectandi. Et licet de-
lectatio moveat ad illicitum non tamen
ad illicitum sensualitatis sed rationis
quia eam refutat non est peccatum per
illa delectatio que caret modo et
ordine malum quidem est sed non culpe
immo pene. Pena enim est rationi quod
obedit ei suum inferius. Item si aliquis
ante carnalem copulam voveat quod
intrabit claustrum cum teneatur non coire
in [illegible] non videtur bonum prolis est
contra bonum prolis est de essentia
matrimonii quia ad hoc est institutum
ergo sine hoc non est matrimonium. Item
ibi non est fides thori. Ros. autem di-
cunt quod ibi sunt omnia bona ma-
trimonii secundum exigentiam matrimonii.
Unde hic tenetur reddere debitum non
absolute sed salvo iure superioris.
Ideo quia non est perplexus si vir petat
debitum quia debet adherere manda-
to superioris cum tenetur absolute. Si autem
per violentiam corrumpatur eam non potest
intrare religionem nisi de consensu
mariti sicut nec continentiam potest. Et
licet prius debetur ei aureola et
post non tamen non punitur mulier in quo
non deliquit quia aureola non est pre-
mium. Nota quod bonum prolis non
dicitur ipsa proles que quandoque queritur
propter hereditariam successionem sed spes
vel desiderium quo proles ad hoc queritur
ut religiose informetur. Unde multi
sunt prolem qui non habent bonum
prolis nec ideo tamen desinunt esse
coniugati. Itaque duo prima bona quandoque
comitantur matrimonium quandoque non. Ter-
tium vero inseparabiliter adheret quia di-
rimat matrimonium. De hiis qui contra-
here possunt et de affectu coniugii

Potest autem contrahere lxxvi
matrimonium omnis homo qui
consentire potest in coniugalem assensum
et carnis copulam nisi oppositum prohibeat.
Hoc ideo dixi quia ille qui caret utroque
testiculo consentire non potest. Similiter furio-
sus. Furiosum dum est in furore consentire
non potest. Si habet dilucida intervalla et
aliquando redit ad sanam mentem et tunc
bene potest et testari et omnia que alii pos-
sunt. Sed et inter absentes potest per pro-
curatores contrahi matrimonium. Affec-
tus matrimonii est quod ex quo semel
est inter aliquos numquam desinunt esse
etiam si alter coniugum efficiatur hereticus
nec potest alter alterum dimittere nisi
causa fornicationis. Sed si tunc dimit-
tit maneat sine coniuge vel reconcilietur.
Item alius effectus est quia mulier
potestatem corporis sui non habet sed vir
et econverso. Unde postquam est inter illos
secuta carnalis copula nec religio-
nem potest alter eligere altero invito nec
continentiam profiteri. Est et alius
effectus quia compellendus est reddere
debitum vir uxori licet incestuose cog-
noverit eam et econverso non obstante affi-
nitate unique superveniente. De speciebus
coniugii lxxvii

Matrimonium
aliud legitimum aliud clande-
stinum. Legitimum est quando ab hiis
qui in feminam potestatem habere vi-
dentur uxor petitur a parentibus spon-
satur et legibus dotatur a sacerdotibus
ut mos est benedicitur et a paranymphis
custoditur ac sollempniter accipitur.
Si aliter fiunt non coniugium sed adul-
terium vel fornicatio dicitur et tunc
dicitur clandestinum. Non tamen intelli-
gas quod non possit sine sollempnitatibus
huiusmodi verum esse matrimonium. Sed loquitur
canon secundum id quod ecclesia presumit
eo quod probari non potest. Vel dic quod
in hoc sacramento sicut in aliis quedam
sunt pertinentia ad substantiam ut consensus
de presenti qui solus sufficit. Quedam
vero ad decorem et honestatem ut
sollempnitates predicte sine quibus
verum est coniugium et legitimum quantum
ad veritatem sed non quantum ad
honestatem. Unde compellendus est talibus

in foro penitentie ut de nouo consentiant uel re-
cognoscant et approbent publice in facie
ecclesie quod occulte fecerunt et faciant penitentiam
quia scandalizauerunt ecclesiam et exposue-
runt se magno periculo posset enim alter
alterum dimittere quando vellet et de facto
cum alio contrahere et sic in adulterio propter
defectum probationis imprimere contrarium ad eternam
infelicitatem manere. Item matrimonium
dicitur initiatum per consensum de presenti
perfectum autem siue consummatum per carnis co-
pulam. Inter beatam virginem et ioseph
verum fuit matrimonium quia secundum augustinum
proposuit se perseueraturam virginem nisi
deus ei aliter reuelaret. Committens ergo
virginitatem suam diuine dispositioni consensit
in carnalem copulam non illam appetendo
sed diuine inspirationi utrobique obedien-
do. Postea vero simul cum viro la-
bis votum expressit et uterque in virgini-
tate permansit. Fuit etiam perfectum illud
coniugium propter triplex bonum. Unde augustinus
prolem cognoscimus ipsum dominum fidem quia
nullum adulterium sacramentum quia
nullum diuortium. Solus ibi nuptialis
concubitus non fuit quia in carne peccati
fieri non poterat sine pudenda concu-
piscentia carnis que accidit ex peccato sine
qua concipi voluit qui futurus erat
sine peccato. Secundum etiam dicitur ma-
trimonium initiatum per sponsalia de fu-
turo ratum per consensum de presenti consu-
matum per carnis copulam. Item matrimo-
nium aliud legittimum et non ratum
aliud ratum et non legittimum aliud
legittimum et ratum. Legittimum est
quod legali institutione et prouincie
moribus non contra inhibitionem domini con-
trahitur. Et hoc etiam inter infideles inter
quos non est ratum matrimonium quia
sine fide fit. Et sic intelligitur quod
ait augustinus non est ratum coniugium quod
sine deo est. Ratum et non legittimum
est quod inter fideles legittimas tamen
personas sed sine legittima sollemp-
nitate contrahitur. hoc est ratum quia indisso-
lubile. Legittimum autem et ratum est inter
fideles si tamen sit debita sollemp-
nitate contractum. De hiis que im-
pediunt et dirimunt matrimonium
ac primo de errore persone lxxvii

Duodecim tantum sunt impedi-
menta que impediunt matrimo-
nium contrahendum et dirimunt
iam contractum. Si tamen precedunt
matrimonium quia consensum coniugalem
excludunt. Si vero sequuntur non dirimunt.
Hec autem hiis quatuor versiculis continentur. Error
condicio votum cognatio crimen cultus
disparitas vis ordo ligamen honestas
Si sis affinis si forte coire nequibis
Hec socianda vetant conubia iuncta
retractant. Preter ista vero xii que
impediunt et dirimunt matrimonium alia
duo sunt que contrahendum sed non
dirimunt contractum scilicet tempus feriarum
interdictum ecclesie unde versus Ecclesie vetitum
nec non tempus feriarum impediunt
fieri permittunt facta teneri. Error
persone ex sui natura non consensum
esse sicut plerique matrimonialem
consensum excludit quia qui errat non
consentit et errantis voluntas nulla
est. Sed aduertendum quod aliquis uel aliqua
errat consentiendo in virum quem putat
alterum necessarium est quod prius
auditum uel famam habeat aliquam
noticiam illius absentis persone quam
credit istum putatum quia in percipientibus
ignotum nec affectum nec consensum
dirigere possumus. Itaque non consentit
in putatum sed in illam quam putatum
esse putat et sic non est matrimonium
quia in persona errat. Si vero illa
noticiam habeat nisi de persona ab-
sente non errat in ea sed decipitur
verbi gratia. Si aliquis anglicus veniat
ad nobilem mulierem dicens se filium
regis anglie cuius noticiam nullus
habeat et contrahit illa cum eo credens
eum esse filium regis non impeditur
matrimonium quia non fuit error per-
sone sed potius qualitatis que non
impedit sicut nec error fortune.
Si quando una persona melius [?] fuat
bonum matrimonii quod est fides quam
alia sed quod putabat melius fuerit
quam turpis uel diues quia pauper-
rimissime euenit. Postea ubi est error
persone non est consensus nisi subdiccio-
ne unde nec fuit matrimonium inter
lyam et iacob in primo concubitu nec fuit
peccatum quia ignorancia facti excu-
sauit peccatum a toto nec etiam peccauit
lya quia instinctu spiritus sancti sic pa-
tri tradita est. Et nota quod licet error non
impediat benedictionem ut patet in be-
nedictione iacob tamen impedit ma-
trimonium quia prius benedicat deus
qui non errat. Unde scriptum est

Invocabitur nomen super filios istos et
ego benedicam eis Matrimonium autem per-
thomis est **De impedimento condicionis**
Impedimentum condicionis // **lxxix**
introductum et acceptum in favorem liber-
tatis De quo breviter sciendum quod si
libera mulier contrahit cum servo vel liber
cum ancilla sciens tenet matrimonium
Si vero ignoravit nullum est matri-
monium nisi postquam cognovit eius
condicionem consensit in eam verbo vel
facto scilicet per carnalem copulam Item non
quilibet error deterioris condicionis servilis
scilicet impedit matrimonium contrahendum
et dirimit contractum ut dictum est
Sed non error paris vel melioris Ra-
cio quia non decipitur non habet quid ei
obiciat Item alia racione quia edictum
tale est prohibitorium hoc est quamquam non
prohibetur admittitur Sed si dominis con-
tradicentibus et invitis inter servos
contracta sunt matrimonia non sunt pro-
hoc dissolvenda debita tamen et con-
sueta servicia nichilominus debent exhi-
beri Sed quia servus non habet potestatem
sui corporis ideo servitus impedit ma-
trimonium quia sine voluntate domini non
potest transferre dominium sui corporis in uxorem
Circa condiciones autem que apponuntur
in desponsacionibus est distinguendum
quoniam aut condicio est honesta aut inho-
nesta Item si honesta aut necessaria
aut voluntaria Si vero est turpis
sive inhonesta aut est contra substanciam
sive naturam matrimonii aut non Con-
dicio honesta et necessaria est que si non
apponatur nichilominus agitur ut quando fidelis cum
infideli contrahit ea condicione ut
convertatur ad fidem Honesta et voluntaria
est que honeste potest apponi et non ap-
poni ut contraham tecum si pater meus
voluerit vel si dederis michi C libras hec si
apponatur suspendit sponsalia usque in
eventum condicionis eciam si intercesserit
iuramentum nisi interim consensus de presen-
ti vel carnalis copula fuerit subsecuta
quoniam tunc dicitur esse verum matrimonium
inter eos eo quod videntur a condicione
posita recessisse Condicio inhonesta
contra naturam seu substanciam matrimonii
est cum dicitur Contraho tecum si genera-
cionem prolis evites vel donec inveniam
aliam honore vel facultatibus digni-
orem aut si pro questu adulterandam

te tradas hec si apponatur nichil agitur Inho-
nesta condicio non contra naturam matrimonii
est cum dicit Contraham tecum si furtum feceris
vel si hominem interfeceris hec si apponatur
in fugienda est et pro non adiecta habenda
et tenent sponsalia sive matrimonium
De impedimento voti sequitur lxxx
Votum est alicuius boni cum delibe-
racione facta promissio vel sic vo-
tum est concepcio boni propositi cum
deliberacione firmata qua quis ad ali-
quid faciendum se deo obligat Et licet
diversa sint vota secundum diversitatem eorum
que voventur Votum tamen continencie
impedit matrimonium et dirimit Cuius
autem vovere possit Sciendum quod quilibet
sane mentis nisi expresse prohibeatur quoniam
votum lege sancti spiritus inspiratur Prohi-
bentur autem coniuges votum continencie emittere
nisi pari consensu et si alter vovit sine con-
sensu alterius vel eciam intrat monasterium
revocari potest ab altero coniuge quod votum
hoc post carnalem copulam Verum ante licet
sit matrimonium per verba de presenti inter eos
contractum potest alter altero invito et
renitente intrare religionem et alter
remanens in seculo contrahere Item servus
invito domino vovere non potest nec monasticam
vitam eligere Item pueri sive puelle si
votum emiserint ante tempus pubertatis quod
est in puero xiiii annorum In puella xii
pater et tutor revocare possunt absque
peccato Alioquin si non revocaverint cum ad le-
gittimam etatem venerint postea firmum
manebit et ratum / Votum simplex est
quod simpliciter emittitur professio vera vel
presumpta monachatus votum facit solle-
mpne Item sollempnizatur votum per
sacri ordinis suscepcionem Simplex votum
impedit matrimonium contrahendum tantum
votum vero sollempne impedit contra-
hendum et dirimit iam contractum
De cognacione carnali lxxxi
Cognacio triplex carnalis scilicet et
spiritualis et legalis Carnalis
alias duas precedit naturaliter
et consanguinitas appellatur Consanguinitas
est vinculum personarum ab eodem stipite de-
scendencium carnali propagacione con-
tractum Stipitem dico illam personam
a qua aliqui duxerunt originem sicut
adam fuit stipes cayn et abel et fi-
liorum qui ab eis processerunt Linea est
ordinata collectio personarum consanguinitate

cognacionis ab eodem stipite descendencium diversos gradus continens. Linee sunt tres. Prima est ascendencium a quibus originem traximus sicut pater mater avus ava proavus proava abavus abava. Secunda descendencium qui duxerunt originem a nobis sicut filius filia nepos neptis pronepos proneptis abnepos abneptis. Tercia est transversalis seu a laterali venientium a quibus non duximus originem nec ipsi a nobis ut frater soror filii duorum fratrum qui dicuntur patrueles vel duarum sororum qui dicuntur consobrini et eorundem filii et nepotes. Due linee descendentes unam faciunt transversalem ut apparet in hoc exemplo filii duorum fratrum attinent sibi linea transversali et quilibet eorum recta linea descendit ab avo eorum communi. Secundum leges autem quelibet persona facit gradum. Sed secundum canones in transversali linea due persone faciunt gradum ut puta duo fratres sunt in primo gradu secundum canones qui sunt filii duorum fratrum. Secundum leges in secundo in quarto et sic de singulis. Sufficiat hec diffinicio. Gradus est habitudo distancium personarum qua cognoscitur quota generacionis distancia due persone inter se differunt. Gradus itaque computantur. In linea ascendenti pater et mater sunt in primo gradu avus et ava in secundo proavus et proava in tercio abavus abava in quarto. In descendenti vero hoc modo computantur filius et filia sunt in primo gradu filii duorum fratrum in secundo nepotes eorum in tercio proneptes in quarto. Ultra quem gradum nulla hodie consanguinitas sicut nec olim ultra septimum gradum protenditur. Verum etiam alique persone attinent sibi in una parte in secundo vel in tercio gradu in alia vero in quarto possunt contrahere quia semper standum est remociori parti in consanguinitate. Nisi hoc casu remocior persona extra metam consanguinitatis consistit unde iam non attinet illi. Denique regulariter semper debet iudicari pro matrimonio nisi contra matrimonium ius inveniatur expressum.

De cognacione spirituali xxxiiii

Cognacio spiritualis est propinquitas proveniens ex sacramenti dacione vel ad id tencione ut cum baptisat sacerdos puerum tu eum suscipis vel ex vir eius est pater spiritualis. Species cognacionis spiritualis sunt tres. Una dicitur compaternitas que attenditur inter spiritualem patrem pueri et carnalem. Alia dicitur paternitas et hec inter illum qui suscipitur et eum qui suscipit. Tercia fraternitas que inter filium tuum spiritualem et filios tuos carnales. Due sunt species compaternitatis. Una directa scilicet cum ego suscipio de sacro fonte filium tuum vel ipsa meum et istam nunquam potero in uxorem habere. Alia indirecta quando unus coniugum post quam sunt una caro effecti filium alterius suscipit. Nisi hoc casu ambo parentes infantis compatres efficiuntur vel eciam alteri coniugum qui non suscipit cum quo contrahit sibi ac tunc coniuges. Tam directa compaternitas quam indirecta matrimonium impedit contrahendum et dirimit iam contractum. Solet autem queri an aliquis duas commatres possit habere in uxores unam post aliam. Sed refert utrum commaternitas precedat matrimonium vel sequatur. Si precedit matrimonium vel facti carnalem copulam licite potest quia per unionem carnis sequentem non transitur ad unionem spiritualem precedentem. Si vero sequitur distinguitur et ipsa distinctio quibusdam versibus comprehenditur. Tu michi vel tua mea natum fonte levavit hec mea commater fieri mea non valet uxor. Si qua mee natum non coniuge fonte levavit hanc post fata mee non inde vetabor habere. Nunc videndum est de paternitate que attenditur inter suscipientem et susceptum. Nunquam potest esse matrimonium inter eos. Similiter nec laicus nec clericus in minoribus ordinibus constitutus potest matrimonium contrahere cum illa quam suis manibus baptisavit. De fraternitate spirituali sciendum quod omnes filii duorum compatrum sive ante compaternitatem geniti fuerint sive postea possunt legittime matrimonialiter copulari excepta persona qua mediante compaternitas est contracta. Nam illa persona nunquam potest copulari alicui filiorum patris sui spiritualis. Queritur si filius sacerdotis vel alterius viri qui baptisavit puellam possit contrahere cum ea quam pater eius baptisavit. Videtur nequaquam ymo eciam si contractum fuit matrimonium separandum est. De tribus ergo speciebus cognacionis spiritualis dantur tres re-

Prima est quod vir et mulier spirituali proximitate sibi iuncti non possunt inter se contrahere Secunda est quod compater vel commater cum filiis compatris et compatris possunt contrahere excepta illa persona propter quam contracta est spiritualis proximitas Tercia est filii filie vel compatrum vel commatrum possunt inter se contrahere exceptis personis illis propter quas contracta est spiritualis proximitas Preterea vero sacramenta tantum contrahitur spiritualis cognacio scilicet per cathecismum baptismi et confirmacionis Illa tamen que contrahitur per cathecismum adeo debilis est et invalida quod non impedit matrimonium contrahendum Vnquam autem dirimit contractum

De cognacione legali lxxxiii

Cognacio legalis est quedam proximitas ex adopcione proveniens Adopcio est extranee persone in filium vel nepotem vel deinceps assumpcio legittima Species eius sunt due una dicitur arrogacio alia simpliciter adopcio Arrogatur ille qui sui iuris est id est qui non habet patrem vel si habet emancipatus est et transit in potestatem arrogantis et ista fieri debet auctoritate principis Adoptatur ille qui est in potestate sui patris et ideo non transit in potestatem adoptantis et hoc fit imperio magistratus Adoptare potest pater familias qui sui iuris est et qui generare potest Nam qui generare non potest ut spado vel frigidus non potest adoptare Item nec ille qui minor est xx annis nisi iusta causa interveniente Mulier vero adoptare non potest nisi ex rescripto principis in solacium filiorum amissorum ei concedatur Potest adoptari quilibet tam masculus quam femina dummodo sint minoris etatis patre adoptivo ita quod filius eius naturalis esse possit Effectus adopcionis est ut ille qui optatur proprius quasi filius habeatur ita ut eciam ab intestato succedat Item arrogatus et eius filii vel nepotes si quos in potestate habet transeunt in potestatem arrogantis quod non est in eo qui adoptatur Item arrogator tenetur relinquere filio arrogato quartam partem omnium bonorum que habet sive in testamento sive cum velit emancipare Sed adoptator filio adoptivo nichil tenetur relinquere nisi velit Species autem adopcionis sunt tres Prima quasi descendencium attenditur inter me patrem adoptatorem et filiam meam vel neptem adoptatam Secunda quasi collateralium veniencium inter filium meum naturalem et filiam meam adoptivam Tercia scilicet legalis affinitas inter me et uxorem filii mei adoptivi Similiter inter filium meum adoptivum et uxorem meam Cognacio legalis in secunda specie impedit matrimonium quamdiu sunt in eiusdem patris potestate tantum Prima vero et tercia omni tempore impedit indistincte

De impedimento criminis lx

Crimina multa sunt xxiiii que impediunt matrimonium contrahendum propter eorum enormitatem sicut est incestus Item ille qui uxorem suam interfecit aliam accipere non debet Item ille qui rapuit sponsam alterius Item qui impediendo matrimonium proprium filium de sacro fonte suscepit ut posset privare coniugem carnali debito et copia sui Item ille qui interfecit presbiterum Item sollempniter penitens Generaliter tamen si iuvenes adolescentes sunt et timetur incontinencia eorum ecclesia debet eis concedere nubendi licenciam Item quamvis multa sint crimina que impediunt matrimonium contrahendum nulla tamen sunt que contractum dirimant nisi tria Primum scilicet quod si quis adulteratur cum aliqua coniugata et ipsa vel ipse machinatus fuit in mortem viri ipsius adultere vel in mortem uxoris ipsius adulteri cum effectu ut simul contrahant Postea contrahere non debent et si contraxerint sunt separandi Secundus casus est si prestat fidem adultere quod ducet eam post mortem legittimi eius mariti vel uxoris ipsius adulteri Tercius est quod prius eam ducat et cum ea contrahit quod plus est quam fidem dare de ducendo Itaque debent separari quod intelligendum est cum ambo sciebant impedimentum quando sic contraxerunt Si enim alter ignoraret tunc credens illum cum quo contraxit esse solutum posset cum illo esse post mortem legittimi et hoc propter bonam fidem

quam hnt declinari est aut incre
tiono quod sine ante fidem datam
vel vinculum de facto contractum sive
postea legittima no sistite cognos
cam debent omo separi Illis ergo
qui peccant contra bonum matrimonii
et no conf cem pt infligi pena
ne contrahant Si contrahant contractum
est Illi vero qui peccant contra cem
matrimonii in eod debent puniri
Unde et ille qui sua vivente cum aa
contraxit mortua prima cogitur rema
nere cum secunda si ipa velit tunc enim
primus consensus est effectum si vero ipa
no vult no est matrimonium De dispari

De dispari // cultu lxxxv

De dispari cultu distingue ord aut fide
lis contrahit cum infideli Iudeo
scz pagano vel heretico aut infideles
inter se aut fideles et postea labitur
alter eorum in heresim In primo tamen nullum
est matrimonium sponsalia tamen pt fidel
cum infideli contrahere sub condicione
si infidelis convertatur ad fidem In secundo
casu .s. cum coniuges sunt infideles
verum est matrimonium sed si alter convertitur
ad fidem alter remanet in iudaismo
vel in gentilitatis errore sed infidel
no vult cohitare fideli vel si vult
cohitare no tamen sine dei iniuria
et blasphemia nominis xpi vel ut eum
pertrahat ad infidelitatem vel ad aliud
mortale peccatum In istis tribus casibus
contumelia creatoris solvit ius ma
trimonii circa fidelem et ideo pt con
trahere Si vero infidelis vult cohitare
fideli sine aliquo peccato fidelis si
vult ei cohitare bene facit Prima hoc mo
net Apostolus ad Corinth Si aut non
vult no est compellendus tum illa vivente
te no potest contrahere qui durat ma
trimonium Quod si iudei vel pagani con
traxerint cum consanguineis secundum ritus
suos utrumque post conversionem remane
bunt taliter copulati dictas quod sc
nisi contraxerint in gradibus divina lege
prohibitis Quod si infidelis plures
habens simul herens uxores convertitur
prima tantum est uxor eius et ideo illa
solam pt retinere Quod aut dt apls
ep si quis frater .i. fidelis hz uxorem
infidelem in coniugio et h consentit ha
bitare cum illo vir non dimittat illa
no est preceptum sed consilium s glo

Posset enim eam licite dimittere propter
fornicationem spiritualem Sed Apostolus
consuluit no dimittere propter duo .s. ut p
virum fidelem mulier infidelis lucri fiet
et ne gentiles propter separationes coniugii
doctrinam xpi abhorrerent Quod aut
q dr et h consentit hitare cum illa in
tellige cum suppletione .s. sine iniuria
et blasphemia xpi vel ut eum trahat
ad infidelitatem vel mortale peccatum In
tali enim casu debet eam dimittere
et pt etiam contrahere cum alia Prima
ut dicit Ambrosius no debetur re
verentia coniugii ei qui abhorret aucto
rem coniugii Contumelia enim creatoris
solvit ius matrimonii circa eum qui
relinquitur ut no possit accusari
si alii copuletur Infidelis aut discre
dens et iudeum et in matrimonium
peccat Itaque no est fides servanda
coniugii ei qui ideo recessit ne audiret
nomen xpi Si vero ambo credide
runt per cognitionem dei confirmatum
coniugium In tertio casu .s. quando fideles
contrahunt inter se et postea alter labitur
in heresim et in infidelitatis errorem
no pt contrahere qui relinquitur non
distincto an intervenit carnalis co
pula vel non quia matrimonium fide
lium est ratum et ideo nullo casu
superveniente pt dissolvi De metu

Ubi metus // et coactione lxxxvi

Ubi metus vel coactio intercedit no pt con
sensus locum here et per consequens
nec matrimonium metus 3 maioris rei
impetus qui repelli no pt Metus
est instantis vel futuri periculi men
tis trepidatio Coactio seu vis alia
levius alia violenta levius no exclu
dit consensum matrimoniale sed viole
ta scz cum quis rapitur vel trahitur
invitus ducitur vel ligatur Item metus
alius cadit in constantem virum alius
no Ille qui cadit in constantem virum
excusat et excludit consensum matri
monii ut metus mortis et corporis
cruciatus Item metus stupri et
servitutis Istos quattuor duobus versibus
comprehendas Excusare metus hoc po
sse puta qui nescis stupri sive status
verberis atque necis Item nota quod
talis metus cadet in virum qui no di
citur cadere in malum qd no est verisimile

hominem clare dignitatis in urbe ti
muisse vel quod rex suis militis me
tum timeat tum si aptissimas probatio
nes habeat repellitur presumptio que
contra eum est Et sic iudex secundum
qualitatem personarum et locorum iudica
bit qualis sit metus et iudicabit
in eorum aliquid vel nullum Item mulier
que stetit per annum et dimidium cum
marito vel consensit in carnale copulam
non debet postea audiri si allegat
metum vel violenciam Clerici in quatuor
minoribus ordinibus constituti nisi sint
in aliqua religione que continenciam
profitetur licite possunt contrahere
si vero in sacris ordinibus non possunt
et si contraxerint separabuntur etc.

De ligatione et publica honestate

Numquam vero // lxxxvij /

Alligatus uxori sit vel potest
aliam accipere nisi cum diuina re
uelatione et instinctu spiritus sancti
reuelatum fuit sicut patriarchis Tamen
si uxor credit virum mortuum et con
traxit cum alio quod quia dum ita cre
dit licet ille reuertitur excusatur ab adul
terio et fornicatione propter ignoranciam
facti et filii si quos conceptos suscepit
iudicantur legitimi Sed statim cum
reuertitur primus debet recedere a secundo
et redire ad primum Quod si non reuertitur
credit tamen eum viuere non cogatur
debitum a marito quem accepit sed
ei cogenti reddat Item pone quod
vir iuit in exercitum contra sarracenos
vel in regione longinqua non reuertitur
nescitur utrum sit viuus vel mortuus
quid faciet uxor Dic quod quantumcumque
iuuencula sit contrahere non potest donec
sit certa de morte mariti Sed qualiter
certificabitur videtur per iuramentum illius
sub quo militauit vel eciam sociorum
qui mortem eius bene nouerunt Cum
autem ut dicit apostolus mortuo viro li
berata sit mulier a lege viri videtur
quod uxor lazari non tenebatur ei qui
fuit resuscitatus Sed contra adhe
[?] acceperunt mulieres de resurrectione
mortuos suos videtur non tenebatur
quia solutum fuit in morte vinculum
matrimonii Quod autem dicitur acceperunt

est hoc factum est de honestate non de ne
cessitate et oportebat inuenire nouum
consensum et sic nouum esset matrimonium
Sed secundum hoc videtur quod si aliquis religio
sus qui fecit professionem usque ad mor
tem suscitaretur absolueretur a professione
et posset manere in seculo Contra dominum
quere debet prouocare ad melius videtur
non est simile quia vinculum matrimonii
est ad homines sed vinculum professionis
ad deum Est enim spiritus creati ad spiritum in
creatum et quia extrema indissolubi
lia sunt ideo et vinculum indissolubile
unde tenetur ad illud religiosus Quia
dam sunt publice honestatis iusticia
contrahitur ex desponsatione puta si ab
desponsauit puellam vij annorum vel
ultra et licet eam non cognoscat
tamen nullus de consanguinitate eius poterit eam
habere in uxorem nec ipse aliquam eius
consanguineam De affinitate lxxxviij

Affinitas est proximitas personarum
ex carnali copula veniens ca
rens parentela Ex copula
carnali ideo dixi quia tam per fornicariam
copulam quam per legittimam contrahitur
affinitas Ex persona sibi addita consang
uinitati per carnalem copulam contrahitur
quia omnes mariti consanguinearum mearum
sunt michi affines et in illis gradibus
in quibus uxores eorum attinent michi
quia si qua est in secundo gradu consanguinitatis
maritus eius est in primo gradu af
finitatis Sic et in tercio gradu et sic
de ceteris gradibus quo gradus computa
mus affines respectu consanguinitatis tue
et quod dictum est de maritis consanguinearum mearum
Idem pocius intelligas de uxoribus
consanguineorum quod ego sum eis affinis
in eisdem gradibus Item omnes consanguinei
uxoris mee sunt michi affines in eisdem
gradibus in quibus sunt consanguinei uxo
ris et omnes mei consanguinei similiter
sunt affines uxoris mee in eisdem gra
dibus in quibus sunt michi consanguinei
Habebat autem olim prohibicionem usque ad
septimum gradum hodie vero usque ad
quartum inclusiue sicut ipsa consanguinitas
Nota quod si persona que est tibi affinis
per apposicionem generat filium de consanguineo tuo
filius ille est tibi consanguineus et non

affinis. Si vero de extraneo nichil tibi attinebit per appositionem tibi. Ideo dixi quando si tibi est aliquis affinis per viam appositionis, id est quod tu appositus sis consanguineis eius; si generat filium ille erit tibi affinis sicut parens suus sed in alio gradu. Item nota quod licet moriatur consanguineus quo mediante contrahitur affinitas, persone que supersunt remanent affines. Item contrahitur affinitas non solum per matrimonialem sed etiam per fornicarium coitum, dummodo tamen ordine nature. Secus autem si contra ordinem quod est contra vel extra vas debitum aliquis polluit aliquam, quia talis pollucio nec facit sanguinis commixtionem nec carnis unitatem per quam contrahitur affinitas. Idem credo si invasit claustra pudoris non tamen perfecit ad consummacionem operis. De impotencia coeundi // eiusdem lxxxix /

Inter impedimenta matrimonii impossibilitas coeundi maximum optinet locum, quia ex sui natura potius quam ex constitucione ecclesie impedit matrimonium. Et est vicium animi vel corporis vel utriusque quo quis impeditur alii carnaliter commisceri. Species eius sunt plures, quia alia est naturalis impotencia ut frigiditas in viro, arctacio in muliere, defectus etatis in puero. Alia accidentalis ut castracio, maleficium. Item naturalis alia temporalis alia perpetua. Temporalis que scilicet impuberes impedit, quia quamdiu in est ei non potest contrahere. Perpetua vero que scilicet in frigido impedit contrahendum et dirimit iam contractum. De arctacione mulieris dictum. Quod licet sit arctata, si potest ei subveniri beneficio medicine vel per successivum usum cum homine convenienter, statuere non impedit matrimonium. Alias autem impedit et dirimit. De accidentali dicendum quod castrati quia inepti sunt ad reddendum debitum matrimonii contrahere non possunt sicut nec pueri, et si contraxerint dividendi sunt. Maleficium si est temporale nullum prestat impedimentum matrimonio, si vero perpetuum impedit. Frigidus quidem nullam potest cognoscere nec movetur ad voluntatem coeundi, sed maleficiatus potest alias cognoscere preter illam cum qua maleficiatus est. Et ideo cum celebratur divorcium racione frigiditatis non datur licencia viro quod ducat aliam, et si duxerit separabitur a secundo matrimonio et restituetur primo, quia apparet deceptam fuisse ecclesiam. Idem est si separatur propter arctacionem mulieris

et ipsa nubet alii. Si vero propter maleficium separantur, utrique datur licencia nubendi. Si autem mulier proclamat et dicit quod vir eam cognoscere non potest et vir dicit quod sic et iuramento firmaverit quod eam cognovit, standum est iuramento viri, quia caput est mulieris, nisi mulier ostendat se virginem per aspectum corporis, probatis deficientibus probacionibus. Si etiam ambo coniuges profitentur contra matrimonium, non esset propter hoc absolute separandum, tum quia non multi inter se contra matrimonium vellent colludere, si sue confessioni crederent esse standum, tum propter favorem matrimonii. De hiis que matrimonium impediunt sed non dirimunt.

Omnia iam impedimenta // xc / superius enumerata antequam matrimonium contrahatur interveniencia, similiter distinctionibus super quolibet impedimento pertractatis, impediunt matrimonium contrahendum et dirimunt iam contractum. Sed si postea sequuntur non impediunt nec dividunt. Cetera vero impediunt contrahendum sed non dirimunt contractum, que sunt tempus feriarum et interdictum ecclesie. In tempore quidem feriarum contrahi possunt sponsalia et etiam matrimonium solo consensu. Sed traductio uxoris, nuptiarum sollempnitas et carnalis copula prohibentur. Tempus id taxatum est ab adventu domini usque ad octavam epyfanie, et a septuagesima usque ad octavam pasche, et tribus septimanis ante festum beati Johannis baptiste, de quibus determinatum est hodie. Ecclesia incipit tribus diebus ante ascensionem et protenduntur usque ad octavam penthecostes. Sequitur de interdicto ecclesie, scilicet quando aliquis prohibetur contrahere cum aliqua, quia forte dicitur eius consanguinea vel affinis vel sponsa alterius vel propter aliud. Illi quorum matrimonium interdicitur non debent contrahere. Sed si contraxerint, nisi aliud impedimentum perpetuum impediat, possunt simul permanere et non sunt separandi nisi ad tempus ut agant penitenciam, quia mandatum ecclesie contempserunt. Sane ut dubia circa matrimonium pericula caveantur, statutum fuit in concilio generali ut cum matrimonia fuerint contrahenda in ecclesiis per presbiteros publice proponantur competenti termino prefinito ut infra illud qui voluit et valuit legittimum

impedimentū opponat et ipi presbiteri
nichilominus investigent vtrū aliqd'
impedimentū obsistat / Si aūt appa-
ruerit probabilis coniectura contra copu-
lam contrahendā contractus interdicatur
expresse donec quid fieri debeat
super eo manifestis constat documentis

De divorcio sequitur vii titulus

Het nō cognitio nec separatio ma-
trimonij facienda est nisi aliquibus
agentibus et testificantibus Nō
quod si quis confessus fuerit
in iudicio quod actor proponit standum
est confessioni eius nisi per confessionem
illam fiet preiudicium matrimonio de
quo agitur vel etiam alteri matrimonio
Timetur enim tunc colludium Si nō
interrogatus in iure negat quod proponitur
probare debet qui proponit et si nō pro-
bat succumbit Item ad omnia quibus re-
stituendus de quibus probavit se spo-
liatum Item si mulier dicat se habere
virum suspectum quod eam ledat
et de consimilem causam suspicionis
ostendat ad officium iudicis spectat in-
ducere tamen sibi sufficienti cautione
quod maritus tractabit eam in lecto
et in mensa et in omnibus sicut ma-
ritali tractare debet uxorem et quod nō le-
dat eam in persona vel rebus vel aliquo
dehonestabit eam Salva tamen correc-
tione honesta maritali Et si mulier
nō confidit de iuramento viri cau-
tionem debet prestare quam
timet s. pigneraticiam vel fideiussoriam
sub promissa pena Cuilibet pt accu-
sare matrimonium ad plenum divortium
celebrandum qui nō prohibetur Cum autem
iam usque ad quartum gradum prohibitio
coniugalis copule sit restricta Et quod
contra prohibitionem huiusmodi presumpsit copu-
lari nulla longinquitate defendatur
annorum cum diuturnitas temporis non
minuat peccatum sed augeat // Maritus
pt accusare et dimittere uxorem propter
fornicationem et econverso Ista causa exten-
ditur ad fornicationis suspicionem
violentam ubi gratia Si probatum est
quod sunt solus cum sola nudus cum
nuda eodem lecto iacent et hoc secreta
Item credo quod extenditur ad crimen
sodomiticum intelligendum est etiam
de spirituali fornicatione Sed propter
carnalem semel commissam pt vir
dimittere uxorem et uxor virum propter spiritua-
lem vero nō pt si velit se corrigere Sunt
tamen quidam casus in quibus uxor
adultera nō pt accusari a viro primus
si et ipse convincatur fornicari Secundus si ipse
prostituit eam Tertius est cum ipsa crede-
bat virum defunctum et nupsit alii quod
maritus rediens tenetur eam recipere
nō obstante tali adulterio nisi scienter
fecerit cum secundo marito postquam primus
venit Quartus si cognita fuit latenter
ab aliquo quem credebat esse proprium
virum Quintus est si fuit vi oppressa
quod autem intelligo de vi absoluta Sex-
tus est quando reconciliavit eam sibi post
adulterium commissum vel eam publice
adulterantem retinet in consortio mari-
tali Septimus est quod si aliquis infide-
lis coniugem infidelem dimittat dato
sibi libello repudii et illa nubat alii
secundum ritum suum si ipse convertatur ad fidem
et ipse tenetur eam recipere nō obstante
quod sit ab alio cognita cum se convertit
nisi alias fuit fornicata Effectus huius
accusationis est quod si maritus pro-
bat quod intendit vel mulier quod confitetur
nisi mulier replicet contra eum aliquem
de predictis vii casibus absolvitur ab
eius cohabitatione et affinitate quam sibi
tenebatur et ingressum religionis eam in
vita sine pt et in seculo sine ea vi-
vere pt Sed tamen continere tenetur quam-
diu illa vivit

De filiis legitimis et illegitimis viii

Legitimus filius est qui de legitimo ma-
trimonio natus est vel de eo quod
in facie ecclesie legitimum reputatur
quamvis in veritate matrimonium nō fuit
dum tamen ambo coniuncti sunt bona fide
credentes se legitime copulatos vel
dummodo alter eorum tantum hoc credat
Nam si mulier alicui coniugato nubat bona
fide credens eum solutum et ex eo fi-
lios suscipiat legitimi iudicantur et
utique penitus succedunt Si quis autem
clandestina vel interdicta coniugia inire
presumpserit in gradu prohibito etiam
ignoranter soboles de tali coniunctione su-
scepta prorsus illegitima censenda
est de parentum ignorantia nullum ha-
bitura subsidium cum illi taliter contrahendo
nō expertes scientie vel saltem affectatores
ignorantie videantur / Pari modo pro-
les illegitima est censenda nō ambo

pentes impedimentum scientes legittimi
praeter omne interdictum etiam si in conspectu
ecclesie contrahere presumpserint. Item nota
quod quadruplex est status filiorum. Alii
sunt naturales et legittimi ut sunt illi
qui de uxoribus procreantur. Alii naturales
tantum ut filii concubine scilicet qui de soluto
et soluta nascuntur que posset esse
uxor. Alii sunt legittimi tantum
ut adoptivi. Alii nec legittimi nec
naturales qui spurii dicuntur ut illi qui
de adulterio vel incestu nati sunt. Sequitur
qualiter non legittimi legittimantur.
Primus modus est per subsequens ma-
trimonium. Nam si quis naturales habet
filios de aliqua et postea contrahit
cum ipsa filii iam nati legittimantur.
Sed si spurios habet ex ea non efficiuntur
legittimi. Secundus fit per specialem indul-
gentiam domini pape. Hii duo modi secundum
canones reperiuntur. Sequuntur et alii qui-
dam secundum leges. Primus est si pater
offerat filium naturalem curie imperatoris
et fiat curialis. Secundus si pater dece-
dens in testamento eum legittimum
nominet heredem et ipse postea offerat
principi testamentum. Tertius si nullo
filio legittimo existente patre iam de-
functo ipse naturalis filius seipsum offert.
Quartus si pater in publico instrumento
vel cum trium testium subscriptione scripto
eum nominet filium nec adiciat naturalem.
Prodest autem filios esse legittimos
quia succedunt in omnibus bonis pa-
rentum. Naturales autem filii in sexta
parte hereditatis patris succedere possunt.
Spurii vero et qui ex dampnato
sunt coitu omni prorsus beneficio ex-
cluduntur. Hec de sacramentis veteris
ac nove legis. Post illa iacobi synagoga
qua legalia renovata sunt. Sunt
hic historie interserenda. Nunc ad
ipsam historiam redeamus. **De pla-
catione et cronica annorum petri et
pauli xviii**

Placuit igitur
consilium apostolis et senioribus
et omni consensu elegerunt
viros per quos mitterent epistolam
cum paulo et barnaba iudam scilicet et
silam. Cum ergo ascendissent antio-
chiam congregata multitudine tra-
diderunt eis epistolam. Et audita eo-

consolatione de iugo legis non imponendo
sibi gavisi sunt fratres de gentibus.
Non est autem hoc pretereundum quod de
prefato ascensu suo in iherusalem predicta
de lite perturbata scribit apostolus ad
Galathas in hunc modum. Deinde post
annos xiiii a conversione mea ascendi
iherusalem cum barnaba assumpto
tyto et contuli cum eis evangelium quod
predico in gentibus. Ex quo annorum numero
colligitur quia eodem anno quo pau-
lus ascendit iherusalem scilicet quartode-
cimo a conversione sua petrus ascendit
romam et eodem sedit in kathedra
episcopali in qua sedit xxv annis / xiiii
non et xxv xxxix reddunt. Vicesimo
autem quinto anno a promotione beati
petri in sedem romanam scilicet ultimo
anno neronis passi sunt petrus
et paulus et sic xxxix° a conversio-
ne pauli. Unde colligitur paulum ad
fidem conversum eodem anno quo dominus
passus est. Tunc constet petrum et pa-
ulum xxxix° anno a passione domini
qui fuit ultimus neronis passos
esse martirium. Si autem quis legat
paulus conversus ad fidem ii° anno a pas-
sione domini intelligendum est ii° cur-
rente eodem usuali sicut alibi
determinatum est. Quartodecimo ergo anno
a passione domini scilicet iiii° anno clau-
dii ascendit petrus romam et sedit
in kathedra episcopali x annis sub clau-
dio qui regnavit xiiii annis et
nerone post eum totidem annis. Primo
quidem sedit antiochie vii annis in
sede episcopali quod nato de vii illorum
xiiii est intelligi qui a passione
domini fluxerunt usque ad eius promo-
tionem in sedem romanam post vii
annos quibus sedit in sede antio-
chena consilio domini de iudea a-
scendit romam. Sed in ascensu
transiit per antiochiam ut confirmaret
subditos suos in fide et ut haberetur
in eorum(?) substituit euodium
in sede antiochena. **De hoc quod paulus
petrum corripuit xviii**

Interim transiit per antiochiam reprehensus
tus est a paulo quia comedens cum
quibusdam fratribus de iudea timens
eos molestare discernebat cibos

et ita cogebat gentes exemplo suo iudaizare. Auctor. Iubar autem reprehensione secundum glo. Aug. commendat firmitas et caritas et humilitas petri qui cum primus pastor ecclesie adhuc institutus sit talem obiurgationem a posteriore pastore scilicet paulo pro salute gregis habens sustinuit et nichil exemplum posteris prebuit. Laus itaque iuste libertatis in paulo et sancte humilitatis in petro emicant. De hac autem reprehensione dissenciunt Aug. et Ieron. sicut et de legalium post Christi obseruatione. Ieron. enim dicit legalia post passionem Christi non debuisse ab aliquo obseruari sed petrum in vitio [?] hoc fecisse ne iudeos amitteret. Unde nichil dicit eum peccasse quia bona intencione hoc agebat licet illi peccarent qui quasi eius exemplo iudaizabant. Unde veram illam fuisse reprehensionem sed simulatoriam et dispensatoriam scilicet ut paulus sciret gentes non esse iudaizandas videretur tantum apostolum nichil reprehendi. Augustinus autem dicit petrum seruasse illa legalia non dispensatorie sed vere et libere quia tam sibi quam aliis qui sunt ex iudeis licebat ea tunc seruare ita tamen ut spem in eis non ponerent. Distinguit enim triplicem statum legalium. Unum in quo fuerunt quasi viua ante passionem domini. Tunc enim omnes iudei tenebantur ea seruare excepto. Secundum in quo fuerunt quasi mortua sed non dum sepulta scilicet a passione domini. Ex quo dum [?] est adhuc consummatum est usque ad fidei manifestam reuelationem. Hoc enim tempore permissum erat obseruare iudeis quia tunc mortua cum honore erat ad tumulum deducenda et sepelienda. Non tamen erant sub precepto. Nec iam aliqua veritas futura subesse credebatur quia iam erat exhibita. Tertium in quo fuit mortua et sepulta scilicet post fidem reuelatam. Hoc tunc enim neque precepta sunt neque permissa sed omnino prohibita ne cineres humatis sepulte de tumulo eruantur quod esset fedum et horribile. Credo ergo petrus sciuit distinctionem in cibis

non fecit dispensatiue secundum Aug. quia hoc licebat ei tempore tunc et et omnibus iudeis conuersis. Similiter reprehensio ista petri secundum Aug. non fuit dispensatoria sed vera. Peccabat enim petrus incaute vitando minus scandalum et dimittendo maius et dicit quod peccauit venialiter scilicet ex ignorancia quia simplici intencione hoc agebat. Videtur autem Aug. verius sentire quam Ieron. adminus de hac reprehensione scilicet quod fuit vera non simulatoria uel dispensatoria. Hoc enim dicit textus aperte quod reprehensibilis erat et quod non recte ambulabat ad veritatem euangelii. Nec credendum est hoc aliquo modo apostolum mentitum fuisse maxime cum in doctrina religionis secundum Aug. nullo modo mentiendum sit. Eusebius in hystoria ecclesiastica libro ii.

De euangelio petri quod marcus conscripsit. xcv

Igitur cum rome urbi clarum verbi dei lumen fuisset exortum simonis magi tenebre cum suo auctore restincte sunt. Tantus autem veritatis et lucis quam per petrum predicabatur auditorum mentes placido illustrauit auditu. Ita ut cottidie audientibus cum nulla unquam societas fieret. Unde nec auditio eius sola sufficeret sed multum discipulum eius omnibus precibus exorauerunt ut ea que ille verbo predicabat ad perpetuam eorum commonitionem scribenda scripture traderet quo domi forisque in huiusmodi verbi meditacionibus permanerent. Nec prius obsecrando destiterunt quam quod orauerant impetrarent. Et hec fuit causa scribendi quod secundum marcum dicitur euangelium. Petrus vero ut per spiritum sanctum religioso se spoliatum comperit furto delectatus est fidem eorum per hoc deuocionem que considerans factum quod confirmauit et in perpetuum legenda scripturam ecclesiis tradidit. Ieronimus in libro de illustribus viris. Assumpto itaque marcus euangelio quod ipse confecerat perrexit ad egiptum et primus alexandrie Christum annuncians constituit ecclesiam tante doctrine et vite continencia ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique philo disertissimus iudeorum videns alexandrie primam ecclesiam adhuc iudaizantem quasi in laudem gentis sue librum super eorum conuersione scripsit. Et quomodo lucas narrat iherosolime credentes omnia habuisse communia

† Clemēs cepit ānō dn̄i xviij sedit ānis ix

Hic ille quod allexandrie subinaris
fuit doctore cuebat memorie tradidit
Cronicas romanorum pontif' **De dictis**
pontificibus apertio usque ad silvestrum

Petrus igitur apostolus filius Ioh̄is
iohannis de bethsaida galilee
post passionem dn̄i an̄ ep̄atu
sedit cathedra pū cepis ānis quatuor postea
tenuit ep̄atum anthiochie vij annis
deinde venit roma ibique xxv annis
pontificatum tenuit et ipse cē cepit
anno dn̄i xlv° Sedit aūt impante
tyberio post gaio caligula p9 clau-
dio p9 nerone sub quo martirio pas-
sus est / Linus cepit ānō dn̄i lxx° se-
dit ānis xij · impante galba post
vespesiano post tyto Cletus cepit
anno dn̄i xviij sedit ānis ix · impa-
rante domiciano p9 ima impante
domiciano Anacletus cepit anno
dn̄i cij sedit ānis ix impante traia°
de isto tacet Eusebius in cronicis
et dicit q̄ anacletus ipse ē cletus S3
damascus papa in cronica romanorum
pontificum quam scribit Ieronimo ponit
eos p̄ duobus et dicit quod cletus fuit
natione romanus Anacletus aūt grecus
Nō solū aūt iuste sed in aliis ptibus
Cronica Eusebii ab aliorum cronicis vi-
detur dissonare Evaristus sedit
ānis ix Allexander x · Sixtus x · Celesfo-
rus xi · ygius iiij · pius xi · anicetus
xi · Sother ix · Eleut xv · victor x ·
zepherinus viij · Calixtus vj · vrbanus
iiij · poncianus vj · Antherus xij Fabianus
xiiij Cornelius ij · lucius iij · Stephanus
iij sixtus ij · dyonisius vj · felix iij ·
Euticianus i · Gaius xi · Marcellinus
viij · Cuius martirio passo inter persecu-
tiones dyoclecianum et maxianum va-
cauit pontificatus ānis vij · postea
sedit marcellus ānis v · Eusebius vj ·
Melciades iiij · Silvester xxiij qui con-
stantinum impatorem baptisauit qui
et pacem ecclesie reddidit Nā antea
vigente persecucione pene omnes pon-
tifices eius in sede roma p̄ fuit mar-
tirium subierunt **Cathologus rectorum**
qui usque ad innocencium quartum vixerunt

Post beatum silvestrum sedit marcus
ānis ij Iulius xv · Liberius
vj Felix i · Damasius xviij
Siricius xv Anastasius iij Inno-
cencius xij · Zosimus i · Bonefacius
vj · Celestinus viij Sixtus ix leo xxi
hylarius vj · Simplicius xv Felix viij
Gelasius iiij · Anastasius i · Simma-
cus xvi hormisda xviij Iohes ij
felix iiij Bonefacius ij Iohes ij Aga-
pitus mensibus xi Silverius mensibus
v · vigilius ānis vj pelagius iiij
Benedictus iiij · pelagius x · Gregorius
dyalogus xiij Sabinianus i · Bone-
facius mensibus viij · Bonefacius ānis
vj · iiij · Bonifacius vj honorius
xij Severinus ij · Bonefacius v · Iohes
i · Theodorus vj · Martinus vj Euge-
nius ij vitalianus xij Adeodatus
iiij · domnus i · Agato ij · leo mensibus
vj · Benedictus mensibus x · Iohes
ānis i · Conon mensibus xi Sergius ā-
nis xiij Iohes iij Iohes ij Sisinnius
d' xxv Constantinus vij Gregorius
xv Gregorius x · Zacharias x · Ste-
phanus v · paulus x Stephanus iij
Adrianus xxiij leo xx Stephanus
ij Paschal vij Eugenius iij · valen-
tinus d' xl · Gregorius ānis xvj Sergius
iij leo viij · Benedictus ānis ij · Nicolaus
ix · Adrianus iiij Iohes x · Martinus
i · Adrianus i · Stephanus xiiij formo-
sus iiij · Bonefacius xij · Stephanus
i · Romanus mensibus iiij · leo mens
i · xpoforus mens · vj Sergius ānis
vij Anastasius ij · Lando mens · iiij ·
Iohes ānis viij leo mens vj · Step-
hanus ānis ij Iohes iiij leo iij Ste-
phanus iij · Martinus iij · Agapitus
ix · Iohes viij · leo i · Benedictus ij Io-
hannes v · Benedictus i · dos de sur
Iohes v · Bonefacius mens i · Benedictus
ānis viij Iohes mens viij Iohannes
mens iiij · Iohes ānis x · Gregorius
ānis xi Iohes mens x Silvester annis
iiij · Iohes qui vocabatur sygo · mensibus
v · Iohes qui voca · Fanassius ānō i
Sergius qui vocatur ostoro ānis iij
Benedictus frater alberti maioris ānis
xi Iohes frater eius ānis ix · Benedictus
qui vocatur theophilatus xiij Silvestr
Samulensis eps d' lv · Gregorius
qui vocatur Iohes Gracianus ānis ij
Clemens qui vocatur sugerius mensibus
ix · damasius qui vocatur popo d' xx
iij · leo frissius qui vocatur pius ānis
v Victor ij Stephanus qui vocatur

fredericus mensibus vii Benedictus velletriensis episcopus menses ix Nicolaus qui vocatur Gerhardus annis ii Alexander qui vocatur Anselmus annis xi Gregorius qui et Hildebrandus annis xii Victor qui et Desiderius Cassinensis abbas menses iiii Urbanus secundus annis xi Paschalis ii xix Gelasius ii i Calixtus ii v Honorius ii v Innocentius ii xiii Celestinus ii menses v Lucius ii menses x Eugenius viii Anastasius iiii i Adrianus iiii v Alexander iii xxii Lucius iii iiii Urbanus iii i Gregorius viii mensibus ii Clemens iii annis ii Celestinus iii annis vii Innocentius iii xvi Honorius iii xi Gregorius ix annis xiiii Post hanc dissensione facta ecclesia romana vacavit sedes anno i Celestinus iiii dies xvii. Actor ponit Innocentius iiii adhuc sedet in kathedra qui iam sedit annis ii Nunc ad beati petri tempora redeamus.

De quodam miraculo marie magdalene. xcviii

Inter cetera sanctorum miracula legitur quod beata magdalena apud ballatam venisset et maximam gratiam predicationis haberet interrogavit eam quidam nobilis si fides quam predicabat firma esset. Cui illa vere inquit firma est et cotidianis miraculis et predicatione magistri nostri petri apostoli qui rome presidet roborata. Et ille promisit quod crederet et baptizari se faceret si ei adeo filium impetraret. Non pro hoc inquit remanebit. Interposito autem tempore uxor eius concepit et ille gaudens consilio magdalene ad sanctum petrum cum uxore iter aggressus est. Sed cum essent in mari ipsa partu precipitatus defuncta est. Quam cum naute in mare proicere vellent vir ab eis extorsit ut ad vicinum saxum navigantes eam ibi sepelire permitterent. Cum ergo puerum viventem cum matre defuncta optimis palliis reliquisset et cum dolore maximo tristis venisset sancto petro quod acciderat retulisset. Respondit ei petrus nil tibi deus abstulit quod restaurare non possit. Tunc ille in urbe biennio plenius confortatus doctus in fide et baptizatus post annum redire disposuit et navigans permittentibus nautis ad predictum saxum devenit. Et statim vidit puerum cum lapillis ludentem et ad matrem que erat iacens fugientem. Gaudens pater ad mirum cucurrit et eam veste sua optime ornatam invenit quasi de sompno excitatam quo ei fuit inquisivit. Cui illa optime inquit michi semper fuit. Nam et vobiscum ubique perrexi et doctrinam apostoli vobiscum audivi. Et sic ad invicem iunati sunt et gaudentes ad propria redierunt. Comestor.

De agrippa filio herodis agrippe et dissensione pauli et barnabe. xcix

Anno quo ascendit petrus ab antiochia romam scilicet quarto anno claudii erat quidam peruntor in iudea volens sibi pro libito usurpare potestatem constituendi summum pontificem et mutandi pro arbitrio suo. Videntes iudei quod non possent resistere miserunt nuntios romam. Erat ibi agrippa filius herodis agrippe quem pater discedens in manu gaii dimiserat. Iste audiens quod causa ipsorum ageretur intercessit pro eis obtinuit. Et rescripsit claudius prevaricatori ut ab huiusmodi vexatione desisteret. Et iudei significaverunt ei ut mitteret eis agrippam et faceret eum regem et dominum. Ipse autem misit eum in iudeam non tamen reddidit ei totam terram patris qui totum regnum iudaicum obtinuerat. Sed dedit ei galaaditidis regionem et potestatem constituendi summum sacerdotem in utrum pro arbitrio suo quam negaverat prevaricatori. Iste fuit agrippa magnus regnum deinde in imminente excidio iudeorum ab angelo premoniti recesserunt sicut habemus super matheum. Sed nunc prosequimur de paulo et barnaba qui adhuc demorabantur in antiochia evangelizantes. Post aliquos dies visum est eis quomodo viderent civitates in quibus predicaverant verbum dei et visitare fratres et confirmare in fide. Barnabas quidem voluit habere in comitatu suo Iohannem qui cognominatur Marcus. Paulus autem noluit dicens quia in sponte Acie constitutus minus tepide steterat et quia timore mortis a predicatione destiterat quoniam scilicet a pamphilia descendens reversus est Ierusalem. Ideoque non erat assumendus ad predicandum ne alios malo exemplo lederet. Et facta est dissensio ita ut

discederent ab invicem Et excusant eos sancti quia non dissenserunt odio quodam sed a spiritu sancto adhuc excitati ut divisi in pluribus locis predicarent et plures lucrifacerent Barnabas autem assumpto marco navigavit cyprum De eo quidem quod noluit eum dimittere perpenditur fuisse eius cognatus legitur autem fuisse consobrinum Paulus autem profectus est assumpto sila et perambulabat syriam et ciliciam Postea venit in derben et listram ubi erat quidam nomine thimotheus filius mulieris vidue christiane iudee natus de patre gentili cui perhibebant testimonium religiosi viri fideles qui erant listris Hunc constituit paulus episcopum horum sed circumcidit eum pro tollendo scandalo iudeorum ne scandalizarentur quod licuit eis in circumcisum non quod legalia post veritatem cognitam essent necessaria sed paulatim tamen non subito iudeis erant tollenda De provinciis quibus prohibiti sunt a spiritu sancto et de helena regina C

Postea duxit secum paulus thimotheum et pertranseuntes civitates precipiebant observare decreta apostolorum et seniorum qui erant in ierusalem et ecclesie confirmabantur et multiplicabantur Transeuntes autem frigiam et galacie regionem volentes ire in asiam minorem prohibiti sunt a spiritu sancto qui sciebat corda hominum qui tunc non essent credituri Voluit ergo spiritus sanctus sanctis dari temporibus et impios de contemptu predicationis amplius dampnari / Voluit etiam has provincias aliis apostolis reservari Philippus namque et iohannes predicaverunt in asia minori lucas in bithinia que similiter a spiritu sancto prohibiti sunt // Origenes etiam reddit talem causam dicit enim quia deus prudens fuit elemosinam corporalem ab huiusmodi provinciis discipulos prohibuit propter illam scilicet maximam famem in qua helena sustentavit fratres pauperes qui erant in ierusalem que facta est quarto anno claudii Hec fuit helena non constantini sed regina abienorum cuius amore captus rex abigenorum frater eius duxit eam in uxorem et concepit ex eo Et cum nocte dormiret cum ea et posuisset manum propriam super uterum pregnantis adeo audita est vox in hunc modum Vide ne ledas puerum quia magnus futurus est in mundo Cum natus et diligenter nutritus mortuo patre adhuc puer factus est rex Et commendatur in multis Deum audiens unum deum coli audiens voluit circumcidi et suscepit circumcisionem et ritus iudeorum Huius mater helena veniens ierusalem invenit fratres fideles in edia laborantes quia erat tempus famis Et emit granum undique quod attulerat argenti copiam ad emendum et sustentavit eos Cumque diu adhuc esset in iudea nunciatum est ei quod mortuus est filius eius Et statim rediit et fecit extrahi cadaver filii de sepulcro et reportavit in iudea Et fecit non longe ab urbe construi duo mausolea In altero reposuit corpus filii et precepit cum mortua esset in altero corpus suum reponi Et sic factum est Et adhuc apparent vestigia mausoleorum Et putant multi decepti esse mausoleum helene matris constantini De visione pauli in macedoniam Ca.

Cum autem pertransissent misyam paulus et socii eius venerunt troadem et ostensa est paulo visio per noctem apparuit enim ei vir macedo id est angelus illius gentis assimilatus viro macedoni proprietate lingue vel forme specialis stans et deprecans eum et dicens Transiens in macedoniam adiuva nos Hic angelus videtur homo fuisse non angelus Non enim angeli egent auxilio nisi dei sed hic autem angelus assumpta persona macedonum ut autem visum vidit statim quesivimus ait lucas illuc proficisci hic enim primo ostendit lucas se comitem fuisse pauli forte tunc primo adhesit ei Navigantes autem a troade recto cursu venimus samotraciam et sequenti die philippis que est prima civitas macedonie id est venientibus a mari prima occurrit / Fuimus autem ibi diebus aliquot Exeuntibus nobis ad orationem obviavit nobis puella habens spiritum phitonicum que questuosa dominis suis quia multum prestabat emolumentum ex divinatione ipsius Et hec subsecuta clamavit dicens Isti homines servi sunt dei excelsi qui annunciant nobis viam salutis Et sic clamabat multis diebus

forte spiritu sancto spiritum phitonicum ut
peram vere loquetur urgente Con-
sus autem paulus compulit eum depel-
la. videntes autem hec domini eius appre-
henderunt silam et paulum et offerentes
eos magistratibus dixerunt Isti conturbant
civitatem nostram cum sint iudei predican-
tes novam quandam religionem quam non
licet nobis suscipere cum simus romani
Iam enim decretum erat a romanis
ut nullus deus de novo coleretur nisi
approbante senatu Et cucurrit adversus
eos magistratus scissisque eorum tunicis
flagellatos miserunt in carcerem Sed
per dei providenciam liberati sunt et cu-
stodem carceris cum omni domo sua
converterunt Sicut in actibus plenius legitur
Exeuntes tunc iverunt p lidiam et vi-
sitantes fratribus consolati sunt eos Et inde pro-
fecti venerunt thessalonicam Ibique co-
nversi sunt de iudeis et gentilibus mul-
titudo magna Zelantes autem iudei
et assumentes quosdam malos de
vulgo concitaverunt civitatem adversus
eos fratres vero protinus dimiserunt pau-
lum et silam in beroeam et multi
de beroensibus crediderunt Audientes
iudei qui erant thessalonice quod
a paulo predicaretur in beroe venerunt
illuc concitantes multitudinem Et
statim dimiserunt paulum fratres ut
iret usque athenas **De questione athe-**
bi disputabant / **niensium** Cy-
cum paulo epicurei qui ponebant
felicitatem hominis in sola corporis
voluptate et stoici qui in sola animi
virtute Itaque inter se dissencientes
sibi in pugnatione apostoli unanimiter
consenciebant Et apprehensum deduxe-
runt ad ariopagum id est ad vicum martis
in quo scilicet erat templum martis quia
athenienses singulos vicos deos
nominabant ab his quos ibi colebant
et arios grece dicitur mars Erat autem vicus
excellencior ariopagus quia ibi erat
curia magistratuum et scole liberalium
artium Stans ergo paulus in medio ari-
opagi dixit Viri athenienses per omnia
vos iudico superstitiosos Preteriens enim
et videns simulacra vestra inter ce-
tera vidi aram cuius superscriptio erat
Ignoto deo Singulis enim aris
supponebatur titulus indicans cui

essent dedicate Hunc inquit deum ignotum
Ego annuncio vobis hic est deus qui fecit
mundum et omnia que in eo sunt in quo vi-
vimus movemur et sumus Quod autem hec ara
illi deo consecrata est mirum est supple
die enim dominice passionis videntes philosophi
qui athenis erant tenebras factas su-
per universam superficiem terre non potuerunt
causam earum invenire in naturalibus causis
Tandem ad hoc inducti sunt ut dicerent
quia deus iste paciebatur Et dixerunt
athenienses Construamus aram illi deo
Et dedicata est ara et suppositus est
tytulus Ignoto deo Et cum vellent
offerre holocausta et victimas illi
deo ignoto dixerunt philosophi Bonorum nostrorum
non eget sed faciatis genuflexiones
ante ipsius aram et supplicabitis ei
quia non querit oblacionem pecorum
sed devotionem animarum Hunc deum ignotum
annunciabat eis paulus asserens eum
mortuum fuisse resurrexisse ascendis-
se in celum in fine orbem iudicaturum
Et cum predicaret resurrectionem mortuorum
quidam irridebant Quidam vero dice-
bant Audiemus te de hoc iterum quidam
adherentes ei crediderunt **De questione
sancti dyonisii et libris eius** Cy-
Inter hos etiam fuit ariopagita dyoni-
sius Nam dum adhuc cum eo disputa-
rent forte transiit cecus coram eis
Et ait dyonisius paulo Si dixeris huic
in nomine dei tui vide et viderit sta-
tim credam Sed ne utaris verbis magicis
ego tibi prescribam formam verborum hanc
In nomine ihesu christi nati de virgine cru-
cifixi mortui qui resurrexit ascendit
in celum vide Ut autem omnis tollerentur
suspicio precepit paulus dyonisio ut
ipse eadem verba proferret Quod cum fecisset
statim cecus vidit et dyonisius se cre-
dere confessus est Quem postea paulus
ordinavit episcopum corinthiorum Doctor hic
ut dicit beda Sed alii verius dicunt
quod atheniensium Nam alius fuit corin-
thiorum ut postea patebit Iste ergo dyo-
nisius a paulo baptizatus effectus est et paulum
super astra scandentis audivit et ipse de
celestibus archana verba silencioque pro-
xima que nobis in suis libris dimisit
scripta Inphemio super Ierarchiam primus
liber dyonisii qui de celesti Ierarchia

inscribitur dividit eam inter tres celestium virtutum disposiciones Prima itaque ierarchia continet seraphin cherubin thronos Secunda dominaciones virtutes potestates Ultima principatus archangelos angelos Sed quia ecclesiastica ierarchia similiter eam dividit in tres prima est legalis iam preterita que pertinet ad sacerdotium veteris testamenti quia varie et valde obscuris simbolis a moyse carnali populo destributa est Secunda est ecclesia novi testamenti partim simbolis visibilium sacramentorum dispersa partim veritatis contemplacione perfecta et est finis preterite initium vero future que est tercia scilicet nunc inchoata ex parte in presenti contemplacionis perficienda vero post gloriam future Nunc qui visibilium sacramentorum velaminibus sublatis ipsam veritatem perspicua claritate contemplabimur Tercius qui de divinis nominibus notatur divinarum nominacionum virtutes continet Octavus inscribitur de mistica theologia Auctor Ex hiis ergo paucis ad eius sapiencie et eloquii commendacionem hec etiam inserere volui Dyonisius in libro de celesti ierarchia.

De ierarchia celesti id est angelica · c. iiii

Est quod secundum me ierarchia et ordo divinus et sciencia et accio dei formis quantum possibile est similans et ad inditas ei divinitus illuminaciones proporcionaliter in dei similitudinem ascendens Pulchrum autem deum lumine divina perficit specula clarissima et munda receptiva principalis luminis ideoque iterum copiose in ea que sequuntur declarancia secundum divinas leges Non enim phas est sacrorum perfectoribus aut sacre perfectis operari aliquid ordinem preter propria hostiarum iusticia aut sacras ordinaciones Est autem unicuique ierarchia proficiacio perfectio secundum propriam analogiam in dei imitacione ascendere et omnium divinum cooperatorem dici fieri et divinam in se ipso actionem quantum possibile est relucentem ostendere Ordo ierarchie est quosdam purgari quosdam purgare quosdam illuminari quosdam illuminare quosdam perfici quosdam perficere Divina autem beatitudo pura quidem est omni dissimilitudine plena eterno lumine perfecta omni perfectione purgans illuminans et perficiens Omnium quidem causa et super omnia bonitatis principium est ad communionem suam ea que sunt vocare et ut unumquodque eorum que sunt ex propria diffinitur analogia Existencia

sed omnia esse eius participant Sancte autem celestium essenciarum disposiciones et super ea que tantum sunt et super irracionabiliter viventia et super racionabilia que sunt nos primo quidem in se ipsas ediderunt divinam illuminacionem et per se in nos deferunt que super nos sunt manifestaciones Ideo illi specialiter angeli vocantur quia hec faciunt Si quis autem dixit ex ipso incarnato hiis nunc immediate fuisse quibusdam sanctorum theophanias dicat ex sacro eloquio quod deum occultum nemo vidit Has itaque divinas visiones gloriosi patres nostri perfecerunt per medias celestes virtutes Unde docet sapiens theologia sacram legislacionem per angelos in nos processisse tamquam divino ordine hoc legaliter disponente ut per primos secunda in divinum reducantur Excellentes quidem ordines habent et infimorum illuminaciones et virtutes non autem participantes excellencium sed sunt ultra

Pulare igitur De epiphania c v

Prima ierarchiarum omnibus altioritatis deum immediate collocatur et primo operantes theophanie effectiones in eam tamquam proxima principalius deferuntur Nominantur autem singuli ordines manifestativa deiformi habitudinum suarum nomine Nobile enim semper eorum circa divina et incessabile et calidum et acutum et superfundum intente et forsan intime et inflexibilis semper motionis et suppositorum reductive et active exemplativum tamquam recalefaciens illa et resuscitans in similem caliditatem et ignem celitus et holocauste purgativum et incomitulatum et inextinguibile habitumque sic sit semper luciforme et illuminativum per fugativitatem omnis tenebrose obscurificacionis perscrutantem et manifestativum seraphin nominacio docet Ipsa vero cherubin cognoscibile eorum deificum et altissime luminis dacionis receptivum et contemplativum in prima operatice virtute divine pulcritudinis et sapientifice tradicionis repletum et communicativum copiose ad secunda infusione donate sapientie Ipsa autem altissimarum et comparium secundum omnem diligentiam exaltationem ignominia subiectionis et ad summum super mundaliter supremum ferens et omni extremitate ineffabiliter in sublimissimum et circa illum excelsum totis virtutibus

inmutabiliter et stabiliter collocatus et
divinum super adventus inmotum inpassibili-
tate acceptivum et deiferum et familiariter
divinas susceptiones aptus. Omnis quoque
ierarchica actio dividitur in participationem
sacram et traditionem purgationis
illuminationis et perfectionis. Hec autem
excellentissime essencie que post sub-
stancificam earum deitatem collocate et
quasi in vestibulis ipsius ordinate sunt
non per alias sacras essencias sed in ipsa
deitate sanctificante inparem in media-
te extenduntur. Omnibus super eminenti
virtute et ordine absque autem supposite
erudiuntur, sicut hec ab ipsa deitate.
Hec est igitur prima celestium essenciarum
dispositio in circuitu dei immediate
stans et incessanter circuiens eternam
eius scientiam. De yperphania C vi

Sanctarum autem dominationum mani-
festativam dominationem declarare
estimo absolutam quandam et omni
pedestri dominatione liberam anago-
gen nullaque tyrannica similitudine
nullomodo universaliter inclinata libe-
raliter severam dominationem et dominationis
incessanter appetentem et ad ipsius na-
turaliter subsistentem virtutis similiter
quantum possibile et se ipsam et que
post eam sunt obtime et speciose
formantem. Ipsam vero sanctarum virtutum
forte quandam et inmutabilem viri-
litatem in omnes sacras earum deiformiter
operationes ad nullam susceptionem divi-
narum illuminationum ei inditarum imbecilli-
ter infirmatam, potenter in imitationem
dei reductam non relinquentem similiter
inbecillitate deiformi motu sed fir-
miter ferentem in super essenciale et poten-
tificam virtutem ipsius ymaginem virtu-
tis similem iuxta quod licet factam et ad ipsam
quemadmodum ut principalem virtutem potenter
conversam. Ad sanctam vero virtutem divinas
et deiformes provenientem. Ipsam autem
sanctarum potestatum equipotentem dominationum
illuminationum et virtutum bene ornatam et
insignem circa divinas susceptiones
ordinatamque et ordinatam super mun-
dane et intellectualis potestatis non tyra-
nice in ea que inferiora sunt potestatum
virtutibus abutentem sed potenter
in divina post bene ordinatas reduc-
tam et post eam deiformiter reducentem
et ad potentificam causalem potestatem quantum
potestas est assimilate et eam ut possibile

angelis revelatis habitu ornatis per
ipsam ordinibus potestatum virtutum. Hec
autem media ierarchia per primam purgatur
illuminatur et perficitur. Invenimus enim hec
etiam a theologis mistice expositum.
Appropinquante enim divino captivitatis
ierusalem vidit zacharias unum primorum ut
estimo angelorum qui circa deum stant
ab ipso discentem deifica verba consolatoria
alium vero subiectorum angelorum occursum
primi venientem tamquam ad illuminationis
susceptionem et ab ipso tamquam a summo sacer-
dote eruditum docere prophetam absque muris
habitabitur ierusalem. Similiter in visione ezechiel
angelos qui secures habebant divina
ordinatione imperat a potiore doceri divinum
iudicium dicens ei signa T etc. Ille
autem exire post eum etc. Alibi eos dicitur
Gabriel fac istum intelligere visionem
et alibi ingredere in medio rotarum etc.
Ipsa vero celestium De ypophania C vii
principum nominatio manifestat illud
dei formiter principale et ductivum cum
ordine sacro et principalibus decentis-
simis virtutibus et ad super principale
principium eas universaliter converti et
alias ierarchice ducere ad ipsum principium
principificum quantum possibile formari in-
manifestareque super essenciale omnis ordina-
tionem ornatumque principalium virtutum.
Archangelorum autem ordo medius est
inter principatus et angelos et utrisque co-
municat principatibus quidem quia ad
super essenciale principium principaliter con-
vertitur et ad ipsum ut possibile est refor-
matur. Angelis vero quia divinas illumina-
tiones ierarchice per primas virtutes susci-
piens et eas angelis deiformiter annun-
cians et per angelos nobis manifestans.
Angeli autem in celestibus essenciis complent
angelicam proprietatem et apparens quia
potiores apud nos angeli vocantur. His
tribus ordinibus tertia ierarchia completur.
Sicut autem prima medie preesse divinitus
ita et hanc tertiam sacratiori subesse dicimus
et humanis ierarchiis per consequenciam pre-
esse ut sit proportionem ad deum ascen-
sus et conversio et communicatio et unitas.
Inde theologia nostram angelis distribuit
principem populi iudeorum michael nominans
et alios gentium diversos. Statuit enim
deus terminos gentium iuxta n. a. d. unus-
quisque etiam et celestis et humanus
animus sacrum secundum se ipsum speciales habet primas
et medias et ultimas virtutes. Omnibusque

divini intellectus secundum se supermundana so-
ne intra dividitur. s. innocentia et virtute
et operatione. Ideo omnes qui nomine ali-
cuius essencie aliquid virtutes nominantur. Idem
de divinis nominibus. De thearchia. C viii

Thearchia est continens bonum so-
lum omnium superordinale unitas uni-
ficata omnis unitatis superessencialis
essencia intellectus invisibilis
inscrutabilis tamen non est vestigio
ullo inoccultatum cuius multitudine pro-
venientium non tamen incommunicabile est bonum
ulli eorum que sunt sed in se ipso manens
superessencialem collocavit radium uniuscuiusque
que eorum que sunt proportionabiliter illumina-
tionibus optime superimanifestat et ad pos-
sibilem sui contemplacionem et societatem
et similitudinem extendit sanctos animos
quibus probas et sic divinitus desiderium
tes sed et hunc ponderantes et recte
irradiatum eis superlucentem extentos
et quicumque ineffabili instar illuminacionis
amore cum reverencia sacra et separate
et sancte revelantes ipsa sequentes thear-
chica iuga que eciam totas gubernant
celestium essenciarum sanctas disposiciones
hec archana tempali plenitudo honorantes
adlucentes nobis in sacris eloquiis
splendores intendamus et ab ipsis cir-
cumducti in luce ad thearchicos hymnos
In omni fere theologica actione videmus
thearchiam divinitus laudatam ut mo-
nadem quidem et ut unum propter simplicitatem
et unitatem supernaturalis impartibilitatis
Ex qua tamquam unifica virtute unimur
et partitis nostris alteritatibus supermundane
complicatis in deiformem monadem congrega-
mur imitantes unitatem ut trinitatem
non propter subsistentem trinitatem supersubstantialis fecun-
ditatis expositione ut causam eorum que
sunt sapientem et bonam quia conciata
omnia que ipsa natura incorruptibilia
plena sunt omni armonia divina et sa-
cra pulcritudine sunt repleta. Cum autem
incorruptibiles facti erimus et ymmor-
tales beatissima quiete semper tum domo
erimus invisibilis quidem ipsius divine mani-
festacionibus castissimis contemplacionibus
repleti manifestissimis splendoribus
nos circumlustrantis invisibile ipsius
illuminacionem impassibili et in materiali
intellectu participantes et super intellec-
tum unitatem in superapparencium radiorum
videt in motis et beatis exprimet

Hoc dicit **De amore dei** C ix
Hec vera racio quia ipse omnium
causa propter bonitatis excellentiam omnia
que fecit amat et continet et convertit
Est etiam divinus amor optimus op-
timi propter optimum. Ipse enim beneficus existens
tum amor in optimo per excellentiam
ante subsistens non sinit ipsum infecundum
in se ipso manere. Dicunt autem ipsum in
agendo iuxta omni generativa ex-
cellentia. Et ne quis nos arbitretur
amoris vocabulum ingerere ad divina
transferre. Est enim irrationabile et stultum
non virtuti intencionibus attendere sed dic-
tionibus nec est divina intelligere volencium
proprium. Sed habet autem et divinus ignatius
amor meus crucifixus est. Multitudines
autem non capientes uniforme divine
et ipse et ne amatorie nominationis
semetipsos impartibile et corporale et di-
visum labefecerunt tamquam non sit verus
amor sed umbra aut magis casus
a vero amore. Remotum est enim mul-
titudine singulare divini et unius amoris
iniquitati restituitur. Unius absolute in
ipso difficultas. Est eciam excitativus
amor divinus non sinens se ipsos esse
amantes dicendum est excellentes vir-
tutis amatorium motum esse simplicem
per se ipsum per se ipsum actum per existen-
tem in optimo et ex optimo existen-
tibus et emanantem et iterum in op-
timum convertentem se et infinitum se ipso
Et carens principio divinus amor
ostenditur sicut quidam eternus circulus
propter optimum inenarrabili circumstancia
et incedens et procedens et
permanens semper et manens et revo-
lutus hec et quinimus in sanctus perfec-
tor, i. ierotheus ex amatoriis hymnis
introduxit. Amorem inquit sive
divinum sive angelicum sive intellec-
tualem sive animalem sive naturalem
dicamus unitivam quandam et continua-
tivam virtutem intelligimus superio-
ra quidem moventem in providenciam
inferiorum et equiformia in sociabilem
vicissitudinem et novissima et sub-
iecta ad meliorum et superpositorum conversio-
nem. Iterum ait dicamus quia una qui-
dam est virtus simplex se ipsam mo-
vens ad unitivam quandam temperan-
tiam ex optimo usque ad existencium
novissimum et ab illo iterum consequenter
per omnia ad optimum ex se ipsa et per se
ipsam et ad se ipsam se ipsam revol-
vens. Ipsa itaque per omnia veniens
perfectissima bonitas non solas

implet circa se optimas essencias sed extenditur usque ad novissimas hiis quidem unum sit adveniens hiis autem minus aliis vero novissime etc.

De malo quid sit et unde. Ex

Quod penitus modum bono privatum est nec est neque erat neque erit neque esse potest. Quod autem privatur bono per rationabile concupiscentiam. Iusticia quidem neque est neque existencia concupiscat participat tamen bonum secundum ipsam unitatis et amicicie obscuram consonanciam. Egritudo eciam corporis defectus est ordinis sed non omnis. Iam enim nec esset egritudo. Demones male esse dicuntur eo quod infirmantur circa naturalem operacionem. Falsa igitur quid ipsorum est malum et a naturalibus suis egressio et informitas et imperfeccio et impotencia et salvante eis perfeccione virtutis infirmitas et fuga et casus. Quid itaque est in demonibus malum? Furor irrationabilis amencia concupiscentia fantasia proterva que tamen in animalibus non sunt mala sed naturalia. Non igitur malum est demonum genus quantum iuxta naturam sed quantum non est. Et non mutatum est in eis totum datum bonum sed ipsi dato ceciderunt toto bono. Et datas ei angelicas donaciones numquam commotas fuisse dicimus sed sunt et integre et clarissime. Itaque quod sunt et ex optimo sunt et bonum et optimum concupiscunt esse vivere et intelligere existencium appetentes et privacione et fuga et casu et gradibus sibi optimis dicuntur mali secundum quod non sunt et quod non est appetunt. Nichil est universali nature contrarium eius autem per singula quod dictum est glosa. Nichil est in existentibus quod totum toti obsistat contraria quod unum preter naturam est alii naturale etc. Non igitur est in tota natura malum sed neque in corporalibus malum est vile enim et infirmum in eis est defectus forme et privacio ordinis. Hoc autem omnino non malum sed minus bonum. Si enim omnino fiat solucio forme et ordinis peribit corpus. Fugit autem optimum natura malum et est quod malum ullius est gemitum aut mixtum aut factum aut salvativum. Non autem omnia omnibus et omnino eadem secundum seipsum mala sunt. Demoni enim malum est contra deiforme intellectum esse, anime autem contra rationem, corpori vero contra naturam.

De sapiencia et pace dei. Ex

Deum non ex natura cognoscimus sed ex omnium existencium ordinacione ex ipso proiecta ymagines quasdam divinorum eius habente omnia via et ordine in ipsum redeundum est omnium ablacione et eminencia in omnium causa. Propter quod et in omnibus Deus cognoscitur et sine omnibus et per scienciam et sine sciencia cognoscitur. Autem secundum super omnem animi unitatem cum aliis existentibus omnibus recedens deinde et seipsum relinquens unitur superapparentibus radiis inde inscrutabili profundo sapiencie illuminatus que ex omnibus cognoscenda est ut dixi est. Ipsa enim omnium factrix et semper omnia compaginans et insolubilis omnium convenientie et ordinacionis causa et semper fines priorum connectens principiis sequencium et unam universitatis conspiracionem et armoniam pulcram faciens. Deus est ratio simplex et vere existens veritas circa quam ut puram et non errantem scienciam divina fides est manens credencium fundamentum eos collocans veritati et eis veritatem. Ipsa est sciencia adunatrix cognoscencium et cognitorum restituens a malo magis autem statuens in bono ordinans et ornans et integritatem perficiens et omnium maculas solvens. Dicitur autem omnipotens teartha (?) ut omnium potens. Ipsa est et amabilis omnibus immittens omnibus voluntarias copulaciones et dulces partus divinum et omnipotentis et inmaterialis bonitatis ipsius amoris. Ipsa est edificacio fundans et constringens et ambiens tota. Divina et archisinagoga pax omnium adunatrix est et omnium consensus et qualitatis genitrix et operatrix. Propter quod et ipsam omnia appetunt perabilem (?) eorum multitudinem convertens in totam unitatem et similem universitatis bellum adunante inconformem cohitacionem (?) participacione divine pacis superiores congregatorum virtutum et ipse ad seipsas et ad se invicem uniuntur et ad unam omnium pacem que sibi subiecta sunt uniunt. Ipsa itaque copulat omnia sibi et sibimetipsis et adinvicem omnia

cognata facit unitatibus unialibus et immutabilibus societatibus omnia unit et continet et certificat. Omnibus amabilis est pax et nichil existencium est quod ab omni penitus pacis unitate recedit. Quod enim omnino instabile et incollocatum et infinitum est neque est neque in existentibus est. Si autem quis dicat paci infestos esse eos qui contencionibus et furoribus et alienacionibus et instabilitatibus gaudent, et ipsi quidem obscurissimis umbris pacis concupiscencie detinentur, ad quas passionibus turbati multum mobilibus et eas sistere indisciplinate appetentes estimant plenitudine semper refluencium pacificare seipsos tenencium voluptatum defraudacione perturbatis. Ipsa vero secundum Christum pacifica karitas angelorum sedant bellum. Actor. Hec ad presens de libris illius sufficiant eo quod et hec ipsa commixion parte et alia multa excerpta in prima huius operis parte subdivisis titulis redacta fuit. Scripsit autem et epistolas x ad diversas personas ex quibus et hec pauca inserere volui. Dyonisius in epistola ad policarpum presbiterum.

De epistolis sancti Dyonisii. C.xii.

Quid dicis de ipsa in salutari cruce facta eclipsi? Nam utrique tunc iuxta solis civitatem simul advenientes et consistentes mirabiliter soli lunam incidentem vidimus, non enim erat coitus tempus. Iterum autem ipsam a nona hora usque ad vesperas in solis dyametrum supernaturaliter et egressam consistentem. Idem ad Demofilum. Vere optimus et superoptimus Christus Ihesus qui omnia ad esse adduxit et omnia semper vult sibi fieri approximancia et communicancia eorum que sunt eius secundum singulorum opportunitatem, qui et recedentibus amabilem se exhibet et contendit et deprecatur non indignando amantes et delicatos ipsos et in vanum accusantes sustinet et defendit ipsos magis quam curare promittat. Recedentibus quoque occurrit et obviat et totus totos amplectens salutat et in humeros tollit, quos nec de errore conqueritur nec de prioribus accusat sed diem festum agit et amicos convocat ut sit eum letancium habitudo optimos quoque angelos in leticia suscitat. Sed sacerdotum dispositio illuminativa est. Omnino decidit a sacerdotali ordine et virtute qui non est illuminator; magis autem qui nec illuminatus est et non metuit neque erubescit divina ultra dignitatem presumens et arbitrans se deum tamquam ignorantem seducere, falsi nomine a se vocatum patrem, et audet pollutas suas blasphemias non enim dicam orationes in divina symbola christiformiter superorare. Non est ipse sacerdos, non est, sed inimicus dolosus illusor sui ipsius et lupus in divinam plebem ovina pelle armatus. Sed non tibi Demofile hec instrumum corrigere. Non enim iubet theologia iniuste et inordinate iustificaciones persequi sed unicuique secundum propriam dignitatem. Beatus vir Carpus dicebat se aliquando contristatum a quodam infidelium quod quendam bonum ab ecclesia seduxerat. Cum enim staret in divino colloquio indignatus non esse iustum dicens: Sed vivent impii subvertentes vias domini rectas. Petiit adeo igne celesti utrumque in misericorditer consumi. Et vidit subito in visione Ihesum [illegible] in dorso celi ipsi astantibus angelis dicentem sibi: Carpe carpe paratus sum pro hominibus resalvandis iterum pati et hoc michi amabile est non peccantibus aliis hominibus si crucifigentibus. Hec glo. Item in epistola ad Iohannem evangelistam dum esset in exilio. Ave vere dilectissime vere amabilis et desiderabilis et dilecte valde dilectissime. Saluto te sacram animam adhuc in maculatam [illegible] et operaberis ibi optimi dei imitaciones et hiis qui tecum sunt tradere. Actor.

De ultimo adventu pauli in urbem et vinculis eius. C.xiii. recta

Paulus igitur athenis moratus est tribus mensibus. Et postea factis ei insidiis a iudeis scientibus quod deferret collectas habito consilio ut vitaret eorum insidias non recta via iuit in Ierusalem sed circueundo per macedoniam per quam venerat quibusdam fratribus ita via precedentibus et expectantibus eum troade donec veniret ad eos et illuc veniens moratus est vii.

diebus ultima die scilicet die dominico
cum profectus esset in crastino di-
sputante ipso et protrahente sermo-
nem usque ad mediam noctem quidam
adolescens eutitus nomine qui se-
debat super fenestram cenaculi ceci-
dit in terram et oblatus paulo mor-
tuus suscitatus est ab eo Cum autem
eus per diversa loca cum fratribus venit
mileticum et ibi vocatis presbiteris
ecclesie que erat ephesi fecit eis
sermonem de cura pastorali scripsit eis
ponens modum humilitatis et pacie-
ncie erga subditos adhibende diligen-
cie Inde pertransiens plura loca navi-
gio devenit tyrum ubi dissuadebant
ei fratres qui ibi erant ne ascenderet
in iherusalem predicantes spiritu prophetico que
ibi debebant ei evenire si ascenderet
Sed ipse nichilominus profectus a tyro
transiit navigio pertholomaidam ubi
salutatis fratribus alia die perrexit versus
cesaream palestine cum sociis suis
et ibi apud philippum dyaconum man-
serunt diebus aliquot Cuius scilicet
philippi quatuor filie prophetabant
paulo quod eventurum erat ei in
iherusalem Et similiter quidam propheta a iudea
superveniens nomine agabus unde
discipuli rogabant paulum ne iret
illuc sed ipse nolens eis consentire
cum sociis suis ascendit et iaso-
ne hospite suo de cesarea in iherusalem
Cum autem intrasset ad iacobum colle-
cti sunt seniores quibus salutatis nar-
rabat per singula que et quanta fecit
deus per eius ministerium Qui cum audissent
magnificabant deum Et dixerunt pau-
lo vides igitur frater quot milia sunt in
iudeis qui crediderunt omnes tamen
adhuc sunt emulatores legis nolen-
tes pariter cum fide suscepta observare
legalia Et audierunt de te quod
predicas abolitionem legis unde con-
silium tibi ut sanctifices te secundum
legem scilicet nazareorum cum quatuor qui
habent votum super se appareat sic fal-
sa opinio que inoleverunt de te Et sta-
tuerunt decreta consensu ut iudeis
ad fidem conversis non prohiberetur observancia
legalium ita dumtaxat ut non
ponerent spem in eis Et distinguens

quatuor synodos in primitiva ecclesia iero-
solimis celebratas primam de substitu-
tione mathie loco iude Secundam de elec-
tione vij dyaconorum Terciam qua sta-
tutum est conversis ad fidem ex gentibus non
esse imponendum honus legalium Cui affue-
runt petrus et paulus de antiochia
missi Et quartam de qua hic agitur Po-
stera die purificatus paulus cum quatuor
viris intravit templum cum eis et ob-
tulit oblacionem suam sicut et alij Con-
summatis autem v. diebus iudei qui vene-
rant de asia prequirentes paulum concita-
verunt omnem populum contra eum Et querentibus
eum occidere nunciatum est tribuno
cohortis scilicet claudio lisie qui missus
fuerat a felice preside Et iussit eum
ligari cathenis duabus donec decim-
sa eius cognovisset Huius autem temporis re-
lationem et ipsius appellacionem qui aperte
satis actuum liber prosequitur ad presens preter-
mitto illuc quoque lectorem remitto Eusebius
in hystoria ecclesiastica De multiplici
calamitate iudeorum Cxiiij

Claudio non adhuc in imperio perdu-
rante imperante sollempnitate pasche
contigit in iudeis perturbacio et va-
stitas nimis accidit sedicione quo-
ta ut illi soli qui in foribus templi com-
pressione populi necati sunt xxx virorum
milia Et conversus est dies festus eorum
in luctum Sed et alia quam plurima in
deis mala irrogata Et iosephus per
hec verba designat Inflammatur inquit
sedicio acerbissima a pontificibus ad-
versum sacerdotes et primas plebis iherosolimorum
quorum singuli congregantes sibimet per-
ditorum iuvenum et novis rebus gau-
dencium manum duces seipsos eorum
fecerunt constituebant Cum confligentes
ad invicem primo quoque lacessere tam
demum et saxis invicem ferire nec
quisquam erat qui cohiberet Sed
agebantur omnia tamquam in urbe non
habente rectorem Igitur pontifices
in tantam venere petulanciam ut servos
suos ad areas mitterent invaderent deci-
mas que sacerdotibus debebantur Et acci-
debat et non nulli ex minoribus sacerdo-
tibus quorum alimonie vi fuerant di-
repte inedia deperirent Ita sedicionum
violencia ius fas quoque confuderat Iudeo-

unusque etiam in media civitate occidentes
sibi trucidabant precipue que in diebus
festis sicariis plebibus admixti occul
tatis pugionibus obcecantes ut quis
que designatus eis cominus interimi deberet
perimebant Et arte nepharia cum
corruisset is quem occulto vulnere
straverint tunc id ipsi percussores ve
lut indignari se simulabant ad ipsos
eos qui hec in media urbe committerent
atque hoc modo occulta eorum facinora
permanebant Et primus omnium ab his
Ionathas pontifex interficitur post illum
quam plurimi iugulantur ita ut iam
ipsis mortibus esset terror metus mor
tis dum unusquisque quasi in proximum
semper positus pronomenta [?] singula
spectaret interficiendi Post hec autem interfectis
quibusdam addidit et ista Grandius
vero omni vastacione afflixit iudeos
egipcius quidam falsus propheta qui
cum venisset ad iudeam homo magus
fidem sibi prophete magica arte con
ciliavit et continuo ad triginta milia vi
rorum congregavit et ducens eos per
desertum pervenit cum ipsis ad montem
qui vocatur oliveti paratus inde irrue
re iherusalem et inhiat potestate urbe tene
simulque romanorum presidia ac plebe
tyrannidi sue subiugare fretus per
omnia hiis quos secum eduxerat satel
litibus sed conatus eius prevenit Fe
lix confestim que cum armatis obviam
pergens secum etiam plebe reliqua
conspirante congressione facta egipcius quidem
cum paucis in fugam vertitur peremptis
vero aliis / aliis etiam captis temere
cepta fatale destruxit hec in secundo hy
storiarum libro Josephus refert Actor

De Seneca et libris eius ac flosculis

P viro clari || de moribus lxxv [?]
dius ut in cronicis legitur
anno etatis sue lxiii in pa
lacio moritur / decimo quinto [?] morte seneca
predecessoris [?] eius neronis preceptor ele
gantia metro luxisse reperitur Preter
hec autem librum qui dicitur ludus se
nece de morte claudii scripsit etiam idem
seneca libros morales utiles ad
ebucium liberalem de beneficiis libros vii
ad neronem de clemencia libros ii ad
paulum vero de quatuor virtutibus

l. i. Scripsit quoque librum de moribus
librum de remediis fortuitorum libros
quoque de immatura morte Decem
libros de naturalibus sive questionibus
vel viii libros quoque declamacionum
v de signis diversorum oratorum li. i. Tra
gedias quoque x Epistolas ad lucil
lium balbum plurimas et ad paulum
apostolum non inutiles Hiis igitur pau
ca hic inserere volui Seneca in libro de
moribus Educacio et disciplina
mores facit et id sapit unusquisque quod
didicit bona itaque consuetudo excu
ciat quod mala instruxit || Nichil
interest quo animo facias quod vi
ciosum est fecisse / Multos vita diffe
rentes mors incerta prevenit Omnis
itaque dies velud ultimus ordinandus
est / Verba rebus non personis estiman
da sunt / Oratorem te puta si tibi ipsi an
imus quod persuaseris / Monstro simile
est avaricia senilis Quid enim stul
cius est quam via deficiente viaticum
augere / Pacem habeto cum hominibus
cum viciis bellum Hec est omnibus esse [?]
ut in quo ipse inveniat iniquus putet
omnes fore / Nullum peccatorum tuorum
consciencia magis timeas quam te ipsum
Alium enim effugere potes te autem numquam
vires tuas magis amici beneficiis
quam inimici iniuriis senciant Alteri
semper ignoscito tibi ipsi numquam / Facilius
est pauperi contemptum effugere quam
diviti invidiam / Idem in libro de quattuor
virtutibus **Flores eiusdem de virtutibus**

Quisquis prudenciam sequi / xviii [?]
desiderat tunc recte vivit
si omnia prius estimet et
dignitatem rebus non ex opinione
multorum sed ex eorum natura constituat
prudentis proprium est examinare con
silia et non cito facili credibilitate
ad falsa prolabi / Cogitaciones vagas
et velud sompnio similes non recipi
es quibus si animum oblectaveris cum
omnia disposueris tristis remanebis
Parce lauda parcius vitupera Simili
reprehensibilis est nimia laudacio
ut inmoderata vituperacio Illa siquidem
adulacione ista malignitate suspec
ta est / Testimonium veritati non
amicicie reddas / Tribus temporibus

animus tuus dispenset presencia ordina futura provide preterita recordare // Propone animo tuo et mala futura et bona Illa ut sustinere possis ista ut moderari // Prudens numquam ocio marcet aliquando animum remissum habet solutum numquam Tarda accelerat perplexa expedit dura mollit aspera lenit ardua equat Sepius magis coeptis obstinata proximus remota estimat // Non te moveat dicentis auctoritas nec quis sed quid dicat attendas nec quam multis sed quibus placeas cogites Cave lubre altiori te ponas in qua stanti tremendum descendenti cadendum est Scito honestum et magnum esse et vindicte genus ignoscere Eris magnanimus si pericula non appetes ut temerarius nec formides ut timidus Timidum non facit animum nisi reprehensibilis vite consciencia // Ede citra saturitatem bibe citra ebrietatem victus tibi sit ex facili nec ad voluptatem sed ad cibum attende Palatum tuum fames excitet non sapores Desideria parvo redime quia hoc tantum curare debes ut desinant // Saluburiter vita nec dominus velis esse notum a domo sed domum a domino Sit paupertas tibi munda sit nec parsimonia sordida nec simplicitas neglecta nec lenitas languida Quod si res tibi exigue sunt non sint tamen anguste Nec tua defleas nec aliena mireris

Adhuc de eodem Cxviij

Sermones utiles magis quam facetos ama Reprehensibilis est risus si est immoderatus si pueriliter effusus si muliebriter fractus Odibilem quoque facit hominem risus aut superbus aut clarus et malignus et furtivus aut malis alienis evocatus Non sit scurrilis sed grata urbanitas sales tui sine dente ioci sine vilitate risus sine cachinno vox sine clamore incessus sine tumultu Quies tibi sine desidia sit et cum ab aliis luditur tu aliquid sancti honestique tractabis Tam tibi triste sit laudari a turpibus quam si lauderis ob turpia Difficillimum continencie opus est assentaciones adulatorum repellere quorum sermones cum quadam voluptate resolvunt Nullius assentacionum amiciciam merearis nec ad tuam promerendam per hanc aditum pandas // Non sis arrogans non audax Submittas te non proicias Gravitate servata admone libenter reprehendere paciencius Non acerba sed blanda verba timeas Alienorum viciorum nec curiosus sis explorator nec acerbus reprehensor nec cum exprobracione corrector ita ut ad monicionem hylaritate prevenias Dicenti esto tacitus auditor requirenti facile responde contendenti facile cede Omnes tibi pares feceris si nec inferiores superbiendo contempnas nec superiores recte vivendo timeas Cunctis esto benignus neminem blandus paucis familiaris omnibus equus Severior esto iudicio quam sermone vita quam vultu Nec tue bone fame seminator sis nec invidus aliene Relicti sine arrogancia postulanti impercias Que aut nescis sine occultacione ignorancie postula tibi impertiri Justicia est nature tacita convencio in adiutorio multorum inventa Idem de clemencia libro primo

Flores eiusdem de clemencia Cxviij

Recte factorum verus fructus in ipsis est Nec ullum premium virtutum dignum illis extra ipsas est Temeritas hominum et contumacia sepe tranquillissimis quoque pectoribus paciam extorsit Nemo potest diu personam ferre fictam Cito in naturam suam recidunt quibus veritas non subest Que autem ex solido nascuntur tempore in melius proficiunt Tam omnibus ignoscere crudelitas est quam nulli modum tenere debemus Sed quia difficile temperamentum est quidquid equo plus futurum est in partem humaniorem preponderet // Nullum ex omnibus clemencia magis quam regem aut principem decet Magni animi proprium est placidum esse tranquillumque et iniurias atque offensiones despicere Muliebre est aut litigare et more ire impotentis gerere Iracundissime ac pro corporibus exiguitate pugnacissime sunt apes et aculeos in vulnere relinquunt Rex ipse sine aculeo est Natura ei telum detraxit et iram eius inermem reliquit Exemplar hoc magnis regibus ingens Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores cum

tanto hominem moderatiorem esse debeat animo
quanto vehementius nocet. Errat si quis
existimat ibi tutum esse regem ubi nichil
tutum est a rege. Securitas securitate
mutua paciscenda est. Non est opus al-
tas edes struere et multiplicibus muni-
turribus quam sepire. Salvum regem clemen-
tia in aperto munibit. Unum est inexpugna-
bile munimentum amor civium. Quid
pulcrius est quam vivere cunctis optan-
tibus. Rex legis cum imperio habeat
et penam si tute potest donet si minus
temperet longeque sit in suis quam in alie-
nis exorabilior iniuriis. Nam quemadmodum
magni animi non est qui de alieno liberalis
est sed ille qui quod alteri donat sibi de-
trahit. Ita clementem voco non in alieno
dolore facilem sed eum qui cum suis sti-
mulis agitetur non prosilit qui intelligit
magni animi esse iniurias in summa
potencia pati nec quicquam gloriosius
esse principe impune leso. Verecundiam
peccandi facit ipsa clementia regentis
et gravior multo pena videtur que
a miti viro constituitur. Non minus princi-
pi turpia sunt multa supplicia quam me-
dico multa funera. Remissius impe-
ranti melius paretur. Natura enim contumax
est animus humanus et in contrarium atque ar-
duum nitens sequiturque facilius quam
ducitur. Ferina ista rabies est sanguine
gaudere ac vulneribus et abiecto homine
in silvestre animal transire. Idem in secundo libro. Malo
veris offendere quam adulando placere.
Clementia est temperancia animi in potestate ul-
ciscendi vel lenitas superioris adversus inferiorem
in penis constituendis. Idem de beneficiis
libro primo. Flores ipsius de beneficiis

Inter plura maxima vicia // CXIX
nichil est frequencius quam ingratitudo
animi. Non facile dixerim utrum turpius
sit infitiari an repetere beneficium. [illegible]
Ingratos plures facimus quia
alias graves exprobratores exactores
quam sumus alias leves et quos
paulo post muneris peniteat alias
queruli et minima momenta calumpni-
antes omnem gratiam corrumpimus nec
tantum postquam beneficium dedimus
sed etiam dum damus. Quis enim
nostrum contentus fuit aut leviter rogari
aut semel. Quis non cum aliquid a se
peti suspicatus est frontem adduxit
vultum avertit occupaciones simulavit
longis sermonibus et de industria

exitum non invenientibus occasiones
petendi abstulit et variis artibus pe-
tentes elusit. In angusto vero pressus
aut comperendinavit aut distulit aut timide
negavit aut promisit sed difficulter sed
subductis superciliis sed malignis et
vix exeuntibus verbis. Gratus esse quisquam
potest qui beneficium aut superbe abiecit aut
iratus impegit aut fatigatus ut mo-
lestia careret dedit. Errat utique qui tarde
fecit diu noluit. Ita animo comparatum est
ut alicuius iniurie quam iniuria descendat
et illa cito defluant has tenax memoria
custodiat. Is perdidit beneficia qui se perdidis-
se cito credidit at qui instat et hono-
rat priora sequentibus etiam ex duro et
immemori pectore gratiam extundit. Do-
cendi sunt qui libenter accipiunt libenter
reddere et eos quibus obligati sunt
re animoque non tantum equare sed etiam
vincere. Beneficium est benivola actio
tribuens gaudium capiensque tribuendo
et inde quod facit prona ac sponte sua
parata. Itaque non quid detur refert sed
qua mente. Animus enim est qui parva
et sordida illustrat magna et precio-
sa dehonestat. Non numquam magis nos
obligat qui parva dedit magnifice qui
regum opes equavit animo qui exiguum
tribuit sed libenter qui paupertatis sue
oblitus est dum meam respicit qui
accipere se putavit cum daret beneficium
qui dedit tamquam non recepturus rece-
pit tamquam non dedisset qui occasionem
qua prodesset et occupavit et quesivit.
Et contra ingrata sunt licet re et specie
magna videantur que danti extorquentur
aut excidunt. Multo gracius venit quod
facili quam quod plena manu datur.
Idem libro. Ad hunc de eodem CXX //

Ingratum est beneficium quod diu inter
manus dantis hesit. Gratissima sunt
beneficia parata occurrencia ubi nulla
intervenit mora nisi accipientis vere-
cundia. Gravissimus viris nulla res carius
constat quam que precibus empta est.
Molestum enim verbum est et honerosum
demissoque vultu dicendum rogo. Iocun-
dius est quam si impetrasti rogan-
dum esse. Equiore animo quidam fe-
runt spem suam precidi quam trahi. Eius-
modi acerbissima crudelitas est
que penam trahit et misericordie genus est
cito occidere quia tormentum ultimum
finem sui secum affert. Ita maior gratie

minimus est quo nunquam diu pependit
Omnis benignitas properat et proprium est
libenter facientis cito facere. Iudicium et
ille qui iuvat fallendus est ut sciat
nec a quo acceperit sciat. Idem. Beneficium inter
duos lex est. Alter statim oblivisci
debet esse dati, alter memor accepti.
Taceat qui beneficium dedit, narret qui
accepit. Detrahenda est in omnibus iacta-
tio. Res loquitur nobis tacentibus. Sunt
quedam nocitura nobis tacentibus. Sunt
quedam nocitura nobis impetrantibus
que non dare sed negare beneficium est.
Estimus itaque utilitatem potius quam
voluntatem petentium. Sepe enim noxia
queque cupimus nec dispicere quam
perniciosa sint licet quia iudicium in-
pellat affectus. Sed cum subsedit cu-
piditas cum impetus ille flagrantis
animi qui consilium fugat cecidit dete-
stamur perniciosos malorum munerum actores.
Quidam furtive gratias agunt et in
angulo et ad aurem. Non est ista vere-
cundia sed infitiandi genus. Ingratus est
qui remotis arbitris gratias agit. Nun-
quam improbe spei quod datur satis. Nullu-
m est tam plenum beneficium quod non vel-
licare malignitas possit, nullum tam
angustum quod non bonus interpres ex-
tendat. Idem in libro iii°. Absque decore
Qui dat beneficia deum Cxxi
imitatur, qui repetit feneratores.
Pudorem tollit multitudo pec-
cantium et desinit esse probri loco quod com-
mune. Maledictum regium est nolle regnare
cum possis. Idem in iiii° libro. Recti
honestatis precium in ipsis [?]. Turpissimum
dampni genus est ingratis donacio [?]
gravius quam beneficium male dedisse quam
non recepisse. Sanctum est malis prodesse
propter bonos quam bonis deesse propter ma-
los. Non est levitas agnito et dam-
pnato errore discedere, et ingenue
fatendum est aliud putavi, deceptus
sum. Hoc vero superbe stultitie perse-
verancia est: quod semel dixi qualecumque
est fixum ratumque sit. Non est turpe
cum re mutare consilium. Cum aliquod be-
nefi[ci]um est munusculum subinde
intempestiue aliud remittunt et nichil
se debere testantur. Reiciendi est signum
[?]. Aliud invicem mittere et
munus munere expugnare. Cum mi-
nus cito solvere cupit invitus debet,
et qui invitus debet ingratus est.

Idem in libro v°. Facilius est barbaras gentes
impacientes alieni arbitrii regere quam
animum suum continere et sibi tradere. Idem in libro
vi°. Queris quo ea que habes tua
facias. Dando. Consule rebus tuis
et certam tibi earum atque inexpugnabilem
possessionem para, non solum honestio-
res illas facturus sed etiam tuciores.
Illud quod te divitem putas quamdiu pos-
sides sub sordido nomine iacet. Domus
est, servus est, nummi sunt que ante
donasti beneficium est. Summe malignitatis
est non vocare beneficium nisi quod dan-
tem aliquo afficit incommodo. Nemo
tam alte scala posuerit ut non illi
amicus eo magis desit quo nichil
absit. Nescis quantum sit amicicie pre-
cium si non intelligis te ei daturum
cui amicum dederis, rem scilicet raram
que non alicubi magis deest quam
ubi creditur abundare. Idem in libro vii°. Vo-
luptas fragilis et brevis fastidio ob-
iecta quo avidius hausta est citius
in contrarium recedens cuius subinde necesse
est ut aut peniteat aut pudeat.
Non est animi magni beneficium dare et
perdere, sed hoc est magni animi perdere et
dare. Idem de remediis fortuitorum. Cxxii
Flores eius de remediis fortuitorum [?]
Stultum est timere quod vitare non pos-
sis. Optimum est mori cum iuvat
vivere. Talis displicet laudari
est. Dolor exiguus est levis, pacia-
ris. Si gravis non levis est gloria. Paupertas
tibi gravis est, immo tu paupertati. Illa
enim expedita et hilaris tuta. In opi-
nione laboras non re. Multi aliquem
comitantur et mel musce sequuntur,
cadavera lupi, frumenta formice,
predam sequitur turba ista non hominem.
Pecuniam si perdidisti, eris nunc in via
expeditior, domi tucior. Quod dampnum
putas remedium est. Deflet gemens
miserum te claritas quod opibus ex-
cussus es. Tu vero ista tibi iactura
tristis est. Non tam moleste perditas
ferres si tamquam perituras habuisses.
Intelligendum est perire esse in no-
[illegible]. Cum sint in[str]u-
menta maiora ducis sceleris. Stultus
est qui deflet mortem mortalium.
Nichil hic novum quod innatum est. Naufragium
fecisti. Cogita non quid perdideris sed
quid evaseris. Querere amicum in re
et honesta officia querere in laboribus

admiranda res ista non querit. Idem de na-
turalibus questionibus libro primo. **Flores
naturalium questionum eius Cxxviii**

Equale est contingere situm semam
inter inullos magis quam inter
philosophos esse debet equa libertas. Cuius
non intelligit omnia consuetudine virum
suam perdere. Idem in vii° libro. Non ideo ali-
qua sunt minus vera bona si vicio
male utencium nocent. Cum beneficia na-
ture utencium pravitate perdendum ut
non malo uno accepimus. Nichil enim
invenies tam manifeste utilitatis quod
non in contrarium transeat culpa. Idem in vii°
libro. Aut intracta iusticie sue nature prin-
cipium quod cum ad eorum ventum est omnes
inequo sumus. Nichil interest utrum
me lapis unus elidat aut totus
mons premat. Egregie Vagellius in
illo inclito carmine. Si cadendum
inquit michi est celo cecidisse ve-
lim. Humano animo ab omnibus artibus
robur venit et consideratione nature.
Quid est enim cur ego hominem aut feram
aut sagittam aut lanceam tremam?
Maiora me pericula expectant. Fulmi-
nibus et magnis non partibus. Pusilla
res est hominis vita sed ingens res
contemptus vite. Hanc qui contempserit
securus videbit maria turbari, secu-
rus aspiciet horridam faciem fulminan-
tis celi. Quid adhuc quam magna
sunt quibus pes ipsum parte non magis
est. Inde si volumus esse felices si
nec hominum nec rerum timore vexari aio
inexpedimento habenda est. Plurimus tempus
et audis suos sui deserit pendes
et magni est modicum fuisse. Eleganter
Lelius cuidam dicenti lx annos habeo
hos inquit lx dicis quos non habes.
Mors nature lex est tributum offi-
cium quod mortalium malorum quod omnium reme-
dium est. Optavit illam quisquis timet.
Mortis nomine ne formides. Effice illam
cogitatione multa tibi familiarem ut
si ita tulerit possis ei et obviam exire.
Idem in vii° libro. Quam diu decurrerit soli-
ta magnitudine corporum consuetudo subducit.
Ita enim ista composita sumus ut nos cot-
tidiana eciam si admiratione digna
sunt transeant. Et minima quoque rerum
si insolite prodierunt dulce spectacu-
lum fiant. Idem in vii° libro. Nulla tem-
pestas magna perdurat, procelle quanto
plus habent virium tanto minus temporis.

Idem in vii° libro. **Adhuc de eodem Cxxxiii**

Cum tempus mortis et omnia
que ad mortem ducunt contempta
sunt. Sive bella sive naufra-
gia sive ruinarum pondera vincit am-
plius facere possunt quam ut corpus
ab animo despoliat quod nulla diligencia e-
vitat nulla felicitas donat nulla
potencia evincit. Unde dementie et
obliti fragilitatis tue si tunc mortem
tantum times cum tonat. Unicus si fulmine
effugeris. Petet te gladius petet
lapis petet bilis. Non maximum ex
periculis sed speciosissimum est fulmine
ictum si sensum mortis tue celeritas
infinita preveniet. Gratias dijs agimus
quod moriendum est animus corpus despa-
cione sumatur. Idem in vii° libro. Quid
precipuum rebus humanis est? Erigere animum
est supra minas et promissa fortu-
ne quicquid accidit sic ferre quasi
volueris tibi accidere. Debuisses enim
velle si scisses omnia ex decretis dei
fieri flere aut queri et gemere de-
fisse est. Quid est precipuum? Animus
contra calamitates fortis et con-
tumax luxurie non adversus tantum
sed infestus nec avidus periculi nec
fugax qui sciat fortunam non expec-
tare sed facere et adversus utraque
intrepidus inconfusus quod prodire nec
illius tumultu nec huius fulgore
percussus. Precipuum ad celum manus
elevare nullum bonum petere quod ut
ad te transeat aliquis debet dare. Ab
amicis optare quod sine adversario
optatur bonam mentem. Difficilis in-
ventu est virtus ducem rectoremque de-
siderat, sed sine magistro vicia discuntur.
Cottidie aliquid subtilius aliquid
elegancius excogitat luxurie favor
visitata contempnens. Iam non sunt
homines ad popinam dentibus et ventre
et ore contenti etiam oculis gulosi sunt.
Idem in vii°. Turba rerum hominumque de-
siderat qui se pati nesciunt sapienti
secum optime convenit. Nobis aut
nos ipsi molesti sumus modo amore
rerum modo tedio laboramus. Infelices
animi nunc superbia inflammamus nunc
cupiditate distendimus et quod miserrimum
est magis singuli sumus adulatoribus
latius ne percipias artifices sunt
ad captandos superiores et alius
quando adulacione quam clam utitur.

parte alius excepto rusticitate simu-
lata quasi simplicitas illa et non
ars sit. Idem de declamatoribus libro primo.
Flores declamationum eius. CXXV.
Iocundum est redire ad antiqua stu-
dia melioresque ad annos respicere. Ni-
chil est tam mortiferum ingeniis quam
luxuria. Torpent ingenia desidiose
iuventutis nec unius honeste rei
labore vigilatur. Cantandi saltandi-
que obscena studia effeminatos te-
nent. Capillum frangere et ad mulie-
bres blandicias vocem extenuare,
mollicie corporis certare cum feminis
et immundissimis se excolere mundiciis
nostrorum adolescentium specimen est. Mol-
les enerves que nati in vicio manent
expugnatores aliene pudicicie ne-
gligentes sue. Idem in secundo. Crede malam
faciem habuit sepe impudice fuit. Non
enim deest illis animus sed corruptor.
Adolescens luxuriosus peccat, senex
luxuriosus insanit. Efferat matrona
oculos iacentes in terram et adversus
officiosum salutatorem inhumana po-
tius quam inverecunda sit. Longe
ante pudiciciam suam ore quam verbo
neget. Nemo fortiter negante iam
rogavit. Idem in quarto libro. Omnium vi-
ciorum fundamentum est avaricia. Fe-
mine se raro regunt. Nec eadem vox sit
dulcis et solida. Crudelius est quam
mori semper timere mortem. Signum est
esse dampnatum cuius est supplicium. Dolorem
si flere non licet magis flendum esse. Do-
lori plenarium imperari non potest. Etiam ubi
remedium est mori scelus est occidere.
Idem in nono libro. Maior est cupiditas
cognoscendi ignota quam nota repe-
tendi. Nulla flendi maior est causa
quam flere non posse. Utilitas naufragia
iactu exonerat, ruinis incendia oppri-
mit. Necessitas est lex temporis. Ne-
mo quidquam facile credit quo credito
dolendum sit. Nec infelix virtus amittit
glorie titulum nec virtutis gloriam accipit
fortuna felicitas. Ludit de summis fortuna.
Muneribus que dedit aufert, que ab-
stulit reddit. Nec umquam tutius est
illam experiri quam cum locum iniurie non
habet. Idem in nono libro. Hoc inequale omnium
est ut vitia sua excusare malint quam
effugere. Nichil est puero teste certius.
Nam et ad eos annos pervenit ut in-
telligat et non ad eos quibus fingat.

Idem in tragedia que vocatur Troades. Flo-
res tragediarum eius sequuntur. CXXVI. [o]
Iuvenile vitium est regere non posse impetum.
Quo plura possis plura patienter feras.
Violenta imperia nemo diu continuit, mo-
derata durant. Qui non vetat peccare cum
possit iubet. Dominum decet libere cum
iussum licet. Optanda mors est sine me-
tu mortis mori. Item in alia que vocatur
Tyeste. Leve est miserias ferre, perferre
grave. Vestis cupidi regum quo iacet
loco. Regem non faciunt opes, non vestis
Tyrie color, non aurea trabes. Rex
est qui posuit metus et diri mala pec-
toris, quem non ambitio impotens et numquam
stabilis vulgi favor movet. Qui est in
tuto positus loco et omnia infra se videt.
Michi crede, falsis magna nobis placent,
frustra timentur. Dum excelsus
steti numquam pavere destiti atque ipsum ti-
mere ferrum est lateris mei. O quantum
bonum est obstare nulli, capere securas
dapes humi iacentem. Scelera non intrant
casas, tutusque mensa capitur angusta
scyphus. Venenum in auro bibitur. Mala bene
fortuna perferre licet. Peior est bello
timor ipse belli. Nulla vis maior pie-
tate vera est. Quos verus amor tenuit
tenebit. Res deus nostras celeritate tur-
bine versat. Abeant questus, discedat
timor. Vite nimium cupidus est quisquis
non vult mundo secum pereunte mori. Idem
in .... Luxuria blanda pestis est vic-
trix orbis; immensas opes avaricia manibus
ut perdat rapit. Idem in Hercule Etheo. Mi-
serum est ille miser tam facile est mori.
Illicita amantur; excidit quidquid licet.
Fortuna amorem peior inflammat magis.
Idem in Hercule furente. Ad hunc de eodem.
Quod nimis miseri volunt. CXXVII. [a]
hunc hoc facile credunt. Prima est
timori semper in periculis fides. Ullo
vincetur hostis qui telum tulit. Virtus
est domare quem cuncti pavent. Nemo
se tuto diu periculis offerre tam crebris
potest. Quem sepe transit casus aliquando invenit.
Non est ad astra mollis e terris via. Post
multa opera virtus laxari solet. Quemque
miserum videris hominem scias. Que fuit dure
pati meminisse dulce est. Odit verus
amor nec patitur moras. Idem in Thebaide.
Regna cum scelere omnibus sunt
carius. Qui vult amari languida regnat manu. Idem in ypolito.
Contempne famam nimio non sinet In-

trepida constant verba qui timide rogat docet negare. Opes amancium a cedula res est forma fugax. Celo impetit alto vicina petit. Non capit umquam magnos motus humilis tecti plebeia domus. Regna tonat. Honesta quedam scelera successus facit. Alium simile quam uis primus file. Idem in Edippo. Nescisse cupies nosse que minimum expetis. Iners remedium malorum ignorancia est. Sibi turpis est medicina sanari piget. Solent extrema facere securos mala. Quid verba queris? Veritas odit moras. Quod sepe fieri non potest fiat semel. Idem in Medea. Levior est dolor qui capere consilium potest. Licet nec contra suspecta nec pluit longa colloquia amputata. Idem in Agamemnone. Perierunt mores, ius, pietas, fides, et qui redire cum perit nescit pudor. Per scelera semper sceleribus tutum est iter. Redire illuc unde non decuit abire. Non intrat umquam regum limine fides. Precio parata precio vincitur fides. Heu quam dulce malum mortalibus additum vite dirus amor. Quem penitet peccasse pene est innocens. Occ imperium est nescire mori. Ridiculum est tu timere morte qui penam exigit. Det ille veniam facile cui venia opus est. Idem in magistri morte. Una res est virtus que nos immortalitate donare possit et pares diis facere. Idem in epistola ad Lucillum prima etc.

Flores epistolarum eiusdem CXXVIII etc.

Ita fac mi Lucili, vindica te tibi et tempus quod aut auferebatur aut subripiebatur aut excidebat collige et serva. Turpissima enim iactura est que per negligenciam est. Quem michi dabis qui aliquod precium tempori ponat, qui diem estimet, qui intelligat se cottidie mori? In hoc omnes fallimur quod mortem prospicimus. Magna pars eius iam preteriit. Quicquid etatis retro est mors tenet. Dum differtur vita transcurrit. Reliqua alia nobis aliena sunt, tempus nostrum tantum. Fugacis ac lubrice possessione natura nos misit. Non puto pauperem cui quantulumcumque est sat est. Sera parsimonia in fundo est. Non enim tantum minimum in imo sed pessimum remanet. Idem in II. Primum argumentum composite mentis existimo posse consistere et secum morari. Illud autem vide ne lectio auctorum multorum et diversi generis voluminum habeat aliquid vagum et instabile. Certis ingeniis immorari et innutriri oportet si velis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat.

Nusquam est qui ubique est. Non prodest cibus nec corpori accedit qui statim sumptus emittitur. Nichil quam tam utile est quod in transitu prosit. Nichil eque sanitatem impedit ut remediorum crebra mutatio. Itaque distrahit librorum multitudo et cum legere non possis quantum habueris satis est habere quantum legas. Fastidientis stomachi est multa degustare. Cum enim paupertate bene convenit dives est. Non qui parum habet sed qui plus cupit pauper est. Quid enim refert quantum illi in archa quantum in horreis iaceat, sed non acquisita sed acquirenda computat. Quis sit diviciarum modus queris? Primus habere quod necesse est, proximus habere quod sat est. Idem in tercia.

Adhuc de eodem sequitur CXXIX

Si aliquem amicum existimas cui non tantundem credis quantum tibi, vehementer erras. Et ille qui amicum in atrio querit in convivio probat. Nullum est maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus quam quod amicos sibi putat quibus ipse non est. Tu vero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amiciciam credendum est, ante amiciciam iudicandum. Isti vero prepostere permiscent officia qui contra precepta Theofrasti cum amaverint iudicant et non amant cum iudicaverint. Tam audacter cum amico loquere quam tecum. Et tu quidem ita vive ut nichil tibi committas nisi quod committere eciam inimico tuo possis. Utrumque vicium est et omnibus credere et nulli, sed alterum dixerim honestius vicium, alterum tucius. Sic etiam utrosque reprehendas et eos qui semper inquieti sunt et eos qui semper acquiescunt. Nam illa tumultu gaudens non est industria sed exagitate mentis concursacio, et hec non est quies que motum omnem molestiam iudicat sed dissolucio et languor. Itaque mixta ista miscenda sunt et quiescenti agendum est et agenti quiescendum. Cum natura rerum delibera, ipsa dicet tibi et diem se fecisse et noctem. Idem in IIII. Tenes utique memoria quantum senseris gaudium cum pretexta posita sumpsisti virilem togam et in forum deductus es. Maius expecta cum puerilem animum deposueris et te in viros philosophia transtulerit. Adhuc enim non pueritia sed quod est gravius puerilitas remanet. Et hoc quidem peius est quod habemus

auctoritate sciunt sed mala puerorum nec
puerorum tantum sed infancium Illi levia
hii falsa formidant nos utraque plerique
inter mortis metum et vite tormenta
miseri fluctuant et vivere nolunt et
mori nesciunt Fac itaque tibi iocundam
vitam omnem pro illa sollitudine depo-
nendo Nullum bonum adiuvat habentem
nisi ad cuius amissionem preparatus est animus
ergo adversus omnia que accidere possunt
te adhortare et indura Meminerimus
enim eos fortuna prevexit et non tantum
ille minaretur quantum promiserat Noli
hunc tranquillitati confidere momento ma-
re evertitur Magne divicie sunt lege
nature composita paupertas lex autem nature nescis
quos nobis terminos statuat Non esurire
non sitire non algere ut famem sitim que
depellas non est necesse miraria temptare
nec castra sequi ad miaminu quod est Idem
in v. Adhuc de eodem Cxxx vo
Id agamus ut meliorem vitam sequamur
quam vulgus non ut contrariam alioqui
quos emendari volumus fugamus a nobis
et avertimus Illud quoque facimus ut nil
nolunt imitari nostri dum timent ne imi-
tanda sunt omnia Contra naturam est
torquere corpus suum et faciles odisse
mundicias et squalorem appetere cibis
non tantum vilibus uti sed horridis
Sicut admodum deperdere delicatas
res luxurie est ita usitatas et non
magno parabiles fugere dementie fru-
galitatem exigit philosophia non penam
Temperetur vita inter bonos mores et
publicos Cum domum intraverit nos po-
cius miretur quam supellectilem Magnus
magnus ille est qui fictilibus sic utitur
quomodo argento nec ille minor est qui
sic argento utitur quomodo fictilibus Infir-
mi animi est divicias non posse pati Apud
ecathonem invenimus cupiditatis
finem eciam ad timoris remedia proficere
Desines inquit timere si sperare desie-
ris pericula que vident fugiunt et
cum effugerunt securi sunt Nos autem et
venturo torquemur et preterito Timoris
enim tormentum memoria reducit
providencia anticipat Nemo tamen presentibus
miser est Idem in vi. Hoc ipsum argumentum
est animi in melius translati quod vicia
sua que prius ignorabat videt Nullius
boni sine socio iocunda est possessio
Plus tibi viva vox et convictus quam
oracio proderit unde in rem presentem venias

oportet primum quia homines amplius oculis
quam auribus credunt Deinde quia lon-
gum iter est per precepta breve et efficax
per exempla Idem in viij. Inimica est multorum
conversacio et utique quo maior est populus cum
quo miscemur hoc plus periculi est Avarior et ava-
rior redeo et ambiciosior et luxuriosior
eciam et crudelior et inhumanior quia inter
homines fui Utrumque devitandum est ne
vel similis malis fias quia multi sunt
ne inimicus multis quia dissimiles sunt
Recede in te ipse quantum potest Cum hiis
versare qui te meliorem facturi sunt Illos
admitte quos tu potes facere meliores
Mutuo ista fiunt et homines dum docent
discunt Idem in viij. Adhuc de eodem Cxxxi
Vitate quecumque vulgo placent ad
omne fortuitum bonum suspiciosi
paviditque subsistite Via et fera
et piscis aliqua spe oblectante deci-
pitur Munera ista fortune putatis
Insidie sunt Quisquis vestrum tutam agere
vitam volet ista viscata beneficia deve-
tet In precipiti cursus iste deducit
cuius eminentis vite exitus cadere est
Scitote tam bene hominem culmo tegi
quam auro Cogitate nichil preter animum esse
mirabile cui magno nichil magnum
est Stulti credere qui malagere viderentur
maiora agunt humana divinaque simul
tractavit Alienum est quicquid opta-
do evenit Non est tuum fortuna quod
fecit tuum Idem in x. Qui utilitatis
causa assumptus est tam diu placebit
bit quam diu utilis fuit ac re florentes
amicorum turba circumsedit Circa eversos so-
litudo est et inde amici fugiunt ubi
probantur Necesse est enim inicia inter se et exi-
tus congruant Qui amicus esse cepit
quia expedit placebit aliquid precium
contra amiciciam si ullum nulla placet
preter ipsam Negociacio est ista non ami-
cicia que ad commodum accedit Atqui
sapientem nulla re egere et cum multis illi
rebus opus esse Econtra stulto nulla
re opus est nulla enim re uti scit Quid
refert qualis sit status tuus si tibi
videtur malus Quis sapienti sua non
placent Omnis stultitia laborat fa-
stidio sui Idem in x. Non invenio cum
quo te malim esse quam tecum Hoc est
fuge multitudinem fuge paucitatem fuge
eciam unum Sic vive cum hominibus tamquam
deus videat Sic loquere cum deo tamquam
homines audiant Idem in xi Verecundia

bonum in adolescente signum est. Magna
pars peccatorum tollitur si peccaturis testis assi
stit. O felicem qui sic aliquem vereri potest ut
ad memoriam quoque eius se componat et
ordinet. Cum sic aliquem vereri, cito erit
verendus. Elige ergo illum cuius tibi placet
et vita et oratio. Illum tibi semper ostende vel
custodem vel exemplum. Opus est enim
aliquo ad quem mores nostri se exigant; nisi
ad regulam prava non corriges. Ibidem xij

Gratissima *Adhuc de eodem cxx*
sunt poma cum fugiunt. *xii*
Ille beatissimus est et securus
sui possessor qui crastinum sine sollici
tudine expectat. Ibidem in xiij. Non potest
magnos spiritus athleta ad certamen afferre
qui numquam suggillatus est; ille qui san
guinem suum vidit, cuius dentes crepue
runt sub pugno, nec proiectus animum pro
iecit. Sed quotiens cecidit contumacior
resurrexit, cum magna spe descendit
ad pugnam. Multum enim adicit sibi virtus
lacessita. Plura sunt que nos terrent
quam que premunt, et sepius opinione
quam re laboramus. Illud tibi precipio
ne sis miser ante tempus, cum illa
que velud imminentia expavisti forte
numquam ventura sint, certe non venerunt. Que
dam nos torquent magis quam debeant,
quedam antequam debeant, quedam cum
omnino non debeant. Aut enim augemus
dolorem aut fingimus aut precipimus.
Quam multa inexpectata numquam comparue
runt. Etiam si futurum est, quid iuvat
dolori suo occurrere? Satis cito dolebis
cum venerit. Nichil tam certum est ex
hiis que timentur ut non certius sit et for
midata subsidere et sperata decipere. Quid
turpius est quam senex vivere incipiens.
Ibidem in xiiij. Multi sunt qui corpori
sunt qui pro eo nimium timent qui ad
illud omnia refert. Sic agere nos debemus
non tamquam propter corpus vivere debeamus
sed tamquam non possimus sine corpore.
Hos nimius amor timoribus inquietat,
sollicitudinibus honerat, contumeliis obi
cit. Honestum ei vile est cui corpus
carum est nimis. Agatur eius cura
diligentissime, ita tamen ut cum exigit
ratio vel fides etiam in ignem mittendum
sit. Etiam in obsessa via pauperi pax
est. Numquam in tantum convalescet ne
quicia, numquam sic contra virtutes con
iurabit, ut non philosophie nomen venera
bile et sacrum maneat. Nemo

sollicito bono fruitur. Adicere dum vult aliquid
divitiis studet, dum de incremento cogi
tat oblitus est usus. Rationes accipit,
forum conterit, fit ex domino procurator. Ibidem
in xv. *De eodem cxxxiij recta*
Quidquid facias cito redi a corpore
ad animum, illum noctibus ac diebus
exerce. Ibidem. Bonum ita quod vetu
state fit melius. Quam iocundum est
nichil poscere, quam magnificum est plenum
esse nec ex fortuna pendere. Discedat
aliquando ista insidiosa bona et sperantibus
meliora quam assecutis. Si quid in illis
esset solidi, aliquando implerent. Ibidem in xvj
Plus operis est in eo ut proposita custodias
quam ut honesta proponas. Perseverandum
est et assiduo studio robur addendum
donec bona mens sit quod bona voluntas
est. Naturalia desideria finita sunt;
ex falsa autem opinione nascentia ubi de
sinant non habent. Nullus enim terminus falso
est. Nam via eunti aliquid extremum est,
error autem inmensus est. Retrahe ergo te
a vanis, et cum voles scire quod petis natu
ralem habeat an cecam cupiditatem, con
sidera si non possis alicubi consistere. Nam
si longe progresso semper aliquid restat,
scito id naturale non esse. Ibidem xvij
Proice ista omnia si sapis, immo ut sapias,
et ad bonam mentem magno cursu
ac totis viribus tende. Si quid est quo
tenearis, aut expedi aut incide. Multa
ad philosophandum obsistere. Divinae pau
pertas expedita est, secura. Non constat
illam turba servorum ad quos pascendos
transmarinarum regionum est optanda
fertilitas. Facile est pascere paucos ven
tres et bene institutos et nichil ad
desiderantes quam impleri. Parvo
fames constat, magno fastidium. Pauper
tas contenta est instantibus desideriis
satisfacere. Cur ergo hanc contubernalem
recuses cuius mores sanus dives imi
tatur. Si vis vacare animo, aut pauper
sis oportet aut pauperi similis. Non potest stu
dium salutare fieri sine frugalitatis
cura; frugalitas autem paupertas vo
luntaria est. Multas parasse divi
tias non fuit miseriarum finis sed mutatio.
Nec hoc mirum. Non est enim in rebus
vitium sed in ipso animo. Illud quod paupertatem
nobis gravem fecerat, etiam divitias
graves fecit. Quemadmodum enim nil di
ffert utrum egrum in ligneo an
in aureo collocetis, quocumque enim illum

tussiculeris morbum suum fecit tussisset sic
nichil virum egere animus indicavit an
in paupertate ponatur equalis enim suum illud
ubique sequitur. Idem in xviii Decade
Pestis maxime diebus cxxxviii

Preparandum est ut tunc voluptati-
bus solus abstineat cum in illis
omnis turba procubuerit in ipsa securi-
tate animus ad difficilia se preparet et
contra iniurias fortune inter bene-
ficia firmetur. Certam ad paululum
et ne imparatos fortuna deprehendat
fiat nobis familiaris paupertas. Secu-
rius divites erimus si scimus quam
non sit grave pauperes esse. Ita est animi
magnitudo ad id sua sponte descen-
dere quod ne ad extrema quidem descen-
tibus timendum sit. Hoc est pertemptare tela
fortune. Non est iocunda res aqua et
polenta aut frustum ordeacei panis
sed summa voluptas est posse capere
etiam ex hiis voluptatem et ad id se
deduxisse quod eripere nulla fortune
iniquitas possit. Divitiarum possessio-
nem tibi non interdico sed efficere volo ut
illas intrepidus possideas. Quod
uno modo consequeris si te etiam sine
illis beate victurum tibi persuaseris si
illas tamquam exituras aspexeris. Idem in
xviii. Si potes subduc te istis occu-
pationibus. Sed minus eripe iuste
te vixisse moriaris in portu. Idem in xx
Facere docet philosophia non dicere et hoc exi-
git ut ad legem suam quisque vivat
ne orationi vita dissentiat ut ipsa inter
se vita unius sine omni actionum dis-
sensione coloris sit. Maximum hoc est
officium sapientie et indicium ut verbis opera
concordent ut ipse ubique par sibi idem-
que sit. Quod est enim sapientia? Semper idem
velle atque idem nolle. Licet illa exceptiun-
culam non adicias ut rectum sit
quod velis. Non potest enim cuiquam idem
semper placere nisi rectum. Variatur autem
cotidie iudicium hominum et in contrarium
vertitur ac plerumque agitur vita lusu.
Quod tuo beneficio facere non potes pa-
upertatis facies. Illa enim veros certosque
amicos retinebit. Discedit quisquis non
te sed aliud sequebatur. Non ne vel ob
hoc unum amanda est paupertas quod
a quibus ameris ostendat. O quando ille ve-
niet dies quo nemo in honorem
tuum mentiatur. Huc ergo cogitationes
tue tendant hoc cura hoc opta. Redige
te ad parva ex quibus cadere non possis.
Non licet divitias in sinum positas contemp-
nere. Ille ingentis animi est qui illas
circumfusas sibi diu multumque miratus
quod ad se venerint ridet suasque au-
dit magis esse quam sentit. Magnum
est non corrumpi divitiarum contubernio.
pauperibus inest sine qua nichil est
iocundum securitas. Cum ea deliciis prima
divinus omnia dura ac difficilia indicans.
Idem in xxvi. Decade cxxxv io

Quod male implicuisti solvas
potius quam abrumpas dummodo
si alia via solvendi non erit ut
abrumpas. Nemo tam timidus est ut
malit semper pendere quam semel cadere.
Turpe est cedere homini luctanti cum officio
quod semel recepisti. Non est vir for-
tis ac strenuus qui laborem fugit nisi
etiam crescit illi animus ex ipsa rerum
difficultate. Peiores morimur quam na-
scimur. Vitium hoc non nature vitium est. Nemo
quam bene vivat sed quam diu curat
cum omnibus contingere possit ut bene
vivant ut diu nulli. Idem in xxiiii
Fundamentum bone mentis est non gau-
dere vanis. Crede verum gaudium
res severa est. An tu existimas quemquam
soluto vultu hilari oculo mortem con-
temnere paupertati domum aperire volu-
ptates tenere sub freno meditari do-
lorum patientiam. Hec qui apud se versat
in magno gaudio est sed parum blan-
do. Hoc autem quibus delectatur vulgus
tenuem habet ac perfusoriam voluptatem
et omne invecticium gaudium est funda-
mento caret. Corpusculum etiam si nil
sine illo fieri potest magis necessariam rem
crede quam magnam. Vanas fugit
voluptates breves penitendas et in
magna moderatione temperantur in con-
trarium abituras. Ita dico in precipiti vo-
luptas ad dolorem vergit nisi modum tenue-
rit. Modum autem tenere in eo difficile
est quod bonum esse credideris. Veri
boni aviditas tuta est. Que sit
ex bonis conscientia ex honestis consiliis
ex contemptu fortuitorum pauci sunt
qui consilio se suaque regant. Ce-
teri eorum more qui fluminibus inna-
tant non eunt sed feruntur. Quidam
tunc incipiunt cum desinendum

est cruda aut desierit qua inci-
pent Id in xxiiij De eod. Cxxxvi
Quid necesse est mala accersere satis
cito patienda cum venerint presu-
mere aut presens tempus futuri
metu perdere stultum est quia quicquid
futurus sis miser esse iam miserum
Sed ego alia te ad securitatem via du-
cam Si vis omnem sollicitudinem exu-
ere quicquid vereris ne eveniat eve-
nturum utique propone et quicquid illud est
malum tecum ipse metire et timorem
tuum taxa acor est vius ad occupa-
da pericula quam credulitas ad iuro-
ganda Multum sunt cartaginem
vincere sed amplius morte Adeo
mors timenda non est ut beneficio eius
nichil ante ferendum sit aut timendum
Ante omnia memento demere rebus
tumultum ac videre quid in quacumque re
sit Scies nichil esse in istis terribile
nisi ipsum timorem Quod vides accide-
re pueris hoc nobis quoque maiusculis eve-
Illi quos amant quibus assueverunt
cum quibus ludunt si personatos vi-
derint expavescunt Non hominibus tantum
sed rebus persona demenda est et
reddenda facies sua Dolor quidem
levis est si ferre possum brevis si fer-
re non possum Hoc turpissimum est quod
nobis obici solet verba nos philosophie non
opera tractare Ipse voluptates in
tormenta vertuntur Epule cruditatem
generant ebrietates nervorum torporem
ac tremorem libidines manuum ac
pedum et articulorum depravationem
Maior fiam me plures ero Semel
fiam ibi me natum putabo Alliga-
bor Quid enim nunc solutus sum
Adest me ita huic corpori mei pon-
dere astrinxit Honorar desinam cogi-
tare posse illigari posse mori posse
Turpe est aliud loqui et aliud sen-
tire quanto turpius aliud scribere aliud
sentire Cotidie morimur Cotidie
enim demitur aliqua pars vite et
tunc quoque cum crescimus vita decre-
scit Ridiculum est autem currere ad
mortem tedio vite Vir fortis ac sa-
piens non debet e vita fugere sed exire
Id in xxv Quod ad duos amicos no-
stros pertinet diversa via eundum est al-
terius enim vitia emendanda sunt alterius

frangenda utar libertate tota Num-
quam illud nisi offenderes an profeceris
cum nescio malo in successum quam
fidem deesse Retinendus est pu-
dor qui quamdiu in animo durabit
aliquis erit bone spei locus Pane
et aqua desiderat natura Nemo ad hec
pauper est Intraque quisquis desi-
derium suum clauserit cum ipso Iove
de felicitate contendit Sic fac omnia
tamquam spectet aliquis prodest sine
dubio custodem sibi imposuisse et habere
quem respicias quem interesse cogi-
tationibus tuis iudices Omnia enim
nobis mala solitudo persuadet Cum
autem iam tantum profeceris ut sit tibi
etiam tui reverentia licebit dimittere
pedagogium Interim aut dissimilem
te fieri oportet dum tibi tutum non sit
aut vetere Id in xxvi De eod.
Que querela est // Cxxxvii
quod incommodum si quid quod
debeat desinere defecit
Et quis exitus melior quam in finem
suum natura solvente dilabi Remove
existimationem hominum dubia est semper
et in partem utramque dividitur Re-
move studia tua vita tractata
mors de te pronunciata est Ita dico
disputationes et litterata colloquia
et ex preceptis sapientum verba collecta
et eruditus sermo non ostendit verum
robur animi Est enim oratio etiam timi-
dissimis audax Quid egeris tunc
apparebit cum animam ages Immo eo
Quid refert incertum est quo loco
te mors expectet Itaque tu illam
omni loco expecta Qui mori didicit
non servire didicit supra omnem potentiam
est certe extra omnem Quid ad illum
carcer et custodia et claustra liberum
hostium habet Una est cathena que
nos alligatos tenet amor vite Id
in xxvii Numera annos tuos et
pudebit eadem velle que volueras
puer Hoc denique tibi circa diem mor-
tis presta moriantur ante te vitia //
Bona mens nec commodatur nec emitur
Et puto si venalis esset non haberet
emptorem at mala cotidie emitur
Id in xxviii Animum debes mutare
non celum licet enim vastum traieceris
mare sequentur te vitia quocumque

peruenis cum eris quod te fuga ista non
adiuuet. Tecum fugis homines cum dis
ponendum est non animus tibi ullus pla
cebit locus. Primo quidquid facis contra
te ipsum facis et motu ipso noces tibi
egrum enim concutis. At cum istud exemeris
malum omnis loci mutatio iocunda
fiet. In ultimas licet terras expellaris
in quolibet barbarie angulo collocaris
hospitalis tibi illa qualiscumque sedes
erit. Magis quis venias quam quo
ueneris interest. Et ideo nulli loco addicere
debemus animum. Cum hac persuasione
uiuendum est Non sum uni angulo na
tus et patria mea totus mundus est.
Quid tam turbidum fieri potest quam
forum. Ibi quoque licet quiete uiuere
si necesse sit sed si liceat disponere se
Quid uiuere est quod deum sint. Similiter
est hanc qui contempsit inquietabilibus
turba dominantium liber est. Initium
salutis est noticia peccati. Nam qui
peccare se nescit corrigi non vult.
Ideo quantum potes te ipse argue
inquire in te accusatoris primum partibus
fungere deinde iudicis tandem depreca
toris. Idem in xxviii. Multo magis
ad rem pertinet qualis tibi videaris
quam qualis aliis. Conciliari nisi
turpi ratione amor turpium non potest. Idem
in xxix. Item de eodem Cxxxviii

Venit aliquis ad mortem iratus
morti veniente illa nemo hy
laris excipit nisi qui se ad illam
diu composuit. Idem in xxxi.
Gloriosos artus labor nutrit non est viri
timere sudorem. Idem in xxxiiii. Pars
magna bonitatis est velle fieri bonum.
Omnia dicta et facta tua inter se con
gruant ac sibi respondeant et una for
ma cuncta sint. Non est huius animus in quo
eius acta discordant. Idem in xxxv.
Conspectus et presencia et conuersacio habet
aliquid viue voluptatis utique si non
tantum quem velis sed eciam qualem
velis videas. Idem xxxvi. Turpis
et ridicula res est elementarius senex
in nemo pandum fortuna intendit et in
morte fortuna ius non habet. Animus
ille tranquillissimus ad perfectum venit
qui intellexit cum quo sit modo
res cedant cum fine aggrediuntur
vulgaria bona siue res suas emu
net siue aliquid ex his vel omnia

casus excusserit minor non fit. Ex horis quam
timemus incipit vita non eripit veniet
iterum qui nos in lucem reponat dies. Ergo
igitur animo debet rediturus exire. Obserua
orbem rerum in se remeancium videbis nichil
in hoc mundo extingui sed uicibus descen
dere ac surgere. Idem xxxvii. Si vis omnia
tibi subicere te subice rationi. Multos re
ges si te illa rexerit et ab illa disces
quemadmodum et quid aggredi debeas.
Turpe est non ire sed ferri et subito
in medio turbine rerum stupentem que
rere Huc ego quemadmodum veni. Idem
xxxviii. Plurimum proficit sermo qui
minutatim irrepit animo nec multis opus
est sed efficacibus. Idem xxxix. Habet
hoc optimum in se generosus animus quod concitatur
ad honesta magnarum rerum species ad se vo
cat et attollit. Animus enim ut admodum
flamme in motu est eo mobilior et actio
sior quo vehemencior fuerit. Beatus felix
qui ad meliora hunc impetum dedit
ponet se extra ius dicionem fortune tempera
bit ad verba conprimet et aliis admiran
da despiciet. Magni animi est magna
contempnere et mediocria malle quam
nimia necesse est enim in immensum exeat
cupiditas que nullum modum transsilit.
Desinit esse remedium locus ubi quod fuerant
vicia mores sunt. Idem xl. In copia ver
borum et uolubilitas minus intenti audi
torem facit tedio interrupte tarditatis
facilius tamen insidet quod expectatur
quam quod preteruolat. Illa quidem que
veritati operam dat oracio incomposita esse
debet et simplex. Hec popularis nichil habet
veri mouere vult turbam et inconsultas
aures impetu rapere. Remedia non pro
sunt nisi immorentur. Quis medicus
egros in transitu curat. Quemadmodum
sapienti viro incessus modestior conue
nit ita oracio pressa non audax. Itaque tar
diloquum te esse iubeo. Idem xli. Item
de eodem Cxxxix

Sacer intra nos spiritus sedet malorum bonorum
que nostrorum obseruator et custos
hic prout a nobis tractatus est ita nos
tractat. Idem xlii. Multa tibi possem
ostendere que acquisita acceptaque liber
tatem nobis extorquerent. Nostri enim essemus
si ista nostra non essent. Circumspice ista
que nos agunt in insaniam et que
cum plurimis lacrimis amittimus. Scies
in his non dampnum esse molestum

sed opinione vexantur. Nemo illa perse-
sentit sed cogitat. Qui in se habet nichil
perdidit. Id. xliii. Vix quemquam inve-
nies qui possit aperto hostio vivere.
Bona conscientia turbam advocat, mala
etiam in solitudine anxia est atque solli-
cita. Si honesta sunt que facis omnes
sciant; si turpia quid refert neminem
scire cum tu scias. O te miserum si contempnis
huiusmodi testem. Id. xlv. Non refert
quam multos libros sed quam bonos
habeas. Lectio certa prodest, varia delectat. Vi-
cia nobis sub virtutum nomine irrepunt.
Temeritas sub titulo fortitudinis la-
tet, moderatio vocatur ignavia, pro
cauto timidus accipitur. Ingenti magno
periculo erramus. Id. xlvi. Iam etiam
in te sublata est mentium consuetudinis
ca. Id. xlvii. Illos video qui turpe
existimant cum servo suo cenare. Cur-
ni quia superbissima consuetudo cenanti
domino stantium servorum turbam circumdedit.
Ille quidem ingenti aviditate disten-
tum ventrem honerat. Servi autem tota
nocte ieiuni mutique perstant. Sic fit
ut de domino loquantur quibus coram
domino loqui non licet. Tu autem sic cum
inferiore vive quemadmodum tecum su-
periorem velis vivere. Et quociens in
mentem venerit quantum tibi in servum liceat
in mentem etiam veniat tantundem
in te domino tuo licere. Quo stultus est
qui equum empturus non ipsum inspi-
cit sed stratum eius et frenos, sic
qui hominem ex veste aut ex condicione
estimat. Id. xlviii. De eodem Exl

Consortium rerum omnium inter nos fa-
cit amicicia; omnia cum amico communia
habebit qui multa cum homine.
Vixi interrogationes vafferimas stru-
xero et conclusione falsa a vero nascens
mendacium astrinxero. Non potero a
fugiendis petenda secernere. Pudet
me sine tam seria senes ludimus.
Mus syllaba est, mus autem caseum rodit;
syllaba ergo caseum rodit. Puta me nunc
istud non posse solvere. Quod michi
ex ista scientia periculum imminet ex hoc in-
commodum est. O pueriles ineptias que
michi lusoria ista componis. Non est
iocandi locus. Apta decent et sim-
plicia bonitate. Etiam si multum super-
esset etatis parce dispensandum erat
ut sufficeret necessariis. Nunc vero que de-
mencia est supervacua discere in tanta
temporis egestate. Id. xlix. Quod non
perdidisti habes. Cornua non perdidisti, cor-
nua habes. Non vacat ad istas ineptias.
Ingens negocium in manibus est. Quid
agam? Mors me sequitur, vita fugit.
Adversus hec me doce aliquid. Dociles natura
nos edidit et rationem dedit imperfectam
sed que perfici posset. Id. l. Quod fa-
tuo delector, nolo. Non est enim michi
longe querendus; me video. Ceci ducem
querunt; nos autem sine duce erramus
et ideo difficilius ad sanitatem pervenimus
quia nos egrotare nescimus. Initium
eiusdem adversitates arduum est, quia hec
primum imbecille atque egre mentis est
formidare inexperta. Itaque cogenda
est ut incipiat; deinde non est acerba
medicina, protinus enim delectat dum
sanat. Id. li. Id agere debemus ut irri-
tamenta viciorum quam longissime
profugiamus. Indurandus est animus
et debellande voluptates que se-
na quoque ad se ingenia rapuerunt.
Vicia sine modo sine fine persequere;
nam illis quoque nec finis nec modus
est. Proice quecumque cor tuum dilaniant,
que si aliter extrahi nequirent
cor ipsum cum illis revellendum erat.
Voluptates precipue exturba, que la-
tronum more mh'. nos amplectuntur
ut strangulent. Id. lii. Item

Quam illis. De eodem Exli.
ad eundem finem duo pervenerint
maior tamen est laus idem effe-
cisse in difficiliori materia. Illud elige
adiutorem quem magis admireris
cum videris quam cum audieris.
Quid letaris quod ab hominibus hiis
laudaris eos quos ipse laudare non
potes. Laudatio aliquid exhortatio-
nis affert ipsis audientibus et animos
adolescentum exstimulat. Id. liii. In
illis morbis quibus afficiuntur animi
quo quis peius se habet minus sentit.
Somnium narrare vigilantis est
et vicia sua confiteri sanitatis indi-
cium. Omnia impedimenta dimitte et va-
ca bone menti. Nemo ad illam pervenit
occupatus. Magni artificis est
clausisse totum in exiguo. Id. liiii.
Mihi enim fallor et erramus quod
mortem sequi indicamus cum illa
et precesserit et secuta sit. Quicquid
enim ante nos fuit mors est. Illud
lauda et imitare quem non piget

morb

mori cum vincet vivere. Que est enim uti
litas etiam coire. Sapiens nil invi
tus facit. Necessitatem effugit quia
vult quod coactura est. Id. lv. De
bilitatem nobis induxere delicie et
quod diu noluimus posse desinimus.
Id. lvi. Nulla placida est quies
nisi quam racio composuit. Omnia vicia
admodum morbi in aperto leniora sunt
tunc autem periculosissima cum simulata
sanitate subsidunt. Nulla res animum
sapientis avocat. Nullus homini animoque
contentus interrumpit cogitaciones bonas
solidas quam iam et certas. Leve istud
ingenium est nec sese ad hunc reducit
introrsus quam ad voce accidencia
erigitur. Idem lviii. Nemo nostrum idem
est qui fuit pridie. Quicquid vides
currit cum tempore. Nichil ortum sta
bile vel solidum est. Et nos cum ea
cupimus tamquam aut semper futura aut
semper habituri. Id. lix. Adhuc de eod. Cxlij

Illud precipue in nobis profectum
impedit quod cito nobis placemus
et quicquid in nos adulacio congerit
tamquam debitum prendimus optimosque
nos esse ac sapientissimos affirman
tibus assentimus. Sequitur ut ideo mu
tari nolimus quia nos optimos
esse credimus. Omnes tendunt ad
gaudium sed unde stabile magnumque
consequitur ignorant. Et sapiens quidem
nunquam sine gaudio est. Gaudium autem
hoc non nascitur nisi ex conscientia virtutum non
interrumpitur nec desinit. Quod enim non
dedit fortuna non eripit. Id. lx.
Taurus paucissimorum iugerum pas
cuo impletur. Una silva elephantis
pluribus sufficit. Homo vero et terra
et mari venatur. Non fames vero
magno constat sed ambicio. Idem
lxi. Ante senectutem curavi ut bene
viverem in ista ut bene moriar. Da
operam ne quid umquam invitus facias.
Qui imperia libens excipit partem acer
bissimam servitutis effugit facere
quod nolit. Nec qui iussus aliquid
facit miser est sed qui invitus. Ita
ergo animum componamus ut quicquid res
exigit id velimus. Id. lxii. Contempnere
aliquis omnia potest, hec omnia nemo
potest. Itaque brevissima ad divicias per
contemptum diviciarum via est. Id. lxiii. Sic
ci sint oculi amico amisso nec
fluant lacrimandum est non plorandum.

id agamus ut iocunda nobis fiat amicorum
recordacio amissorum. Nemo libenter ad
id redit quod non sine tormento cogitaturus
est. Amicorum defunctorum cogitacio
dulcis ac blanda est. Habui enim illos
tamquam amissurus, amisi tamquam habeam.
Quis ferat hos qui neglegentissime cum
amicos habeant miserrime lugent nec
amant quemquam nisi perdiderint ideoque
tunc effusius merent quia metuunt ne
dubium sit an amaverint sera indicia
affectus sui querunt. Id. lxv. Que deo
faciendi mundum causa fuit / bonus est.
Bono nulla cuiusquam boni invidia est. Fecit
itaque quam optimum potuit. Vetas me
celo interesse, id est iubes me capite demis
so vivere. Maior sum et ad maiora ge
nitus quam ut corporis mei sim man
cipium. Quod equidem non aliter aspicio quam
vinculum aliquod libertati mee circumda
tum. Cuius contemptus certa libertas est. Ger
mana deteriora melioribus fortes sumus
adversus fortunam. Id. lxvi. Adhuc

De eod. Cxliij

Potest ex casa
vir magnus exire, potest et ex
deformi humilique corpusculo
formosus animus ac magnus. Nec
deformitate corporis animus fedatur sed
pulcritudine animi corpus ornatur. Animus
intuens naturam rerum fugiendorum ac
petendorum non ex opinione sed ex natura precia
rebus imponens ultra fortune se
submittens supra omnia que contingunt
eminens. Hic est facies virtutis. Omnis
in modo est virtus. Crescere posse imperfec
ti signum est. Omne honestum volun
tarium est. Non enim potest honestum esse
quod non est liberum. Coactus est. Difficilia
perstringere quam leta moderari
magis laudamus. Bona que optata
sunt ac fortia et cum fortuna rixata.
Id. lxvii. Non sum tam demens ut
egrotare cupiam sed si egrotandum
fuerit ut nichil effeminate faciam.
Non enim pati tormenta optabile est
sed pati fortiter. Id. lxviii. Gloriari
ocio iners ambicio est. Multa apta
tenuerunt condita et abstrusa remanent.
Fines signata sollicitant. Vile videtur
quicquid patet. Aperta effractarius prete
rit. Hos mores habet imperitissimus
quisque inscrutata irrumpere cupit. Iacta
cio genus est nimis latere et aspectum
hominum se reddere. Convocat turbam qui se
ocio suo aliquam fabulam imposuit.

Non est autem agendum sic ut de te ho-
mines loquantur sed ut ipse tecum loqu-
aris. Quid autem loqueris? Quod homines de
aliis libentissime faciunt de te apud
te male existima et id maxime trac-
ta quod vite infirmissimum esse senties.
Idem lxix. Frequens de loco ad locum
migratio instabilitatis animi est. Ut animus
possit continere prius corporis tui fugam
siste. Nichil facilius quam amor re-
crudescit. Itaque qui deponere vult de-
sideria rerum omnium quarum cupiditate
flagravit et oculos et aures ab hiis
que reliquit avertat. Cito enim affectus
quocumque se vertit rebellat. Nullum
sine auctoramento malum est. Avaricia
pecuniam promittit, luxuria voluptatem,
ambitio potentiam. Mercede te vitia solli-
citant. Vix effici toto seculo potest ut vitia
longa licentia tumida subigantur et
iugum accipiant. Idem lxx. Vir adiciens
hoc corpus liberum esse tamquam [illegible] exiturum.
Quis veniet in mente finis prius omnia
sine fine cupientibus. Nemo nisi vitio
suo miser est. Idem lxxi. Ite decem C
Ideo peccamus quia de partibus lxxi
vite omnes deliberamus, nemo de tota
deliberat. Virtute et mala fortuna vincitur
et bona ordinatur. Virtutem intelligo
animosam et excelsam quam incitat quod-
quid infestat. Non minus est intranquilli-
tate non agenti. Illud invenire omnes
iacent aliquem stare. Imperfecta mente
est labentem et modo procedit modo
subsidunt. Sed magna est pars profectus
velle proficere. Indagamus ut omne tem-
pus sit quod non erit nisi prius nostri
esse ceperimus. Idem in lxxii. Vidisti
aliquando canem missa a domino frusta
panis vel carnis aperto ore captantem?
Quicquid excepit protinus integrum
devorat et semper ad spem futuri hiat.
Idem evenit nobis. Quicquid enim expec-
tantibus fortuna proiecit id sine ulla
voluptate dimittimus statim ad rapinam
alterius erecti et attoniti. Hoc sapienti
non evenit. Plenus est et si quid ob-
venit secure excipit ac reponit. In-
peditis autem ac rudibus nullus pre-
cipitationibus finis est. Incipientium
illud chaos decidunt in [illegible] ne
sine timore. Idem in lxxiii. [illegible] Qui
quis de accipiendo cogitat oblitus
est accepti. Nec ullum est maius ma-
lum cupiditas quam quod ingrata
est. Ambitiosus non tam iocundum est
multos post se videre quam grave aliquos
ante se. Nec ambitio tantum instabilis
est verum etiam omnis cupiditas quia in-
cipit semper a fine. Stulta avaricia mor-
talium proprietatem distinguit nec quicquam
suum esse credit quod publicum est. At sapi-
ens nichil magis suum iudicat quam
cuius illi cum humano genere consortium est.
Docet philosophia proprie debere beneficia
bus fateri. Initium autem solutio est ipsa
confessio. Miraris hominem ad deos ire?
Deus ad homines venit, immo in homines.
Nulla enim bona mens sine deo est. Idem
in lxxiiii. Nulla enim cum rapina felicitas
cessit; gaudium rapti durat impostorum.
Aut ista bona non sunt que vocantur
aut homo felicior deo est qui quo pa-
rata sunt nobis deus non habet in usu.
Neque enim opes neque epularum leticia
nec quicquam eorum hominum incestanti-
bus ad omnium pertinet. Placeat homini quod-
quid deo placet ob hoc ipsum quod deo pla-
cet. Quam diu vires salve sunt non
senties quid abstraxerit vis affligi.
Sapiens liberorum amissione non amicorum
eodem animo fert illorum mortem
quo suam expectat. Idem in lxxv.
Concordet sermo cum vita. Ille promis-
sum implevit qui et cum videas illum
et cum audias idem est. Non delectent
verba nostra sed prosint. Idem in lxxvi. Que-
ritur quid sentiamus. Decos Cxlv r
Quid est quam quia non didiceris
non discere. Quamdiu vita quam-
diu discendum est quemadmodum vi-
vas. Equo animo audienda sunt
imperitorum [illegible] et ad honesta vadenti
contempnendus ipse contemptus. Proprium
in homine ratio: hac ante cedit ani-
malia, hanc sequitur deum. Amor ira cu-
piditas pericula depulerunt. Ergo post
brevitas abstinacio cum aliquo simili
excitata. Quanto magis virtus que non
corrumpitur nec subito nec equaliter
valet cum pretium robur. Cum bonum
est virtus que inter hanc fortunam
et illam superba incedit tam magno
utriusque contemptu. Vir bonus quicquid
ei acciderit equo animo sustinebit.
Sciet enim id accidisse lege divina
qua universa procedunt. Nemo istorum
quos purpuratos vides felix est
non magis quam ex illis quibus
sceptrum et clamidem in scena fabule
assignant. Cum presente populo elati
incesserunt et coturnati [illegible] exierunt

collocauit et ad staturam suam redeunt
Nemo istorum quos diuicie et honores
in fastigio ponunt magnus est Quare
ergo magnus videtur Cum basi sua illum
metiris Hic laboramus errore quo neminem
estimamus eo quod est sed adicimus
illi et ea quibus adornatus est Nec quo-
cunque voles verum hominis estimacionem
inire eum inspice nudum ponat patrimonium
ponat honores et alia fortune menda-
cia corpus eciam ipsum exuat Animum in-
tuere qualis sit et quantus alieno
an suo magnus Precogitati mali
mollis ictus venit At stultis et fortu-
ne credentibus omnis videtur noua rerum
et inopinata facies magna autem pars
est apud imperitos mali nouitas Ideo
sapiens assuescit se malis futuris et
que alii diu paciendo faciunt leuia
hic leuia facit diu cogitando Idem epistola lx-
xvii Vita non est imperfecta si honesta
est ubicunque desines si bene desines
tota est Nemo tam imperitus est ut ne-
sciat quandoque sibi moriendum esse et tamen
cum prope accesserit tergiversatur tremit plo-
rat Nonne tibi videtur stultissimus
qui flevit quod ante mille annos non
vixerit eque stultus est qui flet quod
post annos mille non vivet hec paria sunt
non eris non fuisti utrumque tempus alienum
est Quid fles ad hanc legem natus
es Quid novum est hoc omnibus accidit
Quomodo fabula sic vita non quam diu
sed quam bene acta sit refert Quo-
cunque voles desine tantum bonam clau-
sulam impone Idem in lxxviii De
In remedium cedunt / eodem Cxlvi
honesta solacia et quicquid animum ere-
xerit eciam corpori prodest Tria in
omni morbo grauia sunt metus mor-
tis dolor corporis intermissio volupta-
tum De morte satis dictum est Nemo potest
valde et diu sic enim nos amantissima
natura disposuit ut dolorem aut tolle-
rabilem aut breuem faceret Non est ac-
cerbum carere eo quod cupere desieris
Denique tollerabilis est morbi pacien-
cia si contempseris id quod extremum minatur
Noli mala tua tibi ipse facere grauiora
et te querelis honerare leuis est do-
lor si nichil illi opinio adiecerit leuem
illum dum leuem putas facies Tantum mi-
ser est quisque quantum credidit Quod acerbum
fuit retulisse iocundum est Naturale est enim
mali sui fine gaudere Quo pertinacior est
hostis fugientibus sic omne fortuitum
incommodum magis instat cedenti et auerso
Nec vita sit tedio nec mors timori Vitam
in odium sui adducere solet iners ocium hinc
quod necesse est eciam vitam breuem videri qui
illam voluptatibus vanis et ideo infinitis
metitur Interim hoc tene hoc morde aduersis
non succumbere letis non credere omnem fortune
licenciam in oculis habere Quicquid enim expecta-
tum est diu leuius accedit Idem in lxxix //
Non est bonitas pessimis esse meliorem Illa
virtus latet et latuisse non est ipsius dampnum
veniet qui conditam et seculi sui malignitate
compressam dies publicet / Veritas in omnem
sui partem eadem est Que decipiunt nichil habent
solidi Tenue est mendacium perlucet si di-
ligenter inspexeris Idem in lxxx Cogito
mecum quantus ad spectaculum ludorum fiat
concursus quanta sit circa bonas artes solitu-
do quam imbecilli animo sint quos lacertos hu-
merosque miramur Compara inter se pauperum
et diuitum vultus pauper sepius et fidelius
ridet quia nulla eius sollicitudo in alto est
horum autem qui felices vocantur hylaritas fic-
ta est aut grauis et suppurata tristicia Omnium
istorum quos supra capita hominum supra tur-
bam delicatos lectica suspendit precaria
felicitas est contempnes illos si despolia-
ueris Equum empturus solui iubes stratum
vestimenta venalibus detrahis ne qua
corporis vicia lateant hominem involutum
estimas Quod de aliis loquor si perpen-
dere te vis sic pone pecuniam domum dignitatem
Intus te ipsum considera Idem in lxxxi De
Quereris // Ad hunc decem Cxlvii
te incidisse in hominem ingratum
Si hoc periculum vitare noluisses bene-
ficia non dabis Ita ne apud alium pereant
apud te peribunt Non respondeant potius quam
non dentur Cito inerti ocio vita torpebit
si relinquendum est quicquid offendit Et post
malam segetem serendum est Cumque eue-
nit incertus Cum eciam si multa non pre-
cessissent oportebat ignosci post beneficia
ledenti plusquam nemini debetur plus
enim estimo beneficium quam iniuriam Ac non
omnes gratiam sciunt debere beneficium Solus sapi-
ens [illegible] nouit quanti res quecunque ta-
xanda sit et omnia secum computa-
bit quantum accepit a quo cum ubi et
quemadmodum / Unde Methrodorus ait
Solum sapientem referre gratiam scire
beneficia crescunt mora et tanto plus

explicandum est quanto tardius Iniustus
est qui beneficium reddit sine usura De
re quod datur exigium est quod sequitur
ex eo maiorum Nemo michi videtur pluris
estimare virtutem nemo illi magis esse
devotus quam qui boni viri famam perdidit
ne conscientiam perderet Torquet ingratitudo
se et macerat odit que accepit quia
redditurus est et extenuat iniurias
vero dilatat et auget Quid eo miserius
cui beneficia excidunt heret iniurie At
contra sapiens exornat omne beneficium
et sibi commendat et se assidua eius
commemoratione delectat Illa contempnit
quibus lesus est nec vult omnia in peius
Nec querit cui casum imputet ad fortunam
potius refert et quidquid accidit
benigne interpretando levat Vero offense
se potius quam officii meminit quantum
potest in priore ac meliore memoria se detinet
ne mutat animum adversus bene meritos
Semper enim quidquid dubium est humanitas
inclinat ad melius Nemo autem gratus
esse potest nisi contempserit ista propter que
vulgus insanit Nichil carius estimas
quod beneficium quia dum petimus nichil
vilius cum accepimus Queris quid nobis
faciat oblivionem acceptorum Cupiditas
accipiendorum Abstrahunt a recto
divicie honores potentia et cetera que
opinione nostra cara sunt precio suo vilia
Nescimus estimare res de quibus non cum
fama sed cum rerum natura deliberandum
est nichil habent ista magnificum quo mentes
nostras trahant preter hoc quod mirari illa
consuevimus Ista in lxxxi Item de eodem
C Cxlviii

Ociosum sine litteris mors est et hominis vivi sepultura
Non habet fortuna longas
manus neminem occupat nisi herentem
sibi Itaque quantum possumus ab illa resiliamus
Non est mors gloriosa sed fortiter mori
gloriosum est Nunc dementia est fugere
cum retro ire non possis Omnes res que
non habent decus virtute addita sumunt Ista
in lxxxii Sic certe vivendum est tamquam
in conspectu aliquis vivamus Sic cogitandum
tamquam aliquis in pectus intimum prospicere
possit Quid prodest ab homine aliquid
esse secretum nichil deo clausum est
Nichil aliud est ebrietas quam voluntaria
insania Omne vicium incendit
et detegit obstantem malis verecundiam
removet Plures enim pudore peccandi
quam bona voluntate prohibitis abstinet
adice illum ignorationem sui dubia
et parum explanata voluntate verba
incertos oculos gradum errantem vertiginem
capitis et cetera huius Rebus itaque non
vobis propria ista que dicuntur voluptates
nisi modum excesserint penas esse Similiter
lectio ingenium et studio fatigatum
non tamen sine studio reficit Nec
scribere tantum nec tantum legere debemus
altera res contristabit vires et exhauriet
de stilo dico altera solvet ac diluet
Invicem hoc et illo commeandum est et alterum
altero temperandum ut quidquid lectione
collectum est stilus redigat in corpus
Apes enim imitari debemus que vagantur
et flores ad mel faciendum ydoneos
carpunt Deinde quidquid attulerunt disponunt
ac per favos digerunt Sic et nos
debemus quecumque ex diversa lectione congessimus
separare Deinde adhibita ingenii
nostri facultate in unum saporem varia
illa libamenta confundere Tale animum
nostrum esse volo ut multe in illo artes
multa precepta multarum etatum exempla
sint in unum conspirata Relinque divicias
aut periculum aut honus possidentium
Relinque voluptates molliunt et
enervant Relinque ambitum tumida
res est vana et ventosa nullum
habet terminum laborat duplici invidia
cum invidetur et invidet Ista lxxxiiii
Adhuc de eodem Cxlix

Non est bona valitudo mediocritas
morbi Facilius est viciorum
initia prohibere quam impetum
regere Non enim recipiunt mala temperamentum
facilius sustuleris ea
quam rexeris Tempestas non omnis
gubernatoris impedit sed plerumque
Non ex ebore tantum simulacra facit statuarius
sed eciam ex marmore si casus
Sic sapiens virtutem si licebit in divitiis
explicabit si minus in paupertate
si poterit in patria si minus in exilio si poterit
integer si minus debilis Quamcumque
fortunam acceperit aliquid ex illa memorabile
efficiet Sapiens est artifex domandi
mala Dolor egestas ignominia
carcer exilium ubique horrenda adhuc p
venerunt mansueta sunt Ista in lxxx
xvii Nunquam maior est animus quam
ubi aliena se posuit et fecit sibi pacem
nichil timendo fecit sibi divicias nichil
concupiscendo quod contemptissimo cuique contingere
ac turpissimo potest bonum non est
Opes autem lenoni et laniste contingunt
ergo bona non sunt Ista in lxxxviii

Fides sanctissimum humani corporis bonum est nulla necessitate ad fallendum cogitur nullo premio corrumpitur. Temperancia voluptatibus imperat alias odit et abigit alias dispensat et ad sanum modum redigit nec umquam ad illas propter ipsas venit. Scit optimum esse modum cupitorum non quantum velis sed quantum debeas sumere / Ut sine liberalibus studiis venitur ad sapientiam. Quamquam preter rerum humanarum divinarumque comprehensionem ingenti copia confundendorum ac discendorum fatigaberis. Et tam multa tam magna ut hec possit liberum hospicium supervacua ex animo tollenda sunt. Laxum spatium res magna desiderat. Et plus scire velle quam satis est intemperancie genus est. Quid quod ista liberalium arcium consectatio molestos verbosos intempestivos sibi placentes facit et ideo non discentes necessaria quia supervacua didicerunt. Quatuor milia librorum Didimus grammaticus scripsit. Miser esset si tam multa supervacua eciam legisset. In his libris de patria Homeri queritur de Enee matre vera et alia que erant dediscenda si scires. Actor.

De poetis illius temporis et flosculis persii Cl

Hec de scriptis senece moralibus ad presens excepta sufficiant. Eo quoque tempore floruisse leguntur poete satirici persius et iuvenalis et eciam alii poete lucanus senece patruus et Ovidius decimus sed omnibus libris excerptos morales flosculos supra posuimus. De libro persii metrico paucas has sentencias morales excerptas hic inserui. Nec te quesiveris extra. Scire tuum nichil est nisi te scire hoc sciat alter. O curve in terris anime et celestium inanes. Quid iuvat in templis nostros inmittere mores. Dicite pontifices in sacro quid facit aurum. Non damus id superis de magna quod dare lance non possit magni messale lippa propago. Compositum ius fasque animo sanctosque recessus mentis et incoctum generoso pectus honesto. Mille hominum species et rerum discolor usus velle suum cuique est nec voto vivitur uno. Pelliculam veterem retines et fronte politus astutam rapido gestas sub pectore vulpem. Mane piger stertis surge inquit avaricia. Eia surge negas. Instat surge. Ne quis. Non queo. Surge. Vive memor leti fugit hora. Hoc quod loquor inde est. Messe tenus propria vive et granaria fas est emole. Quid metuas seges altera in herba est. Oracio de Oracio satirico et dicto eius superius dixi. Floruit eciam tunc satiricus iuvenalis qui et ipse persio contemporaneus fuisse legitur. De libro autem eius metrico paucos hos flores excerptos hic inserere voluimus. Iuvenalis libro primo.

Flores iuvenalis Ch

Hispida membra quidem et dure per brachia sete promittunt atrocem animum. Loripedem rectus derideat ethiopem albus. Nemo repente fuit turpissimus. Dementibus ultima fiet questio. Quantum quisque suorum nummorum servat in archa tantum habet et fidei. Nil habet infelix paupertas durius in se quam quod ridiculos homines facit. Hic vicium est iam vivimus ambiciosa paupertate omnes. Idem in libro ii°. Fortem animum prestant rebus quas turpiter audent. Nichil est audacius illis deprensis. Iram atque animos a crimine sumunt. Prima peregrinos obscena pecunia mores intulit et turpi secula luxu divicie molles. Est eadem summe pari minimisque libido. Hoc volo sic iubeo sit pro racione voluntas. Cognoscit quid toto fiat in orbe. Prima videt famam rumoresque illa recentes excipit ad portam. Intollerabilius nichil est quam femina dives. Quid non faciat quod principis uxor. Idem in libro iii°. Nobilitas animi sola est atque unica virtus / veniet de plebe togatus qui iuris nodos et legum enigmata solvat. Summum crede nephas animam preferre pudori et propter vitam vivendi perdere causas. Furor est post omnia perdere naulum. Omne animi vicium tanto conspectius in se crimen habet quanto maior qui peccat habetur. Lingua mali pars pessima servi / Festinat enim decurrere velox flosculus angusteque miseraeque brevissima vite porcio. Idem in libro iiii°. Torrens dicendi copia multis et sua mortifera est facundia. Cuncta plures nimia congesta pecunia cura strangulat. Cantabit vacuus coram latrone viator. Pauca licet portes argenti vascula puri nocte iter ingressus gladium contumque timebis et mota ad lunam trepidabis harundinis umbra. Illius ventrem complectitur ipsam pennam si tollas. Mors sola fatetur quantula sint hominum corpuscula. Rara est concordia forme atque pudicicie. Orandum est ut sit mens

sana in corpore sano forte posce animum
mortis timore carente magis illa
iuvant que pluris emuntur et volup
tates commendat rarior usus Anna tu
gallinae filius albe nos viri pulli
nati infelicibus ovis Is in libro v
maiore tumultu planguntur nummi quam
funera fingit in hoc casu funus diducere
vestem gementes vexare oculos humore
coacto ploratur lacrimis amissa pecunia
veris fallit enim vitium specie virtutis
et umbra Unde servorum ventres modio casti
gat iniquo ipse quoque esuriens nec
enim omnia sustinet umquam mucida
cerulei panis consumere frusta hesternum
medio solitus servare minutal septe
mbri nec non differre in tempora cene cu
furor haud dubius cum sit manifesta
frenesis ut locuples moriaris egenti
vivere fato Interea pleno cum turget sacculus
ore crescit amor nummi quantum ipsa pe
cunia crevit magnus parta malo cura
maiore metuque servantur misera est
magni custodia census Hugo Flori
acensis in libro Continentia noni
Liber nonus continet libri hy
storiam xv annorum quorum fere
xiiii Nero regnavit qui primam
contra xpi ecclesiam adhuc novellam
persecutionem excitavit post hunc autem
Galba et Otho atque Vitellius uno circiter
imperavit anno nec simul quidem sed su
ccessione magna quidem huius libri parte obti
net dispersio xpi discipulorum viteque et
agones eorum Sed et quedam philosophi
ca moralia in eo continentur Habet autem
capitula Cxxi i De bonis initiis
Neronis ii Qualiter Festus Felici suc
cedens Paulum misit ad Cesarem iii De Ys
mahele pontifice et cathologo pon
tificum iiii De vita Iacobi fratris domini
et eius passione v Qualiter Paulus
pervenit Romam et de libera eius cu
stodia vi De cantibus ac lusibus et
lascivia Neronis vii De luxuria eius
et prodigalitate viii De rapinis eius
et crudelitate ix De Seneca et libris
eius x De liberalitate eius et repre
hensione ydolatrie xi De x persecu
tionibus quarum prima incepit a Nero
ne xii De conflictu Petri cum Symone
mago et morte illius xiii Quod
Petrus insidias Albini declinans
a xpo monitus rediit xiiii Qualiter
captus est et cruci affixus xv De
exequiis eius et correptione Neronis
xvi De Paulo qualiter Patroclo suscita
to comprehensus est xvii De constantia eius
confessione coram Cesare xviii Qualiter
ad supplicium pergens ductores suos con
vertit xix Qualiter decollatus est et
amphora Plautille restituta xx Qua
liter post mortem apparuit Plautille
et post Cesari post ministris xxi De
miraculo Pauli in eo qui voluit se su
spendere xxii De primatu Romane elec
tione Petri et successione Clementis
xxiii Qualiter Clemens adhesit
primo doctrine Barnabe xxiiii Qualiter
postmodum adhesit Petro xxv Qualiter
res eius se gestas narravit Petro
xxvi Qualiter Petrus matrem illius
mendicantem invenit xxvii Qua
liter Clementi innotuit xxviii
Qualiter agnita est etiam Nyceta et
Aquila xxix Qualiter Faustinianus
eos ad disputandum provocavit xxx
Disputatio Nycete de providentia xxxi Re
sponsiones patris ad verba Nycete et
Aquile xxxii Verba Clementis et
visio patris xxxiii Qualiter omnes
mutuo se agnoverunt xxxiiii Quod
Petrus voluit Faustinianum statim bap
tizari xxxv De mutatione vultus eius
dolo Symonis magi xxxvi Qualiter
dolus magi Antiochie profecit negocio
Petri xxxvii Qualiter Petrus Rome
sibi Clementem substituit et de regie
xxxviii De filia eius Petronilla
et sancta Felicula xxxix De sancto Mar
tiale Lemovicensi xl De quibus
dam eius miraculis et obitu eiusdem
xli De sanctis Saviniano et Po et
Altino xlii De sancto Clemente Me
tensi xliii De sancto Frontone Pe
tragoricensi xliiii Qualiter eum Dominus
in deserto visitavit xlv De sancto
Memmio Cathalaunensi xlvi De mi
raculis eiusdem et bonis operibus
xlvii De sancta Tecla Pauli di
scipula xlviii Qualiter bestiarum
feritatem fide superavit xlix De
quibusdam aliis Pauli discipulis
l Passio sanctorum Vitalis et Valerie
uxoris eius li De filiis eorundem
Gervasio et Prothasio et de sanctis Nazario
et Celso lii De constantia sanctorum Naza
rii et Celsi coram Nerone liii De

passione eius quatuor predicatorum sanctorum
liiii Passio sanctorum processi et marti lv
Passio sanctorum timothei et appollinaris lvi
De quibusdam aliis sub nerone passis
lvii De gestis sancti marci euangeliste lviii
De passione eiusdem lix De tancia et sy
me cirionis uxoris ejus lx De thu filio
marci lxi De ultima dispersione aplorum
ceterorumque discipulorum lxii De aduentu
sancti thome in andropolim lxiii Qua
liter eius castitas in ugnaculo manifesta
uit lxiiii De filia regis et eius sponso
quos ad fidem et castitatem conuertit
lxv De palacio spirituali quod indie
regi construxit lxvi De aduentu eius
in superiorem indiam ubi propter passus
est lxvii De gestis sancti andree
in mirmidonia lxviii De hiis que
gessit apud niceam et nicomediam
lxix De aduentu eius thessalonica
et statuis in stadio lxx De serpente
quem occidit et xl mortuis quos su
scitauit lxxi De hiis que gessit apud
patras et macedonia lxxii De agone
eius cum egea proconsule lxxiii De
crucifixione eius et turpi morte
proconsulis lxxiiii De predicacione sancti
mathei et luca contra magos lxxv
De filio regis quem suscitauit lxxvi
De furore regis hirtaci contra apostolum
contra epygenia lxxvii De castitate
epygenie cum hirtaco et turpi morte
hirtaci lxxviii De apostolis symone et
iuda et warradach lxxix De certamine
eorum contra magos lxxx De serpenti
bus magorum quorum morsibus idem
afflicti fugerunt lxxxi De ceteris
aplorum gestis in babilonia lxxxii De
passione eorum lxxxiii De sancto
bartholomeo et de astaroth lxxxiiii
De quibusdam signis et confessione de
monis lxxxv De confractione ydoli
et effigie demonis lxxxvi De pas
sione apostoli et turpi morte hostium
et miraculo lampadii lxxxvii De trans
lacione sacri corporis et theodoro cu
stode lxxxviii De vita sancti philippi
apostoli lxxxix De sancto barnaba aplo
xc De sancto luca euangelista xci De ceteris
aplorum discipulis xcii De vita sancte
marthe xciii De vita sancte marie mag
dalene xciiii De dispersione ceterorum cum
quibusdam discipulis xcv De dracone
quem martha ligauit et pluribus

occidit xcvi De austeritate vite illius xc
vii De suscitacione iuuenis et conuersione
aque in vinum xcviii De conuersatione ma
rie magdalene in deserto xcix De tran
situ eiusdem et sepulchro C De scala eius
quam vidit martha Ci De felici eius
transitu Cii De gloriosis eiusdem exequiis
Ciii De loco sepulcri et de virtutibus
eius Ciiii De sancto maximino aquensi
et sociis eius Cv De sancto saturnino
tholosano Cvi De sancto iuliano ceno
manensi Cvii De obitu eius et miraculis
post obitum Cviii De alio iuliano per
quo dicitur oratio dominica Cix De sancto hermago
ra et eius passione Cx Qualiter cum
sancto fortunato martirizatus est
Cxi De hiis que precesserunt mortem
neronis Cxii De infelici eiusdem mor
te Cxiii De galba imperatore et morte
eius Cxiiii De quintiliano oratore et
eius flosculis Cxv Item de flosculis
eiusdem Cxvi De eodem Cxvii Adhuc
de eodem Cxviii Item de eodem Cxix
De othone imperatore et morte eius Cxx
De vitellio imperatore et eius moribus
Cxxi De crudelitate et morte eius &

De bonis uiciis neronis hugo floriac.

Claudius imperator ·i·
liberorum et coniugis imperii
subiectus cum deficeret
britanicum filium suum uxo
ris agrippine persuasionibus
exortem romani faciens
imperii neronem octauie
marito filie designauit imperatorem
Utroque (?) platus est gener filio suo ordi
ne postero Ex cronica Eusebii Nero
quintus ab augusto romani adeptus
imperii dignitatem Anno domini lvii mundi
vero iiii xx° Imperauit annis xiii et me
sibus viii° Iste quinquennio valde mode
stus extitit Suetonius libro vi° Fuit
statura iuxta iusta corpore maculoso et
fetido capillo sufflatus vultu pulcro
magis quam venusto oculis cesiis et he
tioribus ceruice obesa ventre prelato
gracillimis cruribus liberales disciplinas
disciplinas omnes fere puer attigit mi
sis aphia ad poeticam pronus carmina
libenter ac sine labore composuit fuit
et pingendi fingendique maxime non
mediocre studium Orsus imperium apie
tatis ostentatione ex augusti precepto
imperaturum se professus nec liberalitatis

nec clementie nec comitatis quidem exhibende ulla occasione omisit. Plurimorum vectigalia abolevit aut minuit. Senatorum nobilissimo cuique sed re familiari destituto annua salaria constituit. Cumque de supplicio cuiusdam capite dampnati ut ex more subscriberet admoneretur, quam vellem inquit nescire litteras. Gratias agenti senatui: Cum meruero. Interdictum est ne quid in popinis cocti preter legumina aut olera veniret, cum antea nullum non obsonium genus proponere genus. Comestor.

Qualiter Festus Felici succedens Paulum misit ad Cesarem. c. ii.

Orta est autem dissensio inter iudeos et gentiles in Cesarea de honore civilitatis. Iudei enim preferebant se gentilibus quia Herodes Ascalonita qui circumcisionem susceperat fuerat conditor civitatis et appellavit Cesaream in honorem Cesaris. Gentiles se preferebant iudeis dicentes quod a gentilibus facta est primaria edificacio civitatis que antequam edificaretur ab Herode dicta est Pirgostratonis. Felix autem primo fovit partem iudeorum donec exhausit marsupia eorum; postea fovit partem gentilium intantum quod militibus gentilium licenciam dedit intrandi domos iudeorum et diripiendi bona eorum. Unde accusatus est a iudeis apud Neronem et breviter ab accusacione amotus est a presidatu et substitutus est ei Festus. Volens autem in fine presidatus sui placere iudeis reliquit Paulum vinctum. Festus autem cum venisset in provinciam Paulus a iudeis coram eo convictus appellavit Cesarem. Descendit autem rex Agrippa in Cesaream audito quod esset ibi Festus ut accusaret iudeos apud eum. Iste namque Agrippa infestus erat iudeis quia cum accepisset potestatem a romano imperatore constituendi summum sacerdotem constituebat eos qui non erant Aaronite. Fecerat eciam fenestram in palacio suo eminentem unde poterat videre quecumque fiebant in templo scilicet sacrificia. Quod moleste sustinentes iudei fecerunt murum oppositum fenestre eminenciorem fenestra. Venerat autem specialiter Agrippa rogaturus Festum ut murum illum obiceret. Cum autem descendisset honorifice susceptus est a Festo. Et exposita ei accusacione iudeorum contra Paulum dixit Agrippa se velle audire eum. Altera autem die iubente Festo adductus est Paulus. Cepitque de omnibus reddere racionem. Et dixerunt Agrippa quod quia appellaverat mittendus erat ad Cesarem. Et traditus est Paulus Iulio centurioni cohortis auguste militum scilicet qui missi fuerant ab augusto.

De Ismaele pontifice et cathalogo pontificum. c. iii.

Et pariter miserunt Romam interea iudei contra Agrippam adversus quem multas habebant querelas. Roma ut supra protaxavimus constituebat Ismaelem summum sacerdotem qui non erat de genere Aaron. Ponit autem Iosephus cathalogum sacerdotum qui fuerunt ab institucione eorum tempore Aaron. Ab Aaron enim usque ad tempus David fuerunt viii unus post alium succedentes xii annis et succedebant filii patribus primogeniti. Namque filius Aaron scilicet Eleazar primus successit in summum sacerdocium et Phinees filius Eleazar successit ei et sic in posterum. Nam de Ythamar non erant summi sacerdotes sed minores in parte circa tempora David. Nam in Heli translatum est sacerdocium ad filios Ythamar. Abiathar quoque erat de Ythamar quem deposuit Salomon et eius loco statuit Sadoch qui de Eleazar. David autem volens amplificare cultum dei videns quod non sufficeret unus summus sacerdos ministrare quia si infirmaretur non erat alius qui incensum poneret quod necesse erat singulis diebus offerri, instituit xxiiii summos sacerdotes quorum xvi de genere Eleazar, octo de Ythamar. Unus tamen illorum erat summus qui dicebatur princeps sacerdotum. Administrabat autem per septimanas que hereditario iure devolute sunt ad posteros eorum. Et unusquisque cum ministrabat secum habebat xxiiii minores sacerdotes et totidem levitas et totidem ianitores duplicato numero Nathineorum. Fuerunt autem xviii principes sacerdotum a tempore David usque ad transmigracionem Babilonis in quadringentis lx annis. A transmigracione autem Babilonis cessavit sacerdocium usque ad reditum de captivitate Zorobabel et Ihesu magno sacerdote. Et inde usque ad tempus Machabeorum non deputatur sacerdocio. Et sic usque ad Herodem qui fecit

otadi quodq(ue) de gn(er)e sac(er)dotu(m) inveniebat ne itu(m) ad eos depolilet regnu(m)
et vendebat sum(m)u(m) sac(er)dociu(m) quq(ue) vni
quq(ue) plu(ri)bus simul. Et fuit o(mn)io
usq(ue) ad e(ver)sionem i(er)l(m) xxviij sum(m)i
sac(er)dotes. A tempore aut(em) herodis usq(ue)
ad e(ver)sione i(er)l(m) no(n) po(n)it iosephus
sum(m)am annor(um). Sed constat fuisse
centu(m) v. cu(m) herodes ante nativitate(m)
d(omi)ni xxx an(n)is regnavit. Et d(omi)n(u)s
xxxiij an(n)is vixerit et a morte d(omi)ni
ad e(ver)sione i(er)l(m) quadraginta duo
fluxerint. Sed de hijs hactenus Eusebius ubi sup(ra). De vita iacobi fr(atr)is
domini et eius passione. iiij.

Igitur iudei postquam paulus ad cesarem quem appellav(er)at a festo t(ra)nsmissus est et frustratus insidias quas
ei intendaverant viderunt. In iacobu(m) fr(atr)em
domini in i(m)manitatem nequicie sue
vertunt cu(m) ep(iscop)alis in i(er)l(m) sedes delata ab
ap(osto)lis fuerat sedes eps q(ue) h(uius)mo(d)i modo
adorti sunt p(ro)ductu(m) in mediu(m) abnegare fide(m) xpi coram o(mn)i pop(u)lo
expetunt. At ille cont(ra) o(mn)ium opiniones
coram univ(er)so p(o)p(u)lo cum o(mn)i fiducia
p(ro)fitet(ur) filiu(m) dei esse salvatore(m) et
d(omi)n(u)m ih(esu)m xpm. Cum ille. Cu(m) ille
no(n) ferentes in uere eius libert(ate) fiu(n)te sibi occasione corp(or)is ex morte
r(om)anis Contigit eni(m) festum p(ro)p(ri)dem
tempus obit(ur) ap(u)d iudeam et sine
rectore ac p(ri)ncipe esse p(ro)vincia hic
iacobus p(ro)p(ter) incredibili continencia
et sum(m)a iusticia cognominat(us) est
iustus. Ex utero eni(m) m(at)ris sue s(an)c(t)us
fuit vinu(m) et siceram no(n) bibit carnalia
no(n) manducavit ferru(m) in capite eius
no(n) ascendit oleo no(n) est unctus balneo no(n) est usus. Huic soli licitum
erat ingredi in sancta s(an)c(t)or(um) neq(ue) n(on)
laneo induebat(ur) vestimento sed sindone sola. Ingrediebat(ur) aut(em) templu(m)
et flexis genibus orabat p(ro) indulgencia p(o)p(u)li ita ut orando callos fa-
ceret in genibus in modu(m) cameli. Cu(m)
aut(em) p(ro)pter eum multi credidissent in ih(esu)m
de populo iudeor(um) p(er)turbati phariseri
et scribe accesserunt ad eu(m) dicentes
Cum ad diem festum pasche co(n)venit
multitudo p(o)p(u)li isr(ae)l et de te(r)ris q(uia) nos
tam p(o)p(u)lus p(er)hibem(us) testimoniu(m) q(uod)
iustus es. Ascende in excelsum locu(m)
pinne templi et suade p(o)p(u)lo de ih(es)u
ne erret q(uia) o(mn)is p(o)p(u)lus erat p(ro)pter

eum omnes q(ue) tibi obediem(us) vir iustissime. Tunc iacobus accepta hortacione
voce magna clamavit ad p(o)p(u)lum dicens
ih(esu)m dei esse ante t(em)p(or)a de patre natu(m)
esse et ex virgine carne(m) assu(m)psisse cruce(m)
sustinuisse resurrexisse ascendisse
sp(iritu)m s(an)c(tu)m misisse quem libenti animo
multi audierunt. Scribe aut(em) et pharisei
dolentes quia de ih(es)u p(er)hibuisset testimoniu(m) ascenderunt ad eum dicentes.
Nos te rogavim(us) ut errore(m) tolleres
p(o)p(u)lo de ih(es)u tu aut(em) ampliasti o(mn)ibus.
Ille. Ego errore(m) tuli et v(er)itatem ostendi.
Tunc p(re)cipitavit eum ex alto. Ceperunt
eum quoq(ue) urge(re) lapidibus q(ui) no(n) solum
mor(tuus) deiectus no(n) potuit sed sup(er) genua sua p(ro)cumbens orabat dicens
Rogo te domine deus remitte illis q(uia)
no(n) sciunt quid faciunt. Cu(m)q(ue) eu(m) sic orantem desup(er) lapidibus urgerent unus
sac(er)dotum de filijs rechab exclamavit
dicens parcite queso p(ro)p(ter) q(uo)d facit
p(ro) vobis orat hic iustus que vos lapidatis. Tunc unus quidam ex hijs qui
p(er)ticam fullonis arripuit et dedit fortiter in capite eius eiecitq(ue) cerebrum eius.
Tali m(art)irio co(n)summatus sepultus e(st) i(n) eod(em)
loco p(ro)pe templu(m). Egesippus retulit q(uod)
ita m(art)ir q(ui)dam et ap(u)d o(mn)es homines
opinatissim(us) in obs(er)vacione tocius iusticie
iacobus habebat(ur) ut eciam iudeor(um) p(ru)dentes
quiq(ue) crederent hanc esse cau(s)am statim consecute oppugnacionis i(er)l(m) nos q(uod) nullo
pirpus sceleritas in iecerint manus.
Et iosephus ita sibi videri evidenter
indicat p(ro)ph(et)e. Hec o(mn)ia in quit acciderunt iudeis p(ro) vindicta iacobi iusti qui
erat fr(ate)r ih(es)u qui di(citur) xpus que iustissi(mu)m
et p(ro)fessum o(mn)i(u)m confessione virum dei interfecerunt. Comestor. Qualiter paulus p(er)venit
romam et de libera eius custodia. v.

Traditus est itaq(ue) paulus iulio
centurioni ut p(re)cautu(m) est. Et
dedit d(omi)n(u)s g(rati)am paulo i(n) oculis
eius ut humane tractaret eu(m) ut p(ro)hiberet amicos eius in civitatibus p(er) quas
t(ra)nsibant ei ministrare. P(ro)sequit(ur) aut(em)
plane lucas de p(ro)gressu itin(er)is q(uo)modo paulus ad socios suos du(m) p(ri)mus mitis p(er)i-
culo naufragiu(m) conservavit. Ipse quoq(ue)
paulus patrem publij p(ri)ncipis insule
intulenc febribus et dissinteria laborantem orando et manus imponendo sanavit. Omnes quoq(ue) infirmos accedentes ad se ibidem ab incommodis liberavit

et viperam in manum eius pendentem in
ignem excutiens illesus evasit Cum autem
audissent adventum eorum fratres qui
erant rome occurrerunt eis usque ad
forum appii .i. ab appio mercatore constitutum
ut de nocte applicantes ibi invenirent
victualia venalia ubi constituerat tres
thabernas tres .s. domos mercatorie in
quibus exponerentur cibi venales Et
quia ante adventum pauli iam rome
erant christiani patet ex hoc loco petrum et pau-
lum non primo predicasse romanis quod
alicubi legitur de confirmatione fidei intel-
ligendum est non de primaria institutione
Cum autem venissent rome nondum erat
nero confirmatus in regno nec invalue-
rat nequicia eius Et audiens causam
esse de lege iudeorum et non de re publica
Et permissus est paulus liber manere per se
cum uno tantum milite custodiente Timuit
autem ne forte iudei qui persecuti erant
eum in iudea misissent litteras ad iudeos
qui erant rome ut dolo occiderent
eum Ideoque post tertium diem convocavit
primos iudeorum et cum venissent dice-
bat eis Ego fratres non veni gentem
accusare sed coactus sum ad cesarem
appellare quia iniuste traditus sum
iudeis in manus romanorum eo quod
predico resurrectionem mortuorum Mansit
autem paulus toto biennio in hospicio quod
ipse conduxerat in libera custodia Et su-
scipiebat omnes qui ingrediebantur
ad eum predicans cum omni fiducia sine
prohibitione Et inde quia ante adven-
tum pauli romam iam regnaverat ne-
ro duobus annis Et veniens romam
per biennium fuit in libera custodia
Et postea per decennium et magis li-
bera quia nondum nero confirmatus
erat in malicia dabat ei liberam licen-
tiam deambulandi et circumeundi per
partes occidentis et predicandi Sueto-
nius ubi supra De cantibus ac lusibus
et iactantia neronis sequitur vi

Porro nero inter ceteras disciplinas
pueritie tempore imbutus et musica
nichil eorum omittens que genus
eius artifices vel conservande vel au-
gende vocis causa factitarent Nam et
plumbeam cartam supinus pectore
sustinere et clistere vomituque purgari
voluit et abstinere pomis cibisque
officientibus At ne concusso quidem
repente terre motu theatro ante
cantare destitit quam inchoatum ab
solveret canticum Pro dubitavit etiam
privatis spectaculis operam inter scenicos
dare tragedias quoque cantavit personas
numinum curtenses secessu concinebat
primo clam deinde palam et ipse au-
rigare atque etiam spectari sepius
voluit Inter certantes horum artium
experimenta rome dedisse achaiam
petiit hinc maxime motus Institu-
erat civitates apud quas musica
agones edi solent omnes citharedorum
coronas ad ipsum mittere Eas adeo grate
recipiebat ut legatos qui pertulissent non modo primos admitteret
sed in familiaribus epulis interponeret
Cantante eo ne necessaria quidem causa excedere
theatro licitum erat Itaque et enixe
quedam in spectaculis dicuntur et mul-
ti tedio audiendi laudandique cla-
usis oppidorum portis aut furtim de-
siluisse de muro aut morte si-
mulata funere elati Regressus agria
romam albis equis eo curru quo
augustus triumphaverat introivit in
veste purpurea distincta stellis
aureis clamide coronamque capite
gerens olimpiacam dextra pithi-
cam precedente pompa citharedorum
cum titulis ubi et quo cantasset
que ne fabularum argumento vicis-
set sequentibus currum ovantium ritu
plausoribus Augustianos milites
se esse triumphi clamitantibus
Incedens passim victime cese spar-
so per vias croco statuas suas citha-
redico habitu excudi(?) quo nota etiam
nummum percussit At post hec ita tantum
abfuit a remittendo laxandoque
studio ut conservande vocis gratia
neque milites umquam nisi absens
aut alio verba pronuntiante appel-
laret neque quicquam serio ioco ve e-
gerit nisi assistente phonasco qui
moneret ut parceret arteriis ac...
vel amicitiam suam offerret aut
simultatem indiceret prout quisquam
se magis parcius quam laudasset etc.
De luxuria eius et prodigalitate vii

Petulantiam libidinem luxuriam
avariciam crudelitatem sensim quidem pri-
mo et occulte et velud iuvenili
errore exercuit Sed ut tunc quoque
dubium nemini foret non illa vicia
non etatis esse post crepusculum

statim arrepto pilleo vel galero popinas inibat circumque vicos vagabatur ludibundus nec sine maleficio tamen. Si quidem redeuntes a cena verberare ac repugnantes vulnerare cloacis demergere consueverat tabernas etiam effringere et expilare. Ac sepe in eiusmodi rixis oculorum et vite periculum adiit a quodam cuius uxorem attrectaverat adusque cedem pene cesus. Itaque numquam postea publico se illa hora sine tribunis commisit procul et occulte subsequentibus. Paulatim vero invalescentibus vitiis iocularia et latebras omisit nullaque dissimulandi cura ad maiora palam erupit. Epulas a medio die usque ad mediam noctem protrahebat refotus sepius calidis piscinis ac tempore estivo nivatis. Cenitabat quoque nonnumquam et in publico inter scortorum totius urbis et ambubaiarum ministeria. Matris concubitum appetisse sed ne ferox atque impotens mulier etiam hoc genere prevaleret deterritum nemo dubitavit. Ideoque meretricem quam fama erat matri simillimam inter concubinas recepit. Persuasissimum habuit neminem aut ulla corporis parte purum esse verum plerosque dissimulare vitium et callide obtegere ideoque professis apud se obscenitatem cetera quoque delicta concedebat. Divitiarum et pecunie fructum non alium putabat quam profusionem sordidos ac deparcos esse quibus impensarum ratio constaret, prelautos vereque magnificos esse qui abuterentur ac perderent. Quare nec largiendi nec absumendi modum tenuit. Nullam vestem bis induit. // Quadringentis sextertiis alea lusit. Piscatus est reti aurato purpura et cocco funibus nexis. Numquam minus mille carrucis fecisse traditur soleis mularum argenteis. Non in alia tamen re damnosior quam in edificando. Domum fecit de cuius spatio atque cultu hec suffecerit retulisse. Tanta eius laxitas ut porticus triplices miliarias haberet. Item stagnum maris instar circumseptum edificiis ad urbium speciem. Rura insuper arvis atque vinetis et pascuis silvisque varia cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. In ceteris partibus cuncta auro lita distincta gemmis unionumque conchis erat.

Cenationes laqueate tabulis eburneis ut unguenta fistulis desuper spargerentur. Precipua cenationum rotunda que perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur.

De rapinis eius et crudelitate seq[uitur] viij

Exhaustus // et egens calumpniis rapinisque intendit animum. Templis tunc pluribus dona detraxit simulacraque ex auro et argento fabricata conflavit. Parricidia et cedes a Claudio exorsus est, cuius necis et si non auctor at conscius fuit. Octaviam uxorem sepe strangulare meditatus primo dimisit ut sterilem. Sed improbante divortium populo nec parcente convitiis etiam relegavit. Denique occidit sub falso crimine adulteriorum. Poppeam post divortium Octavie in matrimonium acceptam dilexit unice et tamen ipsam quoque dum et egra ictu calcis occidit. Nullum adeo necessitudinis genus est quod non scelere perculerit. Antoniam Claudii filiam post Poppee mortem nuptias suas recusantem quasi molitricem novarum rerum interemit. Privignum adhuc impuberem quia ferebatur ducatus et imperia ludere mari mergendum suis servis dum piscaretur demandavit. Nutricis filium relegavit quod balneis adventui suo constructis lavisset. Senecam preceptorem ad necem compulit. Prefecto remedium ad fauces pollicens venenum misit. Libertos et divites et senes olim adoptionis mox dominationis sue fautores atque rectores veneno partim potionibus indito intercepit. Matrem dicta factaque sua acrius exquirentem et corrigentem primo omni honore et potestate privavit. Contubernio ac Palatio expulit neque inde vexando quicquam pensi habuit et mox minis eius ac violentia territus perdere statuit. Et cum ter temptasset veneno sensitque antidotis premunitam lacunaria que noctu super dormientem deciderent paravit. Hoc consilio parum per conscios celato tamen interfici iussit. Fertur etiam ad visendum interfecte cadaver accurrisse contrectasse membra alia laudasse alia vituperasse. Parricidio matris amite necem iunxit nec non defuncte bona invasit suppresso testamento ne abscederet. Nec minore sevicia etiam in exteros grassatus nobilissimo cuique exitium destinavit. Damnatorum liberi urbe

pulsi enectique veneno ac fame. Credi-
tur etiam quendam egiptium cui crudam car-
nem et quicquid daretur mandicare
assuetum vivos homines concupisse lania-
dos absumendosque obiicere. Sed nec populo
aut menibus patrie pepercit. Nam quasi offensus
deformitate veterum edificiorum et angu-
stiis flexurisque vicorum palam incendit
urbem per vi dies viique noctes ea cla-
de seuitum est ad monumentorum di-
versoria plebe fuisset compulsa. Incendium
autem prospectans letusque flamme ut aie-
bat pulcritudine in illo suo scenico ha-
bitu decantavit. Et ut hinc quoque quantum
posset prede et manubiarum invaderet
neminem ad ruderum reliquias suarum adire per-
misit. Actor. De seneca et libris eius.

Porro de hoc quod dictum est quod ix
senecam preceptorem suum ad ne-
cem compulit Ieronimus legitur
quod iste seneca venarum incisione hau-
stu veneni periit. Set aut relatum quod
ipse nero felicitati alii respiciens et u-
bera que sibi amicitia intulerat ad me-
moriam reducens infremuit ac tamquam
in miram ultionem competere de illo cu-
piens sed tamen preceptori ut cuius de-
fectus ut quod mortis genus sibi eli-
geret optionem concesserit. Ipse autem seneca
quasi suave genus arbitratus in bal-
neo mori incisione elegit. Huius autem
familiaritatem paulus dum rome esset
in custodia publica sibi comparavit licet Co-
mestor contrarium dicere videatur scilicet quod
xiiii neronis anno cum iam nequicia
eius invaluisset et iam in iudeos
conspirasset positus est paulus rome
in carcere ubi multos de familia nero-
nis convertit et familiaritatem senece
magistri neronis sibi comparavit. Huic etiam
contradicit Ieronimus dicens in libro de illu-
stribus viris quod xiiii neronis anno
paulus eodem die quo et petrus pro
christo capite truncatur. Seneca vero
ante biennium a nerone interficitur. Ex
gestis sancti pauli. Conducit igitur
ut dictum est sibi paulus extra urbem
horreum publicum ubi cum fratribus de verbo
vite tractavit et supra modum
innotuit urbi romane signis et pro-
digiis et doctrina ac sanctitate. Con-
cursus quoque multus de domo cesaris
fiebat ad eum credentium maxime. Et
et instructor cesaris seneca adeo
illi amicitia copulatus est videns
in eo divinam scientiam ut se ab eius collo-

quio temperare vix posset et si eum
ore ad os alloqui non valet frequentibus
datis et acceptis epistolis eius colloquio
amicabili ac consilio fruebatur. Scripta ergo
ipsius quedam coram cesare legit et in
cunctis eum admirabilem reddidit.
Senatus autem de illo alta sentiebat.
Ieronimus in libro de illustribus viris. Lucius anneus
seneca cordubensis socionis stoici di-
scipulus et patruus lucani poete con-
tinentissime fuit vite quem non ponerem
in cathologo sanctorum nisi me ille epistole pro-
vocarent que leguntur apostoli pauli
ad senecam et senece ad paulum in quibus
cum esset neronis magister et illius temporis
potentissimus optare se dicit eius esse
loci apud suos cuius sit paulus inter
christianos. Hic ante biennium quam petrus
et paulus martyrio coronarentur a nerone
interfectus. Actor. Scripsit autem Seneca
libros morales utiles ad ebutium
liberalem de beneficiis ad neronem
de clementia ad paulum de quatuor
virtutibus. Scripsit quoque librum de moribus
librum de remediis fortuitorum librum
quoque de inmatura morte et de
causis de naturalibus questionibus libros de-
clamationum de suis dictis oratorum
Scripsit et ludum de morte claudii
metricum tragedias quoque epistolas etiam
ad lucillum balbum plurimas et ad pau-
lum apostolum non nullas. Augustinus de ci-
vitate dei libro vi. De libertate
eius et reprehensione ydolatrie

Libertas sane que varroni ix
defuit ut urbanam theologiam
theatrice simillimam aperte repre-
hendere auderet senece non quidem ex to-
to verum ex aliqua parte non defuit.
Affuit enim scribenti viventi defuit.
Nam in eo libro quem contra supersti-
tiones condidit multo copiosius atque
vehementius reprehendit ipse civilem
istam et urbanam theologiam quam
varro theatricam atque fabulosam. Cum
enim de simulacris ageret sacros in-
quit immortales inviolabiles in
materia vilissima atque immobili de-
dicant habitus illis hominum ferarumque et piscium
quibusdam vero quedam mixto
sexu diversis corporibus induunt numina
vocant que si spiritu accepto subito
occurrerent monstra haberentur. De ipsis
vero ritibus crudeliter turpibus quam
liber scripsit. Ille inquit viriles sibi
partes amputat ille lacertos secat

ut natos deos timent qui sic prietus
euerit hanc libertatem varro non ha
buit tantum quod poeticam theologiam
reprehendere ausus est ciuilem non sicut
iste quem plures quasi liberum fecerunt
timentem quia illustris populi romani sena
tor erat Colebat quod reprehendebat
agebat quod arguebat quia videlicet
magnum aliquid eum philosophia docuerat
ne superstitiosus esset in mundo Sed
propter leges ciuium moresque hominum non
quidem ageret fingentem scenicum in the
atro sed imitaretur in templo eo dam
pnabilius quo illa que mendaciter
agebat sic ageret ut eum populus vera
citer agere estimabat Scenicus autem
ludendo potius delectaret quam fal
lendo deciperet Quod etiam seneca inter
alias ciuilis theologie superstitiones
reprehendit etiam sacramenta iudeorum
et maxime sabbata inutiliter eos fa
cere affirmans quod septimam fere partem
etatis sue perdant vacando et multa
in tempore urgencia non agendo ledantur
Xpianos tamen iam tunc iudeis inimi
cissimos in neutram partem commemorare
ausus est ne uel laudaret contra
sue patrie veterem consuetudinem uel re
prehenderet contra propriam forsitan
voluntatem De illis sane iudeis cum
loqueretur ait Cum interim usque adeo sce
leratissime consuetudo qualuerit
ut per omnes iam terras recepta sit vic
ti victoribus leges dederunt mirabatur
hoc dicens et quid diuinitus ageretur
ignorans Subiecit plane sentenciam
qua significaret quid de illorum sa
cramentorum racione sentiret Ait enim
Illi tamen causas ritus sui nouerunt
et maior pars populi facit quod cur
faciat ignorat Victor De xij persecu
tionibus ecclesie quarum prima cepit a nerone xj

Decimo quoque vero anno vij imperij
sui primus imperatorum contra
xpi ecclesiam legitur insurre
xisse multe siquidem persecuciones
ecclesie sed inter has tamen xij precipue
nota factorum tradicionum inuenimus
famose prima scilicet sub nerone in qua
passi sunt petrus et paulus princi
pes ecclesie Secunda sub domiciano
in qua Johannes ewangelista relega
tus est in pathmos Tercia sub tra
iano in qua passi sunt sancti igna
cius nereus et achilleus Quarta
sub marcho anthonio vero in qua sancti
policarpus et fortunus Quinta sub ale
xandro mamee filio in qua calixtus
papa beata cecilia cum ipsa vrbano
Sexta sub maximino in qua passus
legitur papa poncianus aliique plurimi
Septima in qua sixtus papa cum beato
laurencio Octaua sub valeriano et
galieno in qua stephanus papa et
eugenia virgo cum patre suo philippo
Nona sub aureliano in qua sanctus
agapitus et simphorianus et columba
virgo Decima vero sub dyocleciano
et maximiano in qua sancti vincencius
georgius Cosmas et damianus ceteri-
que plurimi quorum non est numerus sicut enim
ante tempora constantini fuit vltima
persecucio et quasi omnium precedencium
consummacio atque plenitudo Postquam
vero constantinus ille magnus a beato
siluestro baptisatus pacem ecclesie
reddidit Constantinus vero eius filius
arrianus xj aduersus iudeos persecucionem
concitauit in qua passus est sanctus
presbiter Eusebius Athanasius orbe to
to profugus et hilarius in exilium rele
gatus xij vero Julianus apostata
in qua passi sancti Johannes et paulus
Gruiratus et donatus Ille autem x
que constantini tempora precesserunt
singule fere per plures imperatores per
late sunt ut illam quam nero incepit
vespesianus consummauit et illa qua
domicianus concitauit etiam nerua
postmodum extulit Et illa qua tra
ianus inchoauit et adrianus antho
ninus quoque pius quam vero anthoninus
verus persecuti sunt etiam quomodo et se
uerus et illa que cepit per valerianum
et gal. inualuit etiam per claudium
Illa quoque que per aurelianum consummata
est per numerianum et illa que per dyocle
cianum et maximianum inualuit etiam
per maximum galerium per maxencium que
et licinium Initio quidem vero sub apostolis anti
typum tenuit qui omnium istorum malorum
principium et caput extitit Eusebius
in hystoria ecclesiastica ijo libro Igitur vero
ut aptum se hostem diuinitatis pietatis
que professus est ipsorum primos apostolorum qui ipse
qui duces et signiferi erant in populo
dei expetiit neces Et paulum quidem
capite in ipsa urbe roma petrum vero
crucis patibulo condempnat De passione

sancti petri apostoli **De conflictu petri cum symone mago et morte illius**

Nam cum essent rome **Capitulum xvj** fidem predicantes eciam nero
nis cum symon magus diuersis
illusionibus demonum sic obtineat
ut eum salutis sue et vite cu
stodem esse percerto confideret Iram et bel
lorum victorias et subieccionem gencium
et prosperitatem rei publice se penitus meritis hui
timum esse credebat Sed petrus cum
pus eius vanitates et flagicia dete
xit Quippe qui iam in iudea primum
petrum de hys que gerebat sceleribus
confutatus tunc samariam agressus fue
rat fugam Et qui in alijs civita
tibus erat comptus potencia cum ro
ma veniens iactare se ausus est quod
posset mortuos suscitare Ex passione
pauli Cumque maxima pars populorum
credidisset symon in zelum concitatus
dicebat petrum esse magum et seduc
torem Cui credebant quia signa eius
admirabantur Faciebat enim serpentes
ereos se mouere et lapideas statuas
ridere et mouere et seipsum currere ac su
bito videri in aere Ex passione petri
Quodam adolescente nobili propinquo
cesaris defuncto vocati sunt ambo
Symon condicionem proposuit ut si ipse
mortuum suscitaret petrus occideretur
qui tante potestati virtutis audacibus pro
gasset in iniuriam Si autem illo non age
te petrus mortuum suscitasset magus
simili eidem subiaceret sentencie petro
attendens magus ad lectulum defunc
ti cantare et murmurare dira clam
carmina cepit visus est circumstantibus
caput agitare defunctus Clamor
gencium attollitur quod iam vivat cum et
symone loquatur Magna indignacio
omnium impetus eo quod ausus esset tan
te potestati conferre se Tunc petrus po
stulato silencio ait fantasma est non
veritas quod cernitis Si vivit defunctus
surgat ambulet loquatur Deinde se
petuit magus a lectulo ut a pleno (?)
figmenta diaboli detraderentur (?) Abducitur
itaque symon a lectulo et sine vlla
spe vite defunctus manet immobilis
petrus autem a longe stetit et intra
se orans paulisper intentus ait cum
magna voce Adolescens surge sanet
te dominus ihesus christus Qui statim sur
rexit et locutus est ambulavit et ci
bum sumpsit Cumque populus vellet ma
gum lapidare ait petrus Satis est
ad penam suam quod artes suas nil
valere cognoscit vivat et regnum christi
crescere videat Torque
batur magus apostoli gloria congregans
populum se a galileis offensum seque vr
bem quam tueri solebat relicturum
diem statuit in quo volatu polliceretur
quo superis sedibus inveheretur cui
quando vellet celum pateret Statuto die
montem capitolium conscendit ac se
de rupe deiciens volare cepit mi
ratur populus ac veneratur quasi dei poten
cius hominem dicentes plerique nichil
tale christum fecisse Tunc petrus in me
dio stans ait domine ihesu ostende ei artes
suas vanas esse ne ac per hoc populus iste
qui crediturus est decipiatur Decidat
domine sic tamen ut nichil se potuisse vivus
recognoscat Et statim ille implicatis
alarum remigijs quas sumpserat
corruit nec exanimatus est sed fracto
ac debilitato crure ariciam secessit
atque ibi mortuus est Quo comperto
nero deceptum se destitutum doles
tanti amici casu sublatumque sibi
virum vtilem et rei publice iram indig
natus preceptum dedit ut comprehen
deretur petrus. Linus papa

Quod petrus insidias albini declinans a christo monitus redijt Capitulum xvij

Sed et albinus quidam cesaris
amicissimus conspiratus est cum vx
ore sua cum agrippe uxore quatenus
cum laqueo petrum apostolum caperet
et ut maleficum persideret Eius
et agrippe prefecti quatuor concubinas ab
eius thoro libidinoso idem apostolus
predicatione sua retraxerat hoc quasi
consilio vxor albini cum primam
fidelem petro ac fratribus innotuisset
precabantur eum fratres ut se cederet Tunc
petrus ait fugiendum suadentes et
invenum infirmorum quam cordibus metum
imminente passionis fugiendum putatis
ut mortem declinemus quia multis
suspirijs et gemitibus diu tuis (?)
ut incessu vite compedimus qua eos

sedem dei venerabilem cum claritate
debemus. At illi cum magno fletu
dixerunt: Miserere pater miserorum iuvenum
et eorum qui sunt in fide rudes ne
nos et illos inter infidelium turbines
destitutos relinquas. Ubi sunt nunc
verba quibus dicebas quod parata mea
patris esses morti succumbere. Et nunc
impetrare non possumus ut pro salute
nostra donec corroboremur patiaris
aliquantulum vivere. Tandem petrus qui
ultra humanum modum mitorum lacrimas
afflictorum sine lacrimis numquam spectare non
potuit devictus tantis fletibus proxima
nocte celebrata oratione vale
dicens fratribus profectus est solus. Ut
autem porta civitatis voluit egredi
vidit sibi christum occurrere. Et adorans
eum ait: Domine quo vadis? Cui ille: Ad
Romam venio iterum crucifigi. Cui pe
trus: Domine iterum crucifigeris? At ille:
etiam. Petrus vero: Domine inquit
revertar et sequar te. Hiis dictis
ascendit dominus celum et petrus se
cutus est multo intuitu et dulcissimis
lacrimis. Post hec in se rediens intelle
xit de sua passione dictum et quod in eo
dominus esset passurus. Conversus quoque
in urbem rediit quod viderat et au
dierat fratribus enarravit. Qualiter
captus est et cruci affixus. xiiii.

Cumque multis verbis eorum animos
consolaretur et illi lacrimas
tenere non possent supervenit
satellites decem cum multis appa
ritoribus et aliis x viris. Qui rapien
tes eum de medio fratrum statuerunt
vinctum coram prefecto agrippa. Qui
arguens eum de crucifixi doctrina
et deorum iniuria iussit crucifigi. Et
ingens subito concursus factus est diverse
etatis et sexus clamantium summa
voce: Ut quid occiditur petrus? In quo
lesit urbem? Nonne timendum est ne tan
ti viri necem deus vindicet et nos
omnes pue precipitat? Et ceperunt mag
nam seviciam molientes illesum ra
pere et conservare petrum et in conditi
onibus luminaria confundebatur ro
ma. Tunc petrus ascendens medio
crem locum mutuque ad silentium populum
provocans ait: Viri fideles qui christo
militatis. Homines qui in christo speratis
pro caritatis vita in me vera est et
integra in me victoria pietatis auditis:
nolite impedire properantem ad christum. Sta
te quieti et leti ut hostiam meam cum
hylaritate deo offeram. Hiis dictis vix
sedata est seditio et prefecti disceptio.
Poterant eum et inhianter optabant eum
occidere sed timebant apostolum contristare
qui magistrum suum sequebatur dominum dicentis:
Possum in nunc sed nolo xii milia legio
nes etc. Venerunt igitur simul ad locum
naumachie ubi posita erat crux. Aspici
ens petrus et astans cruci dixit: Crux
que hominem deo coniunxisti et a diaboli
domo magnifice segregasti. Crux que cotti
die carnes agni immaculati fidelibus
populis dividis et dira serpentis venena
poculo salutari depellis ac triumphea
paradisi ignita ardentibus sine intermis
sione restinguis. Crux que pace cotti
die terrenis cum celestibus copularis
cum pacator eius tam impleverit carnifices
quod nobis iussum est. Solvite me modi
cum ut spiritum adheream domino. Petrus sa
ne animositatis carnificum et ait: Petrus
vos bone salutis mee ministri ut cruci
figentes me caput deorsum ponatis
et pedes sursum. Non enim decet me
servum ultimum ita crucifigi ut dominum
universitatis qui passus est pro salute
mundi. Cumque hec factum fuisset adorsus
est petrus flentem populum deterrere con
solari et mirabiliter alloqui dicens: Grande
et profundum est crucis misterium in
effabile atque inseparabile caritatis vin
culum. Hoc est vite lignum quo destitu
tum est mortis imperium. Hoc tu michi
aperuisti domine. Aperi et oculos istorum ut
videant consolationem vite eterne. Tunc
aperuit deus oculos eorum qui luge
bant et viderunt angelos stantes
cum coronis de floribus rosarum et liliorum
et in vertice crucis erecte stantem pe
trum et librum a christo recipientem
et verba que loquebatur inde legentem.
Quod videntes ita ceperunt gaude
re in domino ut illusi marcelli et carni
fices videntes eos letari quos prius
tristes viderant subito delitescerent
et velud fumus evanescerent. Tunc
petrus gratias agens et oves sibi tra
ditas christo commendans cum omnes ipsius
vidisset amen magna voce tradidit
spiritum. recta. Sequitur etc.
De excessibus eius et correptione
neronis capitulum sequitur etc.

Marcellus autem quidam frater statim corpus sanctum propriis manibus deponens posuit et lacte ac vino optime lotum atque aromatibus conditum diligentissime sepelivit. Ipsa autem nocte cum ad sepulcrum eius vigilaret et ardenti ipsius desiderio flere statuerat, quem in vita sua non separari a doctoris sui sepultura, stetit autem eidem beatus Petrus et ait: Frater Marcelle, non audisti vocem domini dicentis: Relinque mortuos sepelire mortuos suos. Nec ergo quasi mortuum videas sepelisse et flere, sed quasi vivus viventi et gaudenti congaude. Relinque mortuos sepelire mortuos suos. Tu autem ut prius didicisti vade et annuncia regnum dei. Nero autem comperiens beatum obiisse Petrum quem arctari non ut sufficienter (?) iusserat, Agrippam iussit comprehendi quia eum non eo pena sua ut fecerat, quem per varia punire supplicia disponebat. Pro Symone mago decidens (?) capi dolebat. Agrippa Nerone intervenientibus amicis obtinuit ut proxima carceris domo propria degeret. Denique vidit cum Nero ad perscrutationem eorum quos didicerat beato Petro familiarius adhesisse ut illos eorum penis de Petro satiaret. At beatus apostolus fratribus quasi prenunciatum innotuit et quasi feram bestiam declinarent insinuavit. Nero quoque per visum sibi sanctum astare Petrum vidit et durissime a quodam iussu ipsius flagellatus audivit: Contine impiissime a discipulis Ihesu Christi servis, quos nunc tenere non poteris. Unde paulisper quievit. Erant quoque fratres simul exultantes in domino sepe confortati visione beati Petri. Auctor. Eodem anno et eodem die quo Petrus passus est et Paulus ut ait Ieronimus in eadem urbe et sub eodem persecutore. Ex gestis eius. De Paulo qualiter Patroclo suscitato comprehensus est. xvi

Quadam enim die cum Paulus circa vesperam in cenaculo editiori turbas doceret, Patroclus quidam deliciosus et pincerna regis ipsius se subducens aspectibus abiit ad horreum ubi Paulus hospitabatur, ut audiret vite perpetue documentum, invitatus ad hec a consodalibus suis qui familiari obsequio Pauli monita sectabantur. Sed cum pre multitudine populi ad eum adire non posset, ad fenestram excelsiorem ascendit ac sedens eam sedit ut verbum dei commodius audire posset. Sed cum Paulus sermonem in longum protraxisset et iuvenis sompno fatigaretur, cadens de fenestra spiritum exalavit. Quod per spiritum statim Paulus agnoscens dixit ad plebem ut sibi afferrent cesaris delicatum iuvenem iacentem foris exanimem. Quod cum fecissent ait: Accedite plena fide ad deum et deprecemur illum ut restituatur anima in istud iuvenile cadaver, vivatque melius quam vixit. Cumque ingemuissent omnes procumbentes (?) orantes, ait Paulus: Adolescens surge et narra quanta tibi fecit dominus. Ad hanc vocem ille quasi de sompno surrexit et glorificavit deum. Cumque lamentaretur Nero Patroclum et in mesticia absorberetur, ex facie dixerunt circumstantes ad cesarem Patroclum vivere eumque pro foribus adesse. Quod ille audiens expavit corde et recusabat eum introire et conspectui suo astare. Sed cum illi suasisset Abarnas (?), prepositum iussit introire eum. Et videns eum vegetum nullaque signa mortis gerentem obstupuit et ait: Patrocle, quis te fecit vivere? Cui ille exhylaratus et calore fidei accensus ait: Dominus Ihesus Christus rex omnium seculorum. Tunc turbatus Nero de nomine virtutis dei dixit: Ille ergo debet regnare in secula et resolvere regna omnia que videt? Etiam, et ipse est solus rex regum et dominus dominantium. Nero autem dedit ei alapam dicens: Ergo militas illi regi? Respondit ille: Etiam, nam excitavit me a mortuis. Tunc Barnabas et Iustus et quidam alii ministri cesaris qui ei vigilanter assistebant dixerunt: Cur cesar ita sapientem et veracissime respondentem iuvenem percutis? Nam et nos militamus illi regi invicto Ihesu Christo. Quod audiens Nero retrusit eos in carcerem ut nimium torqueret quos ante nimis amaverat. Et iussit inquiri milites illius magni regis ut punirentur. Inter quos et Paulus adducitur vinctus. De constanti eius confessione coram cesare. xvii

Ad quem cesar: O inquit homo magni regis servus, nunc autem vinctus, quid est iussum tibi romanum regnum latenter intrare et inde subtrahere illique colligere milites de imperio meo principatu? Paulus vero spiritu sancto repletus constanter inquit: Nero, non solum de tuo angulo colligimus

milites sed de toto orbe. Hoc enim michi
preceptum est ut neminem ex omni gente
militare volentem eterno regi meo
repellam. Ceterum noli putare quod
divicie huius seculi aut gloria salvare
te debeant. Sed si subiectus illi
fueris imperium salvus eris. Cum enim
venerit iudicare vivos et mortuos va-
stabit figuram mundi per ignem et mili-
bus suis donativa indeficiencia lar-
gietur. Nero igitur ira succensus quia
paulus dixerat figuram mundi per
ignem resolvendam iussit omnes
christi milites igne cremari paulum
vero tamquam maiestatis reum secundum
romanas leges capite truncari.
Tradiditque eum ministris ut illum
extra urbem ducentes populo spec-
taculum de eius occisione preberent
quibus ille sine intermissione verbum
salutis predicabat. Apparitores ne-
ronis romam et regionem vero duxerunt
qui et latitantes scrutarentur et
manifestos simul interficerent christianos.
Unde tam multa populi x occisa est turba
christianorum ut romanus populus palacium
violenter irrumperet et sedicionem contra cesa-
rem excitare moliens proclamaret:
Pone modum cesar iniustissime
iussioni tempera furorem irracionabilem.
Nostrates sunt homines quos perdis
romanum tuentur imperium. Timuit ve-
ro clamores populi expavescens.
Aliud edictum proposuit ut nemo auderet
christianis quidquam inferre molestie
donec ex deliberacione cunctorum relacio
plenissime cognicionis referretur
ad cesarem. Unde factum est ut iterum
paulus offerretur eius conspectibus. Quem
vero ut vidit vehementissime ex-
clamavit: Tollite tollite maleficum
decollate impostorem perdite sensuum
alienatorem. Ait paulus: Nero tempore
modico patiar ego sed vivam in
perpetuum deo et regi meo christo. Ne-
ro dixit longino megesto et aceste:
Auferte celerius ab illo caput et sic
sibi de vita eterna blandiatur sentiat
quod me regem sui inimicum quia eum
vinxi et occidendo devici. Paulus
vero ait: Ut scias nero me post de-
collacionem in christo regi eternaliter vivere
te autem vinctum qui nunc putas
te vincere cum michi caput abscisum
fuerit vivus tibi apparebo et cog-
noscere poteris quia mors et vita fa-
mulantur domino meo ihesu christo cuius est
est omne regnum et cui voluit dabit
illud. Qualiter ad supplicium pergens duc-
tores suos convertit. xviii. c.

His dictis ductus est ad supplicium
et cum duceretur dixerunt ei illi
tres viri: Ubi est paule rex ille
et quod apparuit vobis et quid vobis con-
tulit ut sic artissime christum diliga-
tis. Magnus nobis videtur error iocun-
ditatem odisse ac vitam et toto desyde-
rio penas amplecti ac mortem. Paulus
vero ait: Viri cordati ac bono sensu
vigentes relinquite tenebras ignoran-
cie quibus obnubilatur intelligencie
vestre nobilitas ne verum quod in vos latet
videre possitis et mentis oculos ad ve-
ram et eternam lucem convertite ut prius vos
ipsos valeatis cognoscere et sic ad cogni-
cionem illius regis cum leticia pervenire atque
ubique toti orbi succurrendo et salvum et
illesum permanere. Non enim ut putatis alicui
terreno regi militamus sed deo vivo regi
celorum et omnium seculorum qui propter hoc factus
est homo ut homo ab iniquitate recedens
relinquens simulacra vana que nefan-
dissime colit famulatur illi qui eum fecit
et propter iniquitates que in mundo sunt veniet
iudex et iudicabit illum per ignem. Ad
hec verba audiencium levaverunt voces in planc-
tum dicentes: Eximius doctor salutis
miserere nostri. Longinus quoque megestus
et acestus centurio alloquentes apostolum
dixerunt: Rogamus te domine fac nos ascribi
familia eterni regis ut possimus ven-
turum ignem evadere et participes regni
eterni fieri et dimittemus te ire potius
quocumque decreveris pergere. Erimus tibi
itineris comites et usque ad mortem
penitentes. Quibus inquit paulus: Fratres
mei non sum perfugus sed miles regis
mei legittimus nec sine causa patior.
Iam reposita est michi corona victorie
quam reddet michi cui credidi. Ideo
mortem haut contempno et vitam peti-
torem ut abscedam non facio. At illi flen-
tes dixerunt: Quo te permisso vivemus
et ad illum ignem nos credere suades
pervenire ultra valebimus. Cum hec inter
se loquerentur et plures multas voces
in altum ederent misit nero parthemium
et feream ut viderent si iam paulus esset
occisus. Quem invenerunt eum adhuc vi-
ventem et turbas diutissime docentem

Nec adhuc etiam illos vocans dixit: Vos credite in deum vivum qui me et omnes in se credentes a mortuis suscitabit. At illi dixerunt: Ad Cesarem prius remeantes ibimus, cum perfectum fuerit per quod missi sumus. Et cum mortuus fueris et resurrexeris, tunc regi tuo credemus. Paulus ait: Consecratione mea in tantum plus vos indigetis si credere vultis quod ego qui ad vitam per mortem vado. Sed iam per gaudium exultantes in nomine domini.

Qualiter decollatus est et amphora Plautille restituta. xix. c°

Cumque pergeret ad portam urbis, fuit obviam nobilissima matronam nomine Plautillam religionis divine cultricem et apostolorum ferventissimam dilectricem. Que flens eius orationibus commendare se cepit. Cui Paulus ait: Vale Plautilla salutis eterne filia. Commoda mihi pannum quo caput tegis et secede paululum quia me exspectans donec revertar ad te et tibi restituam. Bufiaco ligabo enim mihi oculos meos sudario et tuo dilectionis pro Christi nomine pignus ad illud pergens relinquam. Qua festinato pannum porrigente insultabant ei carnifices et ferunt dicentes: Quid credis impostori et mago? Cur perdis pannum optimum non tanti precium in seculo lucraturum? Paulus vero ait ad eam: Etiam filia quia prestolare adventum meum et signa mortis mee in panniculo tibi afferam cum Christo victurus. Interea Longinus, Megestus et Cestus dum instarent pro salute sua modum inquirentes quo ad veram vitam possent attingere, audierunt ab apostolo: Fratres mei, vos et ceteri ministri interfectionis mee mox ut a loco decollationis mee recesserint, viri fideles rapient et sepelient corpus meum. Vos autem notate locum sepulture et cras diluculo illuc venite ibique invenietis duos viros orantes Titum et Lucam qui dabunt vobis signum salutis. Statimque ab omnibus peccatorum contagiis et absque etiam quorum reatum in me scelere perpetrato incunctanter purgati eritis et super nivem dealbati incipere Christi militiam deserti et celestis regni coheredes effecti. Hec dicens pervenit ad locum passionis ubi ad orientem versus tendens in celum manibus diutius sine orant cum lacrimis hebraice et gratias egit deo. Deinde valedicens fratribus benedixit eis. Et ligans sibi de Plautille maforta oculos infra utrumque genu fixit et collum tetendit. Spiculator vero brachium in altum elevans cum virtute percussit et caput eius abscidit. Ex postquam a corpore saltum fecit, nomen Ihesu Christi hebraice clara voce personuit. Statimque de corpore eius unda lactis in eius vestimenta prosilivit et post eam sanguis effluxit. Stola vero qua sibi ligaverat oculos cum quidam vellent eam rapere non inveniunt. Tanta etiam lucis immensitas et odoris suavitas in momento decollationis celitus ibi emicuit ut mortalium oculi splendorem illum sufferre et humana lingua narrare odorem nequiret. Quod videntes qui aderant laudabant deum quem Paulus predicaverat.

Qualiter post mortem apparuit Plautille et postea Cesari per ministris xx

Revertentes vero qui missi fuerant ut interfectionem eius accelerarent invenerunt ad portam civitatis Plautillam laudantem deum in hiis que viderat et audierat per eius apostolum. Et interrogaverunt eam cum irrisione cur caput suum non operiret maforta quam Paulo suo prestaverat. Que accensa calore fidei dixit: O vani et increduli, vere ego eundem quem illi porrexi pannum, effusione sui gloriosi sanguinis sacrosanctum, iam de celo veniens innumerabili candidatorum caterva comitatus illum mihi veratissime retulit et dixit: Tu mihi Plautilla in terris obsequium prestitisti, ego te quantocius ad celestia regna pergentem devotissime obsequar impromptus. Primo namque preveniam et tibi regis invicti gloriam demonstrabo. Et extrahens Plautilla pannum roseo sanguine perfusum ostendit illis. Qui cum timore correpti cito perrexerunt ad Cesarem que viderant et audierant nunciantes. At ille hec audiens ingenti stupore attonitus cepit deliberare cum philosophis et amicis suis de hiis. Cumque hec invicem mirarentur et secum quererent, venit Paulus hora nona ianuis clausis stetitque ante Cesarem et ait: Cesar, ecce ego Paulus regis eterni invicti miles non sum mortuus sed vivo deo meo. Tibi autem miser mala ineffabilia imminent pro eo quod inter alia flagicia pessima iustorum sanguinem iustorum effudisti iniuste. Hec dicens repente disparuit. Nero hiis

auditus ultra quam dici possit timore
percussus et velud amens factus igno-
rabat quid agere posset. Suadentibus
illo amicis misit patroclum et barna-
bam et alios cum eis vinctos solvere
et quo vellent abire. Longinus denique
mane et ceteri sicut eis constituerat pau-
lus diluculo venientes ad sepulcrum
eius viderunt duos viros orantes
et in medio eorum stantem paulum. Hor-
rentes autem in visu veniunt sunt primus
accedere. Et titus et lucas mente abso-
rasi versus videntes illos qui missi
fuerant nectis pauli humano timore per-
territi fugerunt et paulus evanuit ab
oculis eorum. Illis vero clamantibus post
eos non ideo venimus ut vos persequamur
sed ut nos ardentes percipiamus baptisma
sicut nobis promisit paulus ad vitam
eternam suscipiamur. Titus et lucas
cum multo gaudio steterunt et imponen-
tes eis manus signaculum eis sanc-
tificationis prebuerunt. Greg' turon'

De miraculo pauli in eo qui voluit se suspendere xxi

Homo quidam sibi laqueum ad extorquendam
vitam instigante diabolo preparans
cum secretum telluris in qua hoc ageret
repisset fune trabi innexo laqueum
cepit innectere nomen tamen pauli
apostoli semper invocabat dicens adiu-
va me sancte paule. Et ecce umbra
squalida et funesta que in eum magis
vultu quam dictu suadebat appa-
ruit hortans ac dicens Eya velociter
comple quod cepisti. At ille cum hoc opus
inter extorquende pararet semper
beatum paulum ad adiutorium invocabat.
Denique expedito iam laqueo cum ve-
hementius urgeretur ab umbra ut
collum immitteret subito affuit alia
umbra huic similis dicens ei que cum
hoc erat fuge miserrime. Ecce paulus
apostolus huc veniente. Invocatus enim
ab homine ecce adest. Tunc evanescen-
tibus umbris homo ad sensum suum
reversus est et crucem virtutis divine
pectori inscrutanti depingens penitentiam
agens lacrimarum imbre presumptis ale-
batque cur illud temptasset. Igitur de
pauli virtutibus multa audivimus sed ex
pluribus unum tantum miraculum declarare
studuimus. Gelasius papa indicavit. De
primatu romane ecclesie ratione petri et
successione clementis xxii

Sancta itaque romana ecclesia nullis
synodicis constitutis ceteris ecclesiis
prelata est sed evangelica voce
domini et salvatoris nostri primatum obtinuit
dicentis Tu es petrus et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam etc. Cui data est etiam societas
beati pauli apostoli vasis electionis qui non
diverso ut heretici garriunt sed uno tempore
eademque die gloriosa morte cum petro in
urbe roma sub cesare nerone agonizans
coronatus est. Et pariter supradictam romanam
ecclesiam christo domino consecraverunt atque ceteris
urbibus in universo mundo sua presentia ac
venerando triumpho pretulerunt. Eusebius
in cronica. Post petrum vero primus ro-
manam ecclesiam tenuit linus. Haimo
de christianarum rerum memoria libro iii. Aiunt
autem qui de cathedra romane ecclesie
diligentius perscrutati sunt. Ut linus
et cletus non sederunt ut pontifices
sed ut summi pontificis coadiutores
quibus in vita sua beatus petrus urbanam
tradidit ecclesiasticarum rerum dispensationem
ipse vero tantum orationi et predicationi
vacabat. Unde tanta auctoritate
donati meruerunt in cathalogo ponti-
ficum reponi. Clementem vero ipse beatus
petrus sibi successorem instituit. Se-
dicimus urbis ad clementem prelatis
ut canones hunc accipimus. Auctor. Ita
qualiter petro adheserit et qualiter ab
eo pontificatum acceperit ipsius clementis
epistula continet inscribitur modo. Clemens
in itinerario petri libro i. Qualiter idem
clemens adheserit primo doctrine bar-
nabe xxiii

Ego inquit clemens in urbe roma natus
ex prima etate pudicicie stu-
dium gessi. Inerat quoque menti cogitatio
unde initium sumpserim et utrum sit in
aliqua vita post mortem an ultimus omnino
et utrum factus sit mundus an semper
fuit. Tracta etiam videbatur quod si esset factus
esset profecto solvendus. Et si solvatur quid
iterum erit. Hec et huiusmodi similia in corde
sinens assidue revolventi inerat comes
optima que me querere non sinebat
immortalitatis cupido. Cumque cogitationes
meas estibus agitarer fama quedam
perveniens ad nos que et universum orbem
replebat quod esset quidam in iudea
qui regnum dei evangelizaret in-
deis ideoque eos perceptis dicat qui
doctrine sue instituta servassent. Et
ut suis eius fidelis esse crederetur

virtutes multas et signa efficere sola iussione dicebatur. Denique in urbe Roma per loca conventus fieri et de his sermone tractari atque in admirationem rerum horum cepit, donec sub eodem anno vir quidam nomine Barnabas ex orientis partibus qui se unum ex discipulis eius diceret stans in urbis celeberrimo loco ad populum proclamaret: Audite cives romani, filius dei adest in partibus Iudee promittens omnibus volentibus audire se vitam eternam, propter quod convertimini a malis ad bona, a temporalibus ad eterna. Intelligebamus sane quod nihil dyalectice artis esset in homine, sed simpliciter et absque ullo dicendi fuco que audisset a filio dei vel vidisset exponeret. Et quidem libenter animus eius et simplicitatem amplecti sermonem cepit. At hii qui sibi eruditi videbantur irridere hominem ceperunt, et per omnem silogismorum eum tendiculas perferire. At ille velut deliramenta eorum argutias ducens ea que proposuerat exequebatur intrepidus. Denique cum ei loquenti quidam proposuisset: cur ita factus sit culex, ut cum sit exiguum animal et sex habeat pedes, insuper addite sunt ei et ale, elephas vero cum sit animal immane neque alas habeat, quattuor tantum pedes habet. Ille ait: Stultas propositionibus vestris unde perfacile possem, si veritatis defendende causa quereret. Sed nunc de creaturis aliquid dicere vobis absurdum est, cum ipse creator omnium ignoretur a vobis. Tunc indisciplinato ore simul omnes risum dederunt, barbarum eum et insanum mentis acclamantes. Ego vero hec cernens nescio quo zelo repletus silere non potui. Rectissime inquam omnipotens deus abscondit a vobis voluntatem suam quos agnitione sui previdit indignos. Videtis enim salutis vite nuntios et ministros irridentes. Quare vera qui vobis periti et eloquentes videmini condempnatio est, quia apud agrestes et barbaros agnitio veritatis cognitio que ad vos venit ut quasi hospita suscipitur, que nisi intemperantia vestra et libido obsisteret civis esse et vernacula debuisset. Quid putatis futurum vobis si erit iudicium dei sicut iste dicit. Hec et his similia cum prosequerer astantibus populi firmiter conclamabatur, dum alii velud erga hospitem miseratione commoti Simonem meum probaverunt, alii petulantes et stolidi ire quoque velud in Barnabam efferati eius iracundiam concitarent.

Qualiter postmodum adhesit Petro xxiiii

Advesperascente autem die apprehensa manu Barnabe ad domum invitum eum adduxi et aliquibus diebus pacis et veritatis sermonem ab eo libenter audivi. Cumque proficisci urgerem dicens se religionis sue festum imminens apud Iudeam celebraturum. Ego quidem navigaturus post eum, sed nimium quibus plus a debitoribus aliquantum pecunie reposcendum remansi, et signa habitationis eius ab eo accepi. Diebus ergo paucis remoratus placitum festinandi studio neglexi, nec exposito impetum quasi. Navigavi in Iudeam et Cesaream Palestine urbem maximam appulsus sum, ubi cum hospicium quererem, rumore populi comperi quod Petrus quidam illius qui in Iudea apparuerat discipulus probatissimus in certamine cum Simone quodam Samaritano habiturus esset crastinum. Ego autem inquisito eius hospicio et invento cum ante fores eius assistens et a ianitore urgerer quis essem et unde venirem, ecce Barnabas procedens statim ut me vidit gaudio lacrimans in amplexus meos cucurrit. Et apprehensum me manu introducens ad Petrum, cui iam de me incessanter locutus fuerat, hic est inquit Clemens Petre. Qui benignissime audito nomine accurrens primus osculis meis inhesit. Et cum sedere me fecisset ait: Quia tu legatum veritatis omni honore dignum duxisti, nichil vitiis Simonis insanientis populi. Sit te quoque peregrinantem veritas ipsa suscipiet et civem proprie urbis asscribet. Et nunc si nihil est quod te impediat, iter age nobiscum et audi sermones nostros per singula loca donec adipiscamur pervenientes urbem Romam. Cumque ego ei exposuissem quid ex initio propositi gesserim et quomodo per varias questiones effusus sim, libenter permisi me cum ipso iter acturum. Hoc est ergo quod cupidissime expetebam, plus tamen in expositione quero: utrum mortalis aut immortalis sit anima. Et si immortalis, utrum pro hiis que hic agit ducatur ad iudicium. Et que sit iusticia que

deo placeat. Cumque in breui rem
scriptam tradidisset. Ad hec inquam deo
gratias ago quia ut optaui instruc-
tus sum intantum ut tu ipse si vel-
aqn fidem meam auertere vltra tui
scire omnino non possis. Qualiter res
circa se gestas narrauit petro XXV

Cum autem diuersa loca peragran-
tes venissemus Antaradum
multique crederent qui a pe-
tro discedere nequibant comitarentur
nos ait petrus ad Nicetam et Aquilam
qui condiscipulis Simonis magi di-
scipuli eius effecti fuerant. Quoniam tur-
ba plurima simul nobiscum sunt etiam ingre-
dientes singulas vrbes non paruum in-
uidie concitamus. Censeo vos tamen ipsis
precedere nos. ita ut in duas partes
diuisa multitudine deuitetur. Scio
quidem quia vobis triste videtur
quod saltem duorum dierum spacio separ-
ari a me videmini. Credite autem mihi quod
qui in prima diligitis me decuplo
amplior quoque in circa vos affectus
est. Sed si pro affectu quem adinuicem
gerimus non faciamus que conuenien-
tia et honesta sunt irrationabilis huius
amor videbitur. Cumque hec processissent
Ego clemens valde gauisus quod
secum me esse fecit aio ad eum, gratias
ago deo quod me non transmisisti cum
alijs nam tristicia interissem. Tunc
petrus. Et quid fiet inquid si neces-
sitas mitti te aliquo doctrine causa
coegit. Nonne ignorabis quia amici sint
simul semper, et licet corporibus separen-
tur memoria tamen iunguntur, sicut econtra
non nulli corporibus vna positi animis
diuiduntur. Ego at viudi ne putes
me dure hec irrationabiliter pati. Gratias enim
ago prouidencie dei quia pro parte pro
matre fratribus et parentibus affectibus
meis esse te mihi merui. Tunc petrus
nemo inquit tibi vere cognatus est
vndi. Sunt quidem multi viri poten-
tes ex cesaris prosapia venientes
Nam pater meus ut pote propinquo suo
et vna educato nobilis eque fami-
lie cesar ipse iunxit vxorem ex qua
duos geminos ante me filios suscep-
pit que cum ego quoque vix esse annorum
sicut a patre dicitur sompnium vidit quod
nisi cum duobus filijs geminis mox
vrbem egressa fugeret et x annis
abfuisset ipsa pariter exitiabili interiret.

Tunc pater filios quos tenere diligebat
cum matre nauim impositos adiunctis seruis
et ancillis ac sumptibus sufficientibus pro-
bis athenas misit erudiendos me so-
lum sibi ad solacium retinens et in hoc
quidem gratias agens quia non etiam me
sompnium illud imperasset parti cum matre
discedere. Anno autem completo misit ad eos
pater athenas homines et sumptus ferre
cupiens quid gererent nec redierunt
qui missi sunt. Tercio iterum anno
mestus misit alios cum pecunijs qui
quarto anno regressi dixerunt se neque matrem
nec filios vidisse sed nec eos athenas
omnino peruenisse nec saltem alicuius eorum
qui cum ipsis fuerant vestigium repertum
fuisse. Hec pater audiens et tristicia stupefactus
incertus descendit ad portum et querere
cepit circumquaque sicubi aliquis eorum aliquid
vidisset vel audisset corpus mulieris
an uxor cum duobus paruulis eiectum
Cumque multi multa dicerent nec aliquid
nobis recte clareceret tandem visum est
patri ut me iam duodennem rome sub tu-
toribus ordinatum relinqueret et ipse
ad querendos pergeret. Igitur flens descendit
ad portum et nauem conscendens profectus
est. Et usque hodie neque eius litteras
accepi neque si viuit noui sed magis
suspicor quod et ipse obierit vel tristicia
victus vel naufragio. Anni enim xx elap-
si sunt ex quo hec gesta sunt. Audiens
hec petrus ex affectu lacrimas fudit et
alijs qui aderant ait. Si quis in dei
cultu positus pertulisset que pater huius
pertulit statim homines religioni ascri-
berent erumpnas eius. Qualiter petrus
matrem illius mendicantem inuenit. XXVI

Post hec autem dicta vnus ex astan-
tibus cepit rogare petrum ut
die crastina pergeremus ad insulam
proximam que vi miliaribus tantum aberat
videndi gratia mirum opus columpnas
vitreas immense magnitudinis. Cui petrus
ut erat clementissimus acquieuit. Sed
monuit nos ut cum nauem descendissemus
non omnes vna conueniremus ad videndum.
Nolo inquit vos notari a turbis. Cum
ergo venissemus ad insulam mox ad locum
columpnarum mirabilium permagnificam pictu-
ram phidie percurrimus in quibus vniusquisque
nostrum intento detinebat aspectu. Petrus
non vbi solas columpnas miratus est vltra
as nequaquam raptus picture gratia. Egressus
pro foribus vidit mulierculam stipe ab intrantibus

deposcente. Quam attencius consideramus ait: Dic michi quod tibi membrorum deest, quia stipem petis, et non pocius manibus tuis operans cibum queris? At illa suspirans ait: Utinam michi manus essent que moveri possent. Nunc autem mortue sunt et morsibus meis debiles et sine sensu reddite. Et petrus: Que fuit causa ut hec ipsa tibi conferres? Ignavia inquit, nec aliud quicquam. Si enim in me fuisset aliquid virtutis, potui vel precipicio uti vel profundo maris me ipsam inicere et finem doloribus darem. Tunc petrus: Putas quia qui semetipsos perimunt a doloribus liberantur, et non pocius maioribus penis subiacent animarum eorum? At illa: Utinam hoc michi certum fieret quod vivunt anime in inferno, libenter enim amplecterer etiam penas mortis illate tantum ut dulces michi natos vel saltem hora viderem possem. Ait petrus: Scire velle, que te tam gravius afficit tristicia. Si enim tanti doceres me, possem tibi evidenter ostendere quod in inferno vivant anime. Mulier ergo permissione gratanter accepta cepit dicere: Ego genere orta parentibus potentis, quoque viri matrimonium sortita, duos suscepi liberos gemellos, post quos unum alium. Sed viri mei frater illicito in me amore exarsit. Et cum michi super omnia cure esset pudicicia, nec tanto scelere vellem acquiescere, nec viro flagicium fratris aperire, cogitavi ut tam aperte et urbe cum duobus geminis meis discederem donec incestus amor conquiesceret, quem forte presencie mee aspectus inflammaret. Quod ut ita fieri possem, sompnium finxi quasi assistente in pervisum quodam numine et dicente ut confestim cum geminis meis ab urbe discederem; cum tamen eis periret periret. Et ita factum est. Interea navigans cum natis meis ventorum violencia ad hec loca depulsa sum. Et cum omnes interissent, arrepta me supra saxum quoddam vehemencior fluctus eicit. Ibi cum sederem ea sola spe, nisi me precipitarem in profundum, quia natos meos fortassis invenire possem. Ubi autem dies exortus est, ego cum clamore et ululatu circumspiciebam ut vel eiecta possem videre cadavera filiorum. Sed in nullo inventum est. Miserantes me mulieres loci consolari me ceperunt enarrantes et ipse suas quoque miserias ut ex earum similitudine caperem solacium. Et cum me nulla hospicio suscipere cuperent, quedam paupercula hec habitans

contraxit anime ut tugurio eius succederem, dicens fuisse sibi virum nautam qui in mari defunctus est adolescens. Sibi quoque cum multi eam in coniugium accipere cuperent, amore viri viduitate fuisse cariorem. Erunt ergo inquit nobis communia queque manibus nostris operantes acquirere poterimus. Itaque libenter habitavi tum ea propter affectus fidem quam servabat viro. Sed non multo post michi infelici lacerate duduum morsibus resolute sunt manus, et illa que me susceperat incurrit paralisim et in lecto iacet domi. Illarum autem mulierum que prius miserabantur refrigerat affectus. Nos ambe debiles. Ego ut vides sedeo stipem petens et si quid forte quesiero fit unius duarum infelicium cibus. Qualiter cognoscitur clementi mater xxviii rubrica

Et cum petrus hec audiens multa cogitacione distractus et quasi attonitus staret, ego clemens superveni dudum inquiens. Per omnia discurrens querebam te. Et nunc quid facimus? At ille precepit michi ut ad naviculam precederem et eum expectarem. Quo cum iussa implessem, ille quadam suspicione pulsatus requirebat a muliere genus ac patriam et nomina filiorum. At illa quasi vim sustinens quia neque hoc facere volebat nomen suum et nomen viri et nomen filiorum immutavit. Et petrus eam vera non dixisse ait: Heu mulier, putabam grande gaudium hodie nobis oriturum. Suspicabar te esse quandam de qua similia nuper audivi. Mater est cuiusdam adolescentis qui sequitur nos. At illa adiurabat eum dicens: Rogo te ut dicas michi quis iste sit ut sciam si est illa qua mulier me infelicior. Tunc petrus miseracione commotus narravit ei que ante audierat. Quibus auditis illa stupore percussa corruit. Tunc petrus eam continere et consolari cepit ac requirere quid pateretur. Illa vix aliquando spiritum revocans: Hunc inquit adolescentem videre vellem. Ego enim sum mater eius. Cui petrus ait: Quod ei nomen est? At illa: Clemens. Ait petrus: Ipse erat qui paulo ante mecum loquebatur. Et tenens manum eius petrus deducebat eam ad navem. Quem ego clemens videns manum dantem mulieri ridere cepi. Attendens tamen honorem eius gratia supponere cepi velle subire manum meam et

sustentare mulierem Qui aut ut manum
eius contigit ululatu ingenti reddito in
amplexus meos irruit et matrem me
constanter osculis cepit At ego ignorans
omne negotium quasi insanientem mulierem
repellebam simul etiam indignans quod
dampnis licet cum verecundia adversus petrum
At ille quid agis inquit o fili clemens
noli repellere matrem tuam Ego non ut hoc
audivi paulatim vultum eius admemo-
riam renovans continuo lacrimis suffusus
supra iacentem matrem cecidi et osculari
eam cepi Interim aut conveniebat plurima
multitudo audiens quod mulier que ad stipem
petendam sedebat a filio suo recognita
est Et cum vellemus compulsa navigare
nos ait ad me fili dulcissime rectum est
ut valedicam mulierculae que me suste-
pit Est enim egens et paralitica iacens
in lectulo Quod audientes omnes admi-
rati sunt prudentiam et bonitatem fe-
mine Petrus aut iussit abire quosdam
et afferre mulierem in lectulo ubi iacebat
eam quod in medio turbe astantis collo-
catam ad confirmandam eorum fidem in con-
spectu omnium sanitati restituit Cui etiam
ego clemens mille dragmas donavi
et cuidam bono viro illius opidi com-
davi Cum aut una cum matre navigan-
tes antharadum venissemus ad hospitium
nostrum requirere cepit mater Quis pater esset
Cui ego adte requirendum profectus est
et ultra non rediit Quod audiens illa
suspiravit tantum Grande et enim gaudium
nunc habens reliquos solabatur merores

Qualiter agnita est etiam nicetae et aquila

Die aut postera sedens | xxviii
Drina cum uxore petri iter age-
bat nobiscum Et cum pervenis-
semus laodociam ibi ante portas oc-
currerunt nobis nicetas et aquila qui
osculantes nos ad hospitium adduxerunt
Cuique requirerunt mater que esset mu-
lier ignota. Vidi mater mea e quam
michi redonavit deus per dominum meum
petrum Tunc petrus cepit eis per ordinem
cuncta exponere Qualiter apud antharadum
ego clemens genus meum ei exposuisse
et quod parentibus orbatus essem. Deinde
qualiter apud insulam aradum mulierem se
percunctantem invenisset que se enar-
rasset qualiter ex propria discedens nau-
fragium passa duos filios suos ge-
minos faustinum et faustinianum amisisse
eos quod planctibus et ululatibus lugens
omne corpus suum dentibus laniasset
Et cum hec diceret petrus nicetas et aq-
la subito assurgunt et stupefacti per-

turbati ceperunt dicentes domine deus omnium
vera ne sunt hec an somnium est quod agitur
Tunc petrus nisi inquit nos insanimus
vera sunt Et illi paululum remorati et
confricantes faciem aiunt Nos sumus faustus
et faustinus Et lacrimantes ingrediebantur
ad matrem Quam cum quiescentem repperissent
et amplecti vellent prohibuit petrus dicens
Sinite me prius matris vestrae separare et ita
vos ei offerre ne subito et nimio gaudio
mente excedat et sensus eius turbetur qa
nunc etiam sompno occupata stupet Igitur
cum illa de sompno surrexisset petrus
cepit ei cultum unius dei et religionis
nostre observanciam exponere Quibus illa
auditis ait Et quid vetat hodie me bap-
tizari Nunc etiam prius quam te viderem illos
quos dicunt deos perenniter adversata sum
qui michi frequenter eis sacrificanti nichil
prestare potuerunt. Puto aut tibi satis in-
notuisse quantus michi fuit amor pudicicie
que ut euaderem illicitum amorem insidias
sompnium finxi ut cum duobus geminis meis
faustino et fausto peregrinarer solo cleme-
te ad solatium patri relicto. Et cum illa diceret
ultra non ferentes fratres mei irruunt in am-
plexus matris cum multis lacrimis et oscu-
labantur eam. Et illa Quid vult inquit
hoc esse Tunc petrus Nolo turberis mu-
lier constans esto Isti sunt faustinus et faustus
filii tui quos in profundo perisse dicebas. Hec
cum dixisset mater nimio gaudio interempta
corruit Tandem ad se reversa ait Obsecro vos
dulcissimi filii. Dicite michi que vobis acciderint
post illam feralem et crudelissimam noctem
Nicetas ait In illa nocte cum cum navis
resoluta fuisset et nos innitentes fragmen-
to cuidam tabularum per pelagus iactaremur
viri quidam quibus in profundo latrocinari
artificium est receptos nos imposuerunt naviculae
sue et remis superantes undarum vires ce-
saream stratonis perduxerunt fame ac ver-
beribus afflixerunt ne quid essent in nos
prodemus Inmutatis etiam nominibus nostris
vendiderunt nos cuidam vidue admodum
honeste femine iuste nomine Que loco
filiorum nos habuit et grecis litteris liberalibus
erudivit Ubi aut adolevimus etiam philosophorum
studiis operam dedimus ut possemus reli-
gionis divine dogmata per has disputa-
tionibus assentes confutare gentiles Sy-
monem aut cuidam mago qui una nobiscum
educatus est pariter et prius consuetu-
dine adhesimus fere cum in religione
nostra decepta quodam cuius adventus spa-
ciosionibus quem ista vita credentibus danda
promittit et hunc esse symonem putabamus
Cum quod pene iam abeo deciperet quidam

collega dni mei petri zacheus noie mo
nuit nos ne fallerentur ymago sed oportet
nos dno meo petro ut asinus que sama
ritans et pfta docent qd et e nr ene
nire optamus. Hec cum dixisset vicesima pri
ma praedens adpedes petri baptismum ob
secrando petijt et obtinuit **Qualiter
faustinianus eos addisputandum provocat**

Postera die petrus ma // xxx
ne assumptis fratribus meis et me
descendit adportum ut ymari
lavaretur Et post hec adlocum quendam
orationis gratia secessimus Senex autem quidam
paup curiose observare nos cepit quid
ageremus in secreto positi Et cum nos ora
tes vidisset expectavit donec exiremus
et salutans nos ait Si non egre acci
pitis velim vobiscum conferre sermonem
quia vir miseracionum hec que suscipe vitam
errare vos nolle et hec veram dehijs
que non sunt Aut si putatis aliquid esse
ven tradite est magis. Cui petrus respondit
Dic age qd e videtur bonum et libenter acci
pimus Tunc senex ait In mari lavisse
vos vidi et post hec in secreto orantes
vos inspexi miseratus quod eiusdem virum
expectavi donec egressos alloquerer
et docerem ne erretis in huiusmodi observancia
quia neque deus est neque cultus hec aliquis
est neque in mundo providencia sed fortuitus
casus et genesis agunt omnia sicut ex
meipso comperi in disciplina matheseos
peritus eruditus Nolite ergo errare quia
sive oretis sive non quod genesis vestra continet
hoc erit vobis Et ego clemens nescio
quid corde pulsatus cepi ab eo querere
quis et unde esset. At ille Quid in
quit hoc pertinet ad ea que dixi vobis
Sed prius sermo de hijs geratur et post hoc
si res poposcerit nomen et genus et pa
triam invenietis ut autem potius aspice
admirabantur omnes eloquenciam viri et
gravitatem morum tranquillitatem que ser
monis Petrus autem recessum quendam
secretum ad colloquendum aptum pro
spiciens illic residere nos fecit necnon se
nem [illegible] pauli et sordido amictu
despiciens ita loqui cepit Quoniam michi
vir eruditus esse videris et mitoris
exeo quod adisti nos et qd tibi bo
num videbatur collatum nobis esse volu
isti volumus et nos que tibi bona nos
et vera credimus exponere Que si tibi
minus vera videbuntur esto tu mr erga te

bonum propositum libenter suscipe sicut et
nos tuum. Cum hec diceret petrus conve
nit plurima multitudo Tunc senex fortassis
inquit conturbet nos presencia multitudinis
Et petrus nequaquam inquit nisi hoc
solum vereor ne forte disputantibus
nobis cum palam facta fuerit veritas
tu erubescas pro presencia multitudinis ce
dere et hijs que recte dicta intellexeris
acquiescere Ad hec senex ait Ego non
ita stultus consenui ut diligens qd
verum est obviam id ob vulgi gratiam
dico autem non conviciator unius sed dei
providenciam quia multa iniquos iniuste
et inordinate geri videmus sed genesim
esse dico que omnia agit et
continet Ad hec cum petrus respondere vellet
nicetas praeveniens ait Indulgeat michi
dominus meus petrus Ad hec respondere ne vide
ar presumere quia iuvenis cum sene sed
ut filius cum patre colloquar Tunc
senex Non solum tu inquit fili qd
tibi videtur ut prosequaris volo sed et
de sodalibus tuis quicumque voluit col
lacio enim plurimorum facilius ea que ig
noraverit inveniet Post hec respiciens
petrus aditum ait expedi quod
proposuisti **Assercio niceti de providencia**

Itaque sic exorsus est Omne // xxx
quod est aut est simplex aut compositum
Quod simplex est caret numero divisione
pondere qualitate quantitate et obiecto etiam
fine Que autem composita sunt numero
etiam dividi possunt Illud ergo
quod simplex est et hijs omnibus caret quibus
solum quod sine actore subsistit
est sine dubio incomprehensibile et in
mensum est neque initium neque finem
sciens et ideo unum et solum est
sine actore subsistens Quod autem
compositum est et numeris ac divisioni
subiacet necesse actore aliquo compositum
est et in unam speciem diversitas con
gregata Quod ergo immensum est
bonitate pr est virtute conditoris
neque condendi virtutis in mundo cessa
re potuit neque bonitas sed ad sub
sistenda ea que sunt bonitate ad
componenda et firmanda virtute prius
demundi ergo rerum inter prequendum est
cum prima questio in duas partes divid
atur utrum enim factus sit an non Et
quidem si non est factus erit ipse illud
ingenitum ex quo omnia Si vero factus

est vicium quod utrumque a se ipso aut ab alio
si a se ipso concluditur sine dubio providencia
Sed si providencia non recipitur frustra animus
ad virtutem provocatur frustra iusticia custo-
ditur si non est qui iusto premiis aliquid
restituat Sed nec anima immortalis videbi-
tur si eam post absolucionem corporis nullius
providencie dispensacio excipiat Si autem
docetur esse providencia et propterea factus
est mundus adhuc querimus quo providencia
sit an generaliter circa omnia quasi semel
deus ab inicio mundum faciens ordinem
rebus dedit et finem statuit et ultra
eorum curam quae geruntur habere cessavit
an specialiter circa partes singulas scilicet ut quosdam
vel homines vel loca providencia gerat
quosdam non an et generaliter omnium et speciali-
ter quasi et ab inicio omnia fecit deus
et usque ad finem per singulos providenciam
gerat et unicuique partibus suis red-
dat premia Ergo illa proposicio que dicit
quod ab inicio deus fecit omnia et sem-
el atque ordine rebus imposito dereliquit
adesse nichil renovet secundum genesim
cuncta geri confirmat Ad quam primo
videbimus et hiis precipue qui deos
colunt et genesim defendunt cum videamus
quod eum immolant diis et eos exorant
sine dubio contra genesim se impetra-
turos aliquid sperant et per hoc genesim
solvunt Ergo hec nunc dico adeo facile
et absque conquisicione esse solvendum ut ille
appareat qui ceruus est Et quid quia
factus sit mundus iste visibilis testantur
cetera philosophorum plurimi Sed ne videamur quasi
indigentes assercionibus uti noluisse
testibus despicimus eius quaeramus ipsum
enim esse corporeum eo ipso quod visibilis
est constat Omne autem corpus aut quod
unum est et solidum aut dimissum Si so-
lidum fuit corpus ex quo factus est
mundus necesse est intelligi fuisse aliquem
qui illud quaerunt dividerit et in partes
multas duceret formasque diversas Aut
si ex diversis corporum partibus omnis hec
mundi moles compaginata est necesse est
certe sic fuisse aliquem qui in unum
dispersa colligeret et diversas rebus species
indueret hinc ergo nos conditorem mundi
dicimus deum et probatur per hoc non potuisse
machinam mundi sine opifice et pro-
pere constare Sed et ex hoc ipso quod in eo
mixtione elementorum deficiente altero
aut habundante cetera resolvuntur et cedit
cuditur ea ex nichilo habuisse principium Nam
ubi quando si deficiat in aliquo humor nec
aridum sicut et frigus calido Sed si mu-
ndi probatur esse facta et ex nichilo quia
partes eius et species videbuntur imperfecte
Ipse quoque forme ac mensure date cor-
poribus modulacione sui manum testantur
artificis Sed si ydonei tibi testes videntur
philosophi plato de hiis in thimeo testatur ubi de
mundi dispensacione facta requirit utrum semper
fuit an inicium sumpsit visibilis inquit
est mundus palpabilis et corporeus Omnia
autem que huiusmodi sunt facta esse constat Sed
autem factum est aliquem habet actorem Hunc
ergo inquit factorem parentem quoque omnium et in-
venire difficile est et inventum vulgo e-
narrare impossibile Sed et si ipse plato
aliusque philosophus de facta mundi siluisset nonne
est saltem communi sensus homo qui cum in-
trat domum omnia que intra sunt habitacionis
eius cameram inspexit quorum videat
collocata eamque splendore vario depic-
tam lineamentis pictorum adornatam non
statim pronunciet a sapientissimo et pote-
tissimo artifice esse constructam Respo-
nes principes ad verba nicete et aquile xxxj

Hec et alia multa cum niceta dixisset
Senex ita rudit Tu quidem fili pru-
denter et fortiter prosecutus es intima
ut melius dici posse de providencia non
putem Sed quia iam hora multa est
cras adhuc inde aliqua volo de quibus
si michi satisfeceris gratias me fateor debitorem
Tunc surrexit petrus Quidam vero
de astantibus rogabant petrum et nos
ut vestimenta senis que habebat sor-
dida et scissa mutaret Tunc petrus
et nos propterea et honesta sua volun-
tate collaudantes dicebamus quod nec
nos ita insipientes et impii sumus ut
cum tam prospera verba concedimus non mul-
to magis eciam corporis necessaria prebeamus
Cum quod ille summa vi a nobis sene ancil-
le interierit et nos cum vehemencius
retinemus senex in tamen incito fugeret
dicens hodie apud nullum manebo
nec ab aliquo quicquam suscipiam
ne alterius delectacio alterius tristicia
fit Erat autem ille primarius civitatis
laodicie discessit ergo senex Et postea
die petrus mature surgens excitat
nos et pergentes ad locum orationis se-
cretum inde post oracionem venimus
ad domum prefati primarii per die constituta

ad disputandum Itaque medium habentes petrum ingredimur et nos circumspicientes sicubi videremus senem Tunc senex prior videns petrum in medio turbe latitantem euocauit ad se dicens Clamorem multorum [illegible] possidens cur in occulto lates et te verecundia contegis Accede huc et que tibi videntur exequere Statim quod dantibus ei locum turbis accessit et ita cepit Hoc sunt hesterne disputacionis senis quod omnia que videntur certa mensura et arte formaque et specie constant sine dubio sapiente virtute facta esse credenda sunt Quod si mens et racio est que hec condidit consequens est ut racione providencia mundus regatur eciam si nobis ea que geruntur in mundo minime recte geri videntur Consequitur autem ut si creatorum deus ac mens sit etiam iustus credatur si iustus est utique iudicat Et si iudicat necesse est ut homines de suis actibus iudicentur Erit ergo inter iustos et peccatores iustum quoque discrimen Sic fiunt ut opor[illegible] ubi conveniencia Ergo ostendi sit quod mens et racio cuncta condiderit consequens est et ea que fiunt racione et providencia geri Si vero non a mente prudens et certa gignit universa puniantur iudicium non Omnia igitur inquit omnia pendent non indignetur si et paulo latius disserui et pertractavi volui Cumque et aquila multa proposuisset ait senex Fili sermones tui quamvis validi sunt non possunt tamen flectere me ut credam extra genesim fieri posse Scio enim omnia in veritate genesis accidisse Et ideo suaderi mihi non potest quod vel bene vel male agere in nostra potestate sit Et si actus nostros in potestate non habemus non potest credi futurum iudicium per quod vel malis pene vel bonis premia tribuantur

Verba clementis et [illegible] patris xxxvi

Sequenti die congregatis item nobis ita ego dicere cepi Deus per filium suum creavit mundum tamquam duplicem domum interiectu firmamenti huius distinctum In superiori quidem angelicas habitare virtutes in isto autem visibili mundo nasci hominum multitudinem dedit ex quibus amicos filio suo eligeret cum quibus letaretur Nec tales eos utique esse voluit qui necessitate nature aliud quod esse non possent sed qui arbitrio suo et voluntate boni esse desiderarent quia nec laudabile est quod non est desiderabile nec bonum iudicatur quod non proposito expetitur Et ut breviter dicam quo debeant cuncta concludi cum deus iustus sit qui hominum naturam fecit quo fieri potest ut ipse poneret genesim nobis contrariam que nos cogeret ad peccatum et rursus vlcisceretur ipse peccantes Certum est ergo quod non ob aliam causam deus peccatores punit nisi quia scit eum potuisse vincere sed neglexisse victoriam Infert autem et iniustis solis vindictam in homines licet in eos fecit qui diluuio perierunt qui utique omnes vna hora extincti sunt cum certum sit non eos secundum genesis ordinem vna hora natos Ad hec senex plenissime inquit audisti fili sed ego ut [illegible] dixisti hunc inseparabili assertioni tue experiencia contraria prohibeor accommodare consensum Scio enim et genesim meam et coniugis mee et scio omnia ea que dicebat genesis accidisse et ab his que rebus michi gesta sunt vobis [illegible] non possum Deinde qui te imbutum video huius disciplinis audi coniugis mee thema habuit martem cum venere super centrum lunam vero in occasu in domo martis et finibus saturni quod thema adulteras facit et suos seruos amare et peregre et in aquis defungi quod et ita factum est Incidit enim in amorem servi et periculum simul obprobriique metuens cum ipso fugit et ut amori suo satisfaceret in mari periit Enim ego vidi unde scio quod peregre fuit non sociata est Certissime inquit scio postquam enim profecta est frater meus enarravit michi dicens quod primo quidem ipsum adamasset sed ille qui erat honestus ut potest fratris noluit fratris thorum incesti macula polluere At illa et me verens et obprobrium non ferens infelix neque enim imputandum est ei quod eam genesis facere compulit finxit somnium et ait adme astitit mihi quidam per visum qui iussit me cum duobus geminis meis sine mora ex urbe proficisci Quod ego audiens pro salute eius filiorumque sollicitus mox eam cum liberis [illegible] feci vnum qui minor erat mecum retinui

Tunc ego clemens intelligens quod ipse fortasse

Qualiter omnes se invicem agnoverunt xxxvii

esset pater meus lacrimis repletus sum
fratres quoque meos volentes prosilire et
apprehendere senem prohibuit petrus et ait ad
senem Quod nomen erat minori fi-
lio Cum vidit Clemens Et petrus
Si tibi inquit coniugem tuam castissimam
hodie consignavero cum tribus filiis
tuis credis quia potest pudicitia mentis
motus irrationabiles superare et quod
omnia que a nobis dicta sunt vera sunt
et genesis nichil sit Dicit senex
Sicut impossibile est te exhibere quod pro-
misisti ita impossibile est extra gene-
sim aliquid fieri Tunc petrus Testes
inquit volo esse omnes qui presentes sunt
me tibi eos hodie traditurum Et nunc
accipe fidem rerum ex eo quod omnem tam
diligentius scio quam tu cuncta que
per ordinem enarrabo Et conversus ad
turbas ita cepit Hic quem videtis in
hac veste pauperrima civis romanus
est cognatus cesaris nomine ei Faustinianus
uxorem quoque nobilissimam Macthidiam
nomine sortitus est ex qua tres filios
suscepit quorum duo gemini unus qui
erat minor sibi nomen Clemens hic
est gemini non sunt isti Niceta et Aquila
quorum unus prius vocabatur Faustinus
et alius Faustinianus Ut autem hec
nomina una petrus enuntiavit senex
resolutus omnibus membris quasi inter-
ceptus concidit Nos autem filii irruen-
tes super eum amplectebamur osculan-
tes eum Et plus quid admiratione
stupefactus est petrus autem amplexibus
patris ne eum necaremus surgere iubet
Et ipse apprehensa manu eius quasi de
profundo sompno eum elevans ac pau-
latim recreans omnia que gesta erant
cepit exponere quo frater eius in amorem
macthidie inciderit et illa viro indicare
nolens sompnium finxit et cetera que
superius tam iam quam filiis evenisse e-
narrata sunt Sed cum hec inaudita se-
nis narracione gratissima turbis pe-
trus exponeret ita ut audientes ge-
storum miraculis et humanitatis misericordie
lacrimarentur nescia mater audiens mat
de recognitione patris cursu concito venit
in me dicens nunc cum clamore ubi est vir
meus et dominus Faustinianus qui tam mul-
tis temporibus affligitur per singulas urbes
ambulans et me querens Hec cum illa
quasi amens clamaret et circumspiceret
senex accurrens cum multis lacrimis am-
plecti eam cepit Tunc petrus rogavit
turbas ut discederent et darent eis locum
familiarius invicem se videndi Quod
petrus noluit faustinum statim baptizari

XXXVIII

Cum autem sequenti die
mane ad locum in quo pater cum matre
quiescebat una cum petro veni-
remus et eos adhuc dormientes reperissemus
pro foribus consedimus ubi petrus ita nos allo-
cutus est Audite me dilectissimi confra-
tres quia grandem video esse affectum erga
patrem vestrum vereor ergo ne ante tempus pur-
gationis cum iugum nostre religionis suscipe-
re dum adiud patrum ad quod forte nostri
gratia videatur acquiescere sed quod non est firmum
Quod enim propter homines fit probabile non est
et cito dilabitur Ideoque michi videtur
ut concedatur ei adhuc pro arbitrio vivere
et iter agens nobiscum dum alios do-
cemus audiat Cum enim veritatem cognoverit
tunc agnoscende studium gerit ipse ro-
gabit ut iugum religionis suscipiat aut
si ei recipere non placet amicus permaneat
Qui enim id non ex corde susceperint tunc cepe-
rint et ceperint ferre non posse non solum
abiciunt quod susceperunt sed quasi pro ex-
cusacione infirmitatis sue incipiunt viam
religionis blasphemare et male loqui
de hiis quos imitari non possunt Adhec
Niceta vidit quod si interim dum eum differ-
imus pater noster moriatur descendit in infernum
vacuus et in eternum cruciabitur Cui petrus
putas quia si quis iuste vixisse putatur
iste continuo salvabitur Non putas ab eo
discutiendum qui occulta hominum novit quo
iuste vixerit ne forte parentum hominem
aut prola consuetudine vel necessitate aut
qualibet alia ex causa et non propter ipsam
iusticiam neque propter deum Non vi sed li-
bertate salus acquiritur nec per hominum gratiam
sed per dei fidem. Preterea cogitare debes
quia deus prescius est et novit si hic
suus est Si ergo dignum est ut ingrediatur
ianua vite deus occasionem competentem
dabit eritque sicut ex deo et non ex homine
post hec verba pater ingressus ad nos et oscu-
lo nos salutavit cum resedissemus ait
licet ne percunctari aliquid an secundum py-
tagoricos tacendum semper est Et pe-
trus Nos inquit neque silere semper neque
percunctari cogimus accedentes ad nos
quamobrem si quid dicere vis require
Tunc senex questionem proposuit de bono
et malo utrum aliquid sit in re et actibus
Cum questionem noluit ante videri Petrus

vero nobis quasi arbitrum sumat ut cui ab-
ei disputacio nostra communem non inveniret
ipse quod sibi videtur pronunciaret et
indubitatum finem rebus dubiis impo-
neret. **De mutacione vultus eius dolo**
est **Simonis magi xxxv**

Post disputacionem autem cum iam domi
essemus parantibus ad cenandum in-
gressus quidam nunciat Appionem cum
Anubione nuper venisse ab Antiochia et
hospitari cum Simone mago. Quod
audiens pater gavisus est. Et ait Petro:
Si permittis volo ire salutare Appionem
et Anubionem quia valde amici mihi
sunt. Fortassis autem Anubionem suadere
potero disputare cum Clemente de gene-
si. Et Petrus: permitto inquit et lau-
do quod amicos colis. Considera tamen quo-
modo per providenciam dei omnia tibi prospera con-
currunt. Ecce enim non solum affectus tibi
propria deo prestante reparata est. Sed et
amicorum presencia procuratur. Et pater: vere inquit
adverto ita esse ut dicis. Abiit ergo ad Anu-
bionem. Nos autem cum Petro positi per
totam noctem interrogando de singulis que-
stionibus et discendo ab eo delectatione
ipsa doctrine pervigiles mansimus. Et cum
iam aurorasset Petrus intuens me et
fratres meos ait: Miror quid visum sit
patri vestro. Cumque hec diceret supervenit pater
et invenit Petrum de se nobis loquentem.
Cumque salutasset satisfacere cepit et causam
exponere ob quam foris mansisset. Nos
autem ad eum respicientes expavimus
vultum in eo Simonis videntes, vocem tamen
patris nostri audiebamus. Cumque refugeremus
eum et execraremur stupebat quod tam au-
stere erga eum ageremus et barbare.
Petrus autem qui vultum eius naturalem so-
lus videbat ait ad nos: Cur execramini
patrem vestrum? Cum nos una cum matre respondimus
quia nobis videtur Simon vocem habens pa-
tris. Et Petrus: vobis quidem vox eius que
maleficiis mutata non est sola nota est,
mihi vultus eius notus est qui aliis
arte Simonis mutatus apparet. Ecce
autem unus ex hiis qui Antiochia pre-
cesserant regressus ait ad Petrum: Domine
mi, Simon apud Antiochiam multa pro-
digia faciens nichil aliud populo persuadet
nisi quod ad odium tui pertinet, magum te
nominans et homicidam ita ut desiderent
si te usquam invenire queant eciam car-
nes tuas devorare. Nos ergo videntes

commotam civitatem considerabamus quid fieri
oporteret. Supervenit autem Cornelius cen-
turio missus a Cesare ad presidem Cesaree
publica negocia gerens. Hunc accersientes cla-
tausam ei exposuimus et ut iuvaret
si quid posset rogabamus. Qui ait: Ce-
sar maleficos per provincias inquiri iussit
et plurimi ex quibus plurimi iam perempti
sunt. Ego igitur divulgabo me ad hoc
missum a Cesare ut istum magum caperem
et cum sociis suis puniat et sic metu
compulsus fugabitur. Igitur hec audiens
Simon discedens ex Antiochia huc venit
sicut audimus. Cumque hec ille dixisset Pe-
trus respiciens ad patrem nostrum ait: A
Simone mago transformatus es vultu
tuus apparet, putans eum quod a Cesa-
re queritur ad penam virtutis fugit et
vultum suum tibi imposuit si forte pro eo
capi et ad mortem duci posses ut fi-
liis tuis tristiciam moveret. Hec audiens
pater cum lacrimis se infelicem exclamare
cepit. Mater quoque sparsis et laceratis
crinibus plangebat. Et nos stupentes
quasi amentes eramus. Anubion autem
venit ad nos indicans nobis Simonem
fugisse per noctem versus Iudeam. Dicam
inquit quo res gesta est. Venit Fau-
stinianus ad salutandum nos, contigit ut
ipsa hora commistaremus Simonem dicen-
tem quod fugere vellet ipsa nocte eo
quod quosdam venire audisset qui ex
precepto imperatoris eum comprehenderent,
omnem autem fingere vellet in Fausti-
nianum convertere. Tantum quid vos fa-
cite eum cenare nobiscum et ego
quoddam unguentum componam quo cena-
tus perungat faciem suam et meum vul-
tum meum habere videatur. Vos autem hibe-
rnaquedam sucum faciem perungemus
ut non fallamur de mutacione vultus
eius. Nolo enim ut comprehendatur ab hiis
qui me querunt et luctum habeant filii
eius qui me derelicto confugerunt ad
Petrum. Ego autem Anubion timui tunc
Faustiniano indicare hec. Sed nunc ipse
Simon spacium nobis dedit ut possemus
ei secrecius loqui et consilium Simonis
aperire. Interea Simon nocte Iudeam
petens fugit cum Appione et Athe-
nodoro. Ego autem simulavi inequalitate
corporis ut domi remanens facilius
velocius ad nos redire si for-
te posset aliquo modo occultari

rapiat vos ne ab hijs qui simonem querunt compulsi gratis pereant. Qualiter dolus magi antiochie profecit in gloriam petri xxxvi Sequitur capitulum

Flentibus ergo patre et matre ac nobis omnibus propter ea que acciderant petrus in predicatione piuoty ait tandem Faustiniane Cum nobis prius aliquid utilitatis contulerit error iste transformationis tunc ego veram tibi vultus tui ymaginem reddam precede nos antiochiam et in loco pro simone stans denuncia pnam tua / Dico ego symon denuncio vobis et profiteor me confiteor me omnia fefellisse de petro neque eum seductorem neque magum neque homicidam sed omnia illa dixi furore commotus Obsecro igitur vos ego qui dudum causas odij vobis contra eum dederam ut nichil tale de eo sentiatis sed ipsi credatis ut predicatori vero a deo misso et michi pessime discipulo et si etiam ego ipse post hec veniens ad vos aliud dicere contra eum temptavero ne credatis michi Cum autem videris populum ex simone tuo contriti et depositis odijs recipe desiderium tuum manda michi et statim veniam vultumque tuum qui tuus omnibus notus est reddam Profectus est pater meus cum matre et duobus fratribus meis et quibusdam ex familiaribus Interea dum petrus cotidie populum doceret et virtutes multas faceret post dies x venit quidam missus a patre annuncians nobis quod publice pater symonem qui vultu eius videbatur accusaret petrum vero immensis laudibus efferret ita ut omnes desiderarent eum videre multos quoque in tantum venisse amorem ut sentirent impatientiam quasi in symonem et manus ei vellent inicere velut qui tantum mali commisisset in petrum propter quod inquit in timore magno positus misit me ut velociter venias et vincente eum occupes simul et crescenti erga te desiderium civitati appareas Quibus congregatis petrus convenire populos iubet et ordinato eis episcopo ac presbiteris cunctisque rite compositis profectus est et a laodocia ut veniret antiochiam Cui occurrit faustinianus Eadem die ad vesperam restituta est in faustiniano facies propria et recessit a deo aspectus simonis magi. Audiens autem symon vultum suum in eo ad petri gloriam profecisse festinus prevenit petrum et cepit occulte populos suos amplius derogare quam fecerat Tunc omnes concurrentes in faciem eius conspuerunt eum de civitate dicentes Reus es mortis tue si ultra locutus contra petrum fueris et tradideris esse veniendum Omnes autem antiochie populus audiens venire petrum occurrit ei et nobiles ac maiores natu cinere aspersi capita penitentiam agentes quod contra predicationem eius per magum symonem suscepissent Ascendens autem petrus in eminentiorem locum iussit ante se poni omnem multitudinem egrotantium quos omnes in nomine ihesu christi sanavit ita ut omnes una voce confiterentur deum Et infra vii dies plus quam x milia hominum baptizati sunt ita ut omni aviditatis desiderio theofilus qui erat cunctis potentibus in civitate sublimior ingentem domus sue basilicam ecclesie nomine consecraret in qua petro apostolo kathedra constituta est ab omni populo Ego autem clemens cum fratribus meis et matre patrem allocutus sum utrum ad infidelitatis luto remansisset Tunc ille accedens procidit ad petri pedibus ut divine messe participem eum faceret Petrus vero cum omni alacritate manum eius apprehendens tradidit eum michi et fratribus meis dicens Sicut tibi frater patri filios restituit deus ita te patrem filij restituant deo Indixitque ieiunium omni plebi et veniente die dominico baptizavit eum atque in medio populi ex conversione eius materiam sumens omnis casus eius exposuit ita ut omnis civitas quasi angelum eum aspiceret ac non minorem ei gratiam quam petro exhiberet decor

Qualiter petrus rome sibi clementem substituit et de regimine docuit xxxvii

Qualiter autem beatus petrus sanctum clementem in kathedra pontificali sibi substituit Idem clemens in epistola ad sanctum Jacobum Ierosolimitanum ostendit dicens Symon petrus qui vere fidei meritis et integre predicationis obtentu fundamentum esse ecclesie definitus est tempore quo finem vite sue imminere presentit in cetu fratrum positus apprehensa manu mea in auribus totius

ecclesie qui protulit verba | fines et consummacionem mei clementem hunc nobis episcopum ordino cui in abinicio usque ad finem comes fuit in omnibus et per hoc veritatem tocius mee predicacionis agnovit. Cumque prefatis corporis sui debitum clementem hominem diligentem castum discendis studiis deditum sobrium pacientem. Cumque ego procidens ad pedes eius rogarem excusans me et declinans kathedre honorem, ille rudens pro hoc inquit ne rogamus hoc enim fieri statutum est michi et eo magis quod excusas quia hec kathedram qui eam cupit et audacter expetit non requirit sed ornatum moribus in verbis eruditum. Quod si quis alius michi tam sedulus adiutor astitisset tam plene doctrine mee racionem cepisset et ecclesiasticas disposiciones tam plene didicisset talem hominem alium non te cogerem bonum opus suscipere nolentem. Sed et aliud intuere quia periculum timens suscipere refugis gubernacula ecclesie. Certus esto quod amplius peccas qui populum dei velut in fluctibus positum et periclitantem cum possis iuvare subterfugis tuum tantummodo consideracionem habens et non quod in commune omnibus expedit providens. Te quidem nimio suscipientem libenter expatius officium oportet quod irreprehensibiliter vivere et summo studio vivere ut omnes vite huius occupaciones abicias ne fideiussor existas ne advocatus litium fias ne ne in ulla prorsus inveniaris mundialis negocii occupacione perplexus ne verbo dei vacare non possis presentibus hominibus assis prefectus. Illa vero apta que tibi minus congruunt compossint sibi invicem exhibeant laici quia sicut tibi impietatis crimen est neglectis verbi dei studiis sollicitudines suscipere seculares ita unicuique laicorum peccatum est nisi invicem sibi etiam in hiis que ad communis vite usum pertinent operam fideliter dederint. Ad presbiteros vero sit ista cura et ad venire nuptiam et ne quod in nobis adulterii contagium valescat intendant. Quod enim in omnibus peccatis adulterio gravius sit secundum namque in penis obtinet locum quo primum illi habent qui aberraverunt a deo. Sane sicut adulterii venenum cunctis malis perniciosius est ita amor fraternus et caritas tocius boni fastigium tenet. Et vos omnes diligite atque cum religione et invicem ad omnes respicite peregrinos satis prompte in domibus vestris suscipite. Et ne omnia nunc singillatim dicam omne bonum ipsa prestat si in nobis fuerit caritas. Facite nobis

docebit. Dyaconi ecclesie tanquam oculi sint episcopi cum verecundia circumlustrantes actus tocius ecclesie et perscrutantes si quos videant vicinum fieri precipicio ut hoc referant episcopo. Neglectores et eos qui ad verbum dei audiendum tardius vel rarius accedunt hortentur et commoneant quia si multo tempore auditum a verbo dei subtrahant et remaneat incultus sine dubio sepius erunt accentibus occupari et per hoc ad ignem parari. Eos qui secundum carnem egrotant sollicite perquirant et plebi indicent de hiis ut visitent eos et que necessaria sunt prebeant. Sed et de peregrinis refovendis simul episcopo suggerant et hiis similia que ad cultum et disciplinam ecclesie pertineant. Et ego hanc o clemens tibi dispensacionem migrans scio quod accipio gratiam magis quam presto. Sed confide quia summa pro omni salute suscipies si hec pro omni salute invigiles. Deprecor autem te ut postquam presentis vite finem fecero Iacobo fratri domini descripta breviter qualis michi ab inicio usque ad finem comes itineris et actuum fuisti que per singulas civitates me disputante vel predicante sollicitus auditor extiteris et quis me finis in hac urbe reperierit destinare non pigeat. Et ego quidem mi domine Iacobe tibi iam plurima de hiis ipso iubente descripta transmisi sub eo titulo quem ipse precepit affigi, id est clementis itinerarium predicacionis petri. Auctor. Scripsit eciam clemens alias quasdam epistolas doctrinam petri continentes. Hec de actibus ipsius et doctrina ac morte sufficiant. Ex gestis eius.

De filia eius patronilla et sancta felicula xxxviii capitulum

Huius filia fuit sancta patronilla que cum aliquando presente patre febribus laboraret discumbentibus apud eum discipulis dixit ei Tytus: Cum omnes a te saneantur infirmi cur patronillam iacere permittis. Cui ille: Sic expedit ei. Sed ne putetur impossibilitas eius incolumitati meis sermonibus excusari ait ad eam: Surge petronilla et ministra nobis. Et statim sana surrexit. Ministerio autem completo iussit

eam reducere ad lectum. At ubi in dei timore cepit esse perfecta, non solum ipsa sanata est sed etiam plurimis dedit orando salutem. Et quia nimis speciosa erat venit ad eam Flaccus comes cum militibus ut eam haberet uxorem. Cui illa respondit: Si me vis habere uxorem fac matronas virgines ad me venire ut cum ipsis vadam ad domum tuam. Post triduum ergo Petronilla ieiuniis et orationibus vacans cum virgine Felicula collactanea sua communicans per manus sancti Nicomedis presbiteri reclinans se in lectulo migravit ad dominum. Flaccus ergo comes cum suis ad Feliculam veniens dixit ei ut virum eligeret aut ei nuberet aut demonibus immolaret. At illa utrumque renuens vii diebus in carcere clausa fuit ubi cum sepe ammonita mutari non posset vii aliis diebus sine cibo permansit. Ac deinde torta est in eculeo et in cloacam proiecta. Quam sanctus Nicomedes presbiter elevans sepelivit. Quod audiens Flaccus comes fecit Nicomedem teneri et ad sacrificandum compelli. Qui cum diceret: Ego non sacrifico nisi deo omnipotenti qui regnat in excelsis, plumbatis diutissime cesus migravit ad dominum. Cuius corpus in Tiberim proiectum Iustus clericus eiusdem sancti collegit et in suo ortulo sepelivit. Ex gestis eius.

De sancto Martiale lemovicensi apostolo || Marcii xxxix

E... beato Petro servus Martialis adheserat beati Stephani prothomartiris consanguineus. Qui olim cum esset xv annorum cum parentibus suis venit ad Christum in tribu Beniamin predicantem. Qui iubente domino baptisati sunt a sancto Petro apostolo. Parentibus ergo ad propria redeuntibus Martialis remansit cum domino et semper ei adherens factus est unus de lxxii discipulis Christi. Post ascensionem autem domini semper adhesit sancto Petro cui etiam carne propinquus erat. Cum ergo beatus Petrus diu Rome predicasset apparuit ei dominus dicens ut mitteret ad Gallias Martialem. Narravit ei visionem et sic ab eo bene instructus profectus est cum duobus presbiteris. Cumque iam diu processissent unus ex presbiteris mortuus est. Tunc Martialis cito Romam rediit et hoc beato Petro apostolo nunciavit. At ille: Vade inquit cito et tolle baculum meum in manu tua et cum corpus eius tetigeris resurget. Et sic fecit. Venientes ergo in provinciam Lemovicinam dum predicabant et multa miracula facientes et multos mortuos suscitantes infinitos populos convertebant. Ingressi autem urbem Lemovicinam a quadam matrona nobilissima benigne recepti sunt. In eadem domo cum quendam freneticum sanasset baptisavit matronam nomine Susannam et totam eius familiam. Et cum pergeret ad theatrum ubi a sacerdotibus ydolorum graviter verberatus missus est in carcerem. Qui cum sequenti die oraret lux immensa carcerem illuminavit et cathenis confractis et hostiis apertis et omnes qui ibi aderant prostrati baptisma petebant. Sacerdotes vero qui eum percusserant ictu fulminis extincti sunt. Tunc omnes currentes ad carcerem eduxerunt eum promittentes quod crederent si illos sacerdotes mortuos resuscitatos viderent. Quod et factum est. Et baptisavit ex eis xii hominum. Susanna vero migrans ad dominum reliquit sancto Martiali Valeriam filiam suam que statim se promisit virginem permansuram. Audiens autem quod Stephanus dominus totius provincie a Rodano usque ad mare veniret ad urbem Lemovicinam sciens quod ille moleste ferret votum quod fecerat. Omnes namque divicias suas pauperibus erogabat. Cum ergo venisset eam ad se venire precepit. Quam videns nolle sibi coniungi iratus iussit eam decollari. Armiger autem qui eam decollavit audiens angelos laudibus eius animam deferentes reversus ad dominum suum cum illi narrasset cecidit ad pedes eius et mortuus est. Tunc cepit dux cum toto exercitu nimis timere et indutus cilicio rogavit sanctum Martialem ad se cito venire. Et penitens promisit quod crederet si suum armigerum suscitaret. Qui statim suscitatus pedibus eius advolvitur et penitens cum duce et cum xv de exercitu baptisatur. Interea dux ille iussu Neronis perrexit in Ytaliam cum immenso exercitu bellatorum. Et cum perfecisset Neronis imperium perrexerunt Romam videre sanctum Petrum. Quem invenerunt loquentem ad populum et nudis pedibus in cilicio coram eo prostrati petebant suorum veniam delictorum. Tunc Petrus videns tam pulcram gentem interrogavit qui et unde essent. Tunc dux narravit ei per ordinem qualiter convertisset eum presbiterum Martialem

De quibusdam eius miraculis et obitu

Redeuntes igitur / eius sd xl. 29
reppererunt primus vidue sancti
marcialem quam ad propria reme
arent Et cum iuxta quedam flumen
legassent filius archadii comitis pic
tauensis septem estum in flumine se balne
ans a dyabolo suffocatus interiit Quem
cum in aqua conditus reperiret pater eius
cum multo luctu venit ad sanctum marcia
lem rogans ut ei filium suum suscitaret
Pergens ergo ad locum adiurat demo
nes ut corpus de flumine eiciant et ipsi
in specie visibili astantibus apparuerunt
Et primum occurrerunt tres demones qui
ethiopes fuligine nigriores pedibus
macrinis oculis terribilibus et cruentis
capillis totum corpus tegentes et
per os et nares ignem sulphureum emit
tentes loquendo non vocem cornicula imi
tantes Et cum iussi dixisset nomina et
officia sua iussit eos in terram desertam
pergere eis ut nullam ledant creatu
ram Commotus quoque lacrimis rogancium
suscitavit hildebertum Qui narravit
coram omnibus quod a demonibus suffo
catus est et cum in catherius constringere eum
vellent eripuit eum angelus et os
tendens ei ignem purgatorium duxit
eum ad ianuam paradisi ubi ad disrep
tarent demones propter eos venit vox de
celo iubens ut ille resurgens xxiii
annis viveret Et hiis dictis totondit
se et perit cum angelus docuerat in
mirabili abstinencia cum sancto marciali
permansit Beatus autem marcialis tantis
miraculis floruit quod eciam mulier
quedam maritum suum paliticum baculo
illius ei supposito sanavit et eodem
baculo opposito incendium burdegale
civitatis extinxit In lemovicina autem
civitate cum quandam ecclesiam dedi
care vellet predictus dux de toto regno
suo divites et pauperes ad dedicacionem
basilice invitavit Quos omnes cum
sanctus marcialis ipso festum in castitate
esse premonuisset quidam miles cum
uxore sua infra missam a demonibus
arrepti vexabantur Et cum adducti
essent ad presulem interrogant demo
nes cur hoc fecissent Qui dixerunt
quia heri preceptis omnibus ut se caste
tenerent et isti tota nocte in libidine
deduxerunt ingressi sumus in eos Sed
tunc tandem sanavit eos sanctus marcial
precibus ducis et populi circumstantis //

Tandem anno a passione domini xl° apparuit
ei dominus predicens ei hinc vite exitum
et regni celestis ingressum Qui in statim
convocatis omnibus quos genuerat vaeg
omnibus post predicacionem valefaciens fe
bre corripitur Adveniente die ab ange
lis in celum defertur Ex gestis eorum

De sancto sauiniano et potenciano et altino

Ex viris quoque hos altino xli
duobus xpi discipulis fuerunt sancti
Savinianus et potencianus
et altinus Qui cum multos infirmos
sanitati restituerent et non tam verbo
quam signis et virtutibus quoscumque pos
sent ab errore revocarent a beato petro
missi sunt ut galliam ydolatrie de
ditam dyabolo auferrent et christo accepta
bilem afferrent Qui eum sauinianum prima
tem gallie constituunt Venientes ergo ad
urbem senonis tunc famosissimam po
pulosissimam non cessabant populum a cul
tura demonum ad deum revocare Illic
beatus sauinianus pontificale quod a beato
petro illuc destinatus acceperat contra
incredulos sumere et constanter predicare
docebat Tantaque spiritus
sancti gracia in corde eius erat diffu
sa ut quos sermone tangeret ad ardo
rem celestis desiderii vehementer accenderet
Cumque celestibus sanctionibus insisteret
dyabolus quosdam secte sue viros contra
eum excitavit Qui cum diu tenerent simu
lacrorum suorum cultum cessare et ritus
gentilitatis ac veneficia spem deorum
suorum contemptum beati viri ludibrio et
lecto sancivit ulciscendum Hunc igitur
in medio pestilentis conciliabuli statuunt
et aliquantisper de altercacionibus fidei que
runt Sed veritatis assercionem cordis au
res obturantes secundum cum portentis
suis concertari gementes mox cum ca
pitali ulcione plectendum censuerunt
Hunc mox incepatu potencianus successit
Qui cum diu predicacioni ardenter insisteret
nulloque tempore cessaret Contra hunc
quoque dyabolus incredulos animos suscitavit
et famulum dei quanta potuit celeritate
extinxit Cuius corpus pridie lefu ran
corate fere ab infidelibus quoniam canibus
et bestiis proiectum est ad devorandum
sed dei providencia permansit illesum
a fidelibus vero occulte collectum et
in suburbio senonis ubi precursor eius
quiescebat sepultum Nec minus tamen
pollutus quam antea vivens miraculis
virtutibus claruit Nam demones de

obsessis corporibus effugauit cecos illuminauit surdis auditum restituit claudis gressum infirmis sanitatem. Denique bonum pastorem sanctum Savinianum vias martyrii preeuntem prosecuta et auctorum clientela scilicet sanctus Potencianus et sanctus Eodaldus Altinus et Serotinus. Hii namque magis gradientes et in fide circumuicinos propagantes martyrii gloriam assequi meruerunt et in eo monumento eiusdem humati sunt. Horum cineres postmodum ab eiusdem urbis antistite Wenilone iuxta beati Petri basilicam contiguam translati sunt anno ab incarnacione domini dccc° et xl viii°. Regnantibus Lothario et Ludowico et Karolo Augustis viii° kalendas septembris. Nocte autem precedente venerabilis Wetulo ad celebranda vigiliarum sollempnia illuc cum frequencia cleri processerat. Omnibus suppletis archiepiscopo ad urbem regresso ceteris quiescentibus id est anglice velud thon psallentes ibidem pernoctis spacia subsequenti sunt cum modulacionis armoniam non tantum mothos sed et quosdam invisibiles concinentes audisse perhibitum est. Ex gestis eius.

De sancto Clemente Metensi xlii

Fuit etiam sanctus Clemens qui cognominatus est Flauius consul romanorum patruus Clementis pape. Hic a beato Petro ewangelizandi gratia cum ceteris missus apud Galliam Belgicam Meti civitate peruenit ibique a quodam hospite susceptus et officiosissime a quo interrogatus retulit qui essent et unde uel quare venissent. Predicat deum filium Jhesum Christum coeterno patri ante tempora ex virgine Maria sub tempore natum pro salute generis humani. Hic et alia sanctorum misteriorum audiens ac suspirans bona inquit sunt valde que portatis. Sed si que dicitis factis vera esse ostenderitis fateor dominum verum vos huc causa mee salutis transmisisse nobis etiam aptissimum tempus et locum prouidisse. Est enim hec patria et maxime urbs ista robore fortissima bellis et armis semper assueta rerum opulencia ditissima. Sed hec nunc clade pessima sic desta ita ut pene iam medietas hominum et omnium animalium visu defunctum hominum pestis inanitate mortua videantur.

Est enim hic harenarium ab imperatore Octauiano nobiliter constructum et in amphiteatrum decenter formatum in quo draco indicibilis magnitudinis cum pestifera sua prole inhabitat quorum flatus ipsum aerem undique corrumpens etiam aves quascumque super volitare contigerit perimit. Si qua ergo virtus deum signa vere predicacionis vestre est, ecce magnum et euidens hostium predicandi et patissimum aditum in deum vestrum credendi tum iis pessime necis extinguatur et morbidis sanitas pristina restituatur. Ad hec sancti confessores Christi leti effecti in lacrimis pre gaudio resoluti sunt. Cucurrit hospes ad priores civitatis et eos ad audienda ea que nunquam audierant inuitauit. Tunc omnes qui audierunt nobiles et ignobiles ad videndum viros properare ceperunt quorum plurimos iam dira morbi sic invaserat ut vix pedibus inniterentur. Quorum doloribus compaciens sanctus Clemens primum hospitem suum deinde plurimum cunctum baptizauit et ipse sacri fontis descensus non minus corporum quam animarum sanitatem reddidit ita ut incolumes ad propria remearent. Sequenti die celebratis missarum sollempniis et cunctis sacra communione imbutis sequente plebis multitudine amphiteatri cavernas adiit processu cum precibus psallente et ipso ut doctus erat kyrieleyson clamante inter psallendum et orandum interque strepitum pedum ferarum illa multitudo bestiarum erecta capita erigit, colla tumencia protendit, sibilos emittit, et velud vim divine virtutis senciens superba quidem colla deponit et sancti Clementis adinuicacionem manifestat. In nomine inquit Jhesu Christi crucifixi precipio tibi draco funestissime omnem feritatem depone et cum omni tua sobole pessima deserta hominibus et ignota adeas loca nullis hominum notens aut bestiarum. Videntibus omnibus tunc sanctus Clemens stolam quam in collo gerebat deponit maximeque eorum alligauit et usque ad flumen contiguum quod Salia dicitur vinctum manibus propriis adducens dum stolam recepit serpens nusquam comparuit et quo diuit usque hodie ignoratur. Prefatus ergo inde locus ab omni immundicia serpentium ita mundatus est ut vix aliquid ibi parvissimum vermiculum reperiatur. Omnino enim nocive pestes locum illum refugiunt. Cepit ab hinc beatus pontifex

clericos instituere et ipsos institutos certa-
stictis gradibus promovere ecclesias construere
et constructas omnipotentis dei et sancti
petri magni sui nomine consecrare Obiit
autem x° kl decembris De sancto Frontone

Fuit etiam ne petragoricen xlix
sanctus Fronto qui a prima etate
deo devotus et a beato petro apostolo
rome ordinatus atque ad urbem petra-
goricam in qua natus est primus desti-
natus episcopus lxx monachos ibidem ad ser-
viendum deo congregavit Dum quod cum eis
civitatis in ope dei crescet assinio civit
illius persecutione paciebatur Nam
quos episcopus christi nomine baptisabat ille
gladio decapitabat Tandem relicta civitate
cum mobilibus heremum decreverunt petere in-
dubitanter vocatisque fratribus omnibus ait eis
Quid nobis cum mundo quem crucifixus
nos magnum gerimus ac detrimentum
inter homines habitantes Cumque placuisset
fratribus certis bigariis et servis olerum
acceptis exeuntes de civitate christo duce
per desertum venerunt ad quendam locum
super flumen Dordonie ubi draco magnus
habitabat cum serpentum multitudine
Quos videntes hii qui episcopum secuti fue-
rant metu ducti ceperunt retrocedere
At ille in deo confidens orationi se prostravit
non baculum terrestrem sed virtute celeste
inter eos ostendens et mox disparuerunt
Illic ergo tabernaculum fixerunt Conside-
rantibus autem eis in eodem loco ceperunt
murmurare fratres dicentes Numquid sola
in heremo castitas est que in urbibus
non est An in heremo sola deus exaudit
orantes etiam ferarum delectat sola-
cium Cur itaque non regressi in locum in quo
benediceremus deum Audiens vir sanctus
eorum murmura estuabat et pro eis orabat
Numquam tamen inter eos divinorum canticorum vaca-
vit nec [illegible]
vigiliis deserviunt Quadam igitur die post
vigilias vocavit ad se omnes et ait Fi-
lioli si regnum dei querimus quid de
rebus temporalibus cogitamus Nonne oportet
carnem fragilem pinguem iumentis exhi-
bere honore leviorem asellus granariis
est ne gestire incipiat quando ordeo
pascitur Comedat ergo paleas ne recal-
citret et creatorem suum ad iracundiam
incitet Credo nos circa carnis corpus torquet
morietur post modicum Curam ergo in
deo dimittamus et eius testamentum
teneamus dicentis non derelinquam te

Qualiter cum dominus in deserto visitat xlix

Orante igitur eo pro illis in deserto venit
dominus per eum sui non est oblitus
sed panem suum provide spiritu
visitavit ei quod dicit Epulans induitus
splendide et sui in deserto pereunt
fame festina ergo diluculo ex domo
que tibi dedi fratribus meis escas mitte
Quod si distuleris iram dei furorem
excitabis Sed ut audivit ille cor eius
consternatum est in se tota nocte Mane
autem consurgens mestus amicos suos
et domesticos vocavit visum expo-
suit et si quis viam nosset ubi famuli
christi in heremo habitarent interrogavit
sed nullum qui se nosse diceret invenit
Alia vero nocte a predicto angelo visi-
tatus gravi plagarum cede percussus
Mane iterum amicos adduxit causam
exposuit plagas ostendit et quid fa-
ciendum esset consilium requisivit Tandem
unus eorum cunctis sapientior respondit
Multitudo tibi camelorum habundat ho-
nera eos hiis escis quibus heremite utuntur
et dirige eos per viam honustos absque
homine ductore Et si tibi a deo visi-
tatio est ipse ad cuneum puerorum suorum
eos deducet et depositis honeribus
alia via revocabit illesos Quod et
factum est fuerunt autem lxx cameli cum
honeribus ducti Factum est ergo cum hora
x fratres ympnum omnes in unum cele-
brarent primus autem fores excubat ca-
melus Quem videns episcopus letus
deum laudavit et precepit fratribus dicens
Camelis nobis elemosinam ferentibus
pedes lavate eisque cibaria date quod
et fecerunt En inquit omnipotens deus
non recordatus nos elemosinam pere-
grinam suam direxit nobisque seden-
tibus angelus eius camelos perduxit
Nos omnia tollamus sed dimidiorum honerum
eulogias domino revocemus Quod cum
placuisset omnibus xxxv saccos inhe-
mi retinendos abstulit Aliorum
vero camelorum xxxv honera in omnium
saccos resedit ne alii portare viderentur
alii leves abirent Et benedicens eis
dimisit absque inditio vie Qui per viam
qua venerant regressi sunt Tunc
sanctus in exultatione fratribusque came-
los omnes suscepit illesos exclamat
Magnus es deus vanorum Rogo te

ut ostendas michi viam qua ambulem
ubi famuli tui habitant et in baptismi
gratiam perveniant Tunc prefatus ad locum
pervenit et a sancto episcopo baptismum petens
obtinuit et vocavit nomen eius gre-
gorium Et considere qui post funus dei pa
bula miserat civilisario tempore honora
cisos cancellis imposita dirigebat Ex
gestis eius **De sancto memmio cathalaunensi**

Sanctus quoque memmius de ‖ xlv
nobili genere oppido rome oriundus
cum a sancto petro apostolo in episcopum
benedictus fuisset et partibus galliarum
verbum dei predicando una cum fratribus
sancto dionysio parisius futuro episcopo et
sancto eucharo treverensis civitatis episcopo
et sancto saviniano civitatis senonis
futuro episcopo et aliis vi episcopis simul et
domitiano subdyacono qui quasi ex
uno utero in christo fratres esse noscuntur-
dus in partes fuissent directi Cumque a
roma undecimo et octavo miliario
ad mansionem devenissent contigit domi-
tianum defunctum fuisse Cum autem
beatus memmius de ipso subdyacono ad
solacium et officium occurrenti tristicia
cognovisset incorrupto sepulto subdy-
acono continuo ad sanctum petrum reversus
lacrimabiliter ita suggessit Domine sanctissime
magister cognoscat sanctitas tua domitia-
num subdyaconum quem mecum ad officium
implendum et verbum dei gentibus predi-
candum iussisti dirigere in itinere mo
fuisse defunctum Cum hec beatissimus pe-
trus audisset cui potestas a deo liga-
di et solvendi data esse dinoscitur
divina inspiratione promotus beato memmio
episcopo fiducialiter ita inquit Accipe fim-
briam vestimenti mei et revertere ad
locum sepulture sue et ea super corpu-
sculum eius imposita ita dices Impe-
rat tibi dominus ihesus christus et magister noster
petrus ut qualiter tibi ore suo imposuit
verbo demandavit ita mecum ad verbum
dei gentibus predicandum ambulare
non tardes et lumine dei quod est in-
corruptum et incognitum omnibus pate-
fiat Accepta igitur ordinatione beati
petri apostoli cum ad locum ipsum ubi de-
functus fuerat pervenisset et super
corpusculum eius vestimentum sancti
pontificis imposuisset auxiliante
domino continuo surrexit incolumis

qui mortuus videbatur iacere in pulvere
Tunc ait ad eum sanctus memmius Surge frater
domitiane et noli tardare eamus ad
locum quo a sancto et magistro nostro fuimus
destinati ad civitatem videlicet ad cathalaunensem
que a gentilibus ad integrum tenebatur Iter
itinere propemus multas etiam virtutes
per eos prius dominus in itinere dignabatur
ostendere ubi recipiebant debiles gressum
ceci visum surdi auditum vel inequalibus
infirmitate quibus positus fuisset beati memmii
pontificis auxilium si fide integra po-
stulasset continuo ad pristinam sanitatem
noscitur pervenisse **De miraculis eiusdem
et bonis operibus sequitur xlvi**

Cumque ad iam dictam civitatem
cathaulanum pervenisset ubi directi
fuerant et ipsum propter gentilitatis
errorem vel magnam duriciam cordis eorum
quam primo videbatur noluissent recipere
divina inspiratione promotus vir sanctus
cum consilio ministrorum in oppido ipsius civi-
tatis speluncam in deserto loco qui voca-
batur buxaria fere miliario uno desti-
navit facere mansionem ubi die noctuque
vigiliis et orationibus vacabat implevit
quod ibidem circulum anni Contigit autem
ut puer nobilis in fluviolo qui est
ad portam civitatis nomine nantum gur-
gite fata immis implesset Quod cum
parentibus nunciatum et super corpus fi-
lium planctum validissimum concitarent.
Cognitis virtutibus quas sanctus memmius
in spelunca residens ostendebat devote
et lacrimabiliter ad eum venerunt postulan-
tes ut filium eorum orationibus suis redderet
incolumem Qui genibus in terra provolutus
domino suis precibus supplicavit et cum
quam manus imposuisset surrexit et cum
parentibus astantibus incolumem reddidit
eumque continuo baptizavit Dum igitur parentes
eius tantam virtutem per famulum dei factam
vidissent postulabant sacerdotem ut cum
dignis honoribus ad civitatem cathala-
unensem ubi ipsum antea propter gentilitatis
errorem recipere noluerunt ad pontificalem
cathedram residendo accederet Et dum
ipsum summa cum diligencia congregata
multitudo populi ad ipsam civitatem ad-
ducerent ad portam ipsius loci obvios
habuit leprosos tres et cecos similiter In
nomine trinitatis imposuit vexillum crucis
et ad pristinam sanitatem ipsos perduxit

Ingressus itaque civitatem occurrit ei quidam homo demonium habens quem continuo ad sanitatem pristinam revocavit. Ipse reliquo omni tempore vite sue pauper veste induitur et elemosinas dedit et diu ieiuniis et et vigiliis assidue insisteret omnem populum ad ipsam cathalaunicam civitatem aspiciente baptismi gratiam donavit et divinis eos eruditionibus ut bonus pastor assidue gubernavit annis lxxx. Actor. Hec de beato petro et eius discipulis que legimus conscripsimus nunc ad discipulos pauli stilum convertamus ex gestis eius.

De sancta tecla pauli discipula xlvij

Cum paulus apostolus de antiochia yconium venisset et secum comites demam hermogenem et alexandrum erarium discipulos simulatos haberet audiens onesiforus adventum eius ei cum familia sua obviavit et ad signa que titus predixerat videns eum inter ceteros statura brevem naso aquilino vultu angelico ipsum solum humiliter salutavit. Et cum indignati essent predicti comites cur et ipsos minime salutasset respondit Onesiforus quod in eis fructum iustitie non videret. Itaque cum in eius hospitium introisset et semper de cunctis virtutum fructibus predicaret Tecla virgo thamiro desponsata sedens ad fenestram super paulum predicantem audivit et de sermone eius quem facie non noscebat ita devicta est quod a fenestra per totum triduum non recessit. Tunc mater eius teoclia misit ad thamirum et lugens filiam seductam accusavit humillime sermonem pauli. Cum ergo thamiris uxorem theoclie filiam ancille dominam pro de se videret et eam cum luctu magno vocantes nichil proficerent paulus interim raptus est ad carcerem et tecla secuta est eum quam alii sequentes et quodam affectu ei copulatam videntes seditionem concitant et paulum et teclam ad iudicem tractos vociferantes accusant unde paulus flagellatus de urbe expellitur. Tecla vero incendio iudicata sponte in ignem prosilyt. Sed pluvius ita pluit et terremotus tantus fuit ut imber ignem extingueret et terre motu plurimi morerentur. Tecla igitur se evasit et ad locum ubi cum onesiforo in domo eius absconditus erat latenter devenit. Cum enim paulus iam vi diebus ieiunasset et tunicam suam pro emendis panibus pueris tradidisset vidit eam puer venientem et perduxit eam ad paulum adhuc pro ipsa orantem. Cumque se invicem videntes gaudent. Tecla ad habitum viri tondere se voluit ut paulum liberius sequeretur sed paulus non permisit verens ne ipsa aliqua temptatione subita turbaretur. Iubens ergo honesiforum cum domo sua redire yconium cum tecla in antiochiam profectus est. Vir quidam nomine allexander antiochiensium primus pulcritudine tecle allectus est et cepit paulo plurima polliceri si eam sue traderet voluptati. Cumque paulus nescire se diceret et ille eam publice amplexatus fuisset illa non ferens in urbem yconiorum nobilem se esse dixit et ipsum accipiens ipsius clamidem laniavit et coronam de capite quam portabat excussit. Tunc alexander erubescens quasi sacrilegam iudici presentavit et confitentem se id fecisse ad bestias condempnavit. Tecla autem a iudice optinens ne usque contra bestiam pugnaret eius castitas violaretur tradita est tryfene cuidam diviti femine cuius filia nuper defuncta fuerat ut ab ea intacta servaretur.

Qualiter bestiarum sevitiam fide superavit

Congregatis feris ‖ xlviij Tecla super caveam leene maxime collocatur. Sed leena pedes eius lingente populus hoc videns multum mirabatur. Tunc tryfena rursus eam accepit et filia eius defuncta ei in sompnis apparens ut teclam loco filie custodiret quibus et ipsa pro se defuncta orare admonuit. Cumque tecla pro filia eius orasset sequenti die alexander venit ut teclam ex spectaculo populi et ipse quasi bestias putaret. Sed tryfena ita lugendo contra eum vociferata est ut alexander fugeret. Stratocles igitur ex iussu prefecti cum militibus eam perduxit et tryfena tenens manum eius cum illa perrexit ut sicut ad sepulcrum prosecuta fuerat filiam falconillam ita ut teclam sequeretur ad bestias pugnaturam. Tecla itaque amarissime flens et pro tryfena supplicans conclamante populo et stupentibus feris demum tryfene capi

et bestiis applicatur inter quas predicta
leena currens ad pedes eius recu-
buit et veniente ursum obvians ei
cum impetu strangulavit Rursus quidam
leo ferocissimus Alexandri dimittitur et
obvianti sibi leena ambo dimicantes
fugientes pariter moriuntur Tunc mulieres
flere ceperunt eo quod leenam que Teclam
adiuvabat defunctam viderunt Tecla autem
videns fossam aqua et marinis beluis
impletam signans se et orans licet
cunctis prohibentibus introivit et beluis
super aquam natantibus quedam clara
nebula Teclam texit ita quod nec ab ho-
minibus nuda videri nec a feris contingi
potuit Mulieres autem circumflentes et
ne a beluis voraretur timentes ad eas
diversa aromata iactaverunt et statim
belue odoris habundancia dormierunt
Tunc iratus Alexander permissu iudicis
duos thauros fortissimos quos ha-
bebat protulit et laminas ignitas
cruribus eorum applicans ad eos Teclam
pronam et pedes ligavit Sed sta-
tim flamma funes combussit et fugien-
tibus thauris Tecla soluta remansit
Cumque Triphena hoc videns pre timore semi-
animis in extasim procidisset Alexander
sibi timens proconsulem prostratus ro-
gavit ut Teclam solveret ne forte
Cesar hoc audiens pro Triphena cognata
sua totam civitatem deleret Tecla
itaque sic soluta dimittitur et Triphena
ad clamorem populi suscitata Teclam
amplectens vivis mortuorum se esse
confitetur Cum ergo Tecla Triphenam cum
multis aliis cathecizans apud eam
diebus viii fuisset et desiderans
Paulum videre pro eo quendam tonsuram
et virilem habitum suscepisset cum qui-
busdam iuvenibus ad eum perrexit
qui timuit ne aliqua temptacio acci-
disset Quod illa intelligens ut eum
confortaret baptizatam esse se dixit
et secum Paulo eius hospicium
introivit Dehinc consciencia Pauli
Yconium pergens et defuncto thamiro
matrem vivente inveniens ei quod
divinus predicavit sed cum converti non
posset Tecla insolencia abiens et
multos predicando convertens tandem
in pace quievit **De quibusdam aliis**
Fuerunt etiam / **discipulis Pauli**
discipuli Pauli apostoli alii
plures egregii et illustres

mecalia dei ut Thimoteus cuius vitam
in finis inserere proposui ceteri quoque quorum
gesta ad plenum scripta non repperi sed ex
martirologio breviter sumpta hic inserui
Nam quarto kalendas ianuarii apud Arelate ce-
lebratur natale sancti Trophimi cuius me-
minit Paulus scribens ad Tymotheum
Hic ab eodem apostolo episcopus ordinatus est
prefate urbi primus ob Christi ewangelium predi-
candum directus est De cuius fonte ut papa
Zosimus scribit tota Gallia fidei rivu-
los accepit Item pridie nonas ianuarii natale
beati Titi qui ordinatus a beato Paulo Cre-
tensium episcopus ac predicacionis officium fide-
lissime complens beatum finem adeptus est
ibique sepultus apud Cretam ubi fuerat
dignissime minister constitutus Item xiiii kalendas
marcii natale sancti Onesimi de quo
sanctus Paulus scribit Philemoni Hunc
idem apostolus episcopum ordinavit predicacionis
quoque verbum ei committens apud Ephesiorum
civitatem reliquit hic Romam perductus atque
ibi pro fide Christi lapidatus est et inde
ad locum ubi fuerat ordinatus corpus
eius delatum est Item xiiii kalendas Iunii
Rome sancte Potenciane virginis que post
plurimos agones post multorum martirum
venerabiliter exhibitas sepulturas post
omnes facultates suas pauperibus pro
Christo erogatas tandem ad celos migravit
Ipso die beati Pudentis patris supradicte
virginis qui ab apostolis Christi in baptismo
vestitus innocentie tunicam usque ad
coronam vite immaculatam custodivit
et servavit Item v kalendas Iulii apud Ga-
laciam beati Crescentis discipuli sancti Pau-
li apostoli qui in Gallias transitum faciens
verbo predicacionis multos ad fidem convertit
Rediens vero ad gentem cui specialiter episcopus
fuerat datus Galatas usque ad beatum
finem vite sue in opere domini confortavit
Item xiiii kalendas augusti natale sancti
Epafre qui a beato Paulo Colosis or-
dinatus episcopus clarus virtutibus ibidem
martirii palmam pro ovibus sibi commen-
datis viriliter agone percepit Item
pridie ydus decembris apud Narbonam
natale sancti Pauli confessoris quem
beatus Paulus apostolus ordinatum eidem
urbi destinavit episcopum Cumque tamen
eodem apostolo ad Hispanias predicandi gratia
pergens ibidem relictus est ubi predica-
cionis officio non segniter impleto cla-
rus miraculis coronatus quievit
Hec de principibus ecclesie Petro et Paulo

qui sub Nerone passi sunt ac de eorum di-
scipulis quorum tempora quibus aut mor-
tem sibi illatam sustulerunt aut in pace
quieuerunt nobis incerta sunt. Hic inserere
uoluimus iuxta ad specialem Neronis unde
dicti sunt videamus. Sub hoc passi sunt
sancti Geruasius et Prothasius filii sanctorum
Vitalis et Valerie uxoris eius de quorum
passione primo dicemus. De gestis eius

Passio sanctorum Vitalis et Valerie uxoris eius

Sanctus Vitalis miles
cum Paulino iudice Rauennam
ytalie urbem ingressus cum vide-
ret quendam medicum Vrsum qui post
multa tormenta iussum decollari in
loco qui dicebatur ad palmam quia ar-
bor palme antiqua ibi erat et ille
medicus expauisset exclamauit ad
eum dicens Noli frater Vrsicine medice
qui alios curare consueuisti teipsum eter-
na morte occidere et qui per passiones in-
numeras venisti ad palmam non perdas
coronam tibi a deo preparatam. Quod Vrsicinus
audiens contremuit et penitens pa-
uoris sui martirium libenter accepit. Corpus
autem Vitalis fecit eum honorifice se-
peliri. Et post hec noluit venire ultra
ad Paulinum dominum suum. At ille iratus
tamque ad eum venire contempsit tamque ita
Vrsus erat detectus quia ei Vrsicinum
nolentem sacrificare retraxit iussit
eum in eculeum leuari. Tunc ait ad
eum sanctus Vitalis Stultissimus es
qui me putas decipere qui semper studui
alios liberare. Et ait Paulinus ministris
ducite eum ad palmam. Et si sacrificare
noluerit facite foueam intra donec per-
ueniatis ad aquam eumque supinum de-
ponite et terra ac lapidibus obruen-
tes dimittite. Quod cum factum fuisset
sacerdos Apollinis qui hoc consilium dederat
statim arreptus a demone per dies vii
insaniens in illo loco et clamans di-
cebat Incendis me sancte Vitalis.
Et die vii precipitatus in flumine ex-
spirauit. Valeria autem uxor sancti
Vitalis cum vellet corpus eius aufer-
re a christianis ab ipso vitale [illegible]
prohibita est. Que cum rediret ad Me-
diolanum inuenit homines ydolis i-
molantes. Que cum hortaretur ut
ydolis immolata comederet respondit
Christiana sum. Non licet michi de vestris
sacrificiis manducare. Quod illi au-
dientes tantum eam verberauerunt quod

eam sui homines vix usque Mediolanum
semiuiuam perduxerunt et sic intra tertium diem
migrauit ad dominum. De filiis eorum Gerua-
sio et Prothasio et de sancto Nazario et c.

Post mortem itaque parentum
suorum Geruasius et Prothasius omnia
sua pauperibus erogantes et
familiam suam ingenuam facien-
tes manebant cum sancto Nazario
qui oratorium edificabat et ei Celsus
puer lapides porrigebat. Nazarius
iste filius Affricani iudei matris perpetue
eius bone nobilis Romane femine que a
beato Petro apostolo baptizate cum
esset annorum ix valde mirabatur quod
mater sua legem baptismi et pater
suus legem sabbati sequebatur. Studia
discipline Romane. Cumque eum pater
diligeret et aditum iudeorum trahere
niteretur ne forte postea paganorum
ritibus inhereret intellexit eum sequi
velle Christum et pertinax minus cepit
ei obsistere pretendens ei ea que christianis
ingerebantur genera tormentorum. Sed cum
eum flectere non valeret permittente patre
ad Linum papam cucurrit et ab eo
baptizari se fecit. Cumque constanter
Christum deinceps predicaret timentes ei
parentes rogauerunt ut inde descenderet
ne quoque pro tali confessione suppliciis
interiret. Omnibus annuens vii summarios
plenos de diuiciis parentum assumpsit
et per singulas ciuitates ytalie eas pau-
peribus erogans decimo anno discessio-
nis sue a Roma ad urbem Placentinam
deinde ad Mediolanum deuenit ubi pre-
dicans et christianos inquirens inuenit
Geruasium et Prothasium sub Anolino
prefecto custodie mancipatos quos
licet diu ut potest quospiam tormentis
afficeret quia se eos a suo proposito
per diuturna carceris maceratione re-
uocare putabat. Audito autem quod
Nazarius predictos martires animaret ci-
to ad presidem pertrahitur et in confessione
Christi perdurans fustibus verberatur
et sic urbe pulsus dum de loco
in locum pergeret apparente sibi matre
que iam obierat ab ea monitus est
ut causa predicandi ad Gallias pro-
peraret. Cumque venisset ad urbem
Gallie que dicitur Gemellus baptiza-
tis ab eo plurimis matrona quedam
nobilis Celsum filium suum ei detulit
rogans ut baptizatum instrueret

et sciam deduceret. Quod audiens de-
narbas preses galliarum cum cum celso pue-
ro vinctis vero manibus et cathenis astrin-
tis incarcerari retrusit ut eos in crastino
tormentaret. Tunc uxor sua misit ad
eum detestans iudicium dolo plenum
ne innocentes occideret et deos impoten-
tes vindicare presumeret. Quibus verbis
correptus preses sanctos absolvit sed ne
ibi predicare presumerent imparavit (?)

De constancia sanctorum nazarii et celsi coram nerone. liii

Exeuns inde venit ad urbem treverensem
et ibi primus xpistum predicans
et multos convertens ecclesiam ibi fundavit
et consecravit. Sed cornelius vicarius
hec neroni scriptis suis intimavit ne-
roni. At ille misit centum milites cum
aliis militibus ut quererent eum et sibi
adducerent puniendum. Qui in predicta
ecclesia invenientes ad neronem vinctum
ducebant et celsum puerum plorantem
alapis cedentes ut sequeretur urgebant.
Quos cum nero vidisset iussit eos reclu-
di donec eos excogitatis suppliciis con-
summaret. Et cum ad capiendas feras
venatores misisset subito ferarum mul-
titudo viridarium neronis irrupit et mul-
tos armigerorum eius occidens alios
laceravit intantum ut nero turbatus diffu-
geret et vulnerato pede vix ad pala-
cium perveniret. Cumque vulneris dolore de-
tineretur tandem nazarii meminit et pu-
tavit deos iratos quia eum vivere tam
diu permisit. Statim nazarius ante
eum. Et videns nero faciem eius
instar solis putans fantastice se de-
ludi iussit ut deos adoraret ne hor-
renda morte consumptus omnibus aliis
in exemplum veniret. Adductus igitur
ad templum impetravit ab omnibus ut
exirent et facta eo oratione omnia ydola
confracta sunt. Quod cum audiret autem nerone
quod nazarius in templo fecerit suasum
est quod magicis artibus ydola confre-
gisset. Hiis auditis eductus de templo
in carcerem reclusus et sequenti die in
mari precipitari iubetur imperante nau-
tis nerone ut si forte evaderet consequentes
eum igni comburerent et cineres eius
in mare spargerent. Nazarius ergo cum
celso puero sublati in navem cum venis-
sent in medio pelagi iactantur in aquam
et statim mari pacato circa eos cum
in mensa tempestas desperantes nautas
opprimeret et quilibet eorum peccati in stos (?)
flagicii peniteret. Ecce nazarius hilari
facie cum celso puero super aquas appa-
ruit. Et cum renunciassent ydolis ad eos
in navem ascendit et sedato mari ad
urbem genuensem cum eis pervenit.

De passione omnium quatuor predictorum sanctorum. liiij

Nazarius vero et celsus postquam ibi
predicavit mediolanum ad sanctos
gervasium et prothasium quos ibi re-
liquerant redierunt. Quod cum anolinus
audisset eum remanente celso in domo
cuiusdam matrone in exilium duxit et hec
ipsi neroni per literas intimavit. Nazarius
vero romam venit et patrem suum iam se-
nem et dampnum inveniens quomodo quesivit
fuit inquisivit. At ille vidit petrum apostolum
sibi apparuisse et ut sequeretur precedentes
se ad xpistum uxorem et filium monuisse.
Hic ergo nazarius xpistum ibi predicans in-
nis et uberibus ... anelino (?)
predicti putatur eductus quod extra urbem
occulte per ipsum cum celso decollatur. Corpus
cum dum in ortis suis posuissent ipsa
nocte apparentes cuidam nomine cera-
cio dixerunt ei ut eos in domo sua ne-
ronem perfugiens sepeliret. Quibus ille
Rogo dum sanate filiam meam pali-
ticam. Constans inquiunt esto quod sana-
bitur. Surgens ergo et filiam suam sanam
inveniens cum ipsa uxore sua perrexit
et sanctos sicut premonuerant sepelivit.
Et post longum tempus deus eos sancto
ambrosio revelavit. Nam nazarium re-
periens quasi eadem hora sepultum miro
odore fragrante integrum et incorru-
ptum cum capillis capitis et barba ad
urbem in ecclesiam apostolorum transtulit et ibi
honorifice tumulavit. Veniente autem
astasio comite occurrerunt ei templorum
pontifices gervasium et prothasium accusan-
tes. Cum ergo in presencia eius sisterentur horta-
tus est eos ad sacrificandum. Sed cum
gervasius omnino contra videret tam diu plum-
batis cesus est donec spiritum exalaret. Quo
mortuo iussit adesse prothasium monens
eum ne silencium sortiretur interitum. At ille
renuens fustibus ceditur et adhuc in eodem
proposito permanens decollatur. Quos quidam
philippus cum filio suo sepelivit et deus
eos beato ambrosio circa annum domini CCC
lxxxvij revelavit. Ex gestis eorum

Passio sanctorum processi et martiniani. liiij

Sed et cum post mortem symonis magi petrus et paulus in uno carcere conclusi essent et omnes ad se venientes a variis infirmitatibus liberarent processus et martinianus milites custodiebant eos et videntes miracula eorum dixerunt eis Dux noster quod nero imperator vos tradidit oblivioni Jam enim ix menses sunt quod in custodia estis Rogamus ergo vos ut nos baptisetis et liberi abeatis Tunc baptisati sunt C xl vii qui erant in carcere et sic exierunt inde petrus et paulus Petrus autem venit ad portam appiam Et cum demolitam haberet tibiam de compedibus cecidit ei fasciola ante septem Procedens autem vidit dominum ihesum quem cognoscens dixit ei Domine quo vadis Et dominus Romam redio iterum crucifigi Tu autem redi romam Et rediit petrus romam Paulinus vero magister officiorum audiens processum et martinianum esse christianos iussit et tenuit eos et in carcerem retrusit Sequenti die cum ei assisterent monuit eos multis modis ut sacrificiis consentirent Sed cum monitis eius penitus obviarent iussit os eorum lapidibus tundi et in eculeis suspensos nervis attrahi et fustibus cedi et eorum latera flammis uri Et cum gaudentes psallerent et ille iussisset eos scorpionibus castigari ipse unum oculum perdidit et reclusis in carcerem sanctis ipse post triduum arreptus a demone exspiravit Tunc filius eius pompinus intimavit cesario prefecto et ille neroni Nero autem iussit eos velociter decollari Ex gestis eius

Passio sancti tymothei et apol. lv

Sub nerone quoque tymotheus lampadio preside putatus cum sacrificare nollet et torqueretur continue calx viva et acetum plagis eius infigitur At ille gratias agebat quasi nil paciens Virginius autem de astantibus nomine apollinaris vidit duos angelos stantes ad latera eius dicentes ei Confortare tymothee quia missi sumus ad te ut videas que aguntur in celis Erige caput tuum et vide Et aspiciens vidit celos apertos et ihesum sedentem ad dexteram patris coronam tenentem ex gemmis et dicentem sibi Tymothee hec corona tibi parata est et accipies eam die tercia de manibus meis Et post hec angeli confortantes eum abierunt Apollinaris vero hec videns et audiens cadit ad pedes eius rogans ut pro se oraret eo quod hec vidisset Tunc preses confusus cum in os apollinaris plumbum bulliens fudisset factum est frigidum tamquam glacies quo miraculo cum multi crederent missi sunt tymotheus et apollinaris in carcerem ut excogitatis suppliciis deperirent At illos plurimi sunt secuti et in eadem nocte amando presbitero baptizantur Apollinaris autem cum baptizaretur vidit celos apertos et angelum dei dicentem sibi audientibus cunctis Beatus es apollinaris et qui tecum baptizantur quia cives in celo suscipientur Altera igitur die omnes qui crediderant presidi statuuntur et nolentes sacrificare pariter decollantur Sequenti die tymotheus et apollinaris contradicentes presidi capite puniuntur Statim autem iaculus igneus de celo cadens dextrum humerum presidis introivit et plenus a demonio captus mala morte vitam finivit Victor etc.

De quibusdam aliis sub nerone passis

Quidam etiam alii sub nerone passi sunt lvi quorum gesta ad plenum non repperi sed ex martirologio abbreviata accepi Nam pridie ydus marcii celebratur rome natalis sanctorum martirum xlvii qui baptisati sunt a beato paulo apostolo cum teneretur in custodia mamertina cum coapostolo suo paulo ubi ix menses detenti sunt Qui omnes devotissima fidei confessione neroniano gladio consumpti sunt Item viii kal. Junii In tuscia sancti torpetis martiris qui primo in officio neronis magnus fuit Sed postea pro fide christi iubente eodem cesare alapis ceditur verberibus durissime afficitur ac bestiis devorandus traditur sed minime leditur Tandem non de collacione martirium suum iii° kal. mai complevit sed tunc eius festivitas celebratur quando recolitur Item apud miteriam natalis sanctorum martirum felicis et constancie qui sub nerone passi sunt Sanctus quoque marcus ewangelista passus est et mortuus octavo neronis anno ut dicit Jeronimus in libro de illustribus viris Ex gestis eius

Sequitur de gestis sancti marci ewangeliste lvii Capitulum

Hic primus in tota egipti regione
et in libia predicavit Cum Cum
autem venisset alexandriam mox
ut urbem ingressus est calciamentum
eius disruptum est Quod ipse intelli-
gens ait Vere iter meum expeditum est
Quemdam vero conspiciens qui suere vete-
ra solitus erat calciamentum tra-
didit corrigendum Qui cum hoc faceret
sinistram manum vulneravit et excla-
mavit unus deus Audiens marcus
quod ille dixerat unus deus ait intra se ga-
udens prosperum fecit deus iter meum
Et conspuens in terram linivit manum
viri dicens In nomine ihesu christi filii dei
Et confestim sanata est manus eius
Qui considerans tantam viri potenciam
et ubi eius efficaciam ac vite continen-
ciam rogavit eum et coegit ut de-
clinaret in domum eius et comederet
panem Ingressus autem marcus bene-
dixit domum eius et orans et ewan-
gelizavit illi ihesum Credidit ergo ille
et domus eius et magna multitudo
loci illius marco docente et signa
ac prodigia faciente Audientes autem
viri civitatis quod galileus quidam
illuc venisset qui deorum sacrificia de-
strueret et eorum cerimonias prohiberet
querebant eum interficere ponentes ei
insidias Qui agnoscens eorum consilia
ordinavit ibi episcopum prefatum hospitem
suum nomine amanum et presbiteros et cle-
ricos perrexit que penthapolim Ibi
commoratus duobus annis confortatis fra-
tribus et ordinatis episcopis et clericis
per regiones illas alexandriam redyt
ubi fratres repperit confortatos in gratia et
ecclesiam ab eis constructam in loco qui
vocatur bucculi id est bubulci iuxta mare
sub rupibus Cognoscentes autem prophani
istum advenisse repleti sunt livore
pro miraculis que eum facere audierant
fremebant que dentibus in spectaculis
ydolorum suorum **De passione eiusdem**

Factum est autem ut **lviii**
paschalis nostra festivitas occur-
reret viii kal. may quo tempore
serapiaca eorum agebatur celebritas
Habita igitur oportunitate adunati insidia-
tores pariter diriguntur qui repperiunt
eum ordinis oblacionem divine maiestati
sanctissime celebrantem iniecerunt que fu-
nem in collo eius et trahentes dicebant
Trahamus bubalum ad locum bucculi.

Qui cum traheretur christo gratias agebat quod
pro nomine eius dignus habitus erat Erant
que carnes eius defluentes in terram et
saxa inficiebantur sanguine eius Cumque
vespere factum fuisset miserunt eum in carcerem
usque dum pertractarent qua eum morte dis-
perderent Circa mediam vero noctem clausis
hostiis et custodibus ante fores dormi-
entibus terre motus factus est magnus et
angelus domini descendens tetigit eum
dicens famule dei marce propagator
sanctissimorum per egiptum doctorum ecce nomen
tuum in libro vite celestis ascriptum est
socians que sanctis eorum superna virtutum que
in celis spiritum tuum suscipient Tunc beatus
marcus gratias egit domino ihesu christo Cum-
que ipse venit ad eum in eo habitu et for-
ma qua fuerat cum discipulis suis antequam
pateretur et ait Pax tibi marce Deinde
abiit Mane autem facto exientes eum de
custodia miserunt iterum funem in collo eius
et trahebant eum dicentes Trahite
bubalum ad locum bucculi Qui cum traheretur
gratias agens deo ait In manus tuas do-
mine commendo spiritum meum Hec dicens tradidit
spiritum Inmanis autem multitudo gentilium
ignem succendentes voluerunt reliquias
sanctas comburere Tunc providencia dei vali-
da tempestas exorta est et procella venti
vehemens facta est Sol quoque subtraxit
radios suos et tonitrua immania fuerunt
ymbres que pluvie manantes usque ad vesperam
ita ut plurima multorum corruerent et
plurimi morerentur Quod videntes custo-
des metuentes dimiserunt sanctum corpus
et fugierunt Viri autem religiosi colle-
gerunt illud et detulerunt ubi orationes
soliti erant domino celebrare Dormivit
autem beatus marcus primus domini nostri ihesu
christi martir aput alexandriam egipti
Hugo floriacensis **De causa et principio**

Per id **eversionis ierusalem** **lix**
tempus festo iudee procuratori
successit albinus et albino
florus qui prius berenice regis agri-
ppe sorori que ad templum religionis
causa venerat honorabiles viros ihero-
solimis die sollempni flagellis verberavit
et patibulis subfixit ut iudeorum per-
naciam hac contumelia adnichilaret
Quod non ferentes iudei contra romanos
rebellare ceperunt Ad quos doman-
dos mittitur a cesare vespasianus magister
milicie romanorum tytum filium suum maio-
rem hiis inter legatos Nam cesar nero

iure militantem nichil audebat deliquis lu-
xu lascivia que resolutus. Eusebius in historia
ecclesiastica libro iio. Josephus non scribens quante
clades iudeorum genti perpetrarint postmodum
piram inseditiosos iudeorum atrocissima
refert gesta fuisse seviciam ita ut
etiam illi qui per urbes singulas admixti
gentibus commanebant inhostium numero
computarent. Et videns impletas esse
inhumanis corporibus civitates mortuos
simul cum parvulis ulla senes feminarum
absque ulla sexus reverencia nudata in
publico reiectaque cadavera atque omni-
um perniciem in omnibus malis restantem
Sed tam diro hic et tam atroci spec-
taculo multo amplius eos futurorum et per
dies augencium malorum metus et for-
mido terrebat. Josephus de bello iudaico
libro vii°. Certa quoque prodigia futuram
iudeorum solitudinem prenunciancia pre-
cesserunt. Nam super civitatem sidus ste-
tit gladio simile et per annum perseve-
ravit cometes. Et viii° die aprilis
ad festum azimorum populo conveniente hora
ix noctis circa aram et circa templum
tantum lumen effulsit ut clarissimus
dies putaretur. Et hoc usque hora ad di-
midiam permansit. Eodem quoque festo
die cum ad hostiam duceretur bos agnum
in medio phano peperit. Sed et orien-
talis porta templi cum esset enea
atque gravissima et post multi die vix
a xx hominibus clauderetur seris que fer-
reis obseraretur pessulos que altos
haberet in saxeum limen dimissos uno
petrio lapide fabricatum visa est hora
noctis vi sponte patescere. Hiis autem
custodes templi nuntiatum nunciat
accendit ille vix que eam potuit claudere.
Sed hec nostra imperitis bonum augurium
esse videbantur. prudencioribus non ma-
li futuri. Porro hec ante solis occasum
visi sunt per omne siti currus totis
regionibus et armate acies discurrere.
Die autem festo penthecostes nocte sacer-
dotes interiorem templum more suo
ad divinas res celebrandas ingressi
primum quendam motum quendam ac strepitum
senserunt. Postea vero subitam vocem
audierunt que diceret migremus hinc.

De iesu filio anani sequitur. lxx

Iesus etiam quidam filius anani ple-
beius et rusticus quadriennio antequam
bellum gereretur in summa pace civitatis
atque opulencia cum ad diem festum

venisset exclamare cepit vox ab ori-
ente vox ab occidente vox a iiii^or ventis vox in iherusalem
et templum vox in omnem hunc populum.
Et hoc interdiu noctuque per omnes vicos
civitatis clamitans circuibat. Ro-
mulli autem virorum insignium adversum
omen indignum ferentes hominem corri-
puerunt et multis verberibus affecerunt.
Ille tamen eadem que prius vociferans
perseverabat. ductus que ad presidem romanum
atque ibi plagis usque ad ossa laceratus
nec supplex fuit neque lacrimavit. sed
ut poterat inclinans maxime flebili
vocem ad singulos ictus ut poterat
~~inclinans maxime flebili voce ad~~
~~singulos ictus~~ Fundebat. Ve ve iherusalem.
Presecto autem interroganti quis esset aut
cur ista diceret nichil retulit nec cessavit
ululatu misereri civitatis donec eum presses
furere iudicatum dimisit. Ille autem
usque belli tempus vociferans non impe-
ratus est unquam cum iudeis singulos
multabat. nec verberanti conviciabatur
nec victum offerentibus benedicebat. Sed
sola nusio ad omnes erat triste presagium
maxime autem diebus festis vocifera-
batur. idque per annos vii et v menses
continuos faciens in voce sua nec raucior
inqua laboravit donec obsidionis
tempore ipsa re perspectis auguriis
requievit. Supra murum enim circuiens
Iterum ve ve civitati et populo et phano
voce magna clamabat. Cum autem ad
extremum addidisset ve et mihi lapis
tormento missus eum statim peremit
etiam que adhuc illa omnia lugentem
dimisit. Eusebius in historia ecclesiastica
libro secundo. De ultima dispersione
apostolorum ceterorum que discipulorum. lxi

Igitur xl annis post admissum piaculum
impiorum iudeorum pena dilata est in quibus
apostoli omnes precipue tamen Jacobus fra-
ter domini iherusalem episcopus constitutus indesinenter
populum commisisse impietatem divine mone-
bat si forte possent penitere per scele-
re et ultrices flammas [illegible] lacrimarum ubertate
restinguere. [illegible] Cumque debitis cla-
dibus urgerentur [illegible] sancti apostoli domini
ceterique discipuli ad predicandum verbum
dei per singulas quasque orbis terre
provincias dividuntur. Thomas sicut nobis
traditur sortitus est parthos. Matheus
ethiopiam. Bartholomeus indiam citeriorem.
Andreas scithiam. Johannes asiam ubi
apud ephesum commoratus est et defunctus

Petrus ponto galacia bitinie capado-
cia(m) cetas q(ue) (con)fines p(ro)vincias iudeis
du(m)taxat p(re)dicans transisse dep(re)hendit(ur)
et ad ultimu(m) in urbe roma (com)moratus
ibi etiam crucifixus (et) deorsu(m) capite
dimisso Quod ip(s)e ita fieri dep(re)catus
est ne (com)equari d(omi)no videret(ur) De pau-
lo aut(em) quid dicam qui ab ier(usa)l(e)m usq(ue) ad
illiricu(m) replevit ewa(n)g(eliu)m (et) ad ultimu(m) sub
nerone martiriu(m) duxit Hec itaq(ue) p(er) ordi-
nem in t(er)tio lib(ro) (ex)planacionu(m) genes(is) Ori-
genes (ex)posuit Ecclesia quoq(ue) q(ue) i(n) ier(oso)li(mi)s
fuit (con)gregata iussu adeo accepto e-
migrare iubet(ur) et t(ra)nsire ad oppidu(m) q(uo)-
dam pellam nomine t(ra)nsiordane quo
ablatis ex urbe s(an)c(t)is et iustis viris
vindicte celesti fieret locus tam de urbe
sacrilega quam de p(o)p(u)lo impio p(er)ditu(m)
p(er)ire ultioneq(ue) sumere de Lector De ge-
stis petri et pauli et b(ea)ti marci iam
supra diximus nu(n)c de rebus s(i)monem(?)
ordiam(ur) Ex gestis eius Degimur(?)

De adventu sancti thome in andropolim

Thomas igit(ur) qui et || (di)-
didimus cum esset apud cesarea(m)
apparuit ei d(omi)n(u)s ih(esu)s dicens
ei Rex indor(um) gundoforus
misit p(re)positum suu(m) ad syriam querere
hominem architectorica eruditu(m) Vade
cum eo quia ego tecum sum Et cu(m)
indos in acquisier(is) cum corona mi(hi) venies
ad me Cui Thomas deus meus es tu Et
ego servus tuus sum fiat voluntas tua
Hec eo dicente p(re)positus ille no(m)i(n)e albanes
descendens de navi deambulabat in(ter)-
mare in foro rerum venaliu(m) D(omi)n(u)s aut(em)
accessit ad eum et ait Quid (com)paras mus(?)
omnibus Cui ille d(omi)n(u)s meus misit
me huc ut (con)ducam artifices qui romano
ope(re) sibi palaciu(m) (con)struant Cui d(omi)n(u)s
habeo inquit servu(m) mechanicu(m) fidele(m) et ydo-
neum quem ad civitates diversas iam
misi et quidquid laborat labor(um) suor(um)
in mercedem apportat hunc ergo tecum mitto
ut (com)pletis omnib(us) cum feceris ad me
cum honore reverte[...]are Q(uo)d ille
audiens gavisus [...] est valde et
quot(?) d(omi)n(u)s thomam [...] tradidit eu(m) in
manum albanes et abscessit et cu(m) na-
vigarent ait albanes ad thoma(m) Q(ui)d
scis potes de artibus hiis Cui iudit(?)
tollere fundamenta que nu(m)q(uam) vetustate
(com)miserit(?) Extrinsecus(?) pictes qui nu(m)q(uam) corruunt facio
ecclesias et fenestras et ergo fabri-
cas om(n)ia q(ue) q(uod) instructura necessaria e(st)

possit Ego facio et q(uan)tos in dare volue-
ris discipulos ego docebo Cui videt alba-
nes magnus est vir iste qui tales habet
servos et melior q(ua)m vis rege Cui thomas
filius dimicas regis (et) qui tenet imp(er)iu(m)
p(at)ris eius in motibus sup(er)ius ubi hostis
introire nu(m)q(uam) p(otes)t ubi nullus penitus in-
venit(ur) in finibus illius aliquo indigens
Cu(m) h(ec) et h(uius)m(od)i similia loquer(etur) plenus veritatis
sp(irit)u septimo die tenuit civitate(m) androno-
polim cuius rex filia(m) suam nuptui tra-
debat p(re)cones quoq(ue) p(er) civitate(m) clama-
bant ut om(ne)s interessent imp(er)iali et re-
gali (con)vivio divites paup(er)es nobiles ignobi(les)
cives et p(er)egrini et quicu(m)q(ue) n(on) venire(n)t
regem offenderent Qualit(er) cu(m) canta-
trix in (con)vivio manifestavit lxiii

Contigit ergo albanem cum thoma
introisse (con)viviu(m) Interea cantatrix
cu(m) tibia circuibat et circa singulos
unicuiq(ue) laudem canebat Et ubi venit
ad thomam diucius inmorata (et) stupens
hominem n(on) manducante(m) nec bibente(m)
sed oculos ad celum fixos habentem
Intellexitq(ue) hunc hebreum esse et dis-
celi orare Erat enim et ipsa hebrea et
cepit hebraice canere Unus est deus
hebreor(um) qui creavit omnia ipse fecit
celum et terram et fundavit maria Can-
dens h(ec) Ap(osto)lus plus orabat et atten-
cius hebream puella(m) v(er)ba veritatis
canente eade(m) repete(re) admonebat Tunc
pincerna intercipiens ap(osto)lum q(uia) neq(ue) man-
ducaret neq(ue) biberet palma(m) dedit in
faciem eius Cui dixit Ap(osto)lus Melius
est ut tibi iniuria s(e)c(u)lo detur indul-
gencia ubi nullus plage finis occurrit
Ista aut(em) tibi reddetur ut tu ip(s)e interas
manus vero que me p(er)cussit canibus
rosa h(uc) apportet(ur) h(oc) aut(em) hebraico sermone
dixit nullusq(ue) (ex)cepta puella hebrea
intellexit Pincerna igit(ur) egressus (et) ut aq(uam)
deferret a fonte Quem leo invasit et
bibens sanguinem eius abiit Canes vero
comederunt membra eius Abiit e quibus
unus niger canis dextram manu(m) eius
in ore suo ferens in medio (con)vivii appor-
tavit Quod videntes (con)vive stupuerunt
Ipsa aut(em) cantatrix iactavit tibias suas
et currens cepit osculari pedes ap(osto)li
et dicere omnib(us) h(ic) homo aut p(ro)ph(et)a aut
ap(osto)lus dei (et) v(er)itam q(uam) hora dedit pin-
cerna palmam in faciem eius dixit hebra-
ice h(ec) q(ue) ei evenerunt De filia regis et eius
sponso quos ad fide(m) et castitate(m) (con)vertit lxiiii

Cum ergo descriptum hominem rex inquireret
et quis cecinisset audiret fecit ad
se vocari apostolum rogauitque eum ut
benediceret filiam suam vna cum sponso suo
Cum ingressus cum rege thalamum posuit
manum super capita amborum et ait Deus
abraham ysaac et iacob benedicat adole
scentulos istos et semine vite eterne semina
in mentibus eorum Post hec cum sponsus
deduceret apostolum ramus palme plenus
dactilis in manu ipsius apparuit et gaudens
intro tulit ad sponsam suam dedit
que ei et gustauit de fructu eius Cumque
gustassent ambo subito soporati somp
nium viderunt huiusmodi quod quasi rex gem
matus in medio eorum stans amplecteretur
vtrosque dicens Apostolus meus benedixit
vos ut eterne vite participes efficiamini
Euigilantes autem cum sibi hec narrarent
que viderant et apparuit eis thomas
dicens Rex meus vobis in visione locutus
est et me hic clausis ianuis introduxit
ut benedictio mea super vos fructificet
habetis enim integritatem que est regina
omnium virtutum et fructus salutis perpetue
virginitas soror est angelorum victoria
libidinum et omnium bonorum possessio Cumque
hec et alia que ab apostolo dicebantur gra
tanter audissent baptismatis vnda sanc
tificans eos nauigauit Post hec iussit
vnum ex discipulis suis ut in eadem ciui
tate quod presens ordinaret ecclesiam In
qua multus populus deo acquisitus est et
est ibi sedes thome apostoli et fides ka
tholica usque hodie Ipse autem puer
dyonisius nomine factus episcopus sponsam
suam nomine pelagiam sacro velamine
consecrauit Que post obitum eius duplex
martirium ipse tenuit vnum quia virum
terrenum contempsit alium quia sacrificare
ydolis noluit et hiis duabus coronis
suam decollationis accepit De pala
cio spirituali quod indie regi construxit

Cum autem venisset apostolus || Cor
Gundoforum indie ciuitatem in
gressus albanes ad regem intro
auit eum Rex autem ut vidit eum ait
illi dic mihi quo ordine potes hoc pa
lacium instruere Thomas autem apprehensa
harundine metiri cepit et dicere primo
paulinum secundo salutatorium Tercio
consistorium Quarto triconium re Rex
ait considerabis autem vere artifex es et
decet te regibus ministrare Relin
quens autem illi pecunias infinitas
abiit Apostolus autem cepit circumire prouin
cias ciuitates et predicare verbum dei ba
ptisare credentes habundanter largiri
dona pauperibus Bienniumque peractum quo rex
gundoforus absens fuit in inabile
duo populum acquisiuit clericos ordinauit
ecclesias fabricauit Cum autem venisset
rex et quod factum erat deprehendisset
iussit apostolum simul cum albane ferro
vinctos in yma carcerum trudi et quia
frater ipsius regis in infirmitate vite
languebat interfectionem eorum distulit
Cum ergo cogitaret eos viuos excoriare
et sic flammis tradere moritur frater eius
nomine gad et factus est luctus intol
lerabilis Cumque bisso et purpura
et gemmis regalibus ornassent corpus
iussit ex purpureis lapidibus memo
riam construi ipsumque in labio purpureo
poni Et dum moras sepulture eius
traherent ipse quarta die hora prima
surrexit Omnibusque admiratione in
pauorem et silentium conuersis ait regi
Audi frater Iste homo quem dispo
nebas excoriare et incendere amicus
dei est et omnes angeli famulantur ei
Nam anima mea ab angelis in celum duc
ta est et ostensum est michi ab eis pala
cium quod ille tibi fabricauit eo ordi
ne quo tibi instructurum se disposuit
Ego autem considerans eius pulcritudinem
dixi utinam possim meo hostiarius
fieri Ridentes angeli dixerunt frater
tuus indignum se illo fecit Si vis
tuo mane rogamus pro te dominum ihesum
christum et iubet te resuscitari Vade ergo
et vendat tibi illud frater tuus ut re
cipiat pecunias quas se estimat per
didisse Hec dicens cepit ire festinanter
ad carcerem Ingressus que iussit se ad
pedes apostoli plorans et postulans
sibi suo veniam et abiectis statim
vinculis eduxit eum decoratum Eum
egredienti occurrit rex qui et ipse
aduolutus pedibus eius veniam
postulabat Dixit ei Apostolus Multa
vobis prestitit dominus meus ihesus christus
ut ostenderet vobis secreta sua Estote et
prouincie vestre et ciuitates ecclesiis ple
ne sunt parati igitur estote ut sanctificemini
et loti aqua fontis eterni regni perpe
tui participes efficiamini Dixit ei frater
palacium quod fratri meo fabricasti conspe
xi et petentibus angelis dei ut illud
emerem merui Cum thomas hec impetrate

sunt tm est Cui rex ait Quod michi
fabricatum est credo meum erit tibi
vero fabricet alteri aplus Et si non
potuit aliud fabricare illud unum
ambobus sufficiet Ait aplus hec vos
scire volo quod in numerabilia in celo sunt
palacia in saniecta que precio fidei co
paut Cum ergo crevisset fama apli per
indos venit ad eum multitudo cum va
riis egritudinibus laborantibus quos ob
in unum congregari aplus sapiens
ipse in medio eorum stans et manus
suas ad celos expandens orauit pro
eis Et cum alii qui iam docti erant
audissent venit coruscacio super eos
ita ut omnes se putarent ictu fulgoris
interisse Iacuerunt autem prostrati simul
cum aplo per mediam fere horam
Surgens autem se aplus clamauit
dicens omnibus Surgite quia dominus meus
ihesus xpus sicut fulgur venit et
ipse nos sanauit Cum omnes exsur
gentes sani glorificabant deum
Ascendens autem aplus super petram
ut a cunctis videri posset facto silencio
docuit eos viam salutis Baptisati que
sunt vii virorum exceptis multitudinibus
et paruulis De aduentu eius in superiorem
indiam ubi pro xpisto passus est Rom

Profectus est autem aplus ad super
iorem indiam pro reuelacionem et
ad opinionem eius omnes populi
festinabant videntes quoque signa
et prodigia que faciebat predicacionem
eius contempnere non poterant Carisius
autem regis migdei cognatus iratus
contra aplum propter vxorem suam mig
doniam que doctrine illius adherebat
impetrauit a rege ipso ut teneri aplus
mitteretur in carcerem Et tandem eodem cari
sio regem instigante cum eum Rex
iussit lamminas ferreas igniri et precepit
extallari aplum ut nudis pedibus super
stans hec dolore deficeret Statim quoque
prorupit aqua et extincte sunt lam
mas Et ait aplus hec non propter me set
propter te fecit dominus ut vel sic credas
Dicit ei carisius Iube eum in forna
cem cinam mitti Quod cum sic iussisset
rex tunc vltra tale non potuerunt
unde aplus altera die egressus est in
columis Tunc carisius dixit regi
fac illum sacrificare deo soli et ira

incurrit dei sui qui liberat eum ab hiis
que inferuntur ei Erat autem statua solis
facta ex auro habens quadrigam equorum
auream et currum habens effusum quasi
cursu rapido agebatur ad celos Intro
duxerunt ergo aplum in templum ducentes
choros ritu suo et virgines cantantes
cum liris et tibiis et timpanis et cim
balis Et cum introisset ait ad simulacrum
Adiuro te demon qui in isto simulacro
lates in nomine domini ihesu xpi quem iudei
crucifixerunt ut exeas et stes ante me
Egressus demon stetit ante eum ita ut solus
aplus videret eum Et dixit ei Ego colo deo
colo dominum ihesum xpum Nox autem ut posuero
genua mea in terra et dixero tibi ut con
fringas ydolum non solum istud simulacrum
comminue sed templum ipsum cum te Dicit ei
demon Rogo te aple dei ne me relegas
in abyssum permitte me et omnes istos inter
ficio Cui aplus Impero tibi In nomine domini
ihesu xpi ut nulli homini noceas vel hoc
solum simulacrum mox ut genua mea fle
xero comminuas loquebatur autem aplus
hebraice cum demonis illius sciebat quid
vel cui loquetur Dicit ei rex non faciam arti
as tuas tendi si non adoraueris et sacrifica
ueris deo soli Ait aplus Ecce adoro sed
non ydolum Adoro autem dominum meum ihesum
xpum in cuius nomine impero tibi demon qui
in eo lates ut nemini ledens metallum
simulacri comminuas Statim quoque sicut cera in
ignem posita ita liquefactum est ydolum et
resolutum Tunc omnes sacerdotes mugitum
leuauerunt Pontifex autem templi eleuans
gladium transuerberauit aplum dicens Ego
vindicabo iniurias dei mei Rex autem
fugit cum carisio Et facta est grandis
sedicio maior quam pars populi clamat pro
aplo ita ut pontificem qui eum percussit
quererent ut viuus incenderetur Corpus
autem apli cum honore et laudibus trans
latum est ad ecclesiam ubi et signa magna
ac prodigia facta sunt Post hec supplican
tes siri ab allexandro imperatore romano
veniente victore de perside xerse rege
deuicto impetrauerunt hec ut mitterent ad
regulos indorum et redderent defunctum
ciuibus Sicque translatum est de india corpus
apli et positum in ciuitate edissa in
loculo argenteo In qua ciuitate nullus
hereticus potest viuere nullus iudeus nullus ydo
lorum cultor Sed nec barbari eam alii

invadere potuerunt. Ex quo Abagarus
rex eiusdem civitatis meruit manu sal
vatoris scriptam accipere. Hanc enim legit
infans baptizatus stans supra portam
civitatis si quando gens aliqua venit
contra eam et eadem die aut pacantur
barbari aut fugiunt tam scriptis salva
toris quam orationibus apostoli. Ex gestis eius

De gestis sancti Andree in Mirmidonia

Andreas vero apostolus post lxvii
dispersionem apostolorum Achaiam pro
vinciam verbum domini predicare so
ritus est. Matheus autem civitatem tunc et
ipse in Mirmidonensi urbe verbum salutis
annuntiaret incole civitatis indigne feren
tes ac sua templa destrui nolentes
ipsum comprehensum crudeliter oculis eruunt
et cathenis munitum detruserunt in
impositis diebus paucis interficerent.
Venit autem angelus domini ad Andream dicens
Surge et vade in Mirmidoniam civitatem
et erue fratrem tuum Matheum de squalore
carceris quo tenetur. Qui navigio illuc
pergens ut vidit Matheum in squalore car
ceris cum aliis vinctis residentem ama
rissime flevit. Et oratione simul facta ait
Andreas Domine Ihesu Christe quem fideliter pre
dicamus et obeimus nomine tanta preferimus
aperi quesumus oculos servi tui ut eat ad
annuntiandum verbum tuum. Et statim lo
cus ille contremuit et lux magna in car
cere refulsit. Oculi quoque beati Mathei
restaurati sunt. Sed et cunctorum cathene
relaxate sunt et nervum in quo pedes
eorum cohartati erant scissus est et omnes
deum magnificaverunt. Cunctique per tum An
dream decenter abierunt quisque ad propria.
Puer quidam Sostratus nomine, bonus
venit ad apostolum secretius dicens Ora pro
me domine ne innocens occidar quia mater
mea me iugiter infestatur ut ei consentiam
Sed quia ego execratus refugio illa
felle commota abiit ad proconsulem ut crimen
suum in me transferat. Et scio quia accusatus
non rundebo quia satius duco vitam
amittere quam crimen matris detegere. Illo
loquente venerunt ministri proconsulis ac
cersientes eum. Mater in instanti accusa
bat eum dicens. Hic domine proconsul oblitus
amore pietatis affatus stupris me im
pudenter compellavit unde ne ab eo
violarer me eripere potui. Interrogatus
puer a proconsule si hec vera essent ta
cuit. Iterum atque iterum interrogatus ab eo
non rundit. Tunc proconsul habuit consilium
cum suis quid ageret. Apostolus autem inlicem
arguere cepit quod incestum agere stuprum
volens ipsum sibi vinceret libidine inflamma
te prodere non timuit. At illa ad proconsulem
ait. Postquam filius meus hoc agere
voluit homini huic adhesit et ab eo non
discessit. Tunc proconsul iratus iussit puerum
in culleum parricide includi et in flu
men proici. Andream vero in carcerem
retrudi donec excogitaret quo suppli
cio perderet. Orante autem apostolo terre motus
factus est cum tonitruo gravi et proconsul
de sede cecidit et omnes terre decubuerunt.
Mater vero pueri percussa aruit et mor
tua est. Tunc proconsul pedibus apostoli prostra
tus ait. Miserere pereuntibus famule dei
ne nos terra deglutiat. Orante iterum
apostolo cessavit terre motus. Fulgura quoque
et tonitrua quieverunt. Ipse autem tenens
eos qui iacebant conturbati reddidit
sanos. Proconsul autem verbum dei suscipiens
cum omni domo sua credidit et bap
tizatus est.

De hiis que gessit apud Nyceam et Nicomedia lxviii

Post hec ad Niceam urbem profectus
est ubi erant vii demones
inter monumenta secus viam commo
rantes qui homines in die pretereuntes
lapidabant et multos iam necare affece
runt. Veniente autem apostolo occurrit ei tota
civitas obviam cum ramis palmarum
et laudibus dicentes Salus nostra in manu
tua est homo dei. Quibus exponentibus
rem ait apostolus. Si credideritis in filium
dei eius auxilio ab hac infestatione
demonum liberabimini. Cum vidissent Omne
cumque predicamus credemus et iussioni tue
obediemus. Ille gratias agens deo iussit
demones in conspectu omnium ibi assistere
et cum venissent in similitudinem canum
imperavit eis dicens. Ite ad loca arida
et infructuosa nulli hominum nocentes
nec accessum habentes ubi nomen domini
fuit invocatum donec accipiatis debitum
vobis ignis eterni supplicium. Tunc de
mones dato rugitu evanuerunt ex
oculis eorum. Baptizavit autem eos apostolus
et instituit eis episcopum nomine Celestinum.
Post hec appropinquans porte Nicomedie

vidit mortuum ferri in grabato. Et condolens lacrimis prosequentium fletus ait: Dicite queso quid contigit puero ut abstractus luce migraret. At illis pre dolore nil respondentibus a famulis hec audivit rursum: Dum esset inquiunt iste iuvenis in cubiculo solus advenerunt subito vii canes et irruerunt in eum. Ab his ergo miserrime discerptus cecidit et mortuus est. Tunc apostolus suspirans et oculos in celum erigens cum lacrimis ait: Scio domine quia demonum insidie sunt quos expulisti a Nicea urbe. Et ait ad patrem pueri: Quid dabis mihi si restituero tibi filium tuum? Qui ait: Nihil ipso tibi dabo quia nihil amplius eo habeo preciosum. Tunc apostolus facta oratione suscitavit eum et secum ad Macedoniam duxit et verbis fidei instruxit. De adventu eius Thessalonicam et certamen in stadio. lxix.

Erat quidam iuvenis in Thessalonica nobilis et dives qui nescientibus parentibus suis venit ad apostolum rogans ut ei ostenderet viam salutis. Cumque ei predicasset Christum et ille credidisset parentes inquirentes eum audierunt quod Philippis cum apostolo moraretur. Et venientes cum muneribus rogabant ut ab eo recederet. Sed nolebat dicens: Utinam nec vos opes haberetis ut mundi cognoscentes actorem eas vestras abiceretis. Ita [illegible] apostolus e decenti stega descendit et predicabat eis. Sed illis non audientibus redijt ad puerum et clausit hostium domus. At illi convocata cohorte adhibentes fasces carecti et sparsa stipula et faculas ceperunt incendere domum. Cumque flamma iam ferretur in altum adolescens arrepta ampulla aque ait: Domine Ihesu Christe in cuius manu omnium elementorum natura consistit extingue hos ignes ne tui tepescant sed magis accendantur ad fidem. Hec dicens fudit aquam desuper de ampulla. Et statim omne incendium ita subito extinctum est ac si non fuisset accensum. Quod videntes parentes pueri dicebant: Filius noster magus effectus est. Et admotis scalis volebant ascendere in tristega ut eos gladio interficerent. Dominus autem excecavit eos ne viderent ascensum scalarum. Denique plures compuncti corde dixerunt: Verus est deus quem isti colunt et quem persequi temptamus. Hec illis dicentibus cum iam tenebre noctis advenissent subito lumen effulsit et omnium oculi illuminati sunt. Ascendentes autem ubi erat apostolus invenerunt eum orantem et prostrati petierunt orationum eius suffragium atque ab eo erecti et correcti in fide corroborati sunt. Tantum parentes pueri non crediderunt qui regressi in patriam suam post dies lta simul expiraverunt unius hore momento. Puero autem propter bonitatem eius et mansuetudinem omne patrimonium suum concessum est, eo quod ab omnibus civibus suis diligeretur. Nam parentes eius exspirantes cum publicis dedicionibus illud subdiderant. Iuvenis ergo cum apostolo omnia possidebat sed fructus prediorum in pauperum necessitatibus expendebat. Eratque nomen eius Exoas. Rogaverunt autem apostolum ut iret in Thessalonicam. Ubi cum venissent congregati sunt omnes ad eum gaudentes se videre puerum. Tunc congregatis omnibus in theatrum predicabat eis puer verbum dei ita ut sileret apostolus et admiraretur eius prudentiam. Virinus autem proconsul dicebat Andream arte magica populum illudere. Et introductus feris in stadium iussit illuc trahi apostolum. Quem apprehensum trahebant per capillos impellentes fustibus proiectoque in theatrum dimiserunt aprum ferocem et terribilem. Qui ter circuiens sanctum dei nihil ei nocuit. Proconsul nunc iussit dimitti aprum qui a xxx militibus adductus et a duobus venatoribus impulsus Andream non tetigit sed venatores in furia discerpsit et dans mugitum cecidit et expiravit. Et statim exclamavit populus: Verus deus Christus. Dumque hec agerentur visus est angelus domini de celo descendisse qui apostolum in stadio confortabat. Denique proconsul furens ira iussit leopardum ferocissimum dimitti. Qui dimissus apostolum reliquit et ascendens ad filium proconsulis arripuit eum et suffocavit. Sed tanta insania proconsulem obtinuerat ut nil sibi de hoc doleret aut diceret. Apostolus vero in oratione prostratus filium eius suscitavit. Hec videntes populi glorificaverunt deum et voluerunt Virinum interficere nisi fuisset prohibitus ab apostolo. De serpente quem occidit et xl mortuos quos suscitavit. lxx.

Quedam mulier cum audisset ab apostolo verbum dei rogavit eum ut accederet ad agrum eius in quo serpens mire magnitudinis erat l. [illegible] cubitorum

longitudinis qui totam regionem devastabat. Appropinquante igitur apostolo sibilos magnos emittens erecto capite venit obviam. Quem videntes omnes qui aderant metu nimio pallebant terreque decubabant. Tunc apostolus ad eum: Abde inquit caput funeste quod erexisti in principio ad necem humani generis et subde te famulis dei et morere. Statimque serpens rugitum emittens tamdedit magnam quercum que prope erat obligavitque se circa illam evomensque virus cum sanguine expiravit. Aliquando cum sederet in littore sederunt et qui cum eo erant super harenam audientes verbum dei. Et ecce cadaver eiectum a mari ante pedes apostoli. Cui exultans in domino ait: Oportet hunc suscitari ut sciamus quid deus operatus sit adversarius. Et fusa oratione tenens mortui manum erexit eum statimque revixit et loquebatur. Cui dixit apostolus: Dic nobis quod tibi contingit. Cui respondit: Ego sum Sostrati Macedonis filius qui nuper ab Ytalia adveni. Sed cum venissem ad propria audivi surrexisse doctrinam novam et inauditam signaque et prodigia magna fieri a quodam doctore qui se veri dei affirmat esse discipulum. Ego autem cum hoc audissem properavi ut eum videre possem. Cumque navigassemus fluctibus oppressi sumus ruinam et alii resuscitati essent ante sicut et ego. Tunc apostolus repletus spiritu sancto predicabat ei verbum dei. Et expansis manibus ait: Unde quesumus domine et reliquorum cadavera mortuorum ut et ipsi cognoscant te vivum deum et solum. Hec eo dicente statim apparuerunt xxxix cadavera sine corpora unda famulante deiecta. Tunc flere iuvene omnes simul flere ceperunt confratri que rogabant apostolum ut isti suscitarentur. Oravit autem apostolus ut congregarentur simul corpora. Ipsum enim erant proiecta. Congregatis autem omnibus apostolus fundens orationem per singulos iussit fratribus ut unusquisque tenens mortuum diceret: Resuscitet te dominus Ihesus Christus filius dei vivi. Quod cum factum fuisset omnes suscitati sunt xxxix. Et glorificaverunt deum qui aderant dicentes non est similis tui domine.

De hiis que gessit apud patras et macedonia lxxi

Cum autem venisset in civitate patras in qua erat proconsul Egeas mulier quedam amplectens pedes eius ait: Sancte Andrea rogat te domina mea maxilla que magnis febribus tenetur ut accedas ad eam quia vult audire doctrinam tuam. Et proconsul vir eius stat ante lectum flens gladiumque in manu tenens ut cum illa spiritum exalaverit ipse quoque se in mucrone perfodiat. Veniensque apostolus ad cubiculum et videns stantem proconsulem evaginato gladio ait: Nichil tibi nunc mali feceris sed reconde gladium tuum. Et facta oratione apprehendit manum maximille que statim sudore perfusa est et dimisit eam febris. Proconsul autem apostolo C argenteos obtulit quos ille noluit. Sed postmodum idem proconsul indignatione magna succensus est contra apostolum propter maximillam que doctrine eius adherebat. Cumque a patras abisset in macedoniam omni die maximilla ad pretorium veniens notabat apostolum et audiebat salutis verbum. Proconsul autem redeunte cum omnes in pretorio audientes verbum domini residerent turbati sunt valde timentes ne inferret eis virum aliquam. Tunc apostolus oravit dominum ne pateretur eum illuc ingredi donec omnes egressi essent. Eodem tempore voluntas affuit proconsuli ventris purgandi. Cumque secessum peteret et moras inter teret apostolus singulis manus imponens et eos signans abire permisit. Novissime autem se signans et ipse discessit.

De agone eius cum egea proconsule lxxii

Cum autem Egeas christianos ad sacrificia compelleret occurrit ei sanctus Andreas et dixit: Oportebat ut tu qui iudex hominum esse meruisti iudicem tuum qui est in celo cognosceres et cum verum deum colendo ab hiis qui non sunt veri divinum revocares. Cui dixit Egeas: Tu ne es Andreas qui destruis templa deorum et suades hominibus ad sectam quam nuper romani principes exterminari iusserunt. Ille respondit: Romani principes non dum cognoverunt hoc quod pro salute hominum veniens dei filius docuit ista ydola deos non esse sed demonia pessima et humano generi inimica que tam diu homines deludunt quousque de corpore rei et inde cedant nichil secum preter peccata portantes. Cui Egeas: Ista superstitiosa et vana dum predicaret Ihesus vester iudei ipsum crucis patibulo affixerunt. Andreas

rudit Si vis scire misterium crucis quam
racionabili caritate auctor humani generis
pro reparacione non invitus suscepit
Post hec verba et altercaciones multas
Egeas iussit eum in carcerem tradi ubi cum
esset clausus venit ad eum pene mul-
titudo tocius provincie ita ut egeam
vellent occidere et andream fractis ia-
nuis carceris liberare Quos sanctus An-
dreas hiis verbis ammonuit Nolite concitare
dominum ihesum christum in sedicionem dyabolicam
excitare Nam traditus dominus omnem
prebuit pacienciam Iterate ergo silencium et
pacem nec solum immo meum nolite
impedire Immo eciam nos ipsos quasi
athletas dei ad vincendum preparate
In crastino autem dum lux diei pru-
pet iussit egeas et adduxit andream
et sedens pro tribunali dixit Estimavi
te nocturna cogitacione animum tuum a stul-
ticia revocare ut posses nobiscum
gaudia vite non amittere Cui inquit
Audi fili mortis et stipula eterne pre-
parata incendiis nunc usque tecum magis
egi tempora fidei ut nomina ydola va-
na contempnes et deum qui in celis
est adorares Sed quia in impuden-
cia tua permanes quodquid videtur
in suppliciis excogita Tanto enim ero
regi meo acceptior quanto pro eius nomine
permanebo in tormenta confessor Tunc
egeas iussit eum flagellis cedi ex
tempore Cumque vii tiriones transisset ele-
vatus est et adductus ante eum Cui di-
xit egeas Audi me andrea et ab ef-
fusione sanguinis tui consilium revoca et
rudit Ego dictio initium timeo non de
mea passione conturbor passio enim
mea modicum temporis occupat spacium
tuus autem cruciatus non finietur in eternum

De crucifixione eius et turpi morte

Tunc indigna- | proconsulis Egee
tus egeas iussit eum cruci affi-
gi mandavitque questionariis ut liga-
tis pedibus manibusque in eculeo
tenderetur ne clavis affixus cito defi-
ceret sed longo cruciatu potius crucia-
retur Cumque duceretur cum carnificibus factus
est concursus populorum clamancium Iustus
homo et amicus dei quid fecit ut du-
catur ad crucem Et andreas rogabat
eos ut non impedirent eius passionem
Ibat igitur exultans et a doctrina
non cessans Cumque pervenisset ad locum
ubi crux parata erat videns eam a longe
exclamavit Salve crux que in corpore
christi dedicata es et membris illius
tamquam margaritis ornata Securus et
gaudens venio ad te quia amator tuus
semper fui et desideravi amplecti te
O bona crux diu desiderata et iam
iam concupiscenti animo preparata Accipe me
et redde me magistro meo ut per te me re-
cipiat qui per te me redemit Tunc ex-
spoliavit se et vestimenta sua tradidit
carnificibus Qui levaverunt eum in crucem
et extendentes funibus totum corpus sicut
eis iussum est suspenderunt Astantes vero
turbe ad xx milia hominum clamabant iniusto
iudicio sanctum virum hec pati Sanctus vero
apostolus confortabat mentes credencium in
christum Interea vadit omnis populus ad do-
mum egee omnesque pariter clamabant virum
sanctum pium et racionabilem non debere hec pati
sed de cruce deponi quia iam secundo die
in cruce positus veritatem predicare non
cessat Tunc egeas expavescens populum
promittens se eum deponere cepit ire Quem
videns apostolus dixit Quid tu ad nos
venisti egea Si ut ad christum accedere capis
tibi ianua indulgencie Si autem venisti
ad hec tantum ut me solvas Ego penitus
de hac cruce vivens in corpore deponi
non potero Iam enim regem meum video
et adoro iam in eius conspectu assisto
ubi sunt angelorum concordie ubi lux sine
nocte ubi dolor numquam nascitur Et de tuis
egea miseriis doleo quia paratus te
expectat eternus interitus Extendentes autem
carnifices manus ad crucem non poterant
eum penitus contingere Et subinde alii
et alii se ingerentes ut solverent eum non
potuerunt ad eum attingere quia stupe-
bant brachia eorum qui tunc se extende-
bant ad solvendum eum Tandem tunc apostolus
cum ingenti clamore fudisset oracionem
ad dominum ihesum videntibus cunctis splen-
dor nimius sicut fulgor de celo veniens
enituit et ita circumdedit eum ut penitus
oculi humani non possent eum aspicere
Et post fere dimidiam horam abscedente
lumine emisit spiritum simul cum ipso lumine
pergens ad dominum Quod ut audivit
maximilla nimium ad crucem accessit
ac suorum solacio cum omni reverencia
corpus deposuit et in loco quo sepe-
liendum constituerat sepelivit Egeas
cum ad cesarem accusacionem contra maxi-
millam et populum destinare disponeret a dya-
bolo arreptus est et in medio civitatis
foro volutatus exspiravit Hec gesta

sunt apud patras civitate achaie / De se-
pulcro autem sancti andree manna prodit
in modum farine et oleum cum odore sua-
vissimo ex quo quale sit anni futuri fertilitas
incolis regionis ostenditur. Si enim parum profluit
parum terra exhibet fructum. Si copiose
copiosum. Eusebius in historia ecclesiastica libro iii

De predicatione sancti mathei et lucta contra magos lxxiiii

Matheus primo // hebreis predicavit evangelium quod patet
transire ad gentes patria lingua
scriptum composuit et ea que predicaverat
comprehendens dereliquit hiis ad memoriam
a quibus se separabat ut gentibus predicaret
Ex gestis eius. Erant autem duo magi
zaroes et arfaxat apud ethiopes in
civitate que dicitur nadaber ludificantes
populum et regem eius nomine egippum / Di-
centes enim se esse deos faciebant quos-
vis homines subito fieri et immobiles stare quam-
diu volebant visus hominum et auditus ab
officiis suis refrenabant. Imperabant ser-
pentibus ut pungerent et ipsi incantando
curabant. Ideoque divine putabantur quod
a lesione cessabant. Contra quos deus homi-
num genus matheum apostolum contra hos misit
Cum ingressus urbem cepit detegere
prestigia eorum. Quos illi figebant hic in
nomine christi solvebat. Quos illi cecabant
hic illuminabat. Serpentes quos illi ad pun-
ciendum homines excitabant hic in sompno
continebat. Et punctiones eorum signo
domini curabat. Hunc cum vidisset ethiops
eunuchus candacis nomine qui baptizatus
fuerat a philippo dyacono procidit ad pedes
eius gratias agens deo de primis adventu
susceptque eum in domum. Et venientes ad
eum audiebant verbum veritatis ab apostolo
predicante. Autem illo veniunt qui dicit magos
illos cum singulis draconibus advenire.
Erant autem dracones galeati flatusque
eorum flammifero ardore emanabat. Sul-
phureas ingerebant auras naribus quorum
ardor homines inficiebat. Tunc signi-
ans se apostolus cepit obviare securus. //
Mox autem ut venerunt ambo dracones
ante pedes apostoli obdormierunt. Et ait
apostolus magis ubi est ars vestra. Si pote-
stis excitate eos. Ego autem nisi rogassem
dominum ihesum christum omnem furorem quem in
me concitastis in vos retorquerem. Cona-
bantur illi arte magica excitare eos nec
poterant omnino. Apostolus tunc conspiciens dra-
cones ait. In nomine et virtute ihesu christi
admoneo te spiritus cum omnibus draconibus deus
impietatem dedit ut excites eos et cum
omni mansuetudine redire facias ad lo-
cum ita ut nullum ledant. Ad hanc vocem
elevantes caput serpentes ire ceperunt
et apertis portis egressi orbe numquam compa-
ruerunt. Tunc apostolus allocutus est eis
populum de felicitate paradisi de lapsu generis
humani et de eius reparatione per christum

De filio regis quem suscitavit lxxv

Et dum loqueretur tumultus luc-
tuosus subito exortus est in quo
regis filius mortuus plange-
batur. Ad quem cum stabant magi cum
eum suscitare non possent persuade-
bant regi hunc ad deos raptum in collegio
ut sit unus ex diis cui oporteret et simulacra
fabricare et templum. Tunc ingressus
eunuchus ad reginam dixit. Istos ma-
gos iubete custodire et rogate ut veniat
apostolus dei matheus. Et si ipse nobis eum su-
scitaverit istos iubete vivos incendi quia
omnia mala per eos in civitatem nostram
venerunt. Accersitus igitur apostolus et ingressus
extendit manus ad celum et orans appre-
hendens quoque manum defuncti in nomine ihesu
christi eum suscitavit. Ad quod factum expavit
cor regis et statim misit ei deferri
coronas et purpuram misitque preicones per
diversas ethiopie provincias ire dicentes
venite ad civitatem et videte deum in
hominis effigie latitantem. Cumque venisset
omnis multitudo cum cereis et tymiama-
te et diversis sacrificiorum ritu apostolus se ob-
allocutus est. Ego non sum deus sed servus
dei omnipotentis filii eius qui misit me
ad vos ut relicto errore simulacrorum
convertamini ad deum verum magnum nomine
hunc filium regis suscitatum. Ite igitur
et templum domino fabricate ibique
congregamini ad audiendum verbum dei. Quo
audito infra xxx dies fabricantes
fere ecclesiam consummaverunt. Et vocavit
matheus nomen ecclesie resurrectio
quia presurrectionis occasio edificatio-
nis eius contigerat. Sedensque in ea annis
xxiii multasque alias civitates fa-
bricavit et multos episcopos et presbiteros
constituit. Baptizatus est rex egippus
cum regina et familia. Tandem senectu-
te completa migravit ad dominum et accepit
hirtacus eius imperium.

De furore regis hirtaci contra apostolum propter epigeniam lxxvi

Qui cum vellet uxorem accipe-
re epigeniam filiam defuncti regis
que virgo iam christo dedicata
erat et demum apostoli sacrum velamen
acceperat et iam virginum amplius quam
ducentarum collegio preposita erat /

sperabat quod per apostolum posset eius animum
commovere. Cepitque cum eo agere dicens: Di-
midium regni mei accipe tantum ut epi-
geniam possis meo coniugio copulare.
Cui apostolus ait: Iuxta bonum morem
predecessoris tui regis qui omni die sab-
bati conveniebat ubi verbum domini predicabo
illuc iube congregare universas virgines
que cum [illegible] ea sunt simul cum ipsa et au-
dies me [illegible] presto quanta bona loquar de
bono coniugii. Quo audito hyrtacus
gratulatus est. Et congregatione facta rex
clamosis laudibus perstrepebat cum
suis comitibus existimans apostolum ita
dicturum ut cum epigenie ad eius coniu-
gium inclinaret. Facto autem silencio dixit
apostolus: Matrimonia bonum opus honestate
obtinent si sancte et iuste copulentur. Verum
si sponsam regis famulus eius accipiat
tam grande crimen incurrisse dinoscitur
ut merito vivens flammarum incendiis tradatur
qui a domino suo sponsam usurpare studuit.
Ita et tu fili hyrtace rex sciens
epigeniam sponsam regis celestis effectam
quo tu eam poteris tollere et tuo coniugio
copulare. Audiens simonem hyrtacus qui
prius per singulas dictiones apostoli laudator exti-
terat iratus abscessit. Sed apostolus constans
et intrepidus hortatus est plebem fide-
lium ut iram regis tiranni non timerent
que sine igne sine ferro consistat nec
momenta temporis desinit sed iram solius dei
que peccantibus eterne gehenne flammas
accendit. Tunc benedixit chorum virginum
ut non timeret hyrtacum. Cumque missa domini
celebrata et missas suscepisset omnis
ecclesia retinuit se apostolus ut iuxta altare
ubi corpus christi ab eo confectum fuerat
illic martirium apostolicum expectaret. Ita
quod expansis manibus orante speculator
ab hyrtaco missus a tergo punctum ictu
gladii feriens apostolum dei christi martirem
fecit. Quo audito omnis plebs ad pa-
lacium pergebat cum igne. Sed furenti
plebi occurrerunt omnes presbiteri dyaconi
et viri religiosi dicentes: Nolite fratres
agere contra preceptum domini sed celebremus
omnes cum gaudio martirium apostoli et
quid deus ordinavit expectemus.

De constancia epigenie cum hyrtaco et de morte hyrtaci lxxvii

Epigenia autem quidquid in auro et
argento et gemmis habere potuit
contulit sacerdotibus et clero dicens: Postquam
dignam apostolo christi basilicam fabricaveritis
quicquid fuerit super pauperibus erogabitis.
Me autem oportet certamen habere cum hyrtaco.
Post hec iuxta verbum eius hyrtacus omnium
nobilium uxores ad eam venire fecit sperans
quod aliqua ratione posset ad eius perve-
nire consensum ut eius uxor fieret. Cui
cum penitus non posset convocavit magos
ut demonum illam ministerio raperent. Quod
cum nulla ratione facere possent circumdari
fecit omne pretorium igne quo illa cum virginibus
christi manens deo suo die ac nocte famu-
labatur. Sed cum pervaluit ardere ignis
apparuit angelus domini cum matheo aposto-
lo dicens: Epigenia esto firma et noli hos
ignes expavescere ad illum a quo tibi sunt
posita revertentur. Excitavit igitur dominus
ventum validissimum undavitque a domo
virginis virginum omne illud incendium
et ita consumpsit domum hyrtaci ut inde
minime ex facultatibus potuit liberare sed
ipse cum unico filio suo vix evasit. Me-
lius tamen fuerat ei in incendio interisse.
Nam filium eius vehementissimus demon
implevit qui illum cursu rabidissimo
ad apostoli mathei sepulcrum adducens a tergo
manibus ab ipso dyabolo colligatis con-
fitens peccata cuncta complevit. Ipsum autem hyr-
tacum elephantie vulnera a capite usque ad
ultima pedum replevit. Sed cum eum
medici curare non possent ipse se in gladio
ponens incubuit ut qui a tergo apostolum domini
patefecit ipse recte se ipsum stomacho perfo-
raret. Omnis autem plebs morti eius consultans
fratrem epigenie nomine beor qui decimus
apostoli dei mathei gratiam domini fuerat consecutus
in regem constituit. Affricanus.

De apostolis simone et iuda et waradach duce lxxviii

Simon quoque chananeus et
iudas zelotes apostoli ihesu christi cum
per revelacionem spiritus sancti regionem
persidis fuissent ingressi invenerunt ibi
duos magos zoroen et arfaxat qui
a facie mathei apostoli fugerant de ethio-
pia quorum doctrina erat prava. Erat
autem apostolis presens waradach dux regis
babiloniorum qui contra indos qui fines
persidis invaserant bella susceperat. In
cuius comitatu erant arioli et magi
qui per singulas mansiones demonibus
sacrificantes dabant fallacie sue re-
sponsa. Illa autem die concidentes se et sagine

sum effundentes nullum penitus dedere
responsum. Pervenerunt autem ad vicinas civita-
tes et illic consulentibus eis demonia
dedit mugitum demon et ait: Dii qui
nobiscum comitabantur cienter ad prelium
non possunt nobis dare responsum quia apostoli
dei ibi sunt Symon et Iudas qui tan-
tam virtutem adeo consecuti sunt ut nullus
audeat illis presentibus eloqui. Tunc Vara-
dach dux fecit eos inquiri. Quos cum
invenisset cepit ab eis inquirere unde essent.
Cui videns Symon et Iudas: Genus queris He-
brei sumus. Si conditionem servi Ihesu Christi
sumus. Si causam salutis vestre causa venimus
ut relicto errore simulacrorum deum qui
in celis est possitis agnoscere. Cui dux in-
quit: Nunc iam vado ad prelium Indorum et
non est in oportunum ut de his disputa-
tionem felix fuit revertendo successus
ut audiam vos. Dicit ei Iudas: Modo
magis congruum est te illud agnoscere cuius
ope possis victor consistere vel eos qui
rebelles sunt pacatos invenire. Ait dux:
Cum audio deos meos coram vobis non
esse ausos dare responsum vos nobis futura
predicate ut quos belli exitus sortiturus
sim possim scire. Dicit ei Symon: Ut cog-
noscas errorem illorum quos putas tibi
futura predicere dabimus illis potestatem re-
spondendi tibi ut dum dixerint que igno-
rant probemus eos omnia esse mentitos.
Tunc ceperunt per phanaticam eorum arri-
pi et dicere grande bellum esse futurum
et ex utraque parte posse interfici plan-
tes. Apostolis autem in risum excitatis ait
dux: Me timor invasit et vos ridetis.
Dicunt apostoli: Cesset timor tuus quia
nobiscum pax intravit in istam provin-
ciam. Hodie intermitte profectionem et cras
hora tercia venient quorum transmissi sunt
legati Indorum qui paci vestre ad quas-
cumque conditiones inclinantur consentientes
pactum nobis firmissime stabilient.
Risum modo pontifices risum leva-
verunt dicentes duci: Noli, domine, hominibus
istis credere mendacibus advenis
et ignotis qui ideo aliqua locuntur
ut non quasi exploratores teneantur.
Isti dii qui dederunt tibi responsum ut
non sis tantus atque sollicitus sunt hos
autem pannosos et personam nullam ha-
bentes quos videre vel audire iniuria
est ad iniuriam deorum non primis

Ridet dux: Hec magnum est quod advene
pauperes et ignoti cum tanta constantia
asserunt quod deorum meorum testimonio
videtur esse contrarium. Dicunt ei pontifi-
ces: Iube eos custodiri ne fugiant.
Ridet dux: Non illi solum sed etiam
vos in custodia eritis ut res exitus
doceat qui in uno debeant honorari
quique condempnari. Factum est autem in crastino
venerunt nuntii qui missi fuerant ut
nunciarent omnia ita esse sicut apostoli di-
xerunt. Tunc iratus pontificibus dux
iussit ignem copiosum accendi ibique
eos superponi et omnes qui dei apostolos
obfuscare nitebantur. Apostoli non prostra-
verunt se ei dicentes: Obsecramus
domine ne efficiamur causa interitus eorum
et qui pro vita et salute mortuorum
huc missi sumus viventes occidere vide-
amur. Ait dux: Vos ita perhibetis
innocentes qui mecum egerunt pontifices
comites meos et tribunos et satrapas
et premia contulerunt ingentia ut vos
vivos incenderent. Dicunt ei apostoli: Disci-
plina magistri nostri hanc regulam tenet
ut non solum malum pro malo non red-
dat sed etiam bona pro malis restituat.
Ait dux hec: Saltem permittite ut omnia
bona eorum vobis tradantur. Non licet
inquiunt nobis aliqua possidere in terra
quia nostra possessio est in celo eterna.

De certamine eorum contra magos lxxiv

Audientes hec Zoroen et Arfaxat
qui cum rege erant quem dux
hec regi nunciabat exercitati ze-
lo dixerunt: Isti homines maligni
contra deos et contra regnum tuum
subtiliter agunt. Dicit eis dux: Si an-
si estis habere cum eis conflictum et si
viceritis eos abicientur. Viderunt
magi ut presbiteres nobis presentibus non po-
tuerunt loqui iube hec astare aliquos
eloquentissimos et in argumentatione
acutissimos ut faciant nobiscum
conflictum. Et si ausi fuerint loqui pre-
sentibus nobis imperitissimos eos esse
probabis. Tunc iussu regis et ducis
omnes advocati presto facti sunt. Cum-
que in presentia regis cunctorumque sublimium
magi locuti essent omnibus illa quotidie
ita muta facta est ut nec nutibus
quod loqui non poterit indicarent. Post hec
dixerunt magi ad regem ut solas

uos credere uno esse pmittemus eos loq
quid sed ambulare no posse Quod cu
fecissent addiderunt Ecce reddimus
eis gressum sed faciemus eos apertis ocu
lis nichil vide Cumque et hoc fecissent
expauit cor regis et ducis dicebq
animas eorum no debe magos illos
contempni Tandem aduocati meroris
confecti ad sua reuersi sunt Dux uo cum
haberet amicos aplos et narrasset eis
omnia que dicta vel facta fuerant
dixerunt ei apli Iube aduocatos
venire ad nos primo et tunc ipsi ingre
diantur ad regem simulem habitum conflictu
Quod cum fecisset videntes aduoca
ti aplos vilissima veste indutos qui
in despectu eorum personas habuerunt
Facto tamen silencio sic eos allocutus
est Symon Non offendat aspectus
uos iste in habitus vilis intus enim
latent ea que eternam gloriam et vitam
inuenire vos faciant Nos enim oes
homines de vno patre et vna matre nati
sumus Cum eni facti essent in regione
viuorum positi suadente angelo inuidie
preuaricati sunt legem quam a creatore
suo acceperant et filii facti sunt eius
cui suadenti obtemperauerant Ideo
angelus pessimus facit de hominibus
quos in errore tenet quod ipse voluit
quia deus verus quem ille timet
non est cum eis Hac de causa nos per
magos suos quamdiu voluit fecit
tacere et itm no vide itmq in nobiles
permanere Unde ut probetis ita esse per
mittite vos ab ydolorum cultura disce
dere et solum deum inuisibilem colere
Quod cum feceritis imponemus manus
nostras super capita vestra et signum xpi
faciemus in frontibus vestris Et si non
constituimus eos credite nos fallere
in omnibus quecumque asserimus Tunc
illi rationem veram considerantes pro
strauerunt se aplis dicentes nos facite
ut non possint impedire nobis effam
lingue nec aliqua membris impedi
menta inferre et sit super nos ira dei
si ultra ydolis crediderimus Tunc
orauerunt apli dominum ut magica figmen
ta exinaniret et istos fortes ac sta
biles contra magos constanter insurgere
faceret Cum cum audissent amen Signa
ti sunt in frontibus suis et abierunt
ad regem cum duce ingressi sunt

magi quoque affuerunt volentes facere
ea que fecerant et nulla ratione pote
rant De serpentibus magorum quorum
morsibus ipsi afflicti fugerunt lxxxv

Aduocati autem insistebant eis
dicentes Si potestis agite que
heri gessistis Illi autem nati mul
titudinem serpentum fecerunt
Tunc dixerunt omnes rex ut vocarentur
apli Venientes vero apli impleuerunt pallia
sua de serpentibus et miserunt in magos
dicentes In nomine domini ihesu xpi non mo
riemini sed morsibus eorum attrectati in
gitu habitis dolo[illegible]rem q et factum
est Ceperunt quoque magi vlulare sicut lu
pi Rex autem et omnes dicebant aplis
permittite eos ut moriantur abeis ait illi
responderunt Nos missi sumus a morte ad
vitam reducere non a vita in morte pre
cipitare Oratione autem facta dixit ser
pentibus In nomine domini ihesu xpi ite
ad loca vestra redite et omne venenum quod
in hiis magis infudistis vobiscum aufer
te Dolores autem cruciatus passi sunt cum
omnes serpentes ipsi morsibus edebant
carnes eorum ut venena sua tollerent
fugientes agmen eorum Cumque abissent
serpentes dixerunt apli magis per tres
dies permittimus vobis dolores durare
ut de hiis erroribus vestris peniteamini
Iusserunt autem eos in manibus tolli et ad
hospicia sua duci Per triduum autem nec
edere nec bibere nec dormire illis possi
bile fuit sed sola vociferacio doloribus ex
orta incessabilis extitit Sed cum iam
mei essent ut pene expirarent venerunt
apli ad eos et dixerunt Non dignatur
deus habere coacta seruicia Ideo surgite
sani et habete liberam facultatem conuertendi
a malo ad bonum et ad lucem de tenebris
exeundi Illi autem permanentes in perfidia
sua sicut a facie mathei apli fugerant
sic et ab hiis fugientes simulacrorum
cultores per totam persidam commouerunt ut
aplorum in inimicicias concitarent dicentes
Veniunt ad nos inimici deorum nostrorum
Si vultis deos habere propicios compellite eos
sacrificare Si autem noluerint interficite
eos etc De certis aplorum gestis in babilo
nia lxxxvi

Apostoli autem mo
rantes in babilonia faciebant
mirabilia magna habebantque
discipulos multos ex quibus ordinabant
presbiteros et dyacones ecclesias ordinantes

Factum est autem ut unus e dyaconibus eorum
incesti diceretur commisisse. Erat autem virgo
filia satrape que perdita virginitate peperit
credens precitabat. Interrogata a parentibus
virum sanctum eufrosinum dyaconum impetebat.
Cum tentus a parentibus puelle urgebatur
subire vindictam. Quod audientes apostoli
venerunt ad parentes puelle quos illi vide-
res clamare reperiunt et dyaconum hinc
timis accusare. Apostoli autem dixerunt Quando
natus est puer? Responderunt hodie hora
prima. At illi perducite huc infantem
et dyaconem quem accusatis huc adduci-
te. Cumque impuri essent dicunt ad in-
fantem In nomine ihesu xpisti loquere et
dic si iste dyaconus perpetravit hanc ini-
quitatem. Infans absolutissimo sermone
dixit hic dyaconus iustus et castus
est et numquam carnem suam maculavit.
Insistebant parentes ut de persona incesti
interrogarent. Qui dixerunt Nos innocen-
tes absolvere debet nocentes prodere non
debet. Post hec evenit ut due tigrides
ferocissime que in singulis foveis erant
incluse aufugerent et quidquid invenire
re potant devorarent. Tunc omnes populi
confugiunt ad apostolos. Qui invocantes nomen
domini ihesu iusserunt ut sequerentur eos ad
domum in qua manebant et per triduum
ibi manserunt. Et convocantes omnem po-
pulum dixerunt Ecce fere audito nomine
xpisti in agnos conuerse sunt et homines
ad ymaginem dei facti in stoliditate
tanta perdurant ut creatorem suum non
intelligant. Et autem sciatis quod ipse est
verus deus erunt nobis in testimonium
tigrides iste que in nomine eius man-
suefacte in medio vestri conversabuntur. Be-
stie autem sed in manum tella revertentes
manebunt. Nos autem oportet alia loca
peragrare et predicare nomen domini. Cir-
cuierunt igitur xiii predictas provincias in
quibus multa egerunt et multa passi
sunt per annos xiii. Magi autem super me-
moratu facientes scelera per civitates
et dicentes se esse cognatos deorum semper
a facie apostolorum fugientes tamen dum
circuit in quacumque civitate. Donec agno-
sceret apostolos advenire. Apostoli autem ubicumque
veniebant detegebant fraudes eorum et doc-
trinam a diabolo inventam. De passione eorum
Cum autem ingressi lxxxvi ro
civitatem suam mansissent apostoli
discipulum suum nomine semne
ceristh civitatis in lxx templorum

Smair

pontifices qui in urbe erant et magi
simonis fecerant certa hora prima ve-
nerunt cum innumerabili populo clamantes
ad summe perduc ad nos inimicos deorum
nostrorum cum quibus si non sacrificaverint diis
nostris incendemus te et domum tuam cum
ipsis. Igitur tenentur apostoli ducuntur ad
templum solis. Ingredientibus illis
templum ceperunt demones clamare per
energumenos Quid nobis et vobis apostoli dei
vivi. In ingressu vestro flamme cruciamur.
Stabat autem in una ede templi ab
oriente quadriga equorum sculptis ex
auro in qua radiatus sol eque ex
auro sculpta consistebat. In alia ede luna
sculptis ex argento hinc quadrigam
bovum similiter sculptam ex argento Ce-
perunt ergo pontifices cum populo vim
facere apostolis dei ut adorarent eos in-
ibi et illi duo magi qui hanc viole-
ciam excitaverunt. Tunc ait iudas ad sy-
monem Video dominum ihesum vocantem nos.
Cui symon dixit est quod intueor domi-
nei aspectum in medio angelorum
dixitque mihi angelus domini cum oraverimus
faciam vos egredi de templo et tem-
plum ruere super eos et dixi Ne quaque
hoc fiat domine fortasse erunt aliqui ex
hiis qui convertantur ad te. Cumque hec sermo-
cinando simone loqueretur apparuit ei an-
gelus domini dicens Confortamini et unum
ex duobus eligite aut repentinum istorum
interitum aut ad palmam martirii cum fidu-
cia properare. Cum viderint Oranda est
misericordia domini ut et istis parcatur et nos ad-
iuvet ut possimus pertingere ad coronam.
Hec soli apostoli videntes et audientes com-
pellebantur a pontificibus adorare simu-
lacra solis et lune. Facto autem silencio
dixerunt Audite omnes et videte solem
et lunam scimus precepto creatoris subiec-
tos esse et in firmamento consistentes
Nec sunt in ulla sua in templis inclu-
duntur qui in celo omnium seculo pater nostrum.
Et ut sciatis eorum simulacra non sole
neque luna sed demonibus esse plena
precipio ego simon demonem qui in solis
simulacro latet et frater meus iudas ei qui
in simulacro lune vos ludificat ut egre-
diantur precio et ipsi eos comminat. Et cum
hec dixisset visi sunt ab omni populo duo
ethiopes nigri nudi horribili vultu egredi
et confringentes ea ululando duas vo-
ces emittentes abscedunt. Irruentesque
pontifices in apostolos interfecerunt eos.

Deinceps quoque passus est cum eis hospes eorum quia et ipse ydolis sacrificare contempsit. In ipsa autem hora cum nimia esset celi serenitas fulgura nimia ceciderunt ita ut tripharium templi scinderetur a summo tecti fastigio usque ad profundum fundamenti. Duo autem magi supradicti ictu choruscationis adusti in carbones versi sunt. Post menses autem tres misit rex et consignavit omnes pontifices. Corpora vero apostolorum cum ingenti honore transtulit ad suam civitatem in qua construxit basilicam admiratione dignam cuius structura per gyrum habebat pedes octies lxxx in altitudine autem cxx. Hec gesta tractant discipuli apostolorum eorum .s. Symonis et Iude scripta in libris .x. quos affricanus historiographus in latinam linguam transtulit ex quibus hec pauca excerpta sunt. Theodorus.

De sancto Bartholomeo et de astaroth. lxxxiii

Beatus autem Bartholomeus ut legitur in gestis eius antiquioribus lectione verbum vite predicavit dehinc indie ad ultimum in albano armenie maioris urbe postquam multa et intollerabilia tormenta subiit decoriatus ab impiis in modum follis postmodum capite plexus est. Ex gestis eius. Ita cum aliquando ingressus fuisset templum in quo erat ydolum astaroth quasi peregrinus ibi manere cepit. In hoc autem ydolo talis erat demon qui homines deum verum non colentes ita ludificaret ut faceret in eis dolores et infirmitates dampna et pericula et daret responsa ut ei sacrificarent. Dum ab eorum lesione cessabat curasse putabatur. Apostolo autem ibi manente nulla responsa dabat nec ulli poterat ex hiis quos leserat subvenire. Cumque iam plenum esset languentibus templum et cotidie sacrificantibus nullum daretur responsum perrexerunt in aliam civitatem ubi et aliud demonium colebatur cui nomen Berith et illic sacrificantes inquirebant cur deus eorum astaroth non daret eis responsa. Quibus respondit Berith: deus vester sicut captivus et religatus cathenis igneis strictus tenetur ut nec suspirare audeat nec loqui ex illa hora qua apostolus dei Bartholomeus illic ingressus est. Et quis est inquiunt iste Bartholomeus?

Respondit: Amicus est omnipotentis dei et ideo venit huc ut omnia numina que colunt Indi evacuet. Dicunt illi: Dic nobis signa quibus eum invenire possimus inter tot milia hominum. Tum respondit: Capilli nigri et crispi, caro candida, oculi grandes, barba prolixa, nares equales et directe, aures tecte capitis coma, statura equalis. Induitur autem pallio albo per singulos angulos habente gemmas purpureas. xx et vi anni sunt quod numquam vestimenta eius sordidata sunt numquam veterascunt, similiter nec sandalia. Centies flexis genibus per diem, centies per noctem orat deum. Vox eius quasi tuba vehemens est. Ambulant cum eo angeli dei qui non permittunt eum fatigari nec esurire. Semper eodem vultu eodem animo perseverat. Omni hora hilaris et letus permanet. Omnia previdet omnia novit omnem gentium linguam et loquitur et intelligit. Ecce etiam hoc quod vos interrogatis et quod ego do responsum de eo iam novit. Angeli dei famulantur ei et ipsi nunciant. Et cum ceperitis eum querere si vult ostendet se vobis. Si non vult non poteritis eum videre. Rogo autem vos ut dum inveneritis eum rogetis eum ut huc non veniat ne hoc mihi faciant angeli qui cum eo sunt quod fecerunt college meo astaroth. His dictis tacuit. Revertentes autem ceperunt tenere omnium peregrinorum vultus et habitus et per duos dies non invenerunt eum.

De quibusdam signis et confessione demonis. lxxxiiii

Factum est autem ut quidam demonio plenus clamaret: Apostole dei Bartholomee incendunt me orationes tue. Cui apostolus ait: Obmutesce et exi ab eo. Et statim liberatus est homo. Quod audiens Polemius rex provincie cum haberet filiam lunaticam rogavit eum per nuncium ut simili liberaret eam. Qui cum venisset illuc videns eam cathenis strictam eo quod omnes quos poterat morsu attrectabat et rodebat iussit eam solui. Dicunt ei ministri: Et quis audet manum mittere ad eam? Ait apostolus: Iam ego vinctum teneo inimicum qui in ipsa erat et vos eam timetis adhuc? Ite solvite eam. Quod cum fecissent non potuit eam ultra vexare demon. Tunc rex honeravit camelos auro et argento et gemmis et vestibus et cepit querere apostolum sed penitus non invenit. Cum autem transisset nox et aurora in-

cepit apparuit apostolus solus cum rege in
cubiculo eius et ait ut quid me quesisti
tota die cum muneribus Ego nichil ter-
renum nichil carnale requiro Sed filius
dei qui dignatus est homo nasci de vir-
gine misit nos discipulos suos in omnes
provincias ut expellamus ministros dyaboli
qui per templa in statuis habitant et homines
qui eos colunt deceptare aut eius aufe-
ramus quia vinctus est Inde est quod templum
vestrum ingressus demonem qui in ydolo vestro
dabat responsa ab angelis eius qui me mi-
sit religatum teneo Facit enim arte sua
homines egrotare et suadet eos ydo-
lis credere Et cum ea adoraverint tunc
cessat eos ledere Et si vis probare quod
ita sit iubebo illi et ingredietur statuam
suam et faciam ei hoc ipsa confiteri Ait
rex Crastina hora prima diei parati erunt
pontifices sacrificare Et ego ibi superve-
niam ut videam hoc factum mirabile Altera
autem die sacrificantibus eis hora prima
cepit clamare demon Cessate miseri
sacrificare michi ne peiora quam ego
patiamini quia cathenis igneis religatus
sum ab angelis Ihesu Christi quem Iudei cru-
cifixerunt putantes eum a morte deti-
neri Ipse autem mortem captivavit et
principem nostrum mortis vinculis igneis
vinxit et tercia die victor mortis et
dyaboli resurrexit Et dedit signum crucis
sue apostolis quos per omnes partes seculi [illegible]
misit Ex quibus unus est hic qui me
vinctum tenet Peto vos ut rogetis eum
pro me ut dimittat me ire ad aliam pro-
vinciam Cui apostolus Confitere inquit
quis istos ledat qui egritudines va-
rias paciuntur At ille Princeps noster
dyabolus mittit nos ad homines ut
eos ledamus primo quidem carnes eorum
quia in animas potestatem non habemus nisi
sacrificaverint At ubi pro salute corpo-
ris nobis sacrificaverint cessamus eis no-
cere et sic videmur eos curare et colunt
quasi deum De confractione ydoli et effi-
Tunc ait gie demonis lxxxv
apostolus ad plebem Ecce quem ut
deum curare vos putabatis au-
dite ergo nunc verum deum creatorem vestrum
qui habitat in celis Et si vultis ut orem
pro vobis et omnes hii sanitatem recipiant
deponite ydolum hoc et confringite et
tunc templum hoc Christi nomine consecrabo

vosque omnes in eo Christi baptismate con-
secrabo Tunc iussu regis omnis populus
misit funes et [illegible] et simulacrum non
potuerunt evertere Et ait apostolus Solvi-
te vincula eius Quod cum fecissent dixit
ad demonem qui in eo erat Si vis ut non
te faciam in abyssum mitti exi de isto
simulacro et confringe illud et vade in de-
sertum ubi nec avis volat nec arator
arat nec vox hominis resonat At ille
statim egrediens comminuit omnia genera
ydolorum nec solum illud magnum ydolum
sed etiam [illegible] ubicumque per ornatum templi
erant posita sigillatim minutavit ita
ut omnem picturam deleret Tunc omnes
una voce clamaverunt Unus deus omnipotens
quem predicat apostolus Tunc apostolus expan-
dens manus ad deum oravit pro salute to-
cius populi Et cum omnes respondissent Amen
Apparuit angelus domini splendidus ut sol
habens alas et per quatuor angulos templi
circumvolans digito suo in quadratis saxis
exculpsit signum crucis et ait Hec dicit
dominus qui misit me Sicut vos omnes ab
infirmitate vestra mundavi ita mundavi et
templum hoc ab omni sorde et ab eius inmundo
habitatore quem iussit apostolus dei ire
in desertum locum Sed prius ostendam vobis
illum Quem videntes nolite expavescere
sed quale signum in his saxis exculpsi
tale vos in frontibus vestris signum facite
digito vestro et omnia mala a vobis fugi-
ent Tunc ostendit eis ingentem ethiopem
nigriorem fuligine facie acuta barba
prolixa crines usque ad pedes oculi ignei
sicut ferrum ignitum scintillas emittan-
tibus ex ore eius et naribus egrediebatur
flamma sulphurea pennatus et habebat
alas spineas sicut [illegible] et erat vinctus
a tergo manibus igneis cathenis strictis
Et dixit ei angelus Quoniam audisti vocem
apostoli et omnia pollutionum genera de isto
templo emundasti secundum promissum apostoli sol-
vam te ut vadas ubi [illegible] hominum ce-
ulla sit et sis ibi usque ad diem iudicii
Et cum exsolvisset eum ille ululatum ter-
ribilem vocis emittens evolavit et numquam
comparuit Angelus autem domini cunctis vi-
dentibus ad celum evolavit Tunc rex
Polemius cum uxore sua et filiis et cum exer-
citu et cum toto regno suo credens baptizatus
est Et deposito dyademate et purpura
cepit non deserere apostolum Deinde

De passione apostoli et turpi morte hostium et miraculo lampadis. xxxvi

Interea colligentes se omnes templorum pontifices abierunt ad Astragem regem fratrem eius maiorem et dixerunt: Frater tuus discipulus factus est hominis magi qui templa nostra sibi vendicat et deos nostros confringit. Tunc rex indignatus misit cum eis mille viros armatos ut apostolum vinctum ad eum perducerent. Quod cum fecissent ait ad illum: Tu es qui evertisti fratrem meum? Cui dixit apostolus: Non everti eum sed converti. Cui rex: Sicut fecisti fratrem meum relinquere deum suum et credere in tuum, sic et ego faciam tibi. Dixit ei apostolus: Ego deum quem colebat frater tuus religatum ostendi ei et ipsum feci simulacrum suum confringere. Si potueris hoc facere deo meo, poteris me ad sacrificandum revocare. Si autem nichil potueris facere deo meo, ego omnes deos tuos comminuam et tu crede deo meo. Hec cum diceret nuntiatum est regi quod deus eius cecidisset nomine Waldach et minutatim abisset. Tunc scidit rex purpuream vestem qua erat indutus et fecit fustibus cedi apostolum. Cesum autem iussit in modum follis excoriari ac demum decollari. Venientes autem fidelium populi innumerabiles abstulerunt cum hymnis et gloria omni corpus eius et construxerunt basilicam mire magnitudinis in qua illud posuerunt. Tricesimo autem die depositionis eius arreptus est Astrages a demonio. Et venit ad templum eius omnibusque pontificibus plenis demonio et passi sunt ibi apostolatum eius confitentes et sic mortui sunt. Multique infidelium quasi baptizati sunt. Cumque autem populo et clero acclamante Polemius rex ordinatus est episcopus. Qui cepit et in nomine apostoli signa facere. Et cum xx annis episcopatum tenuisset migravit ad dominum. Post multos autem annos corpus apostoli delatum est inde ad Lipparam que est una ex vii insulis Sicilie quas Eolias sive Vulcanias antiqui vocaverunt eo quod sicut Ethnas Sicilie mons sic et iste subterraneo igni et flammarum perpetuis globis exestuare videtur. Postmodum vero translatum est Beneventum ubi et multis refulsit miraculis. Quadam autem die dum quedam mulier attulisset vas fictile plenum esse liquato oleo et tamen cum inclinarent illud super lampadem nil decurrebat exinde. Quidam vero ex eis ait: Puto non est acceptum beato Bartholomeo de hoc oleo in suam lampadem fundi. Evacuetur in aliud vas. Inclinatum autem in aliud vas subita celeritate ut olei liquati mos est evacuatum est vas de quo super lampadem prius nil valebat. Theodorus.

De translatione sacri corporis et Theodoro

Post obitum eius sptor lxxxvii itaque magnus dei predicator apparuit miraculis preditus multis sed bestialem mentem et inhumanam cor nil erat quod compesceret. Insaniunt itaque contra illud sacrum corpus et proiciunt in pelagus ipsam qua tegebatur lapideam archam ut nusquam fundo deinceps ultimus non compareret. Sed omnipotentia et opus magnificum [illegible] mota est impetu ipsa archa de regione Armenie cum quatuor aliorum martyrum archis que sibi dum signa comparerent in mare cum ea pariter fluxerunt et per tantum spacium maris quatuor his precedentibus et quodammodo obsequentibus venerunt in ulteriores partes Sicilie in insulam que Lipparis vocatur. Facta revelatione ad sanctum Agathonem qui illic erat Hostiensis episcopus. Post hec quasi quosdam ministros suos alium martyrem quem alium non illic reliquit apostolus. Ceterorum Papinum quidem reliquit in Mila civitate Sicilie, Lucianum destinavit Messanam, reliquos duos in citeriorem Calabriam direxit, Gregorium scilicet in civitate Columpna, Achacium in Chalcidi, ut unusquisque eorum in unaquaque civitate protector esset habitatorum qui etiam usque hodie splendent suffragiis suis. Ipse interea per fluctus ad civitatem ad quam electus vocabatur preclare susceptus est cum multis luminaribus odoribus et hymnis. Detectus autem presentatus esset ad urbem non progrediebatur archa sed stabat immobilis. Deinde ad litus tracta et super duas tostas vitulas assumpta reposita est ubi sacrum eius templum primus locatum est. Mons autem Vulcanius qui huic contiguus erat insule et nocivus his qui circumquaque morabantur tunc recessit invisibili motus est et stadiis vii circa mare suspensus ita quod usque hodie appareat videntibus quasi figuratio tractus fugientis

poris multa mira circa eos hactenus operatur
deus. Quemadmodum theodorus / hic theodorus
sacerdos fuit apud constantinopolim tempori
bus adriani et leonis romanorum pon
tificum qui fidei constancia et sapientie gratia
signorum quoque virtutibus pollens duorum
imperialium et insignium cenobiorum scilicet
s. patriciorum abbas constitutus est. Qui pro
in apostolice sedis communione persistens hereticorum
uesanias et imperatorum vesaniam etiam
tormentis affectus inclita virtute re
pressit. Hic etiam et spiritus sancti gratia ple
nus opuscula non nulla composuit. Inter
que et sermonem de beato bartholomeo apostolo
satis utilem translacionem corporis eius de
armenia indie primam in liparam in
insulam continentem. Quem anastasius
sedis apostolice bibliothecarius de greco
transtulit. Qualiter autem idem sacrum corpus
de eadem insula liparitana postea be
neventum sit cum ibidem usque ad annum d
c c c et viii abbreviatione dominus fuit
postea suo loco dicendum est. Nunc ad
reliquos apostolos transeamus. Ex gestis
eius.

De vita sancti philippi apostoli lxxviii

Sanctus philippus
post ascensionem domini per annos xx
instante predicavit per scithiam circiter
ubi cum tentus esset a gentibus
et ductus ad statuam martis compelleretur
ad sacrificandum exiit de subitus basi
in qua statua illa stabat ingens dra
co stabat et percussit filium pontificis
qui ministrabat ignem sacrificii percussit
et duos tribunos qui preerant provincie
cuius officiales tenebant in vinculis apo
stolum. De flatu autem draconis omnes
morbidi vehementer egrotare ceperunt.
Tunc dixit apostolus omnibus. Audite
consilium meum et recuperabitis sanitatem
mortui quoque suscitabuntur et draco
fugabitur. Dicunt illi omnes. Dic nobis
quid faciamus. Quibus ille. Deicite mar
tem hunc et loco eius crucem domini ihesu
christi affigite eamque adorate. Tunc illi
qui cruciabantur clamare ceperunt.
Recipiet in nobis virtus et deicietur
martem hunc. Facto itaque silencio
apostolus in nomine ihesu christi draconem
fugavit ita quod festinantissime
recedens ultra numquam comparuit. Tres quoque
mortuos predictos suscitavit omnemque
turbam flatu draconis morbidatam
sanitati restituit ita ut omnes qui prius
persequebantur eum primam agentes deum
hunc estimantes adorarent. Ipse autem
per unum annum integrum docuit eos ea que
de christo sunt et multa milia hominum
credentes baptizati sunt. Ordinatis
autem clericis et episcopis et multis ecclesiis in
structis ipse revelatione ad asiam
rediens ierapolim commoratus heresim
malignam hebionitarum extinxit. //
Erant quoque ibi due eius filie sanc
tissime per quas deus virginum lucratus
est multitudinem. Ante vii non dies obi
tus sui convocatis hortatus est clerum et omnem
populum predicens vite sue terminum. Annorum
autem lxxxvii perrexit ad dominum et in
ea civitate corpus eius positum est.
Ex gestis eius.

De sancto barnaba apostolo lxxxix

Sanctus
vero barnabas genere cyprius
qui unus ex lxxii christi di
scipulis erat, saulum paulum iam conversum
apprehenderat et ducens ad apostolos
narraverat eis quomodo conversus fuerat
tantamque graciam habuerat quod a spiritu
sancto clarus apostolus cum beato paulo
gentibus predicavit et multa miracula
fecit. Cum autem esset barnabas in yco
nio civitate visio apparuit Johanni di
scipulo et consobrino eius. Apparuit
enim vir splendidus dicens. Constans
esto iohannes quia amodo non Johannes
sed excelsus vocaberis. Quod cum ex
ultans sancto barnabe indicasset
Respondit ei. Cave diligenter ne quod vidi
sti alicui dicas. Nam et michi simili
hac nocte apparuit dominus dicens. Con
stans esto barnaba qui premia eterna
percipies eo quod gentem tuam reliqui
sti et animam tuam pro meo nomine tradi
disti. Cum ergo sanctus paulus cum bar
naba et antiochia predicasset et ad
partes occidentis causa predicationis ire
disponerent rogabat paulum sanctus
barnabas ut prius iret cyprum ad
visitandos parentes suos et postea in
urbem simul irent. Interim angelus
domini apparuit nocte sancto paulo dicens.
Ne tardes venire in urbem quia quidam
fratres ibi te expectant. Quod cum sanctus
paulus barnabe dixisset. Respondit. Fiat
voluntas dei. Nunc autem cyprum vado
et ibi vitam finiens te amplius non
videbo. Tu autem ora pro me ad dominum
ut ei placeat ministerium meum. Et cum

flens ad pedes eius se volvet conpaciens ei paulus dixit Noli flere frater quia sic est voluntas dei Nam et michi hac nocte apparuit dominus dicens Ne prohibeas barnabam ne ciprum quia multos ibi illuminabit et martirium consummabit Et cum sic ab invicem discessissent barnabas et Johannes discipulus eius perambulantes ciprum multos in itinere confirmavit Secum autem ferens ewangelium sancti mathei super egros illud ponebat et continuo sanabantur De cipro autem exeuntes invenerunt barieu maleficum quem prius paulus dudum ad tempus lumine privaverat sed presencia sergii pauli proconsulis sanaverat Et ab eo prohibiti intrare paphum venerunt ad locum ubi gentiles viri et femine nudi currendo ludebant Unde indignatus sanctus barnabas maledixit templum et statim pars templi recidit et occidit plurimos paganorum Cum ergo inde venissent et in salamina multos predicando converterent supervenit hic barieu sedicionem excitavit et comprehensum multis afflictum iniuriis querebant tradere iudici civitatis Cognito autem quod Eusebius vir magnus et potens de stirpe neronis imperatoris illuc advenerat timuerunt ne eum eriperet de manibus eorum Et ligantes funem in collo eius nocte dilacatum extra synagoga in ypodromum traxerunt et deinde foris portam et ibi cremantes eum crudeliter combusserunt Impii autem iudei nec sic saciati denecte eius tulerunt ossa eius et in vase plumbeo recludentes in mare precipitare volebant Sed Johannes discipulus eius cum duobus aliis nocte rapuerunt ea et sepelierunt in quadam cripta et ibi latuerunt usque ad tempora zenonis imperatoris et gelasii pape scilicet usque ad annum domini d et tunc ipso revelante repta sunt Jeronimus de illustribus viris

De Sancto luca ewangelista xv

Lucas vero medicus antiochensis ut eius scripta indicant grec[i] sermonis non ignarus fuit qui sectator pauli apostoli et omnis eius peregrinacionis comes scripsit ewangelium de quo idem apostolus dixit Misimus inquit cum illo fratrem cuius laus est in ewangelio per omnes ecclesias Et ad colocenses Salutat vos lucas medicus carissimus Et ad Thimotheum lucas est mecum solus Aliud quoque edidit volumen egregium quod titulo apostolicarum actorum prenotatur Cuius historia usque ad biennium rome commorantis pauli pervenit id est usque ad quartum neronis annum ex quo intelligimus in eadem urbe librum esse compositum Igitur periodos pauli et tecle et totam baptizati leonis fabulam inter scripturas apocrifas computemus Quale enim est ut individuus comes apostoli inter ceteras eius res hoc solum ignoraverit Quidam suspicantur quociensque in epistolis suis dicat iuxta ewangelium meum de luce significare volumen et lucam non solum ab apostolo paulo didicisse ewangelium qui cum domino in carne non fuerat sed et a ceteris apostolis Quod ipse quoque in principio voluminis sui declarat dicens Sicut tradiderunt nobis qui a principio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis Igitur ewangelium sicut audierat scripsit acta apostolorum sicut ipse viderat composuit Ex prologo in ewangelium eius Lucas paulum secutus usque ad confessionem eius serviuit domino sine crimine Nam neque uxorem umquam habens neque filios lxxiiii annorum obiit in bithinia plenus spiritu sancto Cum iam scripta essent ewangelia per matheum quidem in iudea per marcum autem in ytalia sancto instigante spiritu in achaie partibus hoc ewangelium scripsit significans etiam ipse in principio ante alia esse descripta Jeronimus ubi supra Sepultus est autem constantinopoli ad quam urbem xx anno constancii augusti ossa eius cum reliquiis sancti andree apostoli translata sunt Actor

De ceteris apostolorum et discipulis xvi

Fuerunt et multi preter apostolos discipuli viri egregii quorum gesta ad plenum non reperi sed ex martirologo breviter collegi Nam iiii kl maii celebratur apud philippis natale sancti titici dyaconi discipuli beati pauli Cuius in suis epistolis meminit pronuncians eum fratrem karissimum ac conservum suum fore in domino Item pridie nonas maii antiochie sancti euodii qui ut beatus ignatius scribit primus ibidem episcopus ab apostolis ordinatus est hic que glorioso martirio apud eandem urbem vitam finivit Item v kl julii apud galathiam beati crescentis discipuli sancti

pauli apostoli Cum ingal[illegible] habitaret tunc ficium faciens verbo predicacionis multos ad fidem xpi convertit Rediens non ad gentem cui specialiter episcopus fuerat datus Galathas usque ad beatum finem vite sue in pace dominum confortavit Item iiii ydus July apud macedoniam beati Silee apostoli qui cum esset ad vnus de primis fratribus et ab apostolis ecclesiis gentium destinatus predicacionis officium gracia dei plenus instanter consummavit et in passionibus suis xpm glorificans postmodum requievit Item pridie nonas augusti natale beati aristarchi discipuli pauli apostoli Item kl septembris apud capuam via aquaria sancti prisci martiris qui fuit vnus de antiquis xpi discipulis Item xii kl July deposicio nonari sancti timothei presbiteri qui ab apostolis in fide eruditi sunt horum sorores fuerunt beata potenciana et praxedis sacre virgines xpi Hec de apostolis et eorum discipulis dicta sufficiant Nunc autem de beatis mulieribus martha scilicet et maria que et ipse xpi discipule et apostolorum contubernales fuerunt historiam de gestis earum collectam ab inicio prosequamur De gestis eius De vita sancte marthe

Beata igitur martha // xcii regione nobilis orta pago Ierosolimitano oppido bethanie fuit Cuius uterini sue maria et lazarus que et ab infancia deum valde dilexit hebraicis apicibus docta legis preceptis subdita corpore venusta facie decora eloquiis luculenta in minibus (muliebribus) operibus convenienter erudita Inter omnes matronas piis moribus excellens caritate redundans castitate pollens viriles contactus omnino vitabat Nusquam legitur hanc aut virum habuisse aut hominis contubernio subisse quamvis eius pater syrie et maritime multarumque regionum extitisset egregius qui postquam discipulorum ductorum dissensione athenensium tunc predicator fuit fidelissimus Hec autem cum proprio fratre et sorore tria oppida magdalum scilicet et bethaniam vtrumque et Ierusalem urbis partem in hereditatis iure possidebat et fructibus proventibus diuinum habebant quia sexu et probitate habundancior et potencior erat gazis opimis referta Unde militibus et famulis suis stipendia larga manu distribuebat Domina famosa in constrictione dapum valde perita Nam ut sacra asserit euangelia Ubicumque ad convivia invitatus est dominus et illa interesset martha ministrabat decore omni sedula hospitalitate promptissima Omnis tam domesticus quam alienigena superveniens ad domum eius quidquid petebat accipiebat Unde contigit ut ipsum dominum habere agnoscere diligere cepit et illum hospicio suscepit Ipse non qui verus amator ymo dominus verus amator est eam in tantum dilexit ut magis in eius domo quam alibi declinaret impleta prophetia que dicit Quasi colonus venturus es in terra et quasi viator declinans ad manendum O beata felix que tantum hospitem habere meruit et angelorum pane cibavit Istum magnum hospitem suscepit qui angelorum et hominum est susceptor et pastor Illum pavit qui omnes creaturas pascit Illum magnum regem et dominum qui solo palmo omnia concludit quem multi prophete et reges voluerunt videre et non viderunt audire et non audierunt ipsum hospicio suscepit et pavit Res graciosa et laude digna Suscepto domino in domo vna queque duarum sororum martha scilicet et maria proprium sibi ministerium agendum quo magis deo placere elegit Maria sedens secus pedes domini audiebat verba oris eius pasci quam pascere malens Martha autem satagebat circa frequens ministerium ciborum Ideoque quod talem ac tantum hospitem domo susceperat cura cum summa studuit illi familiare mundare accubitus ornare cibaria preparare Sed videbatur ei quod tota etiam domus familia sufficere non posset illi tanto hospiti ad serviendum nisi eius soror ad domesticam curam in supplendam ei subveniret Nolebat enim ut vni soli omnis concio domus dapes prepararet Ideo stetit ante dominum stupefacta et ei supradicta conquerens ait Domine non est tibi cure quod soror mea reliquit me solam ministrare Dic ergo illi ut me adiuvet At ipse

qui non est personarum acceptor dominus. Porro quamvis diversa sibi oblata semper amat et recipit, sic unius officium laudat ut alterius non vituperet. Abhinc memorie salvator in domicilio beate marthe sibi gratum suscepit hospitium. Multa remuneratio pro hospitalitatis beneficio hilari cui eiusque pauperibus et indigentibus ministranti apud deum reposita sit. Ex huius sancte mulieris hospitalitate comprobatur. Nam propter amicitiam hospitalitatis beate marthe suscitavit dominus lazarum fratrem eius a morte. Diligebat enim inquit evangelista dominus ihesus martham et sororem eius mariam et lazarum. Unde et lazarum suscitavit ad preces sororum. Ex gestis eius.

De vita sancte marie magdalene. xiiii

Porro maria ipsa est illa que a magdalo castro nuncupata est magdalena. Quam non solum sui generis dignitas verum etiam patrimonii ima parentumque successus splendidam reddiderat, adeo ut duplicatus honor nominis excellentiorem eam usquequaque diffunderet. Sed quia iuxta affluentiam rerum voluptas comes sequitur adolescentiorum mite tempora lubricas supposuit regenda dicionibus soluto pudicicie freno. Sed postmodum divino afflata spiritu mentis intuitu in se se reverberans ac pristine vite delinquencia non sustinens ut cognovit dominum et creatorem totius humanitatis in domo devisse symonis qui non venit vocare iustos sed peccatores ad penitentiam, non ob suorum scelerum enormitatem de sui conditoris diffidens clemencia, precioso accepto unguento adiit misericordie fontem, converso penitentis gradu currens ante clementissimi domini vestigia amaritudine cordis per ubertim lacrimarum exaestuans fontem mox, deinde compunctionis fletibus sui plasmatoris pedes cepit rigare, capillis quoque sue devotionis tergere et indesinenter osculis vere humilitatis confovere ac mundissimo sue dilectionis unguento perungere. Unde cum eius nullo famulatu devotionis non esset repudiata, sed potius misericorditer suscepta, ausu familiaritatis confisa etiam super sanctissimum domini caput preciosum liquorem effudit odore [illegible]

ut tota domus ex odoris fragrancia more aromatum redoleret. Nichil ore depromens sed profusioris obsequii beneficia sue compunctionis flammam ac dilectionis fervorem intimans ac si ipsi loqueretur verbis dicens: O domine ihesu benignissime, tu qui omnia scis et cordium inspector es verus, qui non vis mortem peccatorum sed magis ut convertatur et vivat, tu ipse intelligis quid mei deposcant gemitus, quod latine abysso erupte flagitent, quid mens amarius exoret singultus. Peccatis sum inmunda, sum omni criminum labe polluta. Sed quia meam ab annis prioribus contaminavi vitam, ad te dominum meum qui es vita eterna confugio ut male perditam restituas vitam et me de faucibus baratri clementer eripias, misericorditer liberes, potenter abstrahas, qui solus laborem et dolorem consideras. Quod enim eximie professione dilectionis confecta sit ipse dominus manifestat, qui symoni indignanti cur ad se mulierem per castrum permitteret accedere, conversus ad illam dixit mulieri certa: Amen dico tibi, quia dilexit multum, dimissa sunt ei peccata multa. Unde adepta clemencia deo ut lucas evangelista describit, illico post christum omnibus ita familiaris effecta est ut ipsum dominum non solum mente sed et corpore sequeretur, de propriis facultatibus ut pote valde locuples victum et vestitum ei ministrans, implens beate dominicum preceptum dicentis: Si quis michi ministrat me sequatur. Ex gestis sancte marthe.

Sequitur de dispersione earum cum quibusdam

Deinceps sancti ||| discipulis. xv

Devotissima martha precordialiter audita et percepta sua domini dicentis: Omnis qui reliquerit patrem et matrem etc. omnes facultates suas tripartita particione divisit. Primam partem sorori sue marie magdalene dedit, ex qua ipso domino et apostolis eius victum et vestitum illis annexa prebuit. Secundam partem fratri suo lazaro dedit. Terciam vero partem sibi retinuit ad subsidium suum, de qua salvatorem et eius discipulos dum ad eam diverterent pascebat. Unde quod non residui sunt post christi ascensionem ad celos dum multitudinis credentium erat cor unum et anima una et nemo dicebat sibi aliquid proprium sed erant

illis omnia communia detulit ad pedes apostolorum ut cum eis necessitati proficeret Et sic efficitur martha discipulorum condiscipula Tunc accrescente nimio credencium exercitu adversum eos persecucio iudeorum in tantum ut a finibus suis eos expellerent Et quosdam ut petrum et alios apostolos custodie publice mancipaverunt quosdam ut stephanum lapidaverunt alios eciam sicut iacobum gladio peremerunt Quosdam vero ratibus impositos arcentes a littore remis ablatis vel gubernaculis et cuiuslibet nauticis armamentis et omnibus copiis et subsidiis desolatos pelagi fluctibus exposuerunt Sed quos dira sevicia iudeorum a finibus suis eliminavit hos divina providencia melioribus locis honoravit ditavit villis castellis urbibus locupletavit gazis optimis dotavit celis quos et nunc et imperpetuum celestibus donat mansionibus Et unicuique quod convenit divina disposuit providencia proprius et specialis assignatus est locus Siquidem arelatem deputavit trophimo narbonam paulo tholosam et wasconiam saturnino lemovicas marciali sanctonas et aquitaniam eutropio Cenomannum et britanniam iuliano biturias austregisilo turonum gaciano lugdunum hereneo vesuncionem ferrucio autisiodorum alii eutropio petragoricas frontoni vellaueum georgio totam galliam dyonisio Singulis itaque regionibus singuli dotati sunt advene patroni quas viventes miraculis et virtutibus ornaverunt Gravescente quoque sicut premisimus iudeorum persecucione contra fideles ab ipsis beata martha cum aliis christo credentibus a suis finibus exterminata est et facultatibus privata Cum sancto maximino uno scilicet ex lxxii christi discipulis cum sorore sua maria spiritus sanctus sociavit ut qui eas olim baptizaverat ipse bone conversacionis exemplo ad regnum celorum eas perduceret Igitur navim ingressi cum multis aliis proprio cursu ad portum marsilie pervenerunt Tunc circumiacentes aquensem adeunt et ceteris ac partibus insistentes plurimum mediante miraculorum signis et predicacionibus ad christi fidem convertunt Suis autem dedit sancte marthe si quos egros sanitati restituit eam et divine predicacionis facundiam predicantibus ergo beato maximino et martha et maria maxima pars populorum ad christum est conversa etc.

De dracone quem martha ligavit et populus occidit xcv

Erat tunc super rodanum inter arelatem et avinionem ingens draco cuius prime partes usque ad medium animalis formam pretendebat reliqua corporis in piscem desinebant hic multos transeuntes et subvehentes occidebat asinos eciam et equos perimebat naves quoque que rodanum transibant subvertebat Veniebant ibi sepe plurimi cum armis nec illum perimere valebant qui piscibus amenioris in flumine latebat Erat grossior bove longior equo Sed et caput habebat leoninum dentes ut gladios acutos comas equinas dorsum acutum ut dolabrum squamas hispidas et ut tarabus scindentes senos pedes ungues ursinos caudam vipeream binis pennis utraque parte muniebatur nec iaculis nec telis quibus impetebatur armis cedebat Tante ferebatur fortitudinis ut xii leones aut totidem ursos immanis belua crudelitate vel equaret vel superaret Cum autem eum incole regionis illius aliquatenus evadere vel superare nequivissent audierunt fama personante virtutis insignia que per beatam martham deus operabatur Et festinato venerunt ad eam humiliter rogantes ut fines eorum visitaret et a pernicioso dracone qui nimis eos infestabat liberaret Quibus sancta compaciens ad locum designatum de christi domini virtute confidens proficiscitur et exterminantem exterminatura draconem repperit eum in nemore cuiusdam hominis cadaver quem recens occiderat incubantem predam quoque suam devorantem Tunc hospita christi nil perita prius accessit et aspersione sacrate quam secum tulerat aque malignam bestiam perfundens et signum sancte crucis quam preferebat obiciens dracone adeo reddidit invalidum et stupidum ut nec valeret procedere nec sentire quicquam operire posset itaque victus instar ovis nil virium habens et sancta nil morata populo cum angelo cunctis admirantibus cuius triumphum hostem quem ceperat colligavit Cui protinus ab omni populo lanceis et lapidibus est actus Nuncupabatur autem ab incolis draco ille tharascurus unde locus ille deinceps vocatus est tharasconus

qui antea vocabatur nerluc, i. niger lucus eo quod ibi essent condensa et opaca et nigra. Erat autem draco de quo diximus ut putabatur de genere illius qui vocatur in Iob leviathan et descenderat per mare de galathia asie generatus leviathan qui est serpens aquosus et ferocissimus et a bonatho animali. Bonatho enim animal galathie gignit regio quod stercore feriente et urente suos insectatores submovet quasi per spacium iugeris velud spiculo dirigit et quicquid tangit velud incendium perurit.

De austeritate vite illius xvii

Postea multis peticionibus nobilium et plurium civitatis precibus tandem adquiescens cum voluntate magistri sui sancti maximini et licentia et sororis sue marie magdalene beata martha remansit ibi sacris orationibus et vigiliis quamdiu vixit ibidem persistens. Quos labores quasque angustias quasque egritudines quantas persecutiones quanta famis mediam ibi sustinuit quis valeat explicare. Nam in primis vii annis glandibus et radicibus herbis quasque crudis et pomis silvestribus corpusculum sustentans potius quam reficiens victitavit. Postea coadunato sibi et sororum conventu et edificata in honore sancti nominis domini nostri ihesu christi et beate marie semper virginis maxima basilica satis in ibi duram et austeram duxit vitam. Hyemis tempora pellicea contegebat omnia sub tecto vili palliolo. In estate tunica et burro induebatur cilicio ad carnem cum nodis coherente nudis pedibus incedens albam ex pilis camelorum mitram capiti superponens cingulo nodoso de setis equinis [illegible] media alimentum coartans ut vinee corrupta et putrefacta carne profluerent. Extensis solo ramis arboreis aut [illegible] lapide pro cervicali capiti supposito sub certo sago cilicino tantum incumbebat nunc orationibus et obsecrationibus vacans. Domus itaque semper opibus occupata et hospitalitatis quam apud bethaniam specialem exercuerat deo et hominibus intantum placuit ut multa milia populorum per eius laudabilem predicationem et sanctam conversationem qua mirabilis omnibus apparebat fidem vere religionis susciperent et baptismi sacramentum consequerentur. Seq.

De suscitatione iuvenis et conversione aque in vinum xviii

Erat cum apud avinionem ante fores urbanas in quodam loco ameno inter flumen rodanum egregia christi discipula sanaret egros sibi oblatos et predicaret. Erat iuvenis qui erat ultra flumen vidit eam generum catervas stans auscultantes. Et actus eam videre et audire natatio cursus flumen transmeare cupiens natare nudatus cepit. Cum eum iam medium tenuisset alvei subito veloci cursu ferocissimi fluminis interceptus submergitur. Rapitur impetu. Quod plura concurrunt nulli nec fuerunt. Et tota die illa cum retibus cum navibus quereretur nec reperiretur sequenti die circa nonam inventum exanimati iuvenis corpus ante pedes beate marthe cum luctu exponitur. Mox famula christi corde compuncta super his admonuit populum ut solo prostratus deum exoraret eius omnipotentia virtute sua puerum a mortuis dignaretur excitare. Hec et ipsa iuxta defunctum in modum crucis in oratione prosternitur deprecans ac dicens: Adonai ihesu christe qui tua sancta ineffabili clementia fratrem meum lazarum dilectum tuum olim a mortuis suscitasti, qui tenes claves mortis et vite, qui mortem impas et a facie tua fugit, qui mortuos revocas ad vitam, respice domine benignissime ad preces et supplicationem ancille tue et circumstantium et animam huius iuvenis redire iubeas, ut tandem cuncti presentes et futuri videntes et audientes magnalia tua perfecto corde credant in te regem salvatorem summum. Sequitur. Hac oratione completa famula christi dextra coniungens pueri manum apprehendit et dixit: In nomine domini nostri ihesu adolescens a morte qua detinebaris surge. Statimque puer sanus et incolumis surrexit et baptizatus domini in nomine sancte trinitatis consecratus est. Eodem tempore maximinus aquensis episcopus et trophimus arelatensis et eutropius auraicensis tres isti religiosi sacerdotes domini visitationis causa quo licet sit tamen ut alterutrum se ignorarent ad eam venerunt et sanctis eius petitionibus annuentes ecclesiam quam in honore ihesu christi eius conventus honore consecraverat xvii kal. ianuarii devotissime consecraverunt. Completa sacre dedicationis ut sollempne est consecratione

ventum est ad refectionis horam. Sed
iter prandendum vinum defecit ad quorum
precationem divina virtute aquam in vinum
convertit. De gestis eius. De conversatione
marie magdalene in deserto xxvi

Interea sancta maria cum divinis verbi
donum predicasset maximeque cum ad eius
noticiam pervenisset quod apertius in libris
mentibus tacere percepisset contemplationi
artius vacare desiderans monente
domino ad heremum asperrimam se contulit
et in loco angelicis manibus sibi prepa
rato per xxx annos omnibus hominibus
incognita et celestibus tum fomentis
refecta in dei laudibus et orationibus
permansit. Erat autem spelunca in qua
manebat super cuiusdam asperrimi
montis radices cum nec aquarum flu
enta nec herbarum vel arborum solacium
esset ut probaretur christus ostendit quod dilec
tricem suam non terrenis sed celestibus
epulis satiaret. Iubar igitur circa
permanens quaque die septies canonicis
horis angelorum manibus in ethera
levabatur et celestium agminum concentus
dulcissimos corporis etiam auribus
audiebat hijs quem suavissimis dapibus
satiata permanens iterum angelicas ad
eundem renovata locellum in dei laudi
bus persistens corporalis alimentis
non indigebat. Sacerdos quidam religio
sus singulis annis xlma in solitudine
perficiebat vivens ibique et orationibus
cum multa corporis abstinencia vaca
bat hic ad xii stadia prefate spelunce
vicinam sibi cellam iuxta fontem in
dicium construxerat miraculum prius
ignorans quod de beata dilectrice
sua domini fiebat. Quadam vero
die dominus oculos eius aperuit videt
quod quali angeli descendentes super
locum in quo beata morabatur consistebat
et eam in sublime elevantes post hoc
spacium ad eundem locum cum divinis lau
dibus revocabant. Unde longius
distabat quid angeli ferrent et re
ferrent scire non poterat x Tunc cepit
orationem insistere et ut sibi tante visio
nis veritas plenius innotesceret dei
clemenciam cum lacrimis invocare ora
ne aut sequitur [illegible] dei audaci devocione
ad locum [illegible] sperabat. Cumque ad
unius iac[illegible] tum lapidis propinquasset
repperiunt [illegible] ei crura cum pedibus
hebescere et timore valido eius pre
cordia anhelare. Cumque retro recedi
ret usum ambulandi crura cum pe
dibus prebebant et si ipso tramite
ad locum procedere conarentur languor
corporis eum et hebitudo prohibebat.
Tunc intelligens illic esse secretum
celeste misterium stetit et invocato
salvatoris nomine clamavit. Adiuro
te per deum vivum ut si homo es vel
aliqua rationalis creatura que in illa
spelunca habitas michi continuo respondeas
et statum tuum veritatem michi edisseras.
Hac adiuratione ter repetita illico
beata de spelunca respondens eum propius
accedere fecit eique mariam in evangelio
famosissimam peccatricem se esse dixit
factaque sue hystoriam quam congesserant
ei explicavit. Et addidit. Quia a domino
meo michi revelatum est quod inter homines
dehinc seculo migratura sum. Rogo ut
beatum maximinum mox adeas et omnia
que videris vel audieris cum ordine
illi nunciare studeas. In proximo igitur
die pasche tempore matutinorum ora
torium suum ingressus quod ipse sibi construxit
solus ingrediatur et me inibi dei laudi
bus illuc angelicorum ministerio subvec
tam inveniet presentem. De transitu eius
et sepultura xxvii

Sacerdos itaque
venientem proprius videns audie
bat vocem tamen resonantem
et angelicum potius audire videbatur
quam hominem. Cumque plura loqueretur
et interrogaret nullum vultus visum
accipere posset. Mox beatum maximinum
adiit eique omnia cum ordine nunciavit.
Tum deo gratias in mentis agens ante
illucescentem diem eiusdem aurore ora
torium suum ingressus vidit beatam mariam
in choro angelorum qui eam adduxe
rant adhuc stantem tanto splendore
circumdatam ut totum oratorium lux
luce dei clarior illustraret. Cumque
vir dei circa ianuam subsisteret videt
thorum angelicum ascendere et illam
solam in medio stantem expansis
manibus orare sic alta elevata
in aere ut duo cubiti inter terram
et eius corpusculum inter esse vi
derentur. Cumque propius accedere trepi
daret illa eius vultus continua vi
sione angelorum ultra radios solis
radiabat leviter eum vocavit et

sacerdotes omnem que clerum convocare rogavit. Omnibus presentibus corpus et sanguinem domini ab antistite porrectum cum maxima lacrimarum inundatione suscepit et omnes circumstantes attentius orare commonuit. Deinde toto corpusculo ante trepidum altare prostrato sancta illa anima ipsa die vivus ad dominum migravit. Post cuius exitum tante suavitatis odor efferbuit ut per vii fere dies sequentes advenientibus oratorium sentiretur. Transiit autem xv kal. augusti quod ideo forte dicitur quia tunc eiusdem transitus memoria celebratur vel fortasse ... passche potest hic accipi qualiter ... die. Cuius sacratum corpus beatus maximinus assumens diversis conditum aromatibus inhonorifice collocavit mausoleo construens super ea membra beati mirabilis architecture basilicam. Monstratur autem sepulcrum eius ex candido marmore habens et sculptum in ipso qualiter ad dominum in domo symonis venit et officium humanitatis ungenti que ei ... flere non erubescens obtulerat. Ex gestis sancte marthe.

De anima eius quam vidit martha

Mandaverat autem maria presbytero maximino marthe sorori sue quod eam in proximo visitaret. Quod quidem promissum non supersedes ... iam defuncta complevit. Evoluto postea brevi spatio beatus frontonius petragoricensis et sanctus georgius velliacensis ille scilicet qui mortuus fuerat et revixit cum suis locis et sedibus ... corum predicationi ... tunc ... ad eiusdem presidium cum ... et paucos dies cum ea morarentur eius ... deo ... regulam ... sunt ... Illa autem ... fronte ... alloquens ... cum eo de quibus voluit et in quibus ... se ... confessionis sacramento ... diem in ... eius ... Deus autem ... ei ... ad ... eius ... placet ordinationi. Ipsa magistra martha cum hospita ... christo ... placet ille ... ei ... reddere volens ... ei spatio unius anni ante diem sui exitus in ... Cuiusque ... anni se-

vibus agitaretur. Circa diem octavum sue resolutionis angelicos choros sororis sue marie magdalene migrantis animam ferentes in celum audivit. Quod omni conventui suo statim patefecit dicens: Congratulemini omnes mihi gratias agentes dignationi divine que marie sororis mee animam per angelicam ... ad politicas sedes transtulit. Recordare dulcissima soror promissionis tue qua te spopondisti me visitaturam et vivas mecum cum ... domino ihesu christo. Sed non fefellit maria martham nam post octavum diem ut ita dicam secum ad paradisi felicitatem attraxit. Eam siquidem octava die assumptionis beate marie martha cepit plus solito gravari languore lectoque recumbens fratres et sorores de sancta religione ... professionis tenenda commonitionem faciens et exhortans coram ipsis res ecclesie disponens et assignans et ut secum pervigilarent usque ad ... horam fratribus et sororibus in ... observantes sicut et fecerunt. Post facta collocutionis verba divina sacratum ... communione sese munivit. Sequitur de felici eiusdem transitu. C.

Nocte vero media ante transitum ... horam somno depressis fratribus et hiis que circa illam excubabant cum luminaribus ... turbo vehementer excitatur adeo quod sanctis omnibus invidet hoste maligno violenter actus vii cereos ... et tres lampades inde dependentes extinxit. Ista famula christi terribilem spirituum malignorum ante se cernens orare cepit. Mi pater inquit heli mi hospes karissime congregati sunt ad devorandum me seductores mei scripta tenentes malorum que gessi vociferantes atque dicentes: Deus dereliquit eam persequimini et comprehendite eam quia non est qui liberet eam. Heli ne elongeris a me. Heli in adiutorium meum intende. Delicta iuventutis mee et ignorantias meas ne memineris. Adonai ad ... cuius sonitum vocis qui dormiebant excitantur somno ... luminaria que ... extincta ... attendere ... domo transierunt ad domum proximiorem et inde ... petitum moras que faci... ... vidit beatam martha ... suam

mariam magdalenam occurrentem sibi
facem igneam manu tenentem qua
lampades omnes et cerei mox accen
duntur. Et dum alta voce nomine vocat
alteram ecce dominus Christus adest ille qui
nusquam abest dicens: Veni dilecta
mea quondam hospita mea nunc te
de carnis ergastulo transferam ad celi
palacium ut ibi tecum semper gaudeas et
valeas non sicut hospita vel advena sed
sicut domestica fidei sicut concives
sanctorum. Sollicite enim meque ministrasti in
terris hospicio me suscepisti et refe
cisti. Reddam tibi pro temporali ministerio
modo omnem excedentem beatitudinem
ut ubi sum ego illic sis mecum que mi
nistrasti que me secuta es. Consolacio
nis non gratiam quam tibi dederam ad
eorum salutem quos erudieras non aufe
ram a te nec in ultimo qui potius mul
tiplicabo devoteque venientes ad se
pulcrum tuum amore tui clementer exau
diam in suis peticionibus effusis tribuens.
Expecta nunc modicum quo ipse minimus
veniens ad me. Interea venientibus qui
[pluminaribus] accendendis [exstiti] fuerant
erat mirabile videre lucernas quas
extinctas reliquerant succensas in
venisse admirantibus que cunctis et qua
liter id accidisset inter se conferentibus sancta
dei pandit ordinem rei quos famulamini
nite cognoscat fratribus divinam patefa
ciens visitacionem. Tunc deferri se pre
cepit extra basilicam sub arbore qua
dam et substrati sibi cinerem sparsum
instar crucis cum paucis paleis
et recubans cilicio sancte crucis
signum pro oculis habens horam exitus
intenta celo prestolabatur. Cunctis ita
que circumstantibus sub orationibus excubi
is dominicam passionem precepit recita
ri quam hebraice scriptam de pellibus
vitulinis secum attulerat. Cumque
sedule legeretur: pater in manus tuas
commendo spiritum meum. Ut evangelica
narratione prosequente Christi famula
dormivit in domino quarto kalendas ianuarii
vi feria hora diei nona peracto etatis
anno lxv°. De gloriosis eius exequiis

Huius exequias eodem omni | Cum
devocione peregerunt ipsius co
mites et alumpni viri religio
si sancti atque famosi domestici eius
euthodius et sinthex et germanus et
epaphras et sostenes pauli discipuli
et trophimus comites et parmenas qui
fuit unus ex vii dyaconibus ecclesie primi
tive sed et martilla beate marthe pe
disequa quam de sacro fonte suscepe pat
nus sua illa que extollens vocem de
turba dixerat: Beatus venter qui te
portavit et ubera que suxisti. Illa
cum multis aliis qui cognito sancte femine
transitu convenerant ut ibi triduo cum
cereis et luminaribus persisterent die domi
ca dum eius corpori sancte obsequium
prebere vellent et alii psalmis alii la
mentis intenderent. Ecce hora tercia
apud petragoricas sacrarum missarum
sollempnia celebranti iam lecta epistola
in kathedra ante altare dormitanti
in ecclesia sua beato frontoni episcopo apparuit
dominus dicens ei: Dilecte mi fili fronto si vis
implere que hospite nostre marthe polli
citus es veni festinanter ad eius exequias
complendas et sequere me. Quo dicto mo
mentaneo raptu tharasconum ambo
tunc venerunt clerice hospite ingressi basilicam
cum aliis circa sanctum corpus psallen
tibus psallere ceperunt et totum obse
quium tenentes in manibus codices
a principio usque ad finem aliis respondentibus
et succinentibus peregerunt et ambo sancte
mulieris glebam bajulantes in sepulcro
deposuerunt. Dum hec aguntur ecce
dyaconus petragoricensis ecce finitis
cantibus clericorum ad ministrandum
circa patrem suum antistitem quem in
kathedra persistit dormitantem pulsat
benedictionem ab eo legendi petens. Sed
sanctus adhuc depressus nullum dat responsum
cunctantibus cunctis circumstantibus episcopus tan
tas morulas facit iterata vice pulsa
tus tamquam de dulci sompno
excitatus ait: O fratres quid egistis
quid me sic excitastis. Res mira nobis
accidit quam nunc dilectioni confiteor
dominus noster Ihesus Christus perduxit me
de presenti loco ad exequias hospite
sue marthe quam et sepulture tra
didimus sicut illi viventi quondam
promisimus. Et ut me sancte mulieris
exequiis interfuisse cognoscatis mit
tite qui afferant anulum aureum
et cirotecas argenteas quas dedi ad
deponendum in sepulcro corpus sanctum

ne coaptarem illius ecclesie satrisse co-
mendam. Sed dum coram decessia
nec anulum nec theotheca oblivione p
veniens ab eo tamen quinsera repetam nec
recepi nobis excitantibus evigilans
iussit sine dilatione utrumque sicut sanctus
predixerat rem seriatim accidisse cog-
novit et anulum et unam de theothecis
attulerunt. Unam alteram sacrarius ob
testimonium tante rei retinuit. Refebat
beatus fronto fratribus cum de beate mulieris
mirabili sepultura faceret mentionem.
Postquam eam inquit sepulturo con-
didimus a becessa iam exeuntes nos in-
secutus est quidam frater eiusdem loci litteratus
et interrogavit dominum quis esset vel
unde vel quo nomine censeretur. Cui nil
ille respondens audit codicem quem manu
tenebat apertum in quo nichil aliud erat
scriptum nisi versiculus iste. In memoria
eterna erit iusta hospita mea ab auditu
malo non timebit in die novissimo. Cum
vero codicem revolvisset cunctis foliis
id reperit inscriptum. Unde satis patet
quia iusta in memoria eterna angelorum
et hominum est iusta hospita xpi et ab au-
ditu malo non timebit quando maledictionem
dampni audient Discedite a me maledicti.

De loco sepulture et devotionibus eius. Cap.

Quanti vero beata martha sit meriti
miracula comprobant que super in-
firmos continue et demoniacos ad
eius venerabile sunt exhibita sepul-
crum. Unum ut de multis pauca referamus.
Clodoveus qui primus de regibus fran-
corum et theutonicorum per beati remigii pre-
dicationem xpo credidit et baptismi sacra-
mentum suscepit cum gravi renum vexa-
tione nimio modo opprimeretur fama vulgante quod
quibuscumque morbis oppressi sanarentur
ad famule xpi mausoleum festinus
properavit. Et salutem ibidem se recepisse
gaudens locum illum regia munificentia
ditavit et terras et villas et castra
per ambitum trium miliariorum ex utraque
parte rodani per testamentum conscriptum
anulo suo roboratum eidem loco delegavit
et ecclesiam et locum ab omni subiectione
laicali et secularis potestatis liberum esse
constituit. Idem autem locus tante
venerationis et religionis est habitus
ut non impune ferat si quis aliquam
violentiam aut iniuriam fuerit presumptionis
commaculationis illicite rapine ne seu [illegible]
adimpleverat domina protegente defensione
locumque suum conservante. Marcella autem et
sinteches et epaphras castissimi et apostoli
viri sosthenam perrexerunt et predicantes
evangelium xpi perseveraverunt in bonis operibus.
Marcella vero post decessum beate marthe
x annis supervixit cuius vitam non prius vo-
lumine hebraice conscripsit quam ego sintex
multa pretermittens latine conscripsi. Eucho-
dius autem et germanus et pinenas et
sostenes beate marthe comites et alum-
pni quos admonuit ad sacratissimam eius
sepulturam pervigilantes ibidem beato fine
quieverunt. De gestis sancte marthe

De sancto maximino aquensi et sociorum

Rexit autem aquensem sedem. Cap.
ecclesiam beatus maximinus pontifex
et confessor diebus multis verbo
predicationis inserendo demones pellendo
claudis gressum restituendo omnium infir-
mitatum langwores curando. Imminente
autem tempore quo sancto sibi revelante spiritu
adstare luce se sustrahi cognovit mercedem
laborum suorum apud iudicem recepturum infra
predictam ecclesiam iussit sepulture sue locum
parari ac iuxta beate marie magdalene
sarcophagum suum collocari. In quo post
sanctum eius transitum a fidelibus honorifice
depositus magnis miraculorum ambo
decorant locum virtutibus suorum merito
meritorum petentibus anime et corporis
prestando salubria. Cum locus tante po-
stea religionis est habitus ut nullus re-
gum ac principum nec aliquis secularis
pompa preditus ecclesiam illorum busticula
petiturus ingredi audeat donec prius
depositis armis cuique belluina post habita
ferocitate sit domum cum omni devotione
humilitatis introeat. Lector. Hec de gestis
beati maximini aquensis episcopi sanctarumque mu-
lierum marthe et marie apud sanctum eidem
viro sanctorum associatis excerpta sufficiant.
Ceterorum autem sanctorum qui cum eis in dispersio-
ne discipulorum a iudea iuxta prefatam histo-
riam nominati sunt non omnium gesta ad
plenum repperi. Quorumdam tamen ut beati
martialis et beati frontonis supra iam
posui. Quorumdam vero ut cyrenei eu-
tropii dyonisii in suis locis congruis ponere
disposui. Hic autem beati saturnini beati
iuliani gesta breviter excerpta inserere
volui. De gestis eius recta. Sequitur

De sancto Saturnino tholosano. C v

Sanctus itaque Saturninus primus ac
sinus tholosane ciuitatis antistes
cum iuxta capitolium quod inter
domum suam et ecclesiam tunc temporis
parua medium erat crebro transiret atque
rediret eius frequentiam prauorum demonum
turba sustinere non potuit et ut erant
muta simulacra muti sacrilega obsequia
et solita consultantium nota patuit. Ob
quam causam comprehensus ad capitolium
tractus cum immolare cogeretur clara
voce testatus est vni deo vero laudis
hostias immolo. Deos autem vestros demo-
nes esse scio quos incassum non tam
pecudum cedibus quam animarum vestrarum
mortibus honoratis. Quomodo autem vultis
ut ego timeam eos a quibus dicitis
me timeri. Ad hanc vocem effrenata
sacrilege multitudinis turba insa-
niuit taurumque qui victime fuerat pa-
ratus fune lateribus eius circumdato
et post terga demisso ad ministerium sue
crudelitatis. Posteriorum parte funis que
ad tauri posteriora defluebat sancti
viri pedes illigant actumque stimulis
acrioribus pecudem de superiori capi-
tolii parte in planicie precipitant. Nec
mora inter primos descensus ipsius
gradus capite colliso cerebro quoque excusso
totoque corpore omni membrorum parte
quassato dignam sibi animam Christus
recepit. Multis autem virtutibus idem
sanctus post obitum floruit. Quidam
non diues iniquus et potens anatha
anthonius ex hac vita migrans ad
inferos in eius ecclesia sepeliri se fecit.
Quod et capitibus eius factum est. Noc-
te non sequenti sarcophagus eius cum
corpore virtute diuina per fenestram in
medio atrii proicitur. Quem mane fra-
tres eius inuenientes rursus in
loco de quo eiectus fuerat altius tumu-
lare curauerunt. Altera nocte die ut prius
eiectum reperierunt et cognitione cum illo
tactus super terram expositus resurat.
Ex gestis eius. De sancto Iuliano ceno-
manensi episcopo. C vi

Sanctus autem Iulianus romana gloriosissime
clarissimus iuncto fidei preclarus
et lingua facundus extra vrbem ce-
nomanam intra pro tectus hospitio die
noctuque in sancto perstabat proposito. Cum
que iam multi luce fidei radiati eius
consiliis inhererent essetque eis deesse

de aque penuria querimonia vir dei
cuspidem baculi sui humi defigens au-
dientibus cunctis eum qui sicienti
populo de silice in heremo potum tribuit
humiliter exorauit. Et cum fideles vi-
dissent amen subito fons vberrimus
erupit. Hoc audito princeps ciuitatis
defensor nomine Primacus eum ad se
suppliciter euocauit. Qui cum ad eum acce-
deret quedam cecam sibi obuiam vexi-
llo crucis impresso illuminauit. Hoc audiens
festinus princeps accurrit et cum tota
familia sua multa quoque nobilium turba
baptismi gratiam ab eo accepit atque in
tanto ardore pietatis excreuit ut
domum suam viro sancto ad construen-
dum ibi ecclesiam traderet et ut luna[...]
dies ipse manibus absque ullo incommodo
inuigilaret. Quadam die discurrente
eo ad predium cuiusdam nomine pilacus
puer filius eiusdem fundi possessoris
qui infirmabatur mortuus est. Quod vbi
vir dei comperit una totus affluens
domum luctus introiuit. Noctemque per
vigilem ducens tanta instancia por-
tam celi pulsauit precatum ut puer
surgeret et pontifex expulsus et in-
fans a morte mox surrexit et vicini
iam ne fidei colla supponunt et infan-
tem cum tota hereditate beatissimo ma-
gno tradunt. Cum autem vrbis aduo
sibi commendate portam subiret car-
cerali custodie mancipati clamau-
tes ut sui misereretur exorabant. Et ille
benignissimus ad eos quibus illud
officium commissum erat supplex accessit
precans ut adiunctos sui gratia redderet
absolutos quos iniquitas propria fecerat
reos. Spretus non precibus proprio hospi-
tio se recepit et tacitus ac gemens
dei misericordiam orare cepit. Mox angelico
ministerio hostia carceris aperta sunt et illi
egredientes sancti viri conspectibus
se obtulerunt. At ille gaudens in domino
iam letus tibium accepit et quos mi-
to saluat sancti eciam quinimmo principa-
tione donauit. De obitu eius et mira-
culis post obitum C vii

Hys et aliis multis miraculis clarus
appropinquante die vocationis
sue discessit ad deum in quo
postmodum ecclesia beati Martialis si-
ta est iuxta lenem tactus in quomodo
sedem sibi adeo iocundatam communi cle-
ri plebis quoque consilio conquisit pro temporis

deum oculis et manibus eleuatis dominum
collaudans eique oues acquisitas presen-
tans¹ celo spiritum reddidit Tunc
defensor cum tribus cereis eadem
hora adest venientem diuitus agno-
(?)n qui cereos quos portabant posue-
runt super mensam ante eum et abie-
runt Quem rem timens admirans ad eos
sedentes dixit Inquit non hic vidi-
stis patrem meum iulianum qui hic cum
tribus cereis aduenit et nobis bene-
dictis cereis quos derelictis abscessit Surgamus
ergo et ad sepeliendum eum properemus
Tunc admirati omnes ad exequias sancti
festinauit Cumque corpus ad vrbem
deportaret et ad alueum sancte
fluminis venirent viri qui lecticam
gestabant equis suis enatantibus
inter vndas validas et profundas
nec genibus aqua tactis littus alte-
rum cunctis mirantibus subierunt Cui
vero tota vrbs obuiam occurret quedam
mulier puelum filium caldarie impo-
suerat suppositoque igne membra
infantuli aqua tepenti lauabat
Que voce psallencium attonita
officium ceptum deseruit oblitaque
infantuli cum ceteris sancto obuiam accurrit
Sed ardore fidei que illam occurrere
compulit extincta est flama ar-
dentis caldarii ut illesum filium in-
columem reciperet Ex gestis eorum
Iste Iulianus Symon ille leprosus
asseritur fuisse qui dominum in carne
hospicio suscepit et quando suscepit
Unde presto iuliano aliquid iter agen-
tibus prodesse adhuc ad bonum hospicium
habeant si orationem dominicam dicant
eo quod in domo eius dominus hospi-
tatus est Sed si hic eciam multo
melius in honore beate marthe di-
cenda esset apud quam frequentis-
sime hospitari dignatus est videtur
esse melior communis opinio ut non
presto iuliano sed pro patribus cuius de
alterius iuliani dicenda sit cuius
hic hystoriam subdimus que aplu-
rimis ignoratur De alio iuliano
pro quo dicitur oratio dominica Cum
Iulianus iste iuuenis et nobilis et
quadam die cum venationem insisteret
quidam ceruus ei dixit quod deus
futurum esset ut qua parentes suos
occideret Quod hec audiens timens ne
sibi incideret relictis omnibus clam dis-
cessit et longe profectus tam strenue
cuidam castellano fuit ut eum mi-
litem faceret et ei quandam castellanam
viduam desponsaret Interea parentes
iuliani cum in locis plurimis perquiren-
tes tandem ad castrum cuius erat dominus
deuenit et ab vxore eius cognitis
indiciis quia filius eorum esset benigne suscepti sunt
ut thorum ipsa iacet et pro amore
viri sui eos in lecto ipso collocaret
Facto mane castellana ad ecclesiam
perrexit et ecce Iulianus qui tunc
forte abfuerat rediens in thalamum
suum quasi eam excitaturus intrauit
et inueniens duos simul dormientes vxo-
rem cum altero suspicatus eos extrac-
to gladio decollauerunt Et exiens de do-
mo vidit vxorem suam de ecclesia venien-
tem Et admiratus interrogat qui nam
essent qui in suo thalamo sic dormirent
At illa parentes inquit tui sunt qui nos
diutissime quesierunt Tunc pene pre
dolore deficiens heu inquit impletum
est verbum ceruii quia ego meos parentes
occidi iam nunc vale dulcissima soror
quia iam de cetero non quiescam donec
acceptauit dominus penitenciam meam Cui
illa absit inquit dulcissime frater
ut sine me discedas et que fui parti-
ceps gaudii non sim particeps et doloris
mecum ergo sustine quidquid sufferre
decreuisti Sic abeuntes ad quandam
fluuium peruenerunt et tugurium ibi fe-
cerunt ut ibi penitenciam suam facerent
et omnes qui vellent transire flumen
pro deo transponent Post longum tempus
media nocte hyeme cum dormiret
ecce quidam iulianum clamauit et
vxor eius audiens ut vret amonuit
eum timens frigus et nocte ipsa
instante clamante transposuit et
aliquid cum accenso ignicello calefa-
cere non posset sicut ille perijt inter
ipsos ipsum in lectulo collocauit Tunc
ille Iuliane inquit dominus ad te me
misit mandans tibi quod tuam penitenciam
acceptauit et vos postmodum migra-
bitis ad dominum Et sic ille disparuit
Ex gestis eius De sancto Hermago-
ra et eius passione sequitur Ex
Hermagoras beati Marci discipulus a beato
Aquilegie ciuitati Ytalie constitu(?)

epūs et a beato petro aplo confirmatus
Cum spū sancto plenus verbum dni cepit
predicare et per ordinem demonia ab obsessis
corporibus eicē et infirmos sanare et
cecis facto crucis signaculo sup oculos
eorum visum reddē Concurrebant ad eū
omēs ytalie pr̄ videntes eius mirabilia
qui et per eum fidē multiplicabat fides pa
ganorum aut infirmitas confundebatur Eodē
vero tempore imperante nerone in urbe
roma et prefecturā agente agrippa qui
fuit fr̄ herodis tunc aquilegiensē ciui
tatem duxit preses senastus nomine
ut in eadem ciuitate administraret Cum
ingressus sedit pro tribunali Et audito de
sancto hermagora quod templa deorum
per eum desolata essent fremuit ut leo
iussit qz turbā militum qui impetum fa
cientes eum comprehenderunt et ferro vinc
tum ad ipsum perduxerunt a quo interrogatus
qua audacia ipsum a diis separet et
crucifixum predicaret eleuans oculos
suos in celum facto signaculo xpi in fron
te sua constanter respondit se ordinatum epm
commissione dni predicando nō quiescere
ut omēs a diabolo detentos per verbum dei
ad agnitionem eius reuocaret Hec et alia
preses audiens iussit eum extendi et
neruis crudis cedi Cumqz cederetur aspi
ciens in celum gratias agebat domino Se
cundo preses iussit eum in eculeo suspendi
et pectus vngulis radi Postea precepit
laminas ferreas candentes pectori
eius imprimi et lampades ardentes eius
lateribus applicari Quod cum fieret fīs
dei iu- iacebat ymnum dno pendens
in ligno dicens deus in adiutorium meum
intende videntes aut ipsi eius magnam
constanciam exclamauerunt dicentes
Magnus est deus xpianorum sine causa
torquetur uir dei Tunc iratus preses
iussit eum de eculeo submitti et in
carcerem recludi propter populorum sedicionem

Qualiter cum sancto fortunato marti
rizatus est C xv

Cumqz reclu-
detur in carcerem orauit et su
bito lumē nimium refulsit et
odor suauis carcerem repleuit Quo
viso custos carceris nomine poncianus
apta ianua carceris iamua ipo quoqz
orante cecidit ad pedes eius et pro-
volutus deprecabatur eum dicens depor
te pro nomine dei tui qui tantam tibi cla
ritatem concessit in tenebris ut miserie
aris michi misero et ad dei tui agni
tionem me perducas ut per te liberet deus tuus
aīam meam perditam Cui dixit ad eum
Si credis ex toto corde tuo et ex tota
aīa omīa possibilia sunt que postulas
Cum credit Credo Baptisato itaqz pon
ciano irruit in eum spūs sanctus et cepit
preclara voce clamare per omēs plateas
et vicos ciuitatis dicens Magnus est
deus quem predicat sanctus hermagoras
Ad hanc vocem cucurrit ad carcerem vni
uersus populus et multi clarissimi viri
videntes in carcere tale lumē deo grā
as egerunt Beatus aut hermagoras
confortans alios clericos eiusdem pp̄
pastoris amissione dolentes et plan
gentes iussit eos ordinare fortunatum
archidiaconū discipulum suum quem
ipse ex infancia in dei enutriebat
timore Post aliqz dies audiens se
nastus preses de beata alexandria quia
baptisata est a sancto fortunato archi
diacono iussit eam in carcerem duci Quē
cum vidisset sanctus hermagoras dno
deo egit gratias qz dignatus est eum
associare ut cum eodem martirium susci
peret Per dies aut plurimos multa per eos
mirabilia dns in carcere operatus est et con
currentes ad eos omēs varias infirmi
tates habentes curabantur ab eis in nomine
ihū xpi dni nri Videntes aut sacerdo
tes paganorum colligentes populum innu
merabilem vnanimiter venerunt ad senastum
presidem cum fustibus et lapidibus cla
mantes et dicentes Ciuitas tota peri
clitatur qui facis vsqz nunc viuere hominem
qui per magicas artes populum alienat
et elicit mentes ut sequantur ad se
Tolle magum occide maleficum sin aut
nolueris templum incendemus et illud igni
consumemus Tunc senastus preses timens
populum qui per eum crediderunt in nomine
xpi iussit noctu speculatorem et in car
cere decollauit sanctos hermagoram et for
tunatum Quorum corpora colligentes pon
cianus custos carceris et omēs xpianorum
sanguinem eorum colligens in unum collocauit
loco martirisati sunt aut iiijo ydus iulii
Eusebius

De his qui prefuerunt morte neronis C.

Anno neronis xiiij° finitis anno xi
mense cecidit. Suetonius ubi s.
Talem itaque principem paulominus
xiiij annos perpessus terrarum orbis tandem
destituit initium facientibus gallis mox
britannia armeniaque amissa ac rursus
utraque recepta. Presumptionem singularemque feli
citatem concepit adeo ut amissis naufra
gio preciosissimis rebus non dubitaverit inter
suos dicere pisces eas sibi relaturos. Nunti
umque dolens quam male se citharedum in
crepitum singulos subinde rogitans
nossent ne quemquam meliorem. Verum demo
tu galliarum cognovit adeo lente ac
secure tulit ut gaudentibus etiam suspi
cionem preberet tamquam occasione nata spo
liandarum iure belli opulentissimarum
provinciarum statimque in gymnasium progressus
certantes athletas effusissimo studio
spectaret. Postquam autem et hispanias
descisse cognovit collapsus animo diu
sine voce velut mortuus iacuit atque
resipuit veste discissa capite converberato
actum de se pronunciavit nec eo secius
quidquam consuetudine luxus ac
desidie omisit vel imminuit. Nam primo
cum prospere quedam ex provinciis nunciata
essent superabundantissima cena iocula
ria in defectionis duces carmina la
scivieque modulata et gesticulatus
est ac spectaculis theatri clam illatus
cuidam scenico placenti misit mandans
abuti eum occupationibus suis. Initio
statim tumultus multa et immania ver
non abhorrentia a natura sua creditur de
stinasse percussores successores submittere omnibus
exercitus provincias et regentibus
quasi conspiratis idem et sentientibus
quidquid ubique exulum quidquid in
urbe hominum gallicanorum esset contruci
dare illos ne desciscentibus aggregarentur
hos ut conscios popularium et fautores
senatum universum veneno per convivia
necare urbem incendere feris in populum
immissis. Sed absterritus est non tam
penitentia quam perficiendi desperatione
in paranda expeditione prima cura
habuit deligendi vehicula portandis
scenicis organis concubinasque quas
secum educeret tondendi ad virilem
modum et securibus peltisque amazo-

nicis instruendi. Maxima autem popula
ritate efferebatur omnium emulus qui quoquo modo
animum vulgi moverent. Sunt qui tradant
pedem chistone occisum ab eo quasi
nem adversarium. Erat illi eternitatis perpe
tueque fame cupido sed inconsulta. Ideoque
multas rebus et locis veteri appellatione
detracta novam indixit ex suo nomine
mensem quoque aprilem neroneum romam
que neropolim appellari. Religionum
omnino contemptor fuit. Traditur autem per que
tem navem sibi regenti ex orto gub
naculum traditum se abstractum uxore
in atrocissimas tenebras et penatum
formarum multitudine oppleri demum
ex sponte foribus patefactis exaudi
ta vox et nomine cientis. Hugo
floriac. in ii° li°. Cumque multa mala que
referre per singula nimis longum est
reipublice irrogasset tandem hostis
senatus iudicatus ut qui sacrilegio
fidem parricidio pietatem incesto pu
dicitiam violaverat ipsamque potestatem ro
manam imperii vel officia seu negocia in
plurimis contriverat. Cumque ipse fidem
nulli servaret omnes suspectos habebat
duobus tamen nequissimis nimphidio
et gemellio se credendum putavit quos
vilis condicionis sibi obnoxios fecerat. Verum
ipsi exemplo crudelitatis eius quoque
profecerunt. Nam quia carissimos viros
interemerat tunc sibi et senem non
[illegible] metuebant. Ambo igitur facta
cum ceteris conspiratione parricidam de
seruerunt. De infelici eiusdem morte C.

Itaque desertus ab omnibus turpiter fu- xvj
git ex urbe et seipsum interfecit. Sueto
nius. Nunciata quidem ceterorum exercituum
defectione litteras prandenti traditas
concerpsit mensam subvertit duos sciphos
gratissimi usus solo illisit ac assum
ptoque veneno et in auream pyxidem
condito transiit in hortos libertorum fidis
simis ad classem premissis tribunos
centurionesque de fuge societate temp
tavit. Sed partim tergiversantibus partim
aperte detrectantibus uno vero procla
mante usque adeo ne mori miserum est
varie agitavit parthos ne supplex pe
teret an atratus prodiret in publicum
quantaque posset miseratione preterito
rum veniam peteret. Sed deceptum putat

ne prius quam in forum prodiret discerperetur. Sic cogitatione in posterum dilata ad mediam fere noctem excitatus misit qui citarent amicos. Et quia nichil a quoquam renunciabatur ipse cum paucis hospicia singulorum adiit. Verum clausis omnium foribus respondente nullo in cubiculum rediit unde etiam custodes diffugerant direptis stragulis ac statim quemlibet percussorem cuius manu periret requisivit. Et nemine reperto quod ego inquit nec amicum nec inimicum habeo. Procurritque quasi precipitaturus se in Tyberim. Sed revocato rursus impetu aliquid secretioris latebre ad colligendum animum desideravit. Nudo pede ut erat atque tunicatus penula obsoleti coloris superinduit adopertoque capite et ante faciem obtento sudario equum ascendit iiii^{or} tantum comitantibus. Sed diverticulum ventum est dimisso equo inter fruticeta et vepres per harundineti semitam egre nisi substrata pedibus veste dimissa sentibus penula quadrupes per angustias cavatus receptus in proximam cellam decubuit super lectum modica culcitra vetere pallio instratum. Tunc uno quoque hinc inde hortante ut quamprimum se impendentibus contumeliis eriperet scrobem coram se fieri imperavit dimensus ad corporis sui modulum et aquam simul et ligna conferri curando mox cadaveri flens ad singula atque identidem dictitans Qualis artifex pereo. Inter moras placito a cursore missio hostem se a senatu iudicatum et queri ut more puniretur conspectus duos pugiones quos secum extulerat arripuit. Temptataque utriusque acie rursus condidit causatus nondum adesse fatalem horam. At modo comites hortabatur ut lamentari et plangere inciperent, modo orabat ut se aliquis ad mortem capessendam exemplo iuvaret. Interdum etiam segniciem suam increpabat. Iamque equites appropinquabant quibus preceptum erat ut vivum attraherent. Quod ut sensit ferrum iugulo adegit iuvante quodam, exstantibus rigentibusque oculis usque ad horrorem formidinemque intuentium. Tantum in morte eius publice fuit gaudium ut plebs pilleata tota urbe discurreret. Eusebius. Anno igitur domini lxx° etatis ipsius Neronis xxxii°. Cum a senatu queritur ad penam e palacio fugiens ad quartum urbis miliarium in suburbano liberti sui inter Salariam et Nomentanam viam semetipsum interfecit atque in eo omnis Augusti familia consumpta est. Hugo. De Galba imperatore et morte eius. C viii.

Post autem Neronem Sergius Galba in Hispania creatus est imperator qui mox post eius obitum Romam venit et imperavit mensibus vi et diebus totidem. Porro de morte Neronis ita Romana plebs exultavit induta pilleis tamquam servo exempto domino triumpharet. Suetonius libro vii°. Hic autem Galba statura fuit iusta capite precalvo oculis ceruleis adunco naso manibus et pedibus articulari morbo distortissimis. Sibi plurimum traditur quondam tempore Tiberio ante hoc tempus convenisse quod olim provinciam Hispaniam regens tutorem qui pupillo cui substitutus erat heres veneno necaverat cruce affecit. Implorantique leges et civem Romanum se testificanti quasi solacio et honore aliquo penam levaturus mutari multoque preter ceteras altiorem et dealbatam poni statim crucem iussit. Amore autem favore et auctoritate adeptus est quam gessit imperium. Regebatur arbitrio trium quibus diversa vicia grassantibus adeo se abutendum permisit et tradidit ut vix ipse sibi constaret, modo acerbior parciorque modo remissior ac neglegentior quam principem conveniret. Universis ordinibus offensis precipua tamen invidia flagrabat apud milites. Nam cum in verba eius absentis iurantibus donativum grandius solito proposuisset ratam rem non habuit et subinde iactavit militem se legere consuevisse non emere. Hugo. Huius autem diebus avaricie et segnicie deditus Pisonem nobilem et industrium adolescentem sibi in filium adoptavit. Sed hos ambos Otho Rome in medio foro interfecit. Suetonius. Equites quibus mandata Galbe cedes erat cum per publicum equos adegissent viso procul eo paulumper restiterunt, deinde rursus incitati desertum a suis contrucidaverunt. Illud nimium admodum fuit neque precium quempiam operam imperatori fe-

conati et qui aperuerunt omnes spre
uisse mutilum. Iugulatus est ac ita
ut erat relictus donec argarius
miles a frumentatione rediens abiecto
one caput ei amputauit mox inserto
pos pollice ad othonem detulit
Ille lixis calonibus que donauit qui
hasta suffixum non sine ludibrio
circa castra portauit. Eusebius i cro.
De quintiliano et flosculis eius. C.xiiii.

Hisito galba marcus fabius
quintilianus de hispania
romam productus est qui
et primus illic publicam
scolam tenuit et e fisco solaria acce
pit. Actor. hinc ex quintiliano mora
les flosculos sparsim et rectos plurimum
hunc operi inferendos iudicaui. Quin
tilianus de oratoria institutione libro primo
utinam liberorum nostrorum mores non ipsi per
deremus. Infantiam statim deliciis sol
uimus mollis educatio quam indulge
ciam vocamus neruos omnes mentis et
corporis frangit. Optimos quisque se
ceptor frequentia gaudet et maiore
se theatro dignum putat. Ingenium
signum in pueris precipuum memoria est. Eius
duplex est virtus facile percipere et fideliter
retinere quo plures res sunt etiam que sin
gulis tradenda sunt ante omnia futurus
orator cui in maxima celebritate et
in media re publica uiuendum est assue
scat iam a tenero non reformidare homines
nec solitaria palestre. Excitanda est
mens et attollenda semper que in huiusmodi
secretis aut languescit et quendam uelut
inopaco situm ducit aut contra tumet
persuasione languescit. Necesse est sibi
plurimum tribuat qui se nemini comparat.
Etas hominis tum maxime formanda
est cum simulandi nescia est et precipien
tibus facillime cedit frangas enim
citius quam corrigas que in prauum
duruerint. Non sunt ferendi qui arte
signaturam ut tenuem atque ieiunam
cauillantur que nisi fundata fideliter
iecit quicquid superstruxeris corruet
natura puerorum iocunda semper dulcis
scriptorum comes et ut sola omnium studiorum
quie plus habet operis quam ostentationis
plurium aut ambiciosa festinatione a po
sterioribus incipiunt dum ostentare di
scipulos circa speciosa malunt. Consue
tudo est certissima loquendi magistra

utendumque plane sermone est ut nummo cui
publica forma est usitatis enim tutius
utimur. Noua uerba non sine periculo fingimus
turpis dessparatur quicquid fieri potest nichil
potest placere quod non decet. Idem in secundo. Iterum
de flosculis eiusdem sequitur. C.xv.

Non id quidem estimandum est cuius etatis
sit sed quantum in studiis
iam effecerit. Cauendum est non so
lum crimine turpitudinis uerum etiam suspicione.
ne ingenia puerorum nimia seueritatis
acerbitate deficiant. Nam et desperant et
dolent et nouissime oderunt et quod
maxime nocet dum omnia timent nichil
conantur. Aliena uicia quisque reprehendi
uult quam sua. Ne temptes quod effi
ci non possit ne abeas quod quis optime
facit malum. Cum minimus est idoneus eum
tu sicut ut preceptoris est officium docere
sic discipulorum prebere se dociles aliquando
neutrum sine altero sufficit. Sicut enim sin
istra spargitur semina nec ea premollitus
fouerit sulcus ita surgere coalescere nequit
nisi sociata tradentis accipientis que
concordia. Est quedam virtutum uiciorum que
uicinia que temerarius pro forti effusus
pro copioso accipitur. Multo labore assiduo
studio varia exercitatione plurimis expe
rimentis altissima prudencia presentissimo
consilio constat ars dicendi. Persuadet
et pecunia et gratia et auctoritas dicentis
postremo eius aspectus ipse sine voce non
bona gratia sed victoria litigantis est
premium. Non est equum id habere malum quo
bene uti licet. Omnia que ars consummauit
certum est a natura initia duxisse. Cum
recta via depulsus est reduci ad eam
nisi alio flexu non potest. Nobis admira
tes etiam ante quam doceamur initia quedam
et semina nature concessa sunt ut ad
iusticiam cuius rusticis quoque ac barbaris
aliqua ymago apparet. Idem in iiiito libro.
Plurimum in consiliis valet auctoritas nam
et prudentissimus et optimus haberi debet
qui sententie sue dentibus atque honestis
credere omnes uelit. Idem in quinto libro. Experie
ndum est saltem quia cepimus et si vi
res deficiant ad eum peruenimus naturalis
est fauor pro laborantibus. Naturale
est ut iudices eis quos libencius au
diunt facilius etiam credant. Verecundius
dicendum est sua quam aliena laudanti
fallit voluptas et minus longa uidentur

que delectant sicut amenum et molle iter. etiam si spacii amplioris est minus fatigat quam durum arduum et compendiosum. Nichil facile persuadetur invitis. Temptanda non sunt que effici omnino non possunt. Nichil longum videri necesse est in quo quod ultimum sit certum est. Idem in vo libro. Latrocinium facilius in viro, veneficium in femina credas. In rebus apertis tam stultum sit argumentari quam in clarissimum solem mortale lumen afferre. Quod rei altius illustrandum de genere assumitur clarius esse debet eo quod illuminat. Princeps qui vult omnia scire necesse habet multa ignoscere. Idem in viiio libro. Sequitur de eodem Cxvi

Tam deest avaro quod habet quam quod non habet. Iuvare nisi ubi necesse est gravium viro parum convenit. Quo imitaturus est primum quisque intelligat et quare id bonum et timet in suscipiendo honore vires suas consulat. Prudentis est quod vix quoque optimum est si possit per se facere. Etiam multa inuenit incommodis fiat tibi cogitando ipsa seccretum. Viciosa est iactatio fert que audientibus non modo fastidium sed etiam plerumque odium habet. Cum meus mea sublime quoddam et erectum et impatiens superioris. Ideoque abiectos et submittentes se libenter alienamus quia hoc facere tamquam maiores videmur et quotiens discessit emulacio succedit humanitas. At qui se supra modum extulit premere ac despicere creditur nec tam se maiorem quam ceteros minores facere. Inde invident humiliores hoc vicium est eorum qui nec cedere volunt nec contendere possunt. Rident superiores improbant boni sed inveris sufficiat conscientia afflante fortuna pene omnia deterent. Nichil est adquirendum animos gratius verecundia. In quibusdam virtutes gravium non habent in quibusdam vicia ipsa delectant. Novit se quisque nec tantum cognitionibus preceptis sed etiam conscientia non consilium capiat formande actionis. Pulcherrimum operi studio vacare mens non nisi omnibus viciis libera potest. Primum quod in eodem pectore nullum est turpium honestorumque consortium et cogitare optima simul ac deterrima non magis est unius animi quam eiusdem hominis esse bonum ac malum. Nichil est tam occupatum tam multiforme tam variis affectibus concisum atque laceratum quam mala mens. Nam et cum insidiatur spe curis

labore distringitur et etiam cum sceleris compos fuit sollicitudine penitencia penarum expectatione torquetur. Melius ceterum persuadebit aliis qui prius suaserit sibi perdit enim se quibus custodita simulacio licet unquam tanta est loquendi facultas que non titubet et hereat quotiens ab animo verba dissentiunt. Rex optimarum inventio etiam si eloquentis verborum destituta sit satis tamen natura sua ornatur. Nullum vetustum voluntati serviendum est tempus propria simulari potest eloquentia non potest. Ubique simulatissimum est vires fiducia probemur. In grandibus certius hic sepe nobis accidit ut cum optimis saciati simus varietas tamen nobis vilioribus grata sit. Idem in ultimo capitulo prima. Sequitur de eodem Cxvii

Totius hominis libertatis et oculos perdidisse cui sunt per quos pauperitates ferre non possimus exclusa tota mea luxuria. Hii nos in omnia cotidie vitia precipitant mirantur adamant concupiscunt. Facilius implecas quam satietate. Senibus infirmissime similitas est senex maritus nichil difficilius est quam differre gaudium. Idem in causa secunda. Senilitas omnis animorum calamitate corporum frangitur et fregerunt impetus mentium quos non explicant in sua membra. Idem in iiia causa. Ad omne votum fluente fortuna lasciviunt animi. Hoc est superiorum condicio ut quicquid faciunt propterea videantur. Et pernicicissimum est male rei quisque maximus actor. Idem in iiii causa. Si quis sciat quis sit finis bonorum que vera felicitas numquam sibi videbitur privatus morte periturus. Necesse est in faciem ociosi odor erumpat. Concedit omnem calamitatem diebus ac noctibus timere. Idem in v capitulo. Voluit nos ille mortalitatis artifex deus ingenium pectoris et per inicias auxiliorum necessitas quecumque in altum quod ipse timet conferre. In aliena fame sua quisque invisceratur. Humane infirmitatis ista natura est ut in omnibus accidentibus gravissimum putet quisque quod patitur. Necesse est aput impacientiam sua ubi minima prevaleant. Idem in vi capitulo. Labor enim infestis ubi effectus promittitur. Ira stulta est cum que spem non habet. Sibi libenter pietas penam etiam sceleribus convenit. Idem in vii causa. Nichil tribus gravius noluit esse rerum natura sceleris quam non aqua prestetur sed evincet. Pamptatis

proximum est ubi alia deficiant cohercere liberta-
tem. Idem in viij. **Adhuc de eodem. Cxviij**

Non recipio quod in rebus humanis
excogitaret natura prestancius ami-
cicia quod concordia tamen fortunam
humanis amplius. Unum cui foret
humanis gaudere felicius si omnes possent esse
amici. Non bella non sediciones non latro-
cinia non lites certa que mala que hominibus
ex principio nata sunt fortune accessissent.
Celestis providencia multa varietate
pectora nostra distinxit nec minus inequa-
litas animorum quam corporum dedit forte.
Idem in v. Nulla pena est nisi in misero
nullum bene nisi abimpacia dolorem
et ut aliquid crudele sit metus facit.
Non sitiant una pudor et fames. Idem
in vi. Nichil unquam homines quam
destituta spes torquet. Idem in vij.
Parum aliquid terre et humilis tugurium
tristicia tuline equitas ad regnum facit.
Cum confessum defendit non absolucionem
sceleris petit sed licenciam. Idem in viij.
Non est maior dolor quam beneficium per-
didisse iuvenem. Non expectes ut sanitatem
gratias agat qui sanatur invitus. Non pro
aliquo morsu repellitur a billis que
voluptatem cum temerit. Superbius pau-
peres amant. Idem in x. Maximus debe-
tor qui non tantum aliquem amat sed
nescit. Ne reprime cum diligat. Tunc ex pri-
mencia non habet nisi felicitatis. Facinus
est non tantum credere quod expedit et
actum est de rebus humanis si sola sunt
utilitatum fides. Idem in xvij. Nichil
est parum imperii constat quam mori
nescire nec quidquam res humane impa-
ciencius sunt pericius affecit. Idem in
xviij. Pessimum humane rei malum
semper est quod audiunt nephanda
fingunt. Nec usquam magis opere precium
putant maligni facere sermones quam
cum incredibilia quasi deprehensa
narrant. Natura est aut contenciosius
loquentis quidquid probare non possis
et affirmacionum sumit ex homine quidque
non habet ex veritate. Nullam difficili-
orem esse credo quam silencii virtutem
adeo quod proprissimo sermone facile de-
linquimus ut constanciam tacendi nec
malis ferre possimus. Idem in xviij.
Genus venelie est ut tacenda scire
minime velis. Non est tantum loqui
si tam credi non potest ablata est adeo
omnium uberior fides omnibus sermonibus actor-
tas. hugo. **De othone imperatore et morte
eius. Cxix**

Otho igitur inter tumultus et cedes romanum invasit
imperium et imperavit mensibus tribus.
Suetonius libro viij. Fuit sicut traditur et
modice stature et male pedatus et scal-
mis munditiarum vero pene muliebrium
quin et faciem cotidie rasitare ac pane
madido linire consuetus idque instituisse
a prima lanugine ne barbatus unquam
esset. A prima adolescencia sua prodigus
fuit et procax vagari noctibus solitus
atque invalidum quemque obviorum vel pota-
lentum corripere ac distento sago impositum
in sublime iactare. Libertinam aulicam
gratiosam efficacius coleret etiam diligere simulat
quamvis anum ac pene decrepitam. Per hanc
insinuatus Neronem facillime primum inter
amicos locum tenuit congruencia morum
cum quod consciorum secretorum quod princeps esset
die quem necande matri nero destinarat ad
avertendas suspiciones cenam utrique exqui-
sitissime comitatis dedit. Cum ut primum
imperii spe cepit nullo officii aut ambicionis
in quemquam genere omisso quociens cena
principem acciperet aureos excubanti co-
horti viritim dividebat ut iam vix ullus
esset qui non et sentiret et predicaret so-
lum imperii successione dignum. Postquam
autem pisone prelato spe decidit ad vim
conversus et instigante super eum dolore et
magnitudine eris alieni. Neque dissimula-
bat se nisi principem stare non posse
nec sua referre an ab hoste in acie an
in foro sub creditoribus caderet. Ergo de-
stinata die premonitis consciis ut se in
foro opperirentur mane galbam salutat
utque consueverat osculo exceptus etiam
sacrificanti interfuit. Deinde quasi ve-
nalem domum inspecturus abscessit
proripuit quod se postica parte pallacii. Tunc
abditus propere muliebri sella in castra
contendit ubi succollatus et a paucis
comitatus imperator consalutatus iussit
qui galbam trucidarent. Ad conciliandos
pollicitacionibus militum animos nichil magis
pro contione testatus est quam id demum
se habiturum quod sibi illi reliquissent. De-
inde quasi raptus de republica et super
imperium vi coactus gesturusque communi
omnium arbitrio palacium petiit. Ac super
certis gratulancium quod blandiencium adu-
lantiumque plebe appellatus nero nullum indi-
cium recusantis dedit. Immo etiam ut
quidam tradiderunt epistulis suis ad quosdam

primariis proceres neronis cognomine ad-
clamabant. Cunctas ymagines statuas que
eius reponi passus est et procuratores
atque libertos ad eadem officia revocavit.
Hugo. Contra hunc tamen nemo nisi vitellius
lucius vitellio et consule natus dimicavit.
Sed cum audivisset otho suos victos
in prelio seipsum interfecit. De vitellio
imperatore et eius moribus. C.xx.

Hic itaque vitellius romam victor
intravit et imperavit mensibus viii.
Suetonius libro x°. Hic pueritiam
primamque adolescentiam egit inter
tiberiana scorta / sequenti quoque eta-
te omnibus probris contaminatus precipuum
in aula locum tenuit gaio per aurigandi
claudio per alee studium familiaris. Sed
aliquanto neroni acceptior dum prete-
ream licet et peculiari merito quod pre-
sidens certamini neronis cupientem
inter citharedos contendere nec quamvis
flagitantibus cunctis promittere auden-
tem ideoque egressum theatro revoca-
verat quasi perseverantis populi legatione
suscepta exorandum que prebuerat. De-
inde cum galba in inferiorem germaniam
ad regendum exercitum mitteretur contemp-
tu magis quam gratia sitis constat exitio
viaticum defuisse tanta egestate rei
familiaris ut uxore et liberis quos
rome relinquebat meritorio cenaculo
abditis domum in reliquam partem anni
ablocaret utque ex aure matris detractum
unionem depignoraret ad itineris im-
pensas. Creditorum quidem prestolantium
ac detinentium turbam non nisi terrore
calumpnie amovit. Advenientem exerci-
tus ad res novas pronus libens ac
supinis manibus excepit obvios quosque
militum exosculans. Castra vero
ingressus nichil cuiquam poscenti
negavit atque etiam ultro ignominio-
sis notas reis sordes dampnatis
supplicia dempsit. Curare subito a mi-
litibus cubiculo raptus ita ut erat
in veste domestica imperator est con-
salutatus eiulatusque per celeberrimos
vicos. Itinere inchoato per medias civi-
tates ritu triumphantium vectus est
perque flumina delicatissimis navigiis
et variis coronarum genere redimitis inter
profusissimos obsoniorum apparatus
nulla familie aut militis disciplina

rapinas et petulantiam omnium in iocum
vertens. Utque campos in quibus pugnatum
est adiit abhorrentes quosdam ca-
daverum tabem detestabili voce con-
firmare ausus est optime olere occi-
sum hostem et melius civem. Belle
lupini quemis cythauredo inchoanti ne-
romana cantica consultans primus
et plausit. Luxurie precipue seviciaque
deditus epulas trifariam semper interdum
quadrifariam dispertiebat et prandia
et cenas commessationesque ac facile cunctis
omnibus sufficiens vomitandi con-
suetudine. Indicebat autem aliud
alii eadem die nec cuiquam singuli
apparatus minus quadringentis milibus
nummorum constiterunt. Famosissima super
ceteras fuit cena data ei a fratre in qua
duo milia lectissimorum piscium vii
avium apposita traduntur. Hanc quoque
superavit ipse dedicatione patine.
In hac scarorum iocinera fasianorum
et pavonum cerebella linguas phe-
nicopterorum murenarum lactes a parthia
usque fretoque hispanico petitarum com-
miscuit. Ne in sacrificio quidem unquam
aut itinere ullo temperavit quin inter
altaria manderet circaque viarum
popinas. De crudelitate et morte
eius. C.xxi.

Pronus vero ad cuiuscumque necem
atque supplicium nobi-
les viros condiscipulos et equales
suos vario genere fraudis occidit
quorum unum veneno etiam manu sua
porrecto in aque frigide potione
quam is affectus febre poposcerat. Ut
quibusdam mandatis capite puniebat.
Hugo. Inspectus et in morte
miris fuit. Interea non vespasianus
debellabat provinciam iudaice gen-
tis. Condoluit itaque inaudita rumor-
ribus bellorum et de galbe et otho-
nis nece manifestum est deque im-
perio vitellii qui nequior superioribus
quasi fex resederat. Tunc confe-
stim viri veteris milicie cepere et
indigne ferre se primos ad pericula
et ultimos ad honorem qui alii
ferocioribus ducibus acciperent. Adde-
bant etiam esse sibi virum strenuum
vespasianum quem legi decuerat
imperatorem cum maturum ad consilia
et in moribus validiorem ad prelium

Adeuntur itaque Vespasianum rogantque
ut gubernaculum romani suscipiat im-
perii. Ille abnuere ac se indignum
dicere. Illi promptius instare, urge-
bant illum milites, insistebant
duces. Cessit igitur Vespasianus in Iudea
et primus civium quam honorem im-
perii imperialem. Ipse vero per Capadociam
et Frigiam iter duxit. Rome vero
Vitellius positus omni magnitudine
nominis ac maiestatis oblitus to-
tum luxu inhiabat. Sed excitatus
sinistro nuncio terciam quondam ducem
suum exercitus misit, eique summam suo co-
misit periculo. Ipse vero luxuria mar-
cidus tabescebat, nunc sepultus
nichil aliud expectabat nisi cum
hostis advenisset ebrius periret
sine sensu doloris. Tunc igitur circa
urbis menia congressu habito superati sunt
et fere omnes Vitelliani. Deficienti-
bus itaque Vitellianis partibus cum se
in quandam proximam pallacio cellulam
Vitellius intrusisset, turpiter inde
protractus et expoliatus in forum
deducitur et ibidem occiditur. Eutropius.
Itaque extractus e latebra, religatis
post tergum manibus, iniecto cervicibus
laqueo, veste discissa, seminudus
in forum tractus est. Inter magna
rerum verborumque ludibria reducta capi-
te coma sicut noxii solent atque in
mento mucrone gladii subiecto ut visendam
preberet faciem nec summitteret, quibusdam
stercore et ceno incessentibus, aliis
incendiarium et patinarium vociferan-
tibus, parte vulgi corporis vicia ex-
probrante. Erat enim in eo enormis
proceritas, facies rubicunda et plerumque
ex vinolentia, venter obesus, alterum
femur subdebile. Tandem minutissi-
mis ictibus excarnificatus atque
confectus est et inde unco in Tybe-
rim tractus.

Continuacio decimi libri sequitur

Liber decimus con-
tinet historiam xxi annorum
per tempora vii imperatorum
scilicet ab imperio Vespasiani sub
quo iudei cum Iherusalem in ulcione mor-
tis domini subversi sunt usque ad initi-
um vii anni Aureliani quando decima
[illegible] equis [illegible] administrante
[illegible] contra christianos persecu-
cionem excitaverunt. Habet autem capi-
tula xlvi. i De imperio Vespasiani et bo-
nis eius moribus ii De Iosepho et scriptis
eius iii De obsidione et calamitate
Iherusalem iiii De avaricia iudeorum et ex-
trema fame v De muliere que comedit
filium suum vi De destructione templi et
urbis vii De passione sancti Apollinaris
viii De cupiditate Vespasiani et morte
eius ix De imperio Titi et morte eius x
De Domiciano et bonis eius moribus xi
De crudelitate ipsius xii De sancto Cleme-
te papa et scriptis eius xiii De edicto Do-
miciani contra illos de genere David xiiii
De dolio Iohannis ewangeliste et eius
exilio et apocalipsi xv De passione sanctorum
Nerei et Achillei xvi De sancto Dyonisio
ariopagita et sociis eius xvii De initio eorundem
xviii De ordine passionis sancti Eutropii
xix Qualiter ad fidem Christi conversus est
xx Qualiter ipse cum ipsis suscepit apo-
stolos Symonem et Iudam xxi De le-
gatione eius a beato Petro suscepta et
eius passione xxii De vita sancti et Anthonini
xxiii De vita sancti Lucii xxiiii De vi-
ta sancti Taurini Carnotensis xxv De sancto
Luciano Beluacensi xxvi De initio eius
et exequiis xxvii De legatione sancti
Reguli Silvanectensis xxviii Qualiter
ei revelata est passio sancti Dyonisii et sociorum eius
xxix De adventu eius Silvanectum
et conversione urbis xxx Qualiter in
carcere vinctos miraculo liberavit xxxi
De conversione presidis et subversione ydolorum
propriis xxxii Qualiter ranis imposuit
silencium et de morte xxxiii De ortu
sancti Taurini Ebroicensis xxxiiii De accessu
eius apud Ebroicas et conversione
urbis xxxv De sancto Eugenio Tole-
tano xxxvi De edicto Domiciani contra
mathematicos xxxvii De arrogancia eius
et inhonestate et forma et etate
et morte xxxviii De imperio Nerve
et vita sancti Thimothei apostoli xxxix De re-
vocatione Iohannis ab exilio et suscita-
tione Drusiane et de Cratone philosopho
xl De duobus qui relictis omnibus
penituit sed postea resipuit xli
De conscripcione ewangelii Iohannis contra
hereticos xlii De filio eius spirituali quem
de latronibus revocavit xliii De ruina
ydolorum et veneno quod sine lesione
bibit xliiii De suscitatione illorum
qui veneno interierant xlv De sancto
[illegible] et sociis eius et ceteris [illegible]

xlvi De imperio traiani. xlvii De plutarcho eius preceptore. xlviii De libro plutarchi misso ad traianum. xlix De transitu Iohannis evangeliste. l De virginitate eius et de signis iuxta tempus. li De crucifixione sancti simeonis episcopi. lii De vita sancti clementis pape. liii De exilio eius et passione. liiii De miraculis eius post obitum. lv De s. domitilla et sociabus illius. lvi De sancto ignatio antiocheno. lvii De scriptis eiusdem. lviii De sancto eustorchio et questione eius. lix De temptationibus quas ei deus immisit. lx Qualiter a militibus agentibus ad imperatorem redyt. lxi Qualiter uxorem et filios recognovit. lxii De sancto foca et eius altercatione cum affricano. lxiii De visione terribili contra eum et consummatione affricani. lxiiii De supplicio eius et morte. lxv De ultimo eius agone. lxvi De plinio secundo et eius relatione ad traianum pro christianis.

plinius

lxvii De libris eiusdem plinii. lxviii De seditione iudeorum et fine traiani. lxix De imperio adriani et studio ac moribus eius. lxx De secundo philosopho et eius pertinaci silentio. lxxi De hiis que ad interrogata scripto reddidit. lxxii De sancto quadrato et aristide pro christianis. lxxiii Passio s. quirini et hermetis. lxxiiii Passio s. alexandri pape eventii et theodoli. lxxv Passio s. sixti pape et peregrini antistitis. lxxvi Passio s. taurini publicanus pro fide.

lxxvi

lxxvii Qualiter idem sanctus filium illius suscitavit. lxxviii Qualiter eidem sancto revelatus est obitus proprius. lxxix De prophetia eius et obitu et exequiis. lxxx Passio sancte seraphie virginis. lxxxi Passio s. sabine martiris. lxxxii Passio s. eustachii. lxxxiii Passio sanctorum faustini iobite et kaloti. lxxxiiii De sancta sophia et tribus filiabus eius.

sophia

lxxxv De passione earumdem. lxxxvi De quadam sancta maria virgine. lxxxvii De petra que se aperiens refugium ei prebuit. lxxxviii De passione x milia militum. lxxxix De passione eorum qui cum christo millenario. xc De gestis temporibus adriani et morte eius. xci De imperio anthonini pii et pio papa et herma. xcii De tauro philosopho et galieno medico. xciii De sanctis policarpo et papia et scriptis eorum. xciiii De iustino philosopho et scriptis eius et morte anthonini pii. Hugo.

De imperio vespasiani et bonis eius initiis regni. i

Igitur vespasianus illa turbida tirannorum turba discussa imperium adeptus imperavit annis viiii mensibus vi diebus xxii. Hic multis iudeorum opidis captis sicut supra dictum est audita morte neronis hortatu militum imperator effectus reliquit tytum filium suum ad preparationem obsidionis ierosolimorum ut et romanus non deesset et iudeis quem filius reputaret. Eusebius in cronicis. Imperavit autem vespasianus romanorum viiii annis anno domini lxxi mundi vero iiii et xxxiiii. Suetonius. Qui quondam inter comites neronis cum cantante eo aut discederet sepius aut presens obdormisceret gravissimam contraxit offensam prohibitusque non contubernio modo sed etiam salutatione publica secessit in parvam ac deviam civitatem quo ad latenti et iam extrema metuenti iudea provincia cum exercitu oblata est. Percrebuerat oriente toto vetus et constans opinio esse in fatis ut eo tempore iudea profecti rerum potirentur. Suscepta censura ne quam occasionem discipline permittere adolescentulo fraglante unguento cum sibi pro impetrata prefectura gratias ageret nutu aspernatus voce etiam gravissima increpuit litteras que revocavit. Imperio adepto amplissimos ordines et exhaustos cede varia et contaminatos veteri neglientia purgavit. Supplevitque recensito senatu et equitum submotis etiam dignissimis et honestissimis quoque allectis. Usque adeo autem vite civilis et clemens mediocritatem pristinam neque dissimulavit umquam ac frequenter etiam pre se tulit. Nichilque ornamentorum consiscens appetivit. Contumaciam levissime tulit offensarum inimiciciarumque minime memor executorne ut suspicione aliqua vel metu ad periculum cuiusque compelleretur tantum abfuit ut monentibus amicis quedam

tamen dicens esse quod vulgo credebatur
generosum esse imperatoriam insuper
anulum fecit spondens quoque benefi-
cii memorem futurum filiam quoque
gostis vitellii splendidissime marita-
dotavit etiam et instruxit Sola est
lingua nimio culpetur pertinet cupidi-
tas Eusebius in cronicis De Iosepho
et flavius // et scriptis eius .v.

Hic Iosephus scriptor historiarum dux
belli Iudeorum cum a Romanis
interficiendus esset prenunciavit de morte
neronis et eius imperio Jeronimus de
illustribus viris Ipse Iosephus mathie
filius et ultimus sacerdos a vespasia-
no captus cum tito filio eius relictus
est hic Romam veniens vii libros in-
daice captivitatis imperatoribus patri
filioque obtulit Qui et bibliothece pub-
lice traditi sunt et ob ingenium gloriam
statuam quoque Rome meruit Scripsit
quoque et alios xx antiquitatum libros
ab exordio mundi usque ad xiiii annum
domiciani cesaris et duos adversus
apionem grammaticum alexandrinum qui
sub caligula legatus missus ex parte
gentilium contra philonem et librum
vituperacionem gentis iudaice continentem
scripserat Alius quoque liber eius valde
elegans habetur in quo machabeorum
sunt digesta martiria Hic in xviii anti-
quitatum suo libro manifestissime con-
fitetur propter magnitudinem signorum xpm
a phariseis interfectum et iohannem bap-
tistam prophetam fuisse et propter interfectionem
iacobi apostoli ierusalem dirutam esse
Scribit autem de domino nostro hunc modum
Eo tempore fuit ihesus sapiens vir si tamen
virum eum oportet dicere Erat enim mira-
bilium patrator operum et doctor eorum
qui libenter vera suscipiunt plurimos quoque
tam de iudeis quam de gentilibus
sui habuit sectatores et credebatur esse
xpus Cumque invidia nostrorum principum
cruci eum pylatus addixit nichilominus
qui primum dilexerant eum perseveraverunt
Apparuit enim eis tercia die vivens mul-
ta hec et alia miracula carminibus
prophetarum de eo vaticinantibus et usque
hodie christianorum gens ab hoc sortita vo-
cabulum non deficit Actor de libris
supra Iosephi non nulla nichil ope con-
gruus lotis imperii Egisippus libro v.

De obsidione et calamitate urbis .vi.

Annus igitur primo delati imperii
vespasiano iudea bellis asperi-
et sedicionibus domesticis lace-
rabatur. Cumque prelio civitas urbis in-
se laborabat nulla requies nulle in-
ducie mortis omnibus dimicabatur
in mutuo iugulabantur manabat sanguis
universa replebat et quasi per flumina ex
penetralibus templi recessus decurrebat
Ita sanguine incendio ruina fame tota
urbis limina fundebantur Nullus locus
periculo vacabat nulla fugiendi copia
erat pavor ubique clamor morientium
gemitus desperacio viventium ut misera-
biles dicerentur eos qui remanserant beatos
qui obierant Quomodo decepta es civi-
tas populis tuis expugnata armis/
tuis que solebas sine armis vincere
sine prelio hostem ferire cum pro te angeli
dimicarent et militarent tibi fluctus
maris hyatus terre celi fragores Ecce
habes quod petisti Reposcere tibi hodie
barrabam vivere ihesum vero mortuum esse
Intus enim regnat sedicio pax sepulta
est ut crudelius atius pereas quam si
peris ab alienis In templo igitur ipso
pro ungentis bene olentibus pro thimiamatibus
bene spirantibus pro diversorum florum odo-
ribus cumulus erat insepultorum cadaverum
fetor quos pluvia dissolverat quos flam-
ma combusserat quos sol calefecerat Neque
enim humare cuiquam corpora vacabat eorum
qui vel in templo vel circa plateas ne-
cabantur quia bellum eos intus se occupa-
bat feriendique magis quam humandi
cura universos tenebat nichilque magis
instantis calamitatibus quia nulla pre-
rat que sola solet allevare miserias
solari cupimus Cunctam vel latrones
in alios sevientes fetorem cadaverum habent
sustinentes demum reliquias defunctorum
in profunda precipicia deiciebant Itaque titus
vespasiani filius qui bellum a patre su-
sceperat aspiciens sumptos specus plenos
cadaverum saniemque de dilatatis visce-
ribus natantem alte ingemuit Et ma-
nus ad celum elevans testabatur neque
sibi illud ascribendum qui veniam dare
voluisset si dedicio precedere expectasse
se ut pacem rogarent patum incolu-
mes fuerit si bellum deposuissent //
[illegible] quoque lazan appellabat perduam

portam sibi creditam cxv mortuorum
elata additis adhuc dccclxxx
funeribus idque solo eorum numero collatum qui
de mercede publica sepulti forent preter
eos quos sepelierant sui. Que autem se-
pultura inopi ut de muro deiecerunt. Ea-
dem pleraque etiam non ignobiles viri eo
fugientes ad titum dixerunt defunctorum que
portas elata numerata essent [illegible]
bant eorum quoque que pre multitudine
infinita essent cadavera nequiverunt
numerum finisse inestimabilem. Unam plerique
etiam de ultimo orbe ad templum vene-
rant ad precandum in die festo. De ava-
ricia iudeorum et extrema fame. Il-
lorum autem plerique qui ad romanos confugerant
cum accepto cibo alvum purgarent eque-
bant aliqui bisontes aureos quos
absorbuerant cum fugam adornarent
ne deprehensi non solum dispendio sed et
periculo forent quia insidiatores omnia
scrutabantur scelusque ducebantur [illegible]
ipsi latrones. Hoc itaque iudei per ea
miserabili spe inter inquinamenta alvi
aurum legebant. Comperit hoc quidam assirius
et arabes in omnes eorum manavit
quod hoc genus hominum preceps ad avariciam
et patiam adiunctam ut tam atrox
sit quod refrigiat ut tam turpe quod
studio pecunie exhibeat. Apud arabes itaque
inarabes diffusa est fama quibus
non minor est avaricia et feritas
barbarice ipsorumque inanitati quod
farti essent auro iudei. Diripiunt ergo
illi quoscumque advenientes cernunt licet
contra fas contra legem deditionis
tempus quo eos occidi
non licebat. Incidunt autem viventes ad-
huc cruentis quoque manibus eruunt ven-
tris secreta alvum scrutantur et inter
eius inania purgamenta aurum
inquirunt. Denique una nocte ii milia fere
virorum discissa sunt tali flagicio. Alia
quoque exempla crudelis in hiis qui ad
romanos transfugerunt accidit. Nam
defuncti edendi officiis ubi data est
alimenti copia cepit esse cibus homi-
ni qui prius erat inutilis. Nulla in eis erat
dentium ut cibum manderent obrigue-
rant interiora viscere [illegible] obstructi
erant ductus [illegible] ciborum. Ieiu-
nant [illegible] ne que cibos attra-
hunt usus perierat aviditas crescebat.

Ruebant supra cibos miseri et invali-
dos morsus more infantium medita-
bantur. Plerique visis alimentis ipso gau-
dio deficiebant atque inter exoptatos
sibi cibos moriebantur. Eratque pompa
lacrimabilis cum plures a cibo ad perniciem
surgerent quam ad salutem. Instabant
enim insolito cibo quasi quodam urgente
morbo. Et si edendi aviditas modum
nescia supra mensuram ingerebat repen-
tino cibo forti disrumpebantur. Nichil ei
minus si exhaustis periculo cibus et de-
mum post diuturnum ieiunium si quid am-
plius sumpserant statim crudescit. Non-
nulli autem eorum evaserunt quadam arte
pensantes et moderamina donec dispen-
sa edendi causa ad priores usus rediret.
Igitur destructis et exustis edificiis
templo finitimis et porticibus partim
a romanis partim ab ipsis iudeis nuda
erat iam templi facies et sena hominum
fames. Insidiabantur sibi invicem
quibus cum raperet cibum vel alimenti suspi-
cio ibi bellum. Necabantur et leviter
disturbabantur defuncti ne quis inter
eorum amictus cibus lateret. Apto ore
stant rabidi canes avidi captantes
quidam hinc et illinc circumferebantur
cuncte inopia. Et cum alia famis so-
lacia non reperirent detrahebant coria
scutis ut cibo sibi essent que presidio
non essent. Mandebant calciamentum
nec pudor erat polluto pedibus ore
suscipere et lingua lambere vetuste quoque
palee que olim proiecte fuerant non
mediocri studio requirebant et si
quis repererat grandi precio mercabatur.

De muliere que comedit filium suum. v.

Erat quoque maria locuples fe-
mina de regione transiordane
que belli terrore aborto ultimam
se contulerat ut esset tutior. Huius opes
principes factiosorum irati invaserant
alimentorum si quid etiam precio comparat
de manibus eruebant. Defecerat atque
iam omnia et deliciis assueta asperorum
palearum vel coriorum duricia non emollie-
bat. Seva itaque fames medullis se in-
fudit medullis exasperant [illegible]
mente exagitant. Flebat autem infan-
tulum cuius vagitu excitata cum se et
parvulum materiam videret tantis victa
inmanitatibus affectum amisit. Conversa

q ad puellum sic ait Quid tibi faciam
puelle Undique te circumstant omnia bellum
fames incendia latrones ruine Cui
te moritura credam aut inter tantilla
relinquam Speraveram q si adolevisses
me pasceres matrem aut sepelires de
functam Sed quid agam misera viven
di tibi at iam nullum video subsidium
Cui te reservabo vel quo te condam
sepulcro ne canibus alitibus vel feris p
da fis Conuiuia in viscera citius redi
di prius quam nos penitus consumat
fames Reddite iam nunc quod accepistis
Reddite nullum vale feracius ingno
sumpsistis spiritum donavio meo tibi pat
tumulus defuncto Postulabo ego
te et quod non habet impacta amor
fecat me necessitas ut ipsa devorem
meos artus non simulatis sed ipsis
morsibus Fecimus quod pietas sunt fa
ciamus quod suadet fames Tua tamen ca
melior et quedam pietatis species quam
tollerabilius est quod iam dedit cibum
visceribus tuis quam quod te iam aut
occidere sic aut devoraret Et dicens au
so vultu gladium dimisit et in frustra fi
lium secans igni imposuit partem comedit
partem operuit ne quis inveniret Sed
odoriferum prodit ad principes sedi
tionis Cum igitur odorem sensit intro
eunt mulieri hospicium minantes necem
quod avara esset ipsis ieiunantibus cibum atque
opportet sacre tibi quem respisset At
illa partem inquit unam vobis servam
nolite indignari de meis visceribus
cibum vobis paravi Considite omnes me
sam apponam Et dicens retexit am
busta membra et epulanda optulit
cum adhortacione huiusmodi hoc pignum
meum Et vite portio inde est diligencius
an fraudamini vos Ecce pueri manus
una ecce pes ecce dimidium reliquum tot
Et ne alienum putetis filius meus est
nunquam fuisti mi dulcior fili tibi debeo
quod adhuc vivo Tua suavitas animam
meam tenuit et produxit mihi hic in
stare diem mortis venit necatum eo
rum facti sunt habebunt et ipsi quod
tibi debeat eo epulas meas suspexerunt
Sed quod referebis gradum Quid cohor
ruistis an Cur non epulamini quod ipsi
feci Gustate et videte quia suavis est
filius meus Nolite fieri molliores
mulier infirmiores mulieribus Ego quidem

tales paravi epulas sed vos sic epulas
meum fecistis Et me quidem tenebat
passio Sed vicit necessitas Replevit
clamor totam urbem tanti sceleris ne
phas et unusquisque parricidalis quoniam
ipsum cohorrescebat De destruccione
et vet templi et urbis

Plures quoque ad romanos transfugi facti
sunt in humanitas Nam plerique hoc
horrore perterriti ad hostem confuge
runt Quo cognito Cesar expansis manibus infe
lices sue contagium manibus ad celum ele
vans talia protestabatur Ad bellum quidem
venimus sed non tamen hominibus qui po
tius adversus rabiem beluarum dimica
mus Nam et fetus suos fere dili
gunt quos etiam in fame nutriunt
et alienis pascuntur corporibus a genere suo
ferarum abstinent cadaveribus Hii vero ultra
omnem crudelitatem et ut que membra ge
nuit iam devoraret mundus ego absque
contagio et me absolvo quecumque es huic
scelus parens Deus scis quia intimo
affectu pacem frequenter obtuli et quod
non pudet dicere victor rogavi quod parce
eis nolui Sed quid faciam repugnan
tibus quid adversus suos furentibus
Nam et ipsi nos sepe devictis hor
tati sunt dimicare ne quibus aspirare
pueri Et ego postea plerumque armis
qua illi priorum sceleribus non desinebant
in bellum redii ut liberarem obsessos non
perderem Hiis dictis ad monumentum templo ante
tes iubet demum fugientibus seditio
actoribus cum templum converterent roma
ni signa posuit intra circuitum eius
Et contra portam orientalem sacrifica
verunt imperatorem Titum summis vocibus
predicantes Sacerdotes autem quos et age
inopia et estus simul incendii quo
terabat siti mitiam rogaverunt Quos Ti
tus iussit occidi dicens cum esse in decet
in templo et muro sineret sup viue
Johannem quoque et Symonem ac ceteris se
dicionum principibus indulgenciam postu
lantibus Vidit Certum nequissimum tyrannos
adiuvam eo iam quod resurges ut relic
tum sit pacem offerebam non recepistis
parcere volebam non sinebatis Et nunc
postquam combustum est templum audet
aliud adhuc [illegible] restatis armati qui
vicit vivere nobis [illegible] donabo et non
moriemini Titus quoque lamentatur adversa
candidam operatus [illegible] non

plurimi contemptu regalis fastigii se conspi-
cientes recepit solius pietatis intuitu.
Nec romani multa iam cede fessi ab-
stinebant vite indulgentiam et ser-
vos captiva mancipia vendendi prop-
terea erant ad reservandam salutem
plurimi venales sed pauci emptores
quia et romani genere iudeos infinitate
dedignabantur et nec iudei super erant
qui suos redimerent. Octava igitur die gor-
piei mensis cremata est civitas. Cesa-
aut per omne tempus obsidionis asserit
decies centena milia. Captivi quoque
abducti sunt iudei .u. ad xxxvii. Hugo
floriac. Fessi denique multa cede romani
quiebant quibus captiva mancipia
venderent. Sed quia plurimi venales
et pauci inveniebantur emptores non de-
sunt qui xxx mancipia uno num-
simate mercarentur. Eusebius in cronicis.
Tunc regnum iudeorum defecit. Colligun-
tur autem a secundo anno Darii sub quo rursus
templum edificatum est usque ad secundum
annum vespasiani in quo novissime urbs
subversa est anni dxc. Egesippus eius

De passione sancti apollinaris vii

Ea tempestate passus est sanctus
apollinaris martir qui quidam
discipulus sancti petri apostoli
iussu eius a roma ad ravennam venit
et predicans et miracula faciens tri-
buni civitatis eius uxorem sanavit
cum magna familia eius baptizavit.
Cuius famam dux audiens eum sibi quan-
tocius sisti fecit. Et cum sacerdotibus
ydolorum ducens eum ad templum iovis
cum ille dixisset aurum et argentum
illic appensum melius pauperibus quam
ante demones sic appendi erat et
semivivus extra urbem relinquitur
et a discipulis suis in domo cuiusdam
vidue vi mensibus refovetur. Inde
veniens ad urbem classem dum multos
converteret fustibus ceditur et nudis pedi-
bus super prunas stare compulsus x°ii
est amplius confitens extra urbem
eicitur. Ru[illegible]fus autem ravenne filiam
quam de[illegible]ctam lamentans appol-
linarem ve[illegible]niens et cum appolinaris in-
dit utinam hic non venisses. Ad
[illegible] et filia [illegible]
facere noluit. Tunc [illegible] Et sta-

tibus tribunus aut appollinaris. Iura mi-
chi quod permittes puellam sequi salvato-
rem suum. Rufus dixit scio quod mortua
est puella tamen si videro eam vivam
faciam quod dicis. Et statim cum ap-
prehendisset manum eius erexit eam
sanam et ipsa cum matre et multa fa-
milia baptisma suscepit et virgo
permansit. Rufus non timens cesarem
occulte diligebat eum. Quod audiens
cesar misit ad prefectum pretorii ut appol-
linarem aut diis immolare aut in exilium
mitteret. Appollinaris igitur prefectus appollina-
rem sacrificare nolentem fustibus cedi
et in eculeo appensum torqueri precepit
et cum adhuc predicaret iussit aquam bul-
lientem vulneribus eius immitti. Et cum
vellet prefectus eum in exilium mittere [illegible]
[illegible] currentes in paganos plusquam
ducentos occiderunt ex eis. Tunc timens
sibi vicarius appollinarem catthenis o-
nustum et ligno offensum iussit reclu-
di et ne sic deficeret vel ei periret iussit
quod quarto die cognoscens ab angelo con-
fortatum catthenatum navi imposuit
et sequentibus eum tribus clericis
in exilium destinavit. Ubi cum clericis
et duobus militibus ceteris pereuntibus
periculo tempestatis evadens milites
quidem baptizavit et in mesia predicans
[illegible] receptus sed graviter verbera-
tus post tercium ravennam redit. Sed
a paganis iterum verberatus ad templum
appollinis ducitur. Sed statim facta
oratione templum corruit et tandem
iudici presentatur et de multis inquisitus
filium eius a nativitate cecum sanavit
et sic quia multis credentibus audire le-
vi tractatus in predio eius per quatuor
annos fuit. Cum quidem pontifices accusas-
sent eum apud vespasianum cesarem
rescripsit ut aut de urbe exiret vel ydo-
lis consentiret. Non enim dignum est inquit
ut deos vindicemus sed ipsi, si irascuntur,
suis se vindicent si possunt. Tunc demos-
thenes patricius nolente sacrificare
eundem centurioni iam sano cum tra-
didit. Cuius rogatu [illegible] in vicum le-
prosorum ut ibi [illegible] furorem gentilium lati-
taret a paganis inventus usque ad
mortem cesus est et ibi vii dies su-
pervivens et suos ammonens ibidem

Ia discipulis sepultus ut Suetonius
De cupiditate vespasiani et morte eius
ri vespasiano merito culpatur pecunie / cu-
piditas. Non enim contentus omissa sub
galba vectigalia revocasse nova et
gravia addidisse auxisse tributa pro-
vinciis nonnullis etiam duplicasse ne-
gociaciones quoque vel privato puden-
das palam exercuit nec candidatis
quidem honores reis sive tam noxiis quam
innocentibus absoluciones vendicare
cunctatus ut creditur etiam procuratorum
rapacissimum quemque ad ampliora officia
consuetudine solitus provehere quo lo-
cupletiores mox condempnaret quibus
quidem vulgo pro spongiis dicebatur uti quod
quasi et siccos madefaceret et ex-
primeret humentes. Quidam natura cupidissimum
tradunt. Sunt contra qui opinentur
ad manubias rapinas que necessitate compul-
sum summa erarii fiscique inopia quod
et in simulus videtur quando et ma-
le partis optime usus ut in omne hominum
genus liberalissimus. Explevit censu
senatorium consulares inopes quinge-
nis sextertiis sustentavit plurimas per
totum orbem terrarum civitates aut terre
motu aut incendio afflictas restituit
in melius. Ingenia et artes vel ma-
xime fovit. Primus e fisco latinis grecis
que rethoribus annua constituit. Prestantes
poetas nec tamen et artifices magna
mercede donavit. Hugo. Vespasianus
aut anno vite sue lxx° feriis tota qui-
bus delectabatur admissis iussit. Urgu-
atum ventris eluvie fessus assurgens ex-
stante ait imperatorem oportere stantem de-
cedere sicque exanimatus est. Cui successit
titus eius filius. Eusebius in cronicis.

De imperio titi et morte eius sequitur

Anno domini lxxx° mundi iiij m iij et
xlij° romanorum viijus tytus ve-
spasiani filius regnavit annis
ij utraque lingua disertissimus. Hugo mo-
lis fuit cum vir omni genere virtutum mi-
rabilis et morum imperatorum palam floribus
adornatus et qui nulli quidquam
negaret. Inventutem etiam facundissimus
extitit ut causas latine perora-
ret et tragedias grece componeret. Sue-
tonius libro x°. Tytus amor et delicie
generis humani fuit. In puericia statim corporis
et animi dotes explenduerunt magisque ac
magis deinceps pietatis gradus forma
egregia et cui non minus auctoritatis
inesset quam gratie precipuum robur eximi-
a singularis docilitas ad omnes fere
tam belli cum pacis artes. Armorum et
equitandi peritissimus latine greceque
lingue vel in orando vel in fingendo
poematibus promptus nec musice quidem
rudis ut qui cantaret et psalleret iocun-
de scienter que. In milicia fuit industrie
nec minore modestia. Suspecta preterea
in eo fuerunt sevicia luxuria rapacitas
libido denique palam alium neronem et
opinabantur et predicabant. At illi ea
fama pro bono cessit conversaque est in maximas
laudes neque ullo vicio reperto quin contra
virtutibus summis. Convivia instituit io-
cunda magis quam profusa. Amicos ele-
git quibus etiam post eum principes ut
et sibi et r. p. necessariis adquieverunt pre-
cipueque sunt usi. Nulli civium quicquam
ademit. Abstinuit alieno ac ne concessas
quidem aut solitas collaciones recepit
et tamen nemine ante se munificencia
minor. Natura benivolentissimus in cunctis
hominum desideriis obstinatissime tenuit
ne quem sine spe dimitteret. Quin et ad-
monentibus domesticis quasi plura
polliceretur quam prestare posset non opor-
tere ait quemquam a sermone principis
tristem discedere. Atque etiam recordatus
super cenam quod nichil cuiquam tota die prest-
itisset memorabilem illam meritoque laudatam
vocem edidit. Amici diem perdidi. Populum in
primis universum magna pomis occasiones
comitate tractavit. Urbanum neque negavit
quidquam petentibus et ut que vellet
peterent ultro adhortatus est. Fratrem
insidiari sibi non desinentem neque occi-
dere neque seponere. At ne in minore quidem
honore habere sustinuit sed ut a primo imperii
die consortem successoremque testari per-
severavit. Inquam secreto fratribus et
lacrimis orans ut tandem mutuo erga
se animo vellet esse. Inter hec morte pre-
ventus est maiore hominum dampno quam
suo. Quod ut palam factum est incuntibus
publice cunctis senatus priusquam edicto
convocaretur ad curiam cucurrit. Obsera-
tisque adhuc foribus tan[illegible]tas mortuo
gratias egit laudesque congessit quantas
ne vivo quidem umquam atque [illegible] presenti. Euse-
fuit primus iusserat adhuc ibi videtur
obseruatum Completis igitur in regimine
ouilis dei xl annis in kl aprilis carnis
vinculis absolutus migrauit ad superos
Et sepelierunt eum ad orientalem preci-
nctam ecclesia beatorum apostolorum petri
et pauli quam ipse suis presul in honore
ipsorum consecrauerat Hegesius eius tr

Tempore de ortu sancti taurini xxxvi
domiciani regis fuit ebroicensis
vir quidam rome nomine tarqui-
nius paganus qui ut saeuissimus lupus
persequebatur christianos nesciens uxorem suam
esse dei famulam Illa sine cessacione
exorabat dominum orationibus ut virum suum
conuerteret ad christianitatis ritum insuper
et talem ipsius filium daret qui veluti
samuel semper deo deseruiret Et ecce
quadam nocte cum fessa quiesceret
vidit sibi astare angelicam uultum
uterum suum uirga tangentem Et post
paululum porrexit virgam instar lili-
cuius flores mirum dabant odorem Ad-
ueniente autem tempore infans nascitur
et taurinus parentibus vocatur Cum autem
ut tempus sacri baptismatis adueniret ad

baptizandum illum sancto clementi apli
co tradidit eique sompnium quod aliquando
viderat narravit Quod audiens btus
clemens ipse eum de sacris fontibus su-
scepit Vocavit autem beatum dyonisium ar-
opagitam qui cum eo tunc rome versa-
batur retulit ei sompnium eucharie et
ait illi Suscipe illum cito ad iustum
gratia spiritus sancti confirmem eum At ille
gravitate suscipiens illum ferunt tali
voce erupisse dyonisius O fili multa
tibi pro xpo debentur certamina Quod
btus dionisius cum abto clemente
in gallias mitteretur secum filiolum suum
taurinum fratribus mitis victus adduc-
tus et eum cum omni diligentia spirita-
li nutrivit Et ut cognovit eum hoste
rabido se hinc afflictum eundem tau-
rinum ebroice civitati ordinavit epm
Iam eo ordinavit in unitate camera-
ta confirmavit eius gaudentium De acces-
sione eius apud ebroicas et conversione urbis

Sanctus autem taurinus xxxiiii
a beato dyonisio confortatus et
instructus ebroicas adiens post-
quam appropinquaret porte civitatis
intrantibus se opposuit fingentis quam-
libet diris hostis uno nisi se viris ho-
leonis urso bubali Quibus divina vir-
tute superatis ait ad sathan Quinam modo
assimilaris multis acantibus derelicto
consortio tui conditoris Est tibi modo
melius aut aliquod gaudium Respondit
sathan et ait Quale michi gaudium
erit modo dum tu adhuc nemus po-
testatem meam eruere cum deo tuo
Tauro michi renasceat in hac provincia
Illum enim qui te hic transmisit cito
faciam intire et ego meam tecum
singulare certamine hic diu ingre-
dient Tercia die cum vir dei in
lucii domo predicaret subito demon
filiam eiusdem lucii vexare cepit
atque in ignem iecit que statim mor-
tua est Tunc btus vir devotissime
orans et in fusis lacrimis tenens
manum eius dixit Eufrasia in nomine
dei mei ihu xpi surge Que statim
surrexit et ictum signum adustionis
nulla apparuit Baptizati sunt autem
illa die C xxti homines viri ceci illu-
minati et muti manenti sanati Alie quam
virtutes non modice patrate Intranti-
bus autem fanum dyane dixit ad btos

taurinus Ecce dea vestra Rogate illam
ut adiuvet vos Sacerdotes autem pro-
strati ceperunt clamare dicentes Sancta
diana invictissima dea vindica nos
et te de malefico isto Demon autem qui
intus latebat dixit Cessate miseri
Cessate me invocare Ecce enim vir
iste famulus dei altissimi ingressus est
hanc civitatem ego cathenis igneis
religatus teneor nec audeam loqui
nec ipse iussisset Tunc btus taurinus
ait ad illos Vultis videre deam vestram
Et precipiente eo demoni ut appareret
de simulacro apparuit ethiops niger quam
fuligo prolixa barbam habens et ex ore
scintillas igneas emittens hanc effi-
giem videntes ipsi prostraverunt se ante
pedes sancti obsecrantes ut ab hac
eos mortifera bestia liberaret Quos
ille consolatus est dicens Nolite ti-
mere tantum fidem habete Et ecce angelus
domini splendens ut sol advenit omnibus
cernentibus a templo ligatis a dorso
manibus eum adduxit Et baptizati
sunt illa die duo milia virorum multi-
que infirmi curati Inter quos et ego ado-
latus sum eufrasie credidi et bap-
tizatus ab ipso sum de sacro fonte levatus
ac postea ad honorem presbiteri ab eo
promotus Tunc expurgaverunt templum
dyane omni spurcicia ydolorum et con-
secraverunt illud in honore sancte dei ge-
nitricis virginis marie Tunc cepit
cunctaque ydola destruere et ecclesias con-
secrare diocesim circuire et canonice
ordinare Ecce gestis eius De sancto

Deus et eugenio toletano xxxv
quoque eugenius corporis bti
dyonisii fuit unus a quo tole-
tanus ad predicandum destinatus post-
quam multitudinem populi barbarici ad
deum convertit nimio desiderio videndi
beatum dionisium parisiensis iter arripuit
Cum que iam pene iiiior milibus ab ur-
be parisiorum appropinquaret loco nomine
diolo subito rabies persecutorum longe
lateque dispersa invenit eum cum multitu-
dine credentium Interrogatus a quibus
quem colet deum Respondit se tota
devotione colere xpm Tunc iubent
eum interfici corpus que eius in lacum
mercasii iam dicte ville diolo vicinum
precipitari occulte ne forte a xpianis
inveniretur et in memoria ac laude

postmodum dicetur. Cumque multis diebus
illic corpus sacrum delituisset nulla
tamen quod dici mirum est corruptionis
putredine violatum est. Postquam non
peccatores testantur in Italia quidam illu-
stris et dives nomine Ercoldus in predicta
villa possidens in sompnis a quodam
sene admonitus simul et a biennii infirmitate
qua tenebatur curatus diluculo sur-
gens cum comitatu multo ad locum pre-
dixit ibique corpus beati martiris sicut in visi-
one didicerat integrum et nulla
tabe infectum ac si eodem die decollatum
fuisset invenit. Cumque plaustro impo-
situm ducere vellet ad sancti Dyonisii mona-
sterium ut ibi sepeliretur bobus subito
gressum figentibus nec ultra ullo modo
progredi valentibus rogaverunt omnes orare
dominum ut ostenderet quo nam sepeliri de-
beret. Plurimisque tunc bobus preter duos
erant enim v iuga. Illi duo gratis cu-
currerunt donec ad passus viii prope
pervenerunt et tunc gradum fixerunt ubi
etiam modo requiescit ibique multis mi-
raculis claruit. Huius natale celebratur
xviii kalendas decembris. Eusebius in cronicis.

De edicto Domiciani contra mathematicos. xxx

Anno imperii sui viii° Domi- vi
cianus universos philosophos et mathe-
maticos urbe Roma per edictum
extrusit. Helinandus libro xl. Horum ma-
thematicorum unum Asclecarionem nomine
sciscitatus est quis eum maneret exitus.
Ille respondit ut in brevi laceraretur a ca-
nibus. Quem Domicianus statim iussit
occidi et sepeliri ut quasi mendacii
eum argueret. Sed repente orta tem-
pestas eundem sepultum mox eruit quem
statim erutum canes discerpserunt.
Nec est mirandum mathematicum ante
mortem potuisse predicere quod ei eventurum
erat post mortem. [illegible] ut ait ipse
Hugo. Solent demones multa vera
predicere ut possint animam cum aliqua falsi-
tate laqueare. Et ut ait Augustinus
Quotiens astrologi mirabiliter vera re-
spondent non in multis credendum id occulto
instinctu fieri spirituum non bonorum quorum
cura est has falsas et noxias opinio-
nes de astralibus fatis inserere huma-
nis mentibus atque firmare non horo-
scopi notati et inspecti aliqua arte
que nulla est. Si autem queratur cum
quomodo vel ipsi demones id potuerint
prescire rudes. Iam Domicianus fortassis
occulte inspiraverunt ut Asclecarionem oc-
cidi et sepeliri faceret et iam tempesta-
tem in proximo futuram tamquam aeris habi-
tatores pensaverunt et canes ad eundem
locum venturos noverunt aut etiam ipsi
demones fecerunt vel fortasse ipsi demo-
nes in canes transfigurati hoc fecerunt.
Non enim dixit Suetonius hoc narrando
utrum illi canes fantastici an veri fue-
rint. Hoc autem prenunciavit quod futurum erat.
Certum autem est quod libentius eundem vivum
discerperent quam mortuum si permissi fuis-
sent. Hugo.

De arrogancia et incredulitate et forma et crudelitatis et morte eius. xxx

Denique Domicianus
in tantam superbiam evasit vii
ut deum et dominum totius orbis
se appellari iuberet. Suetonius. Insana
tu iactare non dubitavit et patrem se et
fratrem imperium dedisse pari arrogantia cum
procuratorum suorum nomine formalem dictaret
epistolam sic cepit dominus et deus noster sic fieri
iubet. Unde institutum post hac ut ne
scripto quidem vel sermone cuiusquam aliter
appellaretur. Statuas sibi in capitolio non
nisi aureas et argenteas poni permisit
ac ponderis certi. Post terribilis cunctis
et invisus tandem oppressus est amicorum li-
bertorumque intimorum conspiratione simul et
uxoris. Annum diemque ultimum vite su-
spectum iam pridem suspectum habebat
et pavidus semper et anxius minimis
etiam suspicionibus preter modum commovebatur.
Tempore non suspecti periculi appropinquante
sollicitior in dies porticum in quibus
spaciari consueverat parietes phengite
lapide distinxit e cuius splendore per
imagines quicquid a tergo fieret pervi-
deret. Et ut quemque domesticis persuaderet ne bono
quidem exemplo audendum patroni necem
Neronis libertum cuius manum in adipiscen-
da morte adiutus ille existimabatur
capitali pena condempnavit. Denique
Flavium Clementem patruelem suum repen-
te ex tenuissima suspicione interemit
quo maxime facto maturavit sibi
exitium. Statura fuit procera vultu mo-
desto pudoris quam pleno grandibus
oculis verum acie hebetiore. Calvicio
quoque deformis et obesitate ventris
et crurum gracilitate. Calvicio ita offen-
debatur et in contumeliam suam traheret
si cui alio loco vel iurgio obiectaretur.

amore nullo sagittarum vel precipuo stu-
dio tenebatur quibus quarundam etiam
ferarum capita ita coniunctura figere aspe-
ris spectatus est ut duobus ictibus
quasi cornua efficeret. Nonnumquam in pu-
eri stantis procul preberetque pro scopulo dispa-
nsam dextre manus palmam sagittas tan-
ta arte direxit ut omnes per intervalla
digitorum innoxie evaderent. Hugo floriacensis
iiii° libro. Sed cum in urbe roma senatum
plurimumque laniaret et foris male disposito
exercitu assidue hostes rem publicam conficerent a se-
natu est dampnatus et in pallacio inter-
fectus. Hic quoque definitum est ut omnes qui
ab eo in exilium trusi fuerant decreto
senatus revocarentur et suas reciperent
facultates. Corpus quoque eius humana caruit
sepultura. Suetonius. Occisum populus in-
differenter, miles gravissime tulit. Contra
senatus adeo letatus est ut repleta cer-
tatim curia non compesceret quin mortuum contume-
liosissimo atque acerbissimo acclamationum ge-
nere laceraret, scalas etiam inferri cly-
peosque et ymagines eius coram detrahi
et ibidem solo affligi iuberet novissime
eradendos ubique titulos abolendam-
que omnem memoriam decerneret. Hugo

De imperio nerue et vita sancti thimothei

Nerua deinde senex || xxx viii
Domiciano execrabili tyranno
successit petronio prefecto pretore et
pethemio spadone interfectore domi-
ciano. Eusebius. Cepitque anno domini
xcviii° mundi ii° iiii lxx. Imperavit autem
anno uno et mensibus iiii°r. Victor. Eodem
anno ut legitur sanctus thimotheus multa
pro veritate passus ad dominum migravit.
Cuius vitam policrates presbiter scribit.
Policrates. Hic thimotheus civitate li-
stris hyramone ortus a paulo apostolo electus
est et comes peregrinus eius factus devenit
cum eo et ad splendidissimam ephesiorum
metropolim consecutus est regnante apud
romanos nerone ubi a quo consecratus ibidem
primus in doctrinis et miraculis conspicu-
imbus choruscavit. Non solum in apostoli
pauli sed et gloriosi theologi Iohannis
qui supra pectus domini in cena recubuit
discipulus et auditor factus est. Nerone enim
persecutore apostolorum et paulo male trac-
tante in urbe, convenit iohannem theologum
adesse splendide metropoli revertentem
de naufragio ubi etiam qui disci-
pulos domini secuti fuerant apud se con-
stituta dissentientibus linguis conscripta de factis
mirabilibus domini nescientes ordinatim
componere convenientes ad ephesiorum urbem
sanctum eiusdem sanctum iohannem theologo ob-
tulerunt. Qui cum omnia considerasset gau-
dens motus que a quibus dicta sunt
in tribus evangeliis constituit secundum ordi-
nem mathei videlicet et marci et luce eorum-
que nominationes singulas singulis evan-
geliis supposuit. Inveniens autem eos
dispensationes humanitatis narrantes
eaque de divino pectore hauserat et
ab illis dicta non fuerant ipse plenius
narravit supplens et que minus ab
eis dicta fuerant divina miracula. Propter no-
men autem imperante domiciano Iohannes
ab ipso de urbe ephesiorum exul factus est
et in pathmos que est una cicladum
insularum habitare iussus est. Interea sancto
thimotheo episcopatum ephesiorum metropo-
lis dispensante reliquie prime ydola-
trie in hiis que tunc eandem urbem ha-
bitabant remanserant nec sinebant
frequentissime eos denotante sancto
archiepiscopo thimotheo. Iudei autem abho-
minabiles eorum festivitatis instituerunt
in medium porticus hortabatur illos
dicens, viri ephesii nolite ydolatrie
insanire sed illum qui est deus pla-
ne cognoscite ac operam dyaboli.
Indignantes in doctrina eius palis et
lapidibus ipsi instanter interfecerunt. Sanctum
autem dei repausavit cum adhuc spi-
rantem in monte adiacente civitati
et ibi cum pace spiritum deo tradidit. Hoc
factum est xxii die mensis ianuarii im-
perante nerua. Hugo. Hic disceptator
ingeniorum scientissimus et frequens
fuit.

De reuocatione iohannis ab exilio et suscitatione drusiane et de[illegible]

Hic nerua primo || Pho xxxix
edicto cunctos exules re-
vocavit quos domicianus
exiliaverat. Dilectus unde factum est
ut Iohannes qui eius voluntate
cum in iniuria deportatus in exilium fuerat
cum honore ephesum remearet.
Occurrit autem ei omnis populus exultans
et dicens Benedictus qui venit in nomine
domini. Cum autem ingrederetur civitatem
drusiana que semper eum secuta fue-
rat efferebatur mortua. Flebant autem
pauperes et vidue cum orphanis cla-
mantes Sancte Iohannes apostole cur

Drusiana efferimus que suis monitis tuis obtemperans omnes nos alebat et deo in castitate et humilitate famulans cottidie redditum tuum desiderabat dicens O si videam apostolum dei antequam moriar ecce venisti et te videre non potuit Tunc sanctus Johannes feretrum iussit deponi et corpus solui Et clara voce dixit dominus meus ihesus christus excitet te drusiana Surge et reuertere ad domum tuam et para michi illic refectionem Ad hanc vocem surrexit et mox sollicita de iussione apostoli ita ut sibi videretur quia non de morte sed de sompno excitasset eam Altera die Craton philosophus in foro proposuerat de contemptu huius mundi spectaculum ut duos ditissimos fratres perduceret quos faceret distracto patrimonio gemmas emere singulas quas in conspectu omnium pariter frangerent Quod cum facerent contigit transire apostolum qui vocans ad se philosophum ait Stultus est iste mundi contemptus qui hominum ore laudatur sed diuino iudicio contempnitur Magister meus iuuenem cupientem ad vitam eternam attingere hiis verbis instruxit ut si vellet esse perfectus venderet omnia sua et daret pauperibus Cui Craton dixit Si vane cupiditatis fluctus in medio hominum positus constructus est Sed si verus deus est magister tuus et hoc fieri wlt ut harum gemmarum precium erogetur pauperibus fac gemmas redintegrari ut quod ego ad famam hominum feci tu ad gloriam magistri tui facias fieri Tunc apostolus colligens fragmenta in manum suam oculos ad celum leuauit et ait domine ihesu christe cui nichil est impossibile adesto nunc super lapides istos quos ignorantes fructus elemosine ad plausus hominum confregerunt Tu domine per manus angelorum tuorum eas reforma ut eorum precio nunc fructus expleatur Cumque fideles qui cum eo erant respondissent amen ita solidata sunt fragmenta gemmarum ut nec signum aliquod fractionis remaneret Tunc philosophus cum hiis iuuenibus et cum discipulis suis pedibus apostoli prouolutus cum omnibus credidit et fidem domini ihesu christi predicare cepit Duo quoque fratres illi venundantes gemmas quas vendito patrimonio emerant pauperibus tradiderunt

De duobus qui relictis omnibus penituerunt sed postea respuerunt xl Capitulum sequitur

Tunc eciam duo viri honorati ciuitatis ephesiorum sequentes horum exemplum vendentes omnia sua et dantes egentibus sequebantur apostolum peragrantem ciuitates et verbum domini predicantem Contigit autem ut intrantes pergamum viderent seruos suos sericis vestibus procedentes et in gloria seculi refulgentes Vnde factum est ut sagitta dyaboli percussi efficerentur tristes quod se in pallio vno viderent egentes seruos autem suos in potencia fulgentes Sed hos dolos dyaboli intelligens apostolus ait Video vos et animos immutasse et vultus eo quod doctrinam domini secuti estis et omnia vestra pauperibus contulistis Vnde si omnia recuperare vultis que in auro et argento et gemmis habuistis deferte in virgas rectas in singulis fascibus Quod cum fecissent in vocato nomine ihesu christi facte sunt in aurum Iterum ait Deferte in lapides minutos a littore maris Quod cum fecissent in vocata maiestate domini conuersi sunt in gemmas Tunc dixit eis per vii dies ite per artifices et gemmarios et dum probaueritis aurum esse verum et gemmas veras nunciate michi Qui cum fecissent ait Ite et redimite vobis terras quas vendidistis quia celorum premia perdidistis Emite vobis sericas vestes ut per tempus fulgeatis sicut rosa cuius flos dum odorem parat ruborem ostendat repente marcescat In aspectu seruorum vestrorum suspirastis et vos effectos pauperes gemuistis Estote floridi ut marcescatis Estote diuites temporaliter ut in perpetuum mendicetis Ecce vos ipsi in vocato nomine domini ihesu christi infirmos sanastis demonia fugastis cecis lumina reddidistis ablata est hec gratia vobis et facti estis miseri qui eratis fortes et magni et qui timorem tanti viri incuciebatis demonibus amodo ipsi demonia timebitis Amator enim pecunie seruus est mammone Mammona autem nomen est demonis qui preest lucris carnalibus et hiis qui mundum diligunt dominatur Hec et alia plura dicente apostolo efferebatur iuuenis mortuus quem turbe facientes exequias cum matre eius vidua iactauerunt ad pedes eius rogantes ut sicut drusianam ita et hunc iuuenem suscitaret Tantusque omnium erat fletus ut etiam ipse apostolus vix a fletu et lacrimis temperaret Tunc prosternens

se mordacem dulcissime flevit et ait
Ommenis stacte lacrimas dño et preces
simul effudi ut compungas a mortis
vinculo resolutus et hijs duobus atti-
co et eugenio annuncies quantam amiserit
gloriam et quantam meruerint penam
Tunc compungens stacteus adorauit
aplm et cepit increpare discipulos eius
dicens vidi angelos vros flentes et
angelos sathane in vra deiectione gra-
tulantes Jam regnum paratum vobis
et zetas penas epulis delicijs et
gaudijs amisistis et loca tenebrarum
acquisistis nobis plena draconibus
et flammis stridentibus plena cruciati-
bus doloribus fetoribus tiore et
horrore ubi ubi non cessat vlulatus
et luctus Rogate igitur aplm ut sicut
me suscitauit a mortuis ad vitam ita
et animas vras que iam de libro vite
delete sunt resuscitet ad salutem Tunc
ipse stacteus procumbens se cum illis et
cum ipsis omnes pariter orabant aplm
ut intercederet pro eis ad dnm Quibus
aplus ait dedit responsum ut per xxx
dies deo penitentiam offerrent in quo spa-
cio hoc maxime orarent ut virge au-
ree et lapides ad suam naturam re-
direnit Quod cum factum esset flentibus
et penitentibus illis et precis insta-
dentibus remissis dixit aplus Ite
vos volo quia dns suscepit penitentiam
eorum ad illos autem quibus ait Ite et
reportate virgas ad silvam et lapides
ad harenam Quod cum fecissent re-
ceperunt etiam gratiam curationum quam
amiserant Hugo ubi supra De con-
positione ewangelij iohannis contra
hereticos xlj

Cum autem fuisset Johannes in exilio
pullulauant interea pariam
hereticorum semina quedam cherinti s. et
ebionis vel eciorum qui negant xpm
in carne venisse quos idem theologus
in epla sua antixpos appellat nunc
ab angelis factum esse dicentes et tantum
hominem tantummodo fuisse nec re-
surrexisse videbant quoque certa
dogmata et resurrectionem mortuorum
non credebant Cum redisset ergo
ab exilio iam dictus aplus compulsus
est a suis fratribus et multarum legacio-
nibus ecclesiarum et doctrina patris et x
dinitate facere sermonem Cum mox in
ipso sui sancti ewangelij exordio
patenter ondit quod in principio erat
verbum et verbum erat apud deum
et deus erat verbum Cuius sermone
predicta heresis abditatur Eusebius in
historia ecclesiastica lib iiio Johannes
traditur usque adultum pene vi-
te sue tempus absque ullius scripture
indicijs ewangelium predicasse Sed
cum dum ewangeliorum etiam ad ipsum
noticia peruenisset probasse quidem de
fidem et veritatem dictorum tamen videt
aliqua et ea maxime deesse que
primo predicationis sue tempore dominus
gesserat descripsit helmandus ubi supra
Sed prius indixit omnibus ieiunium
ut orarent se digna scripturum fertur
autem ipsum illo loco secretissimo in quo
diuina scripturus se contulerat orasse ut
nullas hunc infestans opus ventorum
ibi aut ymbrium iniurias pateretur
habent quod eidem loco usque hodie reueren-
ciam elementa seruare Eusebius
ubi supra hieronimus in iiio contra heresim
libro Ecclesia inquit que est apud
ephesum fundata est a paulo autem
ioanne edificata policrates Rabanus Thimo-
theus ab eo primus eiusdem metropol-
epatum suscepit qui postmodum de
exilio rediens ephesum et eundem
sanctum thimotheum sedem suam diu modum
fuisse vitam inueniens precorum po-
stulacionem qui tunc inuenti sunt sa-
trorum dei principes populatio aplica-
tionem suscepit et permansit illa magne
metropolis sedem satis moderatus
usque ad traianum imperium Eusebius ubi
supra De filio eius spirituali quem a la-
trocinijs reuocauit xlij

Clemens allexandrinus au-
di inquit fabulam non fabulam
sed verum gestam de Johe
aplo et memoriam omnium tradita Cum
post tyranni obitum de pathmos in-
sula ephesum rediret rogabatur etiam
vicinas lustrare provincias quo et
ecclesias fundaret in quibus non erant
locas vel in quibus erant sacerdotibus
ac ministris instrueret sedum quod ei de-
us quoque spiritus sanctus indicasset Cum
igitur venisset ad quandam urbem hac
longe positam omnibus ecclesiasticis
sollempniter adimpletis vidit iuvenem
quendam validum corpore et vultu

eleganti sed et animis acrem quem
episcopo illius loci commendavit summo stu-
dio sub Christi et ecclesie testimonio. Et
post hec Ephesum rediit. Tunc presbiter
puerum susceptum in domo sua tam-
diu diligencia nutrivit ad ultimum
etiam ei baptismi graciam tradidit. Post
hec velud confidens gracie qua fuerat
communitus paulo indulgencius iuve-
nem habere cepit. Sed ille immatura e-
tate potitus per quosdam quibus luxus
et desidia cordi est prius conviviorum
illecebris decipitur inde nocturnis in
furtis socium sibi participem quod consciunt.
Tandem ad omne integrum perdicionis se tradens
nullis inferior in flagiciis esse patitur
demumque illos ipsos qui prius magistri cri-
minum ei fuerant discipulos facit et
latronum cohortis turmam quibus ipse
dux et princeps preesset instituit ac
cum eis omni crudelitate grassatur.
Tempore autem elapso cum rei poposcis-
set utilitas invitatur iterum ad illam
urbem Iohannes. Et cum cetera pro quibus
venerat ordinasset age inquit episcope
depositum repete quod tibi ego et
Christus commendavimus. At ille obstupuit
pecuniam putans a se reposci quam
non acceperat. Cui Iohannes [illegible]
iuvenem inquit illum reposco a te
et animam fratris. Tunc gemens suspirans
senior et in lacrimas resolutus mor-
tuus est inquit. Quo inquit vel qua
morte. Deo ait mortuus est quia
pessimus et flagiciosus evasit et
tunc montem quendam cum multa ma-
nu latronum occupavit. Hiis auditis
apostolus vestem continuo qua erat
indutus scidit et cum ingenti gemi-
tu bonum te inquit custodem anime
fratris dereliqui. Sed nunc iam in equus
paretur et dux itineris. Confestim
igitur abeuntia concitus properans cum per-
venisset ad locum detinetur ab hiis
latronibus qui custodias observabant.
Sed ille nec fugere nec declinare
prorsus requirens ingenti tantum
voce proclamabat. Quia ad hoc ipsum veni
adducite michi principem vestrum. Qui
cum venisset armatus eminus agnito
apostolo pudore actus in fugam vertitur.
Ille admisso post eum equo confestim
sequitur fugientem etiam etatis obli-
tus simul et clamans. Quid fugis

o fili patrem quid fugis inermem sene-
m noli timere quia adhuc habes spem
vite. Ego Christo pro te racionem reddam certe
et mortem libenter suscipiam sicut et
dominus suscepit pro nobis et animam meam
pro tua dabo. Sta tantum et crede michi
quia Christus me misit. At ille audiens
restitit et vultum in terra dimisit post
hec arma proiecit et tremefactus flebat
amarissime accedentis quoque ad se senis
provolutus est genibus gemitibus et
ululatibus quibus poterat satisfaciens.
Et uberrimis lacrimarum fontibus iterum
rebaptizatur solam dexteram suam occul-
tans. Apostolus non minus [illegible] sacramento
se ei a salvatore veniam impetraturum
pollicens simul quoque genibus eius pro-
volutus atque ipsam dexteram qua con-
scientia torquebatur tamquam per penitenciam
iam purgatam deosculans ad ecclesiam
revocat. Et indesinentes pro eo oraciones
profundens ac cum ipso crebra ieiunia
ducens sed et variis sermonum consola-
cionibus constrictos eius animos mitigans
non prius abstitit quam eum in omnibus
emendatum etiam ecclesie preficeret. Post
magna exempla penitencie prebens et deo
trophea visibilibus resurreccionis ostendens.
Ut in iii libro. Iohannes discipulus
domini apud Ephesum cum balneas la-
vandi gracia fuisset ingressus et vidisset
ibi Cherinthum fertur exiluisse continuo
et discessisse non lotus dicens fugiamus
hinc ne et balnee ipse corruant in
quibus Cherinthus se lavat veritatis
inimicus. Dilectus. De ruina ydolorum
et veneno quod sine lesione bibit / xl[illegible]

Cum autem omnis Asia Iohannem co-
leret et predicaret accidit ut cul-
tores ydolorum sedicionem concitan-
tes traherent eum ad templum Diane
et urgerent ut ei sacrificaret. Iohannes
autem blande consulebat ipsis ut longe
se facerent a templo. Cum quoque omnes fratres
convenissent voce clara Iohannes coram
omnibus oravit ut templum et ydola
que in eo colebantur corruerent ita ut ne-
minem lederent. Statimque ad vocem eius
omnia simul cum templo ydola in pul-
verem redacta sunt. Eadem die xii milia
hominum conversi sunt et baptismo consecrati.
Tunc pontifex ydolorum concitavit se-
dicionem in populo ita ut populus contra
populum pararetur ad bellum. Cui autem apostolus

Quid tibi faciam aristodeme ut tollam
indignationem de animo tuo. Cui ille dixit
dabo tibi venenum bibere quo hausto si
mortuus non fueris apparebit verum esse
deum tuum. Cui annuente apostolo ille ait
prius est ut videas bibentes et statim
morientes ut sic pocius possis hoc poculum
formidare. Pergens ergo ad proconsulem pe-
tiit ab eo duos viros qui pro suis erant
sceleribus decollandi et statuens eos
in medio foro coram apostolo et omni populo
fecit eos venenum bibere. Qui mox ut
biberunt spiritum exalaverunt. Illis ergo mor-
tuis iacentibus iohannes intrepidus et con-
stans calicem accepit factoque in eo sig-
naculo crucis dixit: Deus cui omnis
creatura deservit cui omnis potestas com-
panescit cuius audito nomine serpens
conquiescat draco fugit rubeta torpe-
scit scorpius extinguitur regulus vincitur
omnia venenata et noxia animalia re-
cedunt tu extingue hoc veneni virus
et operationes eius mortiferas vires
que eius evacua et da omnibus his ocu-
los ut videant et cor ut magnitudinem
tuam intelligant. His dictis os suum
et se totum armavit signo crucis
et totum bibit quod erat in calice. Et
attendens aut populus per tres horas
vultum eius hilarem nullaque omnino
signa palloris aut trepidationis
habentem clamavit: unus deus verus
est quem iohannes colit. De suscitatione
illorum qui veneno interierant xliiii

Aristodemus autem nec sic credebat
ait iohanni: Inest michi adhuc
dubietas. Sed si istos qui hoc
veneno mortui sunt in nomine
dei tui suscitaveris emundabitur ab omni
dubietate cor meum. At populi insurge-
bant in eum dicentes: Incendemus te
et domum tuam si ausus fueris apostolum dei
ulterius in sermone fatigare. Apostolus
autem videns seditionem fieri petito silen-
cio ait: Prima est quam debemus virtu-
tibus imitari debetis patientia. Si ad-
huc infidelitate tenetur non cessabo ab
hoc opere quo possit medela eius vulne-
ribus. Et vocans eum dedit ei tu-
nicam suam dicens: Vade et mitte eam
super corpora defunctorum et dices: Apostolus
domini nostri ihesu christi misit me ut in eius
nomine exurgatis ut cognoscant omnes
quod et vita et mors famulantur domino

ihesu christo. Quod cum ille fecisset et eos
exurgere vidisset adorans iohannem festi-
navit ad proconsulem dicens: Ex memorem
te puto quod contra iohannem frequenter iram
tuam excitavi et multa mala contra
eum egi unde vereor ne iram eius ex-
periar. Est enim deus sub specie hominis
latens. Nam venenum bibens incolu-
mis perseverat et veneno mortuos
tactu tunice sue perimenus meas re-
suscitat. Tunc dementes ambo prostra-
verunt se apostolo scilicet aristodemus et proconsul
indulgenciam flagitantes. Quos
ille suscipiens precepit eis unius ebdo-
made ieiunium quo completo baptizavit
eos. Ipsi autem baptizati cum omni sua
parentela affinitate et familiis suis
fregerunt omnia simulacra et fabrica-
verunt basilicam in nomine sancti Johannis
in qua et assumptus est. Ex vita sanctorum
nerei et achillei. De sanctis eutice ac
sociis eius et ceteris huius temporis martiribus

Audiens itaque aurelianus xlv
quia domicilla magis adhuc
diligeret euticem victorinum et
maronem quam fecerat nereum et achilleum
impetraverunt a nerva imperatore ut eos
sibi daret si sacrificare ydolis nollu-
issent. Quos forciter resistentes depo-
suit de in suburbia et quasi singulos per singula
predia sua divisit ut terram cotidie
foderent et sero tantummodo i. furmenti
quisquilias manducarent. Sed cum ibi
omnibus gratiosi essent et miracula fa-
cerent et multos predicando converterunt ab
aureliano penis variis occisi sunt.
Auctor. Porro sub prefato imperatore non
multi et alii proposito passi leguntur
quorum ad plenum gesta non repperi sed ex
martiologio breviter collegi in hunc
modum. Ex martirologio. Septimo decimo
kalendas mayi celebratur in ytalia natale beatorum
martirum maronis euticis et victorini.
Qui primo apud insulam ponciam in
christi confessione longum ducentes exilium
postmodum sub principe nerua cum
convertissent plurimos ad fidem iussi sunt
variis interfici penis. Item nonis sep-
tembris rome beati victorini martiris
qui sanctitate et miraculis preclarus
sacerdotum antistitem urbis tocius
populi electione adipiscitur. Inde post-
modum sub imperatore nerua iussus
est suspendi capite deorsum in loco

ubi putentes et sulphurec emanant aque Quod cum pridem promotor passus fuisset gloriose conatus victor migravit ad dominum hugo ubi supra Nerva demque cesar afflicte rei publice multum consuluit dum traianum virum strenuum et sapientissimum sibi in filium augustum moriens adoptavit Eusebius ine chronicis Ipse autem nerva mortis salustianis morbo periit anno etatis sue lxxii° decreto autem senatus inter deos relatus est

De imperio traiani xlvi

Anno igitur domini C° mundi vero iiii lxvi° romanorum xii° traianus regnavit annis xix hugo ubi supra Hic apud agrippinam gallie urbem insignia imperii suscepit moxque germaniam trans renum sibi subegit et trans danubium gentes multas superavit barbaras etiam nationes trans eufratem et tigrim sitas redegit in provincias demque seleuciam et babiloniam occupavit et usque ad indie fines post magnum alexandrum accessit Hic etiam fuit liberalis in amicos gloriosus in re militari diligenciam in civilibus lenitate et in sublevandis civitatibus largitione demque prostrato et debilitato statu romano in remedium malorum credebatur divinitus datus helinandus Hic alii cum profecturus ad bellum iam equum ascendisset vidua quedam apprehenso pede illius miserabiliter lugens iusticiam sibi fieri de hiis qui filium eius iustissimum et innocentissimum occiderant postulabat Tu inquiens auguste imperas et ego tam atrocem iniuriam pacior ego ait ille satisfaciam tibi cum rediero Quid si non redieris successor meus inquit satisfaciat tibi Ait illa Quid hoc scitum Quod et si facturus est quid tibi proderit si alius benefecerit Tu mihi debitor es secundum opera tua mercedem recepturus fraus itaque est nolle reddere quod debetur successor tuus iniuria patientibus pro se tenebitur Te non liberabit iustitia aliena Bene agetur cum successore tuo si liberaverit se ipsum hiis verbis motus traianus descendit de equo et tum vidue presencialiter examinavit et condigna satisfactione viduam consolatus est

De plutarcho eiusdem preceptore sequitur xlvii capitulum

Huius institutor fuit plutarcus philosophus qui habebat servum hominem nequam et contumacem sed liberalibus disciplinis eruditissimum Contigit autem ut ei nescio quam ob causam tunicam detrahi cedique iubet loro cepit ille verberari dicens quod non tamen in ficiare culpam dicens se nichil deliquisse postremo cum nichil proficeret rogando vera vociferari cepit et inter verbera seria et obiurgatoria loqui non ita se habere plutarcum ut philosophum deceret Irasci turpe esse ei presertim qui de malo ire sepius dissertavisset librumque pulcherrimum scripsisset de pacientia adiciebat esse prohibitum quod doctrinam moribus impugnabat qui mentis ab integritate prolapsus effusis et provolutus in iram plurimis plagis mulctaret innoxium Ad hec plutarcus lente et leniter et summa cum gravitate ait Nunquid quod vapulas tibi iratus videor Est ne ira mea si amore debitum recepis Ex vultu ne meo an voce an ex colore an saltem ex verbis ira me correptum intelligis aut correptum michi quidem neque oculi ut opinor truces sunt neque os turbidum neque inmaniter clamo neque in spumam ruboremque fervesco neque pudenda dico aut penitenda neque omnino trepido ira aut gestio Hec omnia quippe si nescis irati signa esse solent Et simul ad eum qui cedebat conversus interim inquit dum ego et hic disputamus tu hoc age et sine iracundia mea retundere simulem contumaciam ut iniquitatem penitere doceas et iurgare

De libro plutarchi misso ad traianum xlviii

Hic scripsit ad traianum libellum pulcherrimum de constitutione politica cuius titulus institutio traiani in quo qualis debebat esse princeps eleganter describit cuius principium hoc est Plutarcus traiano salutem Et modestiam tuam noveram non appetere principatum quem tamen semper morum elegantia mereris indulsisti Quo quidem tanto dignior iudicaris quanto a crimine ambicionis videris esse remotior Tue itaque virtuti congratulor et fortune mee tamen recte gesseris quem probe meruisti alioquin periculis te et me detrahencium linguis subiectum iri non dubito cum et ignaviam imperatorum roma non ferat et sermo non publicus delicta discipulorum refundere solebat preceptores Hoc seneca

neronis sui iniuste detractionem carpit et linguis adolescentum suorum temeritas inquinam refundit. Et socrates nimirum illum suum fuisse clementiorem timuit. Tu vero quid nisi rectissime geres si non recesseris a te ipso. Si primum te composueris ad virtutem recte procedent universa. Politice constitutionis maiorum vires tibi conscripsi. Cui si obtemperas plutarchum vivendi habes auctorem. Alioquin presentem epistolam testem invoco quia in perniciem imperii non pergis auctore plutarcho. Idem. Plutarchus imperatori principibus conatur. Scilicet reverentiam dei cultum sui disciplinam officialium et potestatum affectum et protectionem subditorum. Idem scripsit librum de ingratitudine moderatione qui inscribitur archigimaton [?]. Hugo v. e.

De transitu Iohannis ewangeliste. xlix

Traiani temporibus Iohannes apostolus qui quasi unus de paradisi fluminibus verba sancti ewangelii in toto terrarum orbe diffudit cum esset annorum xcix migravit ad dominum. Dilectus. Nam cum esset xcix annorum apparuit ei dominus ihesus cum discipulis suis et ait. Tempus est ut epuleris in convivio meo cum fratribus tuis dominica die resurrectionis mee que post v. dies futura est. Veniens ad me. Itaque dominica die convenit omnis multitudo ad prefatam ecclesiam. Et a primo gallorum cantu agens misteria dei omnem populum usque ad horam terciam diei allocutus est hortans eos ad penitentiam et initians eis vocationem suam. Post hec iuxta altare iussit foveam fieri et terram foras ecclesie proici. Descendensque ad eam expandit manus suas ad dominum et ait. Invitatus venio gratias agens quia me dignatus es domine ihesu christe ad tuas epulas invitare sciens quod ex toto corde meo desiderabam. Odor tuus concupiscentias in me excitavit eternas. Et nunc domine commendo tibi filios tuos quos tibi virgo mater ecclesia per aquam et spiritum regeneravit aperi michi ianuam vite. Principes tenebrarum non occurrant michi et manus extranea non contingat me sed suscipe me secundum verbum tuum et perduc ad convivium epularum tuarum. Et cum omnis populus audisset amen lux tanta apparuit super apostolum una fere hora ut nullus sufferret aspectus. Postea inventa est illa fovea plena nichil in se aliud habens nisi manna quod usque hodie gignit locus ipse. Ibi homines ab infirmitatibus et periculis liberantur et preces suas obtinent effectum. Ex prologo super ewangelium eius. De virginitate eius et dolore eius vide in vi libro.

Antiochia pene totam subruit civitatem. Iudei quoque qui in libia erant adversus cohabitatores suos alienigenas dimicant similiter in egipto et in alexandria apud cirenem quoque et thebaida magna seditione contendunt. Verum gentilium pars superat in alexandria. Iudeis in mesopotamie rebellantibus precepit traianus imperator lusio quieto ut eos provincia exterminaret adversum quos quietus aciem instruens infinita milia eorum interfecit et ob hoc procurator iudee ab imperatore decernitur. Porro traianus apud seleuciam urbem ysaurie profluvio ventris extinctus est anno etatis lxiii imperii non xix. Ossa eius in urna aurea collecta et in foro sub columpna posita sunt. Helinandus. Hic solus omnium imperatorum intra urbem sepultus est post iulium cesarem. Cuius senatus in ludos [?] anno sequente retulit hac de causa quia gloriam militarem qua plenus extiterat moderatione superabat rome et per provincias omnibus se equalem exhibens amicos salutandi causa frequentans vel egrotantes festis diebus cum eisdem indiscreta vicissim habens convivia vehiculis eorum et vestibus indifferenter utens publico et privatim ditans omnes in immunitates civitatibus largiens relaxans tributa principis caris omnibus nulli gravis adeo ut usque ad nostram etatem in senatu non aliter acclametur. Felicior sis augusto et melior traiano. Statua eius in foro traiani militari habitu posita est reputans quod in expeditione positus viduam liberavit sine bello gestorum [?]. Postea movit ad compassionem Gregorium. Unde et pro eo tantum plorasse dicitur ut animam eius ab inferno obtinuit liberari. Eutropius. Inter alia dicta ulpii criniti traiani hoc ipsius fertur egregium. Amicis cum eum culpantibus quod nimium esset communis respondit talem se imperatorem esse privatis qualem esse imperatores privatus optasset. Hugo in v libro.

De imperio adriani et studiis ac moribus eius. l.

Helius adrianus consobrini traiani filius duodecimus ab augusto principatum adeptus

Anno ab incarnacione domini cxxvij ab ini-
cio mundi iiij et lxxxij imperavit annis
xxi. Hic fuit grecis litteris inpensius eru-
ditus et non sermone tantum peritus et
ceteris disciplinis canendi medendique
sciencia pollens. Hic eciam referebat carmine
tarnum deum ut prius ad omnia diceret
meditatum. Helinandus xv° libro. Elius
adrianus cum rome perfecturam splen-
didius ageret consenatore imperator cre-
atus est. Cum obsecrante senatu ut
filium quem habebat cesarem augustum
appellaret sufficere inquit debet quod
ego invitus regnavi cum non meruit
principatus cum non sanguini debetur sed
meritis et inutiliter regnat qui rex na-
scitur non meretur et procul dubio pectoris
affectum amittit qui parvulos suos impor-
tabili subiecta mole extinguit hoc
equidem est suffocare liberos non promo-
vere. Alenda prius sunt et in virtutibus
extendi. Et cum inconperfecerint ut pro-
bentur illos virtutibus aut cedere quos de-
bent honoribus ante ire nobitati ascen-
dant ut se cunctis suorum notis non sub-
trahant. Eusebius in cronicis. Iste
adrianus ytalice in hyspania natus
consobrine traiani filius allexandriam
a romanis subversam publice instau-
ravit expensis. Ipse quoque traiani
invidens glorie de assiria mesopo-
tamia armenia quas ille provincias
fecerat revocavit exercitus. Idem eru-
ditissimus in utraque lingua sed impudicus
amorem parvum continens reliqua
tributorum urbibus relaxavit tantis
publice intensis plurimos eciam ipsis
tributis liberos permittit. Ipse eciam in
deos cepit sevire contra romanos re-
bellantes. Ex gestis eius. De secundo
philosopho et eius perpetuo silencio lxx

Temporibus adriani floruit
secundus philosophus qui philosophatus
est omni tempore silencium ob-
servans et pitagoricam vitam
ducens. Hic cum adhuc parvulus ad di-
scendum missus audivit in scolis verbum
quod omnis mulier fornicatrix
esset et impudica. Tandem in philosophia perfec-
tus revertitur in patriam suam quem
gerens peregrinacionis consuetudine ba-
culum et peram circumferens coma capitis
et barba prolixa hospitatus est ante
in domo propria nemine domesticorum eum
cognoscente neque propria matre volensque
probare de mulieribus si verum esset quod
audierat vocavit unam ex ancillis pro-
mittens ei l aureos se daturum si propria
dominam mihi. At illa consenciens ancille vespe-
re fecit eum ad se introduci. Cumque illa esti-
maret se cum illo carnaliter debere co-
misceri ille velud propriam matrem amplec-
tens inter ubera eius dormivit usque
mane. Mane autem cum vellet egredi et dis-
cedere illa apprehendens eum ait Ut me temp-
tares hec fecisti. Cui dixit Nequaquam
domina mea neque enim dignum est me illud
maculare unde exivi. Illa autem sciscitata
te quis esset audivit Ego sum secundus filius
tuus. Illa autem recogitans inpudicitiam sua-
am et non ferens confusionem exanimata est.
Secundus non sciens quod per loquelam suam mor-
tui contigisset hanc a se inposterum exegit
penam ne amplius loqueretur et sic usque
ad mortem taciturnitatem conservavit. Cir-
ca id no tempus adrianus imperator veni-
ens athenas audivit de illo eumque ad se
venire faciens prius eum salutavit. Ille
autem tacuit. Tunc adrianus ait loquere
philosophe ut a te aliquid addiscamus. Ille
autem imposito silencio perseverante cyr-
pon vocavit quendam speculatorem ait-
que nolentem loqui imperatori vivere no-
lumus abduc eum et torque. Adrianus
denique speculatorem latenter evocans ait
loquere ei in via et persuade ut loquatur
et si quid persuasus fuerit decolla eum.
Si non non audit redue eum ad me. Du-
cebatur autem secundus a speculatore ad locum
tormentorum. Cui dixit Secunde quare
tacens moreris loquere et vives. Sed
ille vitam suam pendens mortem
tacitus expectabat. Speculator itaque
ducens eum ad locum destinatum dixit
illi Extende cervicem et suscipe mea
gladium. Ille extendens dulce silencio
vitam postposuit. Apprehendens igitur
eum venit ad adrianum dicens secundum
usque ad mortem tacuisse. De hiis que
ad interrogata scripta reddit lxxi

Tunc adrianus admiratus philosophi
continenciam dixit ei Quia lex
ista silencii quam tibi ipse inpo-
suisti nullomodo solui potest sume
tabulam istam scribe et salte manu
tua loquere. Accipiens autem secundus tabu-
lam scripsit in hunc modum. Ego quidem
adriane nichil te timeo quia princeps

huius temporis indiciis cognoscere me quidem
occidere potes sed vocem meam proferendo
nulla tibi potestas est. Adrianus itaque legens
ait. Bene locutus es sed adhuc quedam
problemata tibi propono ut ad hec michi
respondeas. Quero primum. Quid est mundus.
Ille respondit. Mundus est incomprehensibilis
circuitus spectabilis sine lex multiformis
formacio eternus tenor circuitus sine er-
rore. Quid est occeanus. Mundi ample-
xus terminus coronatus hospicium fluminum
fons ymbrium. Quid est deus. Immor-
talis mens incontemplabilis celsitudo
forma multiformis incogitabilis inqui-
sicio insopitus oculus omnia continens
lux bonum. Quid est sol. Celi oculus
caloris circuitus splendor sine occasu
diei ornatus horarum distributor. Quid
est luna. Celi purpura solis emula
malefactorum inimica solamen iter agen-
cium ductrix navigancium signum solle-
mpnitatum larga roris presagium tempe-
statum. Quid est terra. Basis celi medi-
tullium mundi fructuum custos et nu-
operculum inferni ma- nascencium nutri-
mentum devoratrix omnium cellarium vi-
te mancipium mortis. Tunc pensans viator
loca hospes anima laboriosa parvi temporis
habi. Illuc misit Clementem dum omnes velle
mori conspiceret multitudinem precepit et so-
lum Clementem ligata ad collum eius
anchora precipit in mare submergi. De
miraculis eius post obitum. liiij

Quod cum factum fuisset et populus
christianorum in littore simul fleret
Cornelius et Phebus discipuli
eius monuerunt omnes orare dominum
ut sibi corpus sui martiris demon-
straret. Statim mare per tria milia
recedente ingressi per siccum invenerunt
in modum templi marmorei habitaculum
a deo paratum et ibi in archa saxea cor-
pus sancti Clementis Petri discipuli
et anchoram iuxta eum. Revelatum
est autem discipulis eius ut eum tollerent.
Annuatim autem anno passionis eius die
recedit mare vii diebus et advenien-
tibus iuxta civitatem siccum prebet iter
per tria milia et completo festo regre-
ditur. Quadam sollempnitate mulier
cum parvulo suo filio ad locum accessit
et post acta sollempnia dormiente pue-
ro repente mare rediens omnes ad
litus properare cogit. Tunc mulier ob-
lita filii cum ad litus venisset cum
fletu et eiulatu maximo per littora
discurrebat si quis forte filii sui
ad litus eiectum vidisset. Et nichil
inveniens tandem confortata compuncta
ad propria rediit et totum annum in la-
mentatione adduxit. Post annum vero
sperans ad locum si forte de filio suo
aliquod inveniret indicium. Itaque rece-
dente mari omnes anticipans occurrit
ad tumulum. Et cum post orationem surgeret
aspiciens subito vidit infantem sicut
eum reliquerat dormientem. Quem credens
mortuum accedens prius dormientem
cognovit et citatum velociter conspec-
tantibus populis involutum levavit in
ulnis. Et interrogatus ubi per annum fu-
isset. Respondit se nescire si annus integer
preterierat sed se tantum una nocte dor-
misse suaviter estimabat. Ex gestis sancti
Nerei et Achillei. De sancta Domicilla

Porro autem et sociabus illius. Au-
relianus revocavit Domicillam
de exilio iussit ad eam ut duas
virgines Eufrosinam et Theodoram collac-
taneas eius ut sibi suaderent. At
illa cum eis de deo predicaret fratrem
Theodore cecum et filiolam nutricis
Eufrosine mutam sanavit. Quod illi
videntes cum multis aliis paganis
baptizati sunt. Post hec Aurelianus
cum duobus sponsis Theodore et Eu-
frosine et tribus mimis et ioculato-
ribus venit ut simul Domicille nup-
tias celebraret. Et cum Sulpicium et
Servilianum converterit verba eorum non cu-
rans iussit includi in thalamo Do-
micillam ut postmodum violenter op-
primeret eam. Et deficientibus cantan-
do et saltando mimis ipse per duos dies
tam diu saltavit quod saltando de-
ficiens expiravit. Quod multi viden-
tes conversi sunt. Tunc frater Aureliani Lu-
xurius impetravit a Traiano imperatore
ut hos omnes ad sacrificandum compelleret
aut nolentes occideret. Unde cum occi-
disset Sulpicium et Servilianum abiit
ad predictas virgines ad Tracinensem
civitatem. Et cum nollent sacrifi-
care supposuit ignem in cubiculo
in quo simul morabantur. Que ora-
tes prostrate in facies suas spiritum
emiserunt quarum corpora sanctus Cesa-
rius dyaconus mane illesa reperiens
sepelivit. Socius eius

De sancto ignacio anthiocheno lvi

Ubi eos passus est sanctus ignacius
discipulus sancti iohannis episcopus
non antiochie Cum enim dominum pace
sancte ecclesie domino supplicasset
non suum sed infirmorum periculum timens
traiano imperatori de victoria redeunti
et mortem christianis omnibus comminanti
occurrit et se christianum profitens ferro
vinctus iussus est romam duci Tra-
ditus est ergo x militibus quorum cru-
delitas erga sanctum illius benefi-
ciis poterat mitigari Clemens igitur
putatur traiano imperatori Cum dixis-
set Ignaci cur antiochiam civitatem
rebellare facis et gentem meam ad
christianitatem convertis Ignacius respondit
utinam et te possem ab ydolatria re-
vertere et ducere ad christum ut semper obti-
neres fortissimum principatum Traianus
dixit Sacrifica diis et eris princeps
sacerdotum meorum et mecum regnabis
Ignacius respondit nichil estimo quod
promittis nec sacrificabo diis tuis nec
honorem tue cupio dignitatis facito
deinde quod vis quia nullo modo me im-
mutare poteris Traianus dixit plum-
batis scapulas eius contundite et
ungulis latera laniate et duris
lapidibus eius vulnera confricate Et
cum in hiis constancior permaneret Ait
traianus Expandite manus eius
et igne replete et super carbones
vivos eum nudis plantis facite
ambulare Respondit ignacius nec ignis
ardens nec aqua bulliens poterit
in me dei extinguere caritatem Tra-
ianus ait Maleficia sunt hec quod
tanta paciens non consentis Respondit
ignacius Nos christiani malefici non
sumus quia in lege nostra maleficos vi-
vere permittere prohibemur Malefici vos
estis qui demones adoratis Traianus
dixit laniate ungulis dorsum eius
et aceto et sale perfundite plagas
Ignacius respondit Non sunt condigne
passiones huius temporis etc Traianus
dixit Tollite eum et vinculis fer-
reis alligate et in cippo in imo car-
ceris custodite et tribus diebus
et tribus noctibus nemine videatur
et sine cibo poti quod permanens post
triduum a bestiis devoretur Tercia
igitur die iussu imperatoris senatus cepit
cum populo convenire ut viderent episcopum anti-
ochie qui cum bestiis debebat pugnare
Et sedens traianus iussit adduci sanctum
ignatium Quem cum moneret ut vel iam
consentiret cum superari non posset dixit
quia superbus est et contemptor alligatis
eum duos leones ad eum laxate qui
nec reliquias eius dimittant videns
eos sanctus ignacius dixit ad populum viri
romani qui hoc certamine aspicitis non sine
mercede laboravi non propter pravitatem hoc pacior
sed propter pietatem traianum dei summi et de-
tibus bestiarum molor ut panis eius
efficiar hoc audiens imperator dixit Gran-
dis est tolerancia christianorum Quis grecorum
tanta toleraret pro deo suo Respondit igna-
cius Non humana virtute hoc tolleravi sed
fide et adiutorio christi hoc illo dicente
et leones provocante accurrerunt et pre-
focaverunt eum tantum carnem eius non
tangentes Et admirans traianus dis-
cessit et iussit ut si quis vellet tolle-
re corpus eius non prohiberetur christiani ergo tolle-
tes eum honorifice sepelierunt Tra-
ianus autem cum audisset scripta que plinius
secundus ei misit in quibus valde lauda-
bantur christiani quos imperator iussit occidi
penituit de hiis que sancto ignacio intu-
lerat et decrevit ut nullus christianus
inquireretur Si quis tamen incideret puniretur

Ieronimus de illustribus viris de scriptoribus

Ignatius igitur antiochene ecclesie tempore eodem lvi
tercius post petrum apostolum
episcopus persecucionem commovente traiano dam-
pnatus ad bestias romam vinctus
missus est Cumque navigans smirnam
venisset ubi policarpus auditor iohannis
episcopus erat scripsit unam epistolam ad ep-
hesios alteram ad magnesianos terciam
ad trallenses quartam ad romanos Et in-
de egrediens scripsit ad philadelfios
et ad smirneos et proprie ad policarpum
commendans antiochensem illi ecclesiam In
qua et de ewangelio quod nuper a me trans-
latum est super persona christi ponit
testimonium dicens Ego vero et post
resurrectionem et in carne eum vidi
et credo quia sit Et quando venit
ad petrum et ad eos qui cum petro
erant dixit eis Ecce palpate me et
videte quia non sum demonium corpora-
le Et statim tetigerunt eum et cre-
diderunt Dignum autem videtur quia tanti
viri facimus mencionem et de epistola eius

quam ad romanos scripsit pauca ponere
destina inquit usque ad romam pugno
ad bestias in mari et in terra nocte et
die ligatus cum x leopardis hoc est
militibus qui me custodiunt Quibus
et cum benefeceris peiores fiunt Iniqui
tas autem eorum mea doctrina est sed non
ideo iustificatus sum Utinam fruar
bestiis que michi preparate sunt quas
et oro veloces michi esse ad interitum
et alliciam ad comedendum me ne sicut
et aliorum martirum non audeant corpus
meum attingere Quod si venire noluerint
ego vim faciam ut devorer Igno
scite michi filioli Quid michi prosit
ego scio Nunc incipio esse discipulus
nichil de hiis que videntur desiderans
ut xpm ihm inveniam Ignis crux
bestie confractio ossium membrorumque divi
sio et totius corporis contricio et tor
menta dyaboli in me veniant tantum ut
xpo fruar Cumque iam dampnatus esset
ad bestias et ardore paciendi rugien
tes audiret leones ait frumentum xpi
sum dentibus bestiarum molar passus
est anno xi° traiani reliquie corporis
in antiochia iacent extra portam
dampniticam in cimiterio Actor refert
autem sanctus ignacius epistolas xii Gesta
eius De sancto eustachio et conversione

Eustachius vero // eius lxiii
cognomento placidus magister mi
licie traiani imperatoris paga
nus erat sed [illegible] operibus misericordie sedulo
insistebat Cum autem quotidie cum sociis
suis venacioni insisteret quadam die
gregem cervorum invenit Et circa eos
militibus occupatis vidit unum cervorum
unum maiorem et pulcriorem Quem
desideranter capere fugientem in nemus
secutus est donec cervus progrediens
super altitudinem rupis staret Dumque
cogitaret placidus quid eum capere
posset subito vidit inter cornua signum
crucis et ymaginem ihu xpi qui sic
ei locutus est per os cervi O placide quid
me insequeris Ego sum xpus quem
ignorans colis Hec audiens placidus
pre timore de equo cecidit et post horam
ad se rediens et consurgens diligen
cius visionem inspexit Et tunc dixit
ei dominus quod ipse de nichilo cuncta
creavit et pro hominibus ad terram descen
dens mortuus et sepultus die tercia
resurrexit Statim placidus se credere
professus est et iussit ei dominus ut pergens ad
episcopum baptismo gratie mundaretur Respondit
placidus domine vis ut hoc dicam coniugi
mee et filiis meis et ipsi credent in te
Dixit ei dominus Renuncia illis ut ipsi mun
dentur et tu cras huc redi ut tibi rursus
appaream et futura demonstrem De
scendens itaque eustachius de monte
cum hoc coniugi dixisset in lecto exclamat
uxor eius dicens domine meus crucifixum
deum vidisti quem colunt xpiani Et ego
hesterna nocte vidi eum dicentem michi
Cras tu et vir tuus et filii tui venite
ad me Et nunc cognovi quia ipse est xpus
Pariter ergo media nocte perrexerunt
ad episcopum rome et pecierunt baptismum Et
ille baptisavit eos cum gaudio placidum
vocavit eustachium uxorem eius theo
spitem et filios eius agapitum et theo
spitum De temptacionibus quas ei dominus

Facto autem mane eusta // lix
chius sicut prius ad venacionem
perrexit et prope locum veniens
dispersit milites suos quasi sub obten
tu investigande venacionis Et stans
in loco formam prime visionis aspexit
Cadensque in faciem cum postulasset
deum dicere quod ei promiserat Audit
ei dominus Beatus es eustachi quia modo
superasti dyabolum et conculcasti eum qui
te deceperat Modo apparebit fides tua
Oportet enim te multa pati ut de alta
vanitate humilieris et rursus in spiritua
libus exalteris Tu ergo deficere noli quia
per temptaciones oportet te alterum iob
demonstrari Sed cum humiliatus fueris
veniam ad te et in gloriam primam resti
tuam te Dic ergo si modo temptacionem
vis accipere an in fine vite Dixit
eustachius Domine si ita fieri oportet
modo nobis accidere temptacionem iube
et da virtutem paciencie Videns quod dominus
confortans inquit esto quia ego custo
diam te Et sic domino ascendente ad
celos eustachius rediens intimavit
uxori sue hoc Post paucos autem
dies mortui sunt omnes famuli et
ancille et omnia pecora quecumque fue
rant illius Et gracias agens fugit
nocte cum uxore et filiis in egyptum
et tota eorum possessio ad nichilum
redacta est per rapinam malorum Dum
vero iter agerent appropinquantes mari

intrauit nauem. Et cum transfretasset nec haberent unde naulum redderent nauclerus retinuit uxorem eius pro naulo. Quam non Eustachius contradicens preca supplicauit compto quod eum precipitare vellent in mare reliquit uxorem suam. Et accipiens duos filios suos cum lamentacione maxima processerunt ad quoddam flumen et propter inundacionem aque non ausus transire cum duobus filiis simul relicto uno circa ripam alterum supportauit. Cum autem venisset in medium fluminis ut alterum sufferret ecce leo veniens rapiens portauit in siluas. Et desperans reuersus est spem habens altius. Sed cum abiret ecce similiter lupus alium rapuit et abiit. Unde non valens consequi eum cum esset in medio fluminis cepit plangere et capillos suos euellere voluitque se precipitare in aquam sed deus continuit mentem eius qui futura preuidebat. Pastores enim cum canibus eruerunt puerum leoni et aratores filium lupo alterum eripuerunt et sic ambo primum in uno vico nutriti sunt. Hoc vero Eustachius nesciuit sed cum luctu et lacrimis abiit ad quendam vicum et ibi agros hominum pannos xv custodiuit. Post hoc mortuus est ille nauclerus et per gratiam dei cognoscere non potuit uxorem Eustachii. Qualiter a militibus actus ad imparatorem redijt sequitur lx

Imperator grauiter infestatus ab hostibus rememoratus est placidum quem semper strenue egisse cognouerat in conflictu bellorum. Et dolens de tanta eius mutacione milites direxit per mundum promittens omnibus qui eum inuenirent diuicias et honores. Eustachius itaque cum esset in agro vidit duos milites a longe venientes et considerans incessu eorum eos recognouit et veniens in memoriam dignitatis sue perturbari cepit et dixit. Domine deus sicut istos preter spem vidi qui mecum aliquando fuerunt da ut quandoque coniugem meam. Nam scio de filiis meis quod a feris comesti sunt. Et ecce venit vox ad eum dicens. Confide Eustachi quia modo recipies honorem tuum et uxorem et filios. Videns ergo milites ad se properantes accedentes obuiauit eis et amplius cognouit eos. Illi autem non cognouerunt eum. Et querentes ab eo si sciret hominem nomine placidum cum uxore et duobus filiis cum ille se nescire diceret tamen ad preces eius in hospicium ipsius diuertunt. Cum autem dum domus ipsius amorem Eustachii querent eos reficeret. Eustachius recolens pristinam vitam suam lacrimas continere non posset egrediebatur plorans et lota facie reuersus ministrabat eis. At illi considerantes eum et paulatim eum amplius cognoscentes ad signum cicatricis quod ex bello habebat in capite cognouerunt eum. Et exilientes et osculantes eum cum lacrimis interrogauerunt eum si ipse esset placidus qui dudum magister fuerat militum et de uxore et filiis quesierunt ab eo. Et confessus quod ipse esset de uxore et filiis dixit quod mortui essent. Hoc audito vicini omnes quasi ad spectaculum concurrebant dum milites virtutem eius et pristinam eius gloriam predicabant. Tunc milites dixerunt ei precepta imperatoris et eum vestimentis optimis induentes post iter xv dierum ad imperatorem cum magna leticia deduxerunt. Et occurrens ei imperator osculatus est eum. Et interrogatus de causa sue discessionis exposuit coram omnibus quomodo uxorem et filios perdidisset. Qualiter filios et uxorem recognouit.

Et statim ad magisterium lxi milicie cunctis numeratis militibus paucos contra hostes tot esse cognouit. Et iussit colligere tirones per omnes vicos et ciuitates. Contigit autem quod duo filii eius statu et specie gloriosi de vico illo inter alios tirones ad Eustachium ducti sunt et placentes ei commoribus et naturali affectu primi inter omnes eius electi sunt. Et sic profectus ad bellum subiectis hostibus reparauit sunt exercitum suum tribus diebus in quodam ortulo ubi uxor pauper et hospita manebat. Cum ergo nutu dei illi duo adolescentes hospitati essent in tabernaculo matris nescientes quod mater esset eorum sedentes meridie ceperunt colloqui de infancia sua. Dicebat enim maior minori. Ego dum infans eram nil aliud recolo nisi quod pater meus magister militum erat et mater mea speciosa duos filios habebat me et alium speciosum et ipse minus. Et accipientes

nos de domo exierunt nocte. Et cum transfretantes egrederemur, depositam inter mater mea nescio quomodo in mari relicta est. Pater vero portans nos duos flens pergebat et perveniens ad quoddam flumen transivit cum fratre meo iuniore. Et antequam ad me veniret, subito leo de silva exiens de silva rapuit me et portavit in silvam. Sed a pastoribus liberatus nutritus sum in vico illo quem et ipse scis, et non potui scire quid factum sit de patre meo neque de infante. Hoc audiens iunior exiliens cepit flere et dicere: Per deum ut audio frater tuus ego sum, quia qui me nutrierunt dicebant quod de lupo eruimus te. Et amplexi osculabantur se invicem. Audiens hec mater eorum considerans quod eventum suum ita seriatim dixissent, diu tractavit apud se si illi filii sui essent. Et sequenti die rogavit magistrum militum ut se cive romanorum et captivam duceret in patriam suam. Et considerans signa mariti sui, cum se diu continere non posset, procidit ad eum dicens: Precor te domine ut tu digneris michi exponere vitam tuam. Puto enim te esse Placidum magistrum militie, quem et sic et sic vocavit deus, qui tantam et tales sustinuit temptationes. Ego que prius dixi tibi ut dic michi per virtutem salvatoris. Audiens hec Eustachius et uxoris sue speciem recognoscens lacrimatus pre gaudio osculatus est eam, glorificans deum qui consolatur suos in omni tribulatione sua. Tunc dixit ei uxor sua: Ubi sunt filii nostri? Cum vidit a feris capti sunt. Et illa dixit: Heri sedens in orto audivi duos iuvenes sic et sic seriem sibi infantiam exponentes. Et statim vocans eos Eustachius et audiens ab eis infantiam suam recognovit quod essent filii. Et amplectens cum matre osculatus est eos. ¶ Congratulatus itaque exercitus gavisus est nimis et de inventione eorum et de victoria barbarorum. Regressus eius

De sancto Foca et eius altercatione cum affricano lxvi

Sub Traiano passus est sanctus Focas, cuius passio non solum insignis et in singulis quibusque tormentis qualis esset ostendit, sed omni vite sue tempore tanto dei amore devinctus fuit ut non incurrisse martirium sed impetrasse credatur. Sic enim infancie tempus exegit ut admirabile nescio quid etiam tunc in eo divine indolis appareret. Iam vero cum pubertatis annos adolescencie primum ingressus est, senilem cepit imitare sapientiam: accessit placidus mente, sobrius castitate, glorie amator, iusticie vite, ingenii humilitatis instructor. Itaque cum singulos varios quibus gentilium error urgeret et aliquos iam diversarum penarum excruciaret, sena tormenta aliis latebra fuisset auxilium. Focas proposito nomine sui, qua pomes eos laudabat, indagacione pugili iubetur perquiri. Tandem inventus adducitur. Nec enim tante glorie vindictus latere poterat aut volebat. Cum sibi putato Affricanus prefectus ait: Quis est qui Traianum principem nostrum deum non esse testetur, qui omnes adversarios suos ut vidit extinxit? Focas sic ad ista tacuit quasi nichil audisset, non nichil acti putasset. Sic diu et uno silente Affricanus exclamat: Quid taces? Cur admonitus interrogata non respondes? An ignoras apud cuius tribunal assistis? Respondit Focas: Iam Traiano non sufficit quod dicitur imperator nisi deum sibi usurpet et invisibile omnibus nomen assistat. Tu me imperatoris tui nimis acerbitate estimas posse subduci, cum tuus ille preceptor vite sue fine completo qui est hodie crastino non futurus sit. Desiderata michi sunt supplicia que minaris. Festina si consulis: celeritate gaudium dabis, dilatione supplicium. Affricanus ait: Non est pena que cupitur. Parco tibi itaque quia perire festinas. Respondit Focas: Si potes inficere vivere cum me salute propria sperata non posse nisi ego moriar. Affricanus ait: Unde nobis deum tuum et eo ab imperatore meo ut ei desinat obtinebo. Respondit Focas: Deus deus meus regnat in celis qui magnus est et invisibilis. At ille Demostenis inquit loquacitate superasti. Sacrifica quod restat ne diris virium(?) incendio aspice vel vides nulla plus ad te vim oculos ad quod dirige quos per impertinancia tua maiestatis adsilem vanae huius religionis eos mutaturus eos insaniam puris aut et magnis diis sacrificare debemus quos tu scelleratos esse prumas. Respondit Focas: Non celesti solum sed inferi adulteri et sacrilegi ac demones estimandi sunt, nec illi solum sed etiam hii qui pedes huius cultus dei nomine ignorant qui regnat in celis cuius gloria et virtus in secula seculorum. Et omnis turba fidelium circumstans respondit amen. Sequitur rubrica

De visione terribili tercia eius et confirmacione

Tunc tonitrua Affricani lxiv tonuerunt et immensus imber effusus est omnibus que erant conspersa sunt et dum vestigia mutare ceperunt. Cadit protinus Affricanus in faciem et cum his militibus qui ei auxilium fecerant sine voce sine sensu solo stratus advolvitur. Sed aliquanti vidimus quibus revelacionem voluntas divina concessit. Tantus enim pavor et tanta reverencia illius miraculi fuit ut vix paucos crederetur aspectus. Iacuit enim se nimis celo dudum sed agnitus audit qui ferendo oculorum aciem oculatum facit esse quod gestum est. Cum quies itaque splendidior sole illa lux visa est. Astabant enim tres angeli equitum more compositi quorum effigie flammabat. Statim tremor omnia membra pervasit. Statimque angues et desperata salute de sola iam morte solliciti. Illi autem ut erant ignei et incredibili proceritate sublimes lacerari se sancti Focae libenter asserunt et habita cum eo invicem non parva confabulacione discedunt. Petunt itaque celum volatu. Et ecce post paululum veniebat Affricani uxor attonita proprio currens vultu lacerato veste deformi cum filiis quoque et omni familia ad Focae genua provolvuntur. Ibi inherens pedibus veniam tanti sceleris implorat. Hac quoque se pactione constringens si ei donaret maritum ut ad christianam legem cum tota domo filiisque migraret. Nec fuit sed falsa promissio. Nam quantum spopondat non negavit. Hinc lacrimis flexus Focas omnes clericos convocavit et facta pro profecto magna oracione prestitit ei remedium a quo paulo ante formidaverat concitum. Statim Affricanus meditacione salutis et celestis auxilii Traianum provocavit.

De supplicio eius et carcere

Imperator autem statim Focam iussit lxiv accedere. Quo introducto ait: Cognovimus regiam potestatem carminibus te ad superbiam erigere dicens quod tu imperatore superius. Videamus quis est ille cui sacrificas. Respondit Focas: Sacre tibi non licet. Scriptum est enim: Nolite margaritas vestras mittere ante porcos. Traianus ait: Porci ergo tibi videmur ut dicas? Respondit Focas: Utinam ut animalia essetis! Dei enim super vos iudicium non veniret. Ymaginem que est celestium humani generis sensum quod porcorum. Traianus ait: Ecce suspende eis ad lignum; videamus quid tibi prosit animus iste tam pertinax. Respondit Focas: Ego suspensus in ligno ad celestia regna migrabo. Tu autem cum diis tuis perpetuis tenebris involutus eterna apud inferos morte torqueberis. Tunc ut erat suspensus in ipso ungularum impetu poma membrorum torquetur ut patentibus viribus latera ipsa dehiscerent. Sed nullum umquam gemitum aut vocis aut iracundie emisit; tantum labia commovebat et oracione tacita agebat gracias protectori suo. Sed cum venisset in finem amen clamabat et e celo vox insonuit cum ingenti tonitrue strepituque descendens et ait: Alacer esto Focas, ego sum tecum. Ecce paratus est tibi in paradiso locus cum omnibus patriarchis et cum his qui nec me nec patrem negaverunt. Traianus vero in quo voluisset loco et in ea pena cruciabitur. Statim imperator deponi auferrique eum ab eculeo iussit. Et quatuor milites a quibus servaretur apposuit centurione eciam Crispiniano nomine ad eius custodiam deputavit. A quibus susceptus Focas ibat letus ad carcerem domino vota persolvens. Et tota nocte iuxta eius fores custodes sedebant. Sed mox ut medium noctis tempus emensum est cepit oracionem. Oracione completa carceris claustra reserata sunt et infuso desuper lumine lampadarum totum repente patefactum est. Mille autem amplius milites quos habebat illa custodia tanta virtute perterriti et admiracione defixi ad Focae genua remedia salutis implorant. Ipsi itaque extra muros ad pelagi litus accedunt ibique ab eo et graciam baptismi et signum crucis accipiunt. Et ut mentes adhuc teneres ac rudes nove credulitatis instabiles radix in firmior miraculi terrores armaret, et audit se omnibus diis, et ut mortales oculi poterant cernere maiestas celestis emicuit. Illi autem vilem ducentes seculi huius usuram redeunt non ignari divine legis ad carcerem.

De ultimo eius agone

Sed nocte depulsa mox ut lxv lux orta est omnis ad forum multitudo convenit futurum Focae certamen expectans. Cui ait Traianus exhibito: Sacrifica Neptuno. Respondit Focas: Non sacrifico portentis. Hanc vocem semper effundam quecumque exquirere tormenta vanis sum sepe iam dixi. Traianus iratus crudelem offert sentenciam. Nam magnum caminum ardentis calcis preparari iubet et in illud latum effluentis ardoris precipite

primum quod crudi metuens sed ne ad aliquam
membrorum partem non perveniret incendium
Et ait videamus quid tibi prosit ille quem
metuis. Impositus itaque flamme quam
pari fecerat imperator continuis tribus
horis in igne eo durante. Qui ita integris
omnibus membris et vultu productus est
quasi non fuisset in flamma. Imperator itaque
in hac passione Traianus vehementius
inflammatur insania dicens. Terme pro-
pe ad triduum sunt succense quas adhuc
nemo patefecit. Ibi te iubemus induci.
Focas vero signum sibi crucis imponens
quo iubebatur ingreditur. Tantus autem
in illis ignis fuit et tanta vis flamme
ut tandem ascendentibus hinc inde fornaca-
tibus ipsi inspicientes colorem ignei rubo-
ris acciperent. Ibi stans Focas letus hym-
nis deo vota reddebat. Gratias ago tibi domine
quod adhuc dignus electus ad felices mar-
tyrum glorias tuo favore perveni quod per confessio-
nem nominis tui carcerem vincula cruces ignes
quod non timui. Et nunc domine mitte angelum
tuum et de Traiani manibus eripe me
ne dicant gentes ubi est deus tuus.
Mox ut hec toto mentis affectu deo vo-
ta persolvit et cursum martirii complevit
emisit spiritum. Patefactis itaque per paululum
thermis reliquie composite et nulla calo-
ris acerbitate fedate inveniuntur. Integerrimus
corpus ipsum flatus nardi tenebat et
omne illud membrorum spacium quod latebat
similitudo recondidit. Balnee non gelide
et glaciali quodam rigore perstricte quam
umquam fuissent incense perspectis Traianus
sancti Foce reliquiis miraculo tante
novitatis obstupuit et referre paciaz
eius militibus suis cepit. Stupens quod v-
irtutem mentis et corporis eius ait. Ve-
re non est alius deus nisi ille qui regnat
in celis. Hec dicto ex illis balneis cum ti-
more discedit. Cum se subito referens pe-
dem Focas ante ianuam letus audit
et ait. Traiane Traiane perge ad loca
ultiorum abyssi et ad preparata tibi tormen-
ta festina ubi nocte perpetua et senio
es exurendus incendio. Triduo hac
in luce versaberis quo emenso caligo mor-
tis corripiet. Nec enim dignus in vultus
innocentium sanguinis esse potes. Tunc pala-
cium Traianus ascendit et in ipso introi-
tu lo febrium calore astrictus dedit
se statim lecto et tercia die exspiravit.
Hac Focas passione gloriosus iuxta in
ponto hetrur primus que celebratur in

nonas martii. Eusebius tercio libro
De Plinio secundo et eius relacione ad Traianum
Tam in mense // pro Xanis Lovi
ait sub Traiano caterve martirum
cottidie iugulabantur ut Plinius
Secundus qui tunc provinciam administrabat
multitudine interemptorum permotus referret
ad imperatorem quod innumera hominum milia
cottidie obtruncarentur. In quibus nichil
omnino sceleris deprehenderet admissum aut
aliquid contra Romanis legibus gestum nisi
quod ante lucanos ymnos Christo quodam
canerent deo, adulteria non et cetera
huiusmodi crimina aput eos et illicita haberi
et penitus caveri. Ceterum non secundum leges
eos agere omnes. Tunc Traianus rescripti
sui auctoritate decrevit ut genus Christianorum
quidem requirantur sed si qui tamen in-
ciderint puniantur. Per quod ex parte aliquantum
persecucionis sedatum putabatur incendium
sed hiis qui nequiciam suam adversum
nos exercere cupiebant ledendi occa-
sio non videbatur exempta. Interdum enim
plus urgebat instigabatque vulgum
etiam iudex occasionibus et negabat
quesitos quos primum noluisset obla-
tos. Hec Tertullianus in apologetico suo
dicit. Ecce quo possunt iusticiam plenius
facere cupientes. Tertullianus ibidem
O sententiam necessitate confusam negat inqui-
rendos ut innocentes et mandat pu-
niendos ut nocentes. Parcit et sevit
dissimulat et animadvertit. Quid semet
ipsam censura circumvenis. Si dampnas
cur non et inquiris. Si non inquiris cur
non et absolvis. Actor De libris eiusdem
Ihitur anno Traiani xiiii C.lxvii
Plinius secundus novocomensis orator et
hystoricus insignis habetur scilicet cuius
memoriam cuius plurima ingenii extant
opera. Hic scripsit de hystoria naturali
libros xxxvii quos Vespasiano cum
epistola premissa direxit de quo ingenti
eius volumine multa excerpta in speculo
naturali locis congruis inserui. Eiusdem
epistolas ad diversos centum repperi.
Tranquillinus in cathalogo virorum
illustrium. Plinius secundus equestribus
militiis industrie functus procuratio-
nes quoque splendidissimas et continuas
integre administravit. Et cum libera-
libus studiis tantam operam dedit
ut non temere quis in ocio plura scripse-
rit. Itaque bella omnia que umquam
cum Romanis gesta sunt xxxvii.

volumibus comprehendit. Item naturalis historie
xxxvii libros. Ab plinius periit aut gades
campanie. Cum enim misenensi classi pre-
esset et flagrante vesubio ad explo-
randas propius causas liberius protendisset
dixisset nec adversantibus ventis remea-
re posset impulsus ac favilla oppressus
est vel ut quidam existimant a servo suo
occisus quem esset deficiens ut necem
sibi maturaret oraret. Actor de hiis
epistolis hos parvulos flores excerpsi.
Plinius ad Minicium. Hoc ipsum amantis et
amatium non honorare laudibus. Idem
ad Cornelium Tacitum. Pravum ac ma-
lignum est hominem non admirari ad
imitacionem dignissimum. Idem ad Cornelium
Tacitum. Inventionem suam quisque facit
et quasi fortissimum complectitur cum ab
alio dari et quod ipse prendit. Est gra-
cior multis actio brevis. Idem ad Catu-
lum. Animi magnitudo nichil adula-
tionem omnia vero ad gloriam refe-
ret que fieri incedere non ex populi
sermone sed ex facto petit. Idem ad
Victorinum. Libro quem misi tibi adnota
que putaveris corrigenda. Sic enim
magis credam cetera tibi placere
si quedam cognovero displicuisse. Sicut
faces ignem assidua concussione cu-
stodiunt demissio egerrime reparant
sic et dicentis calor et audientis in-
tencio continuacione servatur intercepta pene
omnia quasi ilo et quasi remissione
languescit. Idem ad Arrianum. Natura
est ut laudis sue spacio et cursu et
persuasione quisque letetur. Et enim
nescio quo pacto vel magis homines
iuvat gloria lata quam magna. Idem
ad Fundanum. Nostis suus animus ple-
rumque periit et rerum quas assequi
cupiat prosperitas ipsa iocunda est.
Idem ad Maximum. Dum vita
suppetit enitamur ut mors quam
paucissima que abolere possit
inveniat. Desine Traiani imperato-
imo Traiani xviii Hic lxviii
motus magnus

De virginitate Johannis et de [illegible] iuste

Hic est Johannes in tempore. l.

Hic virgo electus adeo quem de nupciis volentem nubere vocavit deus. Cuius virginitatis in hoc duplex testimonium in ewangelio datur quod et pre ceteris dilectus a deo dicitur. Et quod in cruce pendens matrem commendavit deus ut virginem virgo servaret. Et hic sciens supervenisse diem recessus sui convocatis discipulis suis in epheso post multa signorum experimenta promens christum descendens in defossum sepulture sue locum facta oratione positus est ad patres suos tam extraneus a dolore mortis quam a corrupcione carnis alienus. Cassianus in libro xiiii. Collationum. Fertur inquit sanctus abraham quod beatissimus Johannes ewangelista cum perdicem molliter demulceret quendam ad se habitu venatorio venientem subito conspexisse qui miratus quod vir tante opinionis ac fame ad tam parva et humilia oblectamenta se submitteret. Tu ne es inquit ille iohannes cuius fama insignis ac celeberrima me quoque summo desiderio tue agnicionis illexit. Cur ergo oblectamentis tam vilibus occuparis. Cui beatus Johannes ait. Quid est quod manu gestas. At ille arcus inquit est. Et cur ait non eum tensum semper ubique circumfers. Cui ille respondit. Non oportet. Alioquin curvamine rigoris fortitudo laxata mollescat ac depereat. Et cum oportuerit ut forciora in aliquod spicula dirigantur rigore pertinacitatis continue tensionis amisso violencior ictus non possit emitti. Nec nostri inquit beatus iohannes animi te offendat o iuvenis tam parva hec brevisque laxacio que nisi remissione quadam rigorem intencionis sue interdum relevet et relaxet irremisso rigore lentescens virtuti spiritus cum necessitas posceret obsecundare non posset. Eusebius in cronica. Johannem apostolum usque ad tempora traiani hyreneus episcopus permansisse scribit post quem auditores eius insignes fuerunt papias ierapolitanus episcopus et policarpus smirnensis et quadratus antheniensis. Eusebius iiii libro.

De crucifixione sancti symeonis episcopi

Post neronem domicianum l qui sub traiano per singulas civitates ex insolencia publica persecucionem in nostros accepimus motam. Quo in tempore etiam symeon cleophe filius quem secundum iherosolimis ordinatum episcopum supra docuimus pro[...] carnis vinculis resolutus est. Horum astipulator ipse est egesippus. Is ergo refert quod a quibusdam hereticis accusatus sit sub [illegible] tamquam christianus et multis suppliciis afflictus per multos dies ita ut etiam iudex ipse cum omnibus suis de eius paciencia miraretur et ad ultimum iubet simili eum qua dominus pertulit passione vitam finire. Sed et ipsa verba quibus profert audire gracius puto. Ait ergo cum hereticos diceret. Ex his igitur ipsis accusaverunt quendam symeonem cleophe filium tamquam qui esset ex genere david et christianus et ita martir effectus est cum esset annorum cxx sub traiano cesare apud atticum consularem. Addit autem idem hec quod accusatores eius cum illis perquirerentur si qui ex genere david et ex regia tribu descenderent comprehensi sunt inter ipsos. Quod autem symeon unus ex ipsis fuit auditoribus domini et longevitas eius indicio est necnon ewangeliorum fides ubi etiam meminit eius Maria cleophe uxor refertur. Sed et alios quosdam idem scriptor refert fuisse ex quibus supra diximus nepotes iude unius ex fratribus domini per idem tempus superstites inventos et domiciani temporibus martires factos hec modo scribens. Veniunt igitur hii et presunt omni ecclesie tamquam martires et propinqui domini et reddita pace ecclesie permanserunt usque ad tempora traiani cesaris usque quo consobrinus domini symeon de quo supra diximus filius cleophe calumpnia patitur ab hereticis tamquam christianus consulari delatus atque cum multo tempore suppliciis fuisset affectus miro consummatus est omnibus qui aderant et ipso iudice mirantibus ut cxx annorum senex crucis supplicium pertulisset. Ex gestis eius.

Sequitur de vita sancti clementis pape li

Ea tempestate passus est sanctus clemens papa qui tercius post beatum petrum ita morum ornamentis pollebat quod omnibus christianis et etiam iudeis et gentilibus romanis carus habebatur et complacebat. Cumque domitillam neptem domiciani imperatoris in virginitate sacro velamine consecrasset et theodoram uxorem sisinnii in castitate manere permitteret sisinnius zelo ductus ecclesiam occulte intravit scire volens cur illa

sic ecclesiam frequentaret. At ille clemens oravit ita ut cecus et surdus effectus est quod nec videns nec audiens pueris suis dixit ut se foras educerent. Qui illi girantes per totam ecclesiam ianuam eis invenire non potuit. Quos cum vidisset theodora sic errantes primo quidem declinavit ab eis putans quod apertis oculis cognoscere eam posset. Audiens autem pueros quem adeos duxit cur ita cecus et surdus esset oravit deum ut eum exire permitteret. Quo facto cum remeassent servi theodore quod adhuc cecus et surdus esset illa post missam peracta cum lacrimis ad pedes sancti clementis rogavit eum ut viro suo sicut ei acciderat oraret. Et sanctus clemens prorumpens in lacrimas rogavit omnes qui aderant ut simul omnes pro illo domino supplicarent. Et sic per sanctum cum ipsa ad eum invenit ipsum apertis oculis nec videntem et nec penitus audientem. Cumque pro eo orasset et ille videret et audiret putans magicis se delusum iussit famulis suis ut clementem ligarent et traherent. At illi ligantes et distrahentes columpnas putabant sicut et sisinno videbatur quod sanctum clementem vinctum traherent et tenerent. Tunc sanctus clemens abscessit monens theodoram ut pro viro suo semper oraret donec eum dominus visitaret. Flenti itaque theodore et oranti ad vesperam apparuit sanctus petrus camere veniendo dicens per te salvus erit sisinnius ut impleatur quod dixit frater meus paulus apostolus Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem. Et hec dicens abscessit. Sisinnius quoque theodoram ad se vocavit obsecrans ut pro se oraret et sanctum clementem ad se venire rogaret. Adveniens autem Sisinnium de fide instruens ipsum cum aliis de domo eius in numero CCCCXXIII a primo papa baptizavit. Multi etiam nobiles et amici nerve imperatoris per sisinnium crediderunt. De exilio eius et passione sequitur.

Deinde comes sacrorum publius tarquinius pecuniam multis dedit et contra sanctum clementem maximam sedicionem commovit. Sed mamertinus prefectus adductum sibi cum iustis a deo declinare temptaret et ille prudenter et rationabiliter ad omnia responderet mandavit traiano imperatori quod clementem eorum qui nihil mali fecerat sic populus accusasset. At ille remandavit eum aut sacrificare aut in exilium ultra mare. Cum fuisset a senatu firmatum tantam gratiam deus sancto clementi tribuit quod etiam mamertinus prefectus flens ipsi eum et dans ei navim et omnia necessaria multis de clericis et populo comitantibus sic eum dimisit. Prefectus autem in exilium venit et invenit ibi plusquam duo milia virorum iam diu ad secanda marmora dampnatorum. Cum videntes sanctum clementem in fletum et lacrimas prorupuerunt. Quos cum ille in domino confortasset et a sex milibus aquam deferri audisset oravit deum ut fontem suis confessoribus aperiret. Et post orationem circumspiciens vidit agnum et erecto pede dextro quasi locum ei ostendentem. Tunc clemens intelligens dominum esse quod solus ipse videbat perrexit ad locum cum omnibus dicens ut ibi foderent. Sed cum illum locum in quo agnus stabat non tangerent ipse accepto brevi sarculo locum sub pede agni percussit et statim aquis exundantibus fons erupit. Ad hanc famam et sancti viri doctrinam in una die quingenti et amplius baptizati sunt et intra unum annum lxxv ecclesias construxerunt. Post tres annos audiens hec traianus ex maligna relatione gentilium quemdam ducem transmisit. Quid est pulchritudo? flos marcidus carnalis felicitas humana concupiscentia. Quid est mulier? hominis confusio insaciabilis bestia continua sollicitudo indesinens pugna viri incontinentis naufragium humanum mancipium. Quid est amicus? desiderabile nomen homo vix apparens infelicitatis refugium indesinens felicitas. Quid divicie? Auri pondus curarum minister delectatio iniocunda insaciabilis invidia desiderium inexplebile obsequium invisum concupita. Quid paupertas? odibile bonum sanitatis mater curarum remotio sapientie repertrix negocium sine dampno possessio absque calumpnia sine sollicitudine felicitas. Quid senectus? Optatum malum mors viventium incolumis languor spirans mors. Quid somnus? mortis ymago laborum quies infirmancium votum miserorum desiderium. Quid est vita

bonorum leticia miserorum mesticia expec
tatio mortis Quid est mors Eternus
sompnus dimitum pavor parentum deside
rium incertabilis eventus latro hominis
fuga vite resolucio omnium Quid est v
bum proditor animi Quid corpus domicilium
anime Quid est barba sexus discrecio
Quid cerebrum custos memorie Quid frons
ymago Quid oculi duces corporis va
sa luminis indices animi Quid est cor re
ceptaculum vite Quid iecur custodia
caloris Quid fel suscitacio iracundie
Quid splen risus et leticie capax Quid
est stomachus ciborum cocus Quid ossa
robur corporis Quid pedes mobile
fundamentum Quid est ventus aeris
perturbacio mobilitas aquarum siccitas
terre Quid sunt flumina cursus inde
ficiens refectio solis irrigacio terre
Quid est amicus Equalitas amorum eius
fides ignote rei miranda certitudo
Quid est quod hominem lassum fieri
non sinit lucrum Jeronimus de illustribus viris

De scriptis quadrati aristidis pro christianis

EO tempore quadratus // *Domini*
apostolorum discipulus publio athe
narum episcopo ob Christi martirium coro
nato in locum eius constituitur et ecclesiam
grandi terrore dispersam fide et industria
sua congregabat Cumque adrianus athe
nis exegisset hyemem invisens eleu
sinam et omnibus pene grecie sacris
initiatus dedit occasionem hiis qui
christianos oderant absque precepto imperatoris
vexare credentes Tunc quadratus
porrexit ei librum pro nostra religione
compositum valde utilem plenumque ra
tionis et fidei et apostolica doctrina dignum
in quo et antiquitatem sue etatis osten
dens ait plurimos a se visos qui sub
domino variis in iudea oppressi calamitatibus
fuerant et qui a mortuis resurrexe
rant Aristides quoque atheniensis
philosophus eloquentissimus et sub pristino
habitu discipulus Christi volumen nostri
dogmatis rationem continens eodem
tempore quo et quadratus adriano
principi dedit id est apologeticum pro christianis
quod usque hodie perseverans apud
philologos ingenii eius indicium
est *hugo ubi supra* Tunc ergo propter
adrianus per epistolam ad minucium fun
danum proconsulem asie datam ut non li
ceret christianos sine obiectu criminis ac
probacione dampnare *Eusebius in*
libro hoc est autem exemplum epistole impera
toris adriani ad minucium fundanum
proconsulem asie Accepi litteras ad me scrip
tas a decessore tuo serenio graniano
clarissimo viro et non placet michi
relacionem silencio preterire ne et in
noxii perturbentur et calumpniatoribus
latrocinandi tribuatur occasio Itaque
si evidenter provinciales huic peticioni
sue adesse voluerint adversum christianos
ut pro tribunali eos in aliquo arguant
hoc eis exequi non prohibeo precibus autem
in hoc solis et adclamacionibus uti eis
non permitto Est enim multo equius / est
si quis volet accusare et cognoscere
de obiectis Si quis igitur accusat
et probat adversum leges quidquam
agere memoratos homines pro merito pecca
torum etiam supplicia statuens Illud
magno opere curabis ut si quis calump
nie gratia quemquam horum postula
verit reum in hunc pro sui nequicia suppli
ciis severioribus vindices Ex gestis
allexandri pape *De passione sanctorum*
quirini et hermetis lxxviii Eadem

Alexander vero quintus post beatum petrum
cum esset annorum xxx et ia
m viii annis sedisset iussu aure
liani comitis sub adriano imperatore
iussus est mactari et hermes prefectus
urbis qui per eum crediderat Cumque
hermes esset in vinculis apud quirinum
tribunum dicit ei quirinus Miror te
prudentem virum honorem prefecture
dimittere et aliam vitam credere Hermes
dixit Et ego ante hos annos ista
deridebam et hanc vitam solam esse
putabam Audit quirinus Fac ergo me
probare quod credis et credam / hermes
dixit beatus alex. qui tenetur in vincu
lis hic me docuit Audiens quirinus
cepit maledicere alexandro dicens
Ego tibi dixi fac me probare et tu
michi nominasti hominem quem ego te
neo propter sceleribus [illegible] suis in vinculis alli
gatum Sed tu [illegible] si vim [illegible] dicas va
dam ad eum et [illegible] dicam illi Si vis
ut protinus credam fac [illegible] tum herme
in decimam [illegible] hermen [illegible] terciam her
mes dixit fiat Abiit ergo quirinus
et triplicavit super allexandrum
custodes et claustra et dixit ei
Cum hoc fecit Orante ergo sancto alexan
dro venit angelus et duxit eum
ad hermen in carcerem Et invenies eos

Quirinus miratus est. Et cum hermes nar-
rauit quirino quomodo allexander filium
suum mortuum suscitasset et ancillam
eius cecam illuminasset dixit ei quirinus
habeo filiam cecam gutturosam
et promisit se crederet si illa per eos reci-
peret sanitatem / dixit ei allexander va-
de et duc eam ad carcerem et boiam
meam pone super collum eius et mane
invenies eam sanam. Vidit quirinus
Cum tu sis hic quomodo te inveniam in carcere
Beatus allexander rndit vade cito quia
qui me huc adduxit cito me illuc
reducet. Pergens ergo quirinus duxit
filiam suam ad carcerem et inveniens
eum ibi prostratus veniam postulabat
Tunc dixit ei allexander ut addu-
ceret ad se eueneum presbiterum et theodolum
dyaconum pro christo in eodem carcere alligatos
Qui antequam reduceret invenit filiam
suam sanam et baptisatus est cum
filia sua et multis alijs. Audiens
hec aurelianus interrogauit quirinum
cur se reliquerit sequens alexandrum
Qui rndit famulus sum. Quod quod
vis fac quia aliud non ero. Tunc au-
relianus iussit ut ei lingua abscideretur
et in eculeo torqueretur. Qui cum adhuc
loquens et aurelianum provocans iussus
est manus et pedes abscidi et de-
collatus canibus proici. Filia non eius
balbina in virginitate permansit. Cum se-
pius osculans boiam perquam sanata
fuerat dixit sanctus alexander noli
boiam meam osculari sed magis
osculare vincula sancti petri. Quod
cum diu fecisset tradit eam theodore
sorori sancti hermetis cuius ab au-
reliano decollati corpus ipsa theo-
dora sepelivit. Passio sancti allexandri
pape euenij et ce[teris] [illegible] lxxxiiij [illegible]

Cum ergo sanctus allexander mul-
ta miracula fecisset et ten-
tus nullo mutari posset
prius tor[illegible]tus in eculeo
deinde in [illegible] furnum [illegible] tridiis accensum
missus illesus [illegible] [illegible]meo permansit. Et
cum ibi [illegible] deum laudaret aure-
lianus di[illegible]xit. Audiamus quid
in ser ille [illegible] incendio fabulet. Cumque
se applicaret facies eius semiusta
est et media pars clamidis eius
comparsit. multi vero circumstantibus in
flammam mortui sunt. Tunc aurelianus
iussit eum contrahi et in alium furnum
ardentissimum mitti. Quod cum fieret per-
ductus theodolus stans in populo cepit fle-
re et aurelianum de iniusto iudicio incre-
pare. Quod audiens aurelianus iussit
eum in eundem furnum iactari. Et exla-
mans theodolus dixit Beate allexander
Adiuva me quia peccator sum et ignem
ferre non possum. Beatus allexander dixit
noli timere sta et viriliter age. Et cum
orasset vocavit eum dicens veni huc
ad refrigerium quia meum est ille qui
in babilone tres pueros liberavit. Et
statim theodolus in furnum exsilit et
cepit simul laudare deum. Audiens
autem aurelianus theodolum cum alexandro
loquentem iratus nimis iussit eos in
clibanum ardentem iactari. Tunc ait
allexander ad theodolum. Quid eligis
an sanus euadere an mecum ad deum
pergere. Cui theodolus. Ego iam non te
deseram quia licet in principio cruciatus
sim cruciatus tamen consequor pre ora-
tione nec dolorem sentio nec ardorem.
Tunc dixit alexander iustus. Cessa-
te a labore quia antequam nonos ignes
componatis ambo pergamus ad deum
Et orantes simul spiritum emiserunt. Cum
hec audisset aurelianus et pergeret insul-
tare defunctis subito virga ferrea
apparuit ignita ante pedes eius et
vox audita est ab omnibus dicens Au-
reliane accipe bravium uirtorum tuorum
cum quo in inferno te spes esse mittendum
At ille magicis artibus hec imputans
iussit ad duo eueneum et in furnum
pia in medio ponere. Sed antequam ignis
poneretur orans emisit spiritum. Cumque
et hunc aurelianus insultaret venit
vox dicens illi Aureliane isti quibus
insultas celi apti sunt et illuc ascen-
dunt. Tibi autem tartarus aptus est
et illuc descendis. Audiens expavit au-
relianus et tantus eum tremor et
pallor arripuit ut suorum manibus
ad palacium portaretur. Tunc severina
uxor eius conspiciens et ei nequiciam
suam perorans precepit ad sanctos et eos
honorifice sepelivit. Et ad eum rediens
invenit eum in doloribus nimiis lig-
wam suam masticantem et pronus
exspirantem. In libro pontificalium
Alexander hic natione romanus sedit
annis x. hic passione domini inseruit in
predicatione sacerdotum quam misse celeb-
rant. Hic constituit aquam cum sale [illegible]omne

cum fale sub dicto inhabitabilis hominum
ruris conatus est et sepultus via
numentana ubi decollatus est v° nonas
mai. **Passio sancti Sixti pape et peregri-
ni sancti antisiodorensis // lxxv**

Hecessit Sixtus natione romanus
qui sedit annis x. hic constituit
ut ministeria sacrata non tangerentur nisi
a ministris. Hic etiam constituit ut quicunque
episcoporum evocatus fuisset ad sedem apostolicam
rediens ad parochiam suam non susci-
peretur nisi cum litteris sedis apostolice salu-
tationis plebi quod est formata. Fuit
autem temporibus Adriani et martirio coronatus
sepultus est iuxta corpus beati Petri in
vaticano mense aprilis nonas. Ex gestis
sancti Peregrini. Temporibus sancti Sixti tem-
poribus diu semente ubique xanorum pre-
dicatione paucissimi invenirentur qui se
dicerent esse xanos nuntiatum est eidem
sancto Sixto pape a fidelibus xanis
poscentibus ut ad gallias talem virum
dirigeret qui iam extinctam lucernam fidei
illuminaret et infideles predicando converteret.
Tunc sanctus Sixtus beatum Peregrinum presbiterum
civem romanum ordinavit episcopum. Mar-
cum vero presbiterum et Corcodomum dyaconum
et Iovinianum subdiaconum et Iovinianum
lectorem ordinans ad gallias cum eo
causa predicandi direxit. Cum mas-
siliam venientes lugdunum usque perve-
nissent celare se nullatenus potuit. Vene-
runt itaque ad cantum (?) quod nunc antisiodorum
dicitur in qua tamen urbe quidam
locus adhuc mons autrius appellatur
et invenerunt gentiles deorum suorum ex-
cubias observantes. Interrogati qui et
unde essent. Responderunt xanos se esse
et ob eorum salutem causa predicandi
venisse. Tunc sanctus Peregrinus ibi con-
stanter predicans plurimos loci illius ad
xpm convertit et ibidem parvam ecclesiam
construxit. Crescente itaque numero fide-
lium et ad baptismum cottidie confluen-
te. Audiens beatus Peregrinus civitatem
interamnum que tunc civitas erat
sed modo castelli nomen retinuit
cultui deorum deditam perrexit illuc.
Et paganis festivitatibus medium se
ingerens cepit xpm publice predicare
unde plures conversus de eo conquerens
fecit eum iudici. Cuius iudex nativitatem
nomen et officium interrogans cum ad deos
inclinari non posset misit eum in nito
bangiaco (?) qui vulgo bos dicitur incarcerem
ob sanctissimum vinctum iussit et diversis
suppliciis attrectari. Ipse vero xpm ex-
predicans multos in via convertit. Dum ergo
ibi detentus Adrianum cesarem presidens ex-
pectabatur. Cesar igitur cum venisset et ca-
ginem narrantibus didicisset e-
ducto de carcere beato Peregrino divicias et
honores promisit. Sed cum ille utrumque
cum deorum execratione respueret gra-
vissimis suppliciis afflictus circa annum
domini Cxxx° iussus est decollari.
Cum ergo ita feris expositus reman-
sisset ipsa nocte apparuit angelus domini
cuidam rustico xano eiusdem ville dicens
Surge et iunctis curriculo duobus
quos habes bobus accipe corpus servi
mei Peregrini qui illic iacet et apud
antisiodorum unde episcopus fuit defer.
Cumque ille viam se nescire dixisset va-
de inquit ego conducam te. Sic fecit
et nutu dei sic a media nocte usque
ad auroram ambulavit quod summo ma-
ne iter agentibus obvians querebat
si bene antisiodorum tenderet et illi
mirantes viderunt quod antisiodorum
relinquens iam ad sanctum Dyonisium
prope parisius appropinquasset. Ad hec
ille vehementer admirans processit
divinam expectans voluntatem. Eadem
hora nox in dormitorio monachorum
sancti Dyonisii intonuit dicens Sur-
gite et occurrite servo meo Peregrino
antisiodorensi episcopo qui venit. Et statim
sponte concrepantibus signis ecclesie
monachi concitati occurrentes sanctum
Peregrinum cum sollempnitate exceperunt
et audito rei eventu ipsum in cappa
argentea posuerunt. Ex gestis eius.

**Passio sancti Taurini sub licinio pre-
side // lxxvi**

Cum autem beatus Taurinus ebroicensis episcopus
dyocesim omnem circuiret
et ydola destruens ecclesias
xpo consecraret antiquus hostis in-
videns bonitatis suscitavit quendam
prefectum licinium nomine adversus illum.
Interea erant duo magi ambisses
et cacia qui fuerant sacerdotes
templi Dyane. Cum concitavit xxx
discipulos suos ut eum interficerent.
Quod cernens vir dei a longe
cognovit nequiciam eorum porrexit
quod illis signum crucis et ibi steterunt
illico fixi. Et ait ad illos Quid
statis facite quod iussum est nobis

Cum aut abite si vultis ut aut cog
novint se solutos ceciderunt ad pedes
eius instantes baptismum consequi in
mortalem Qui statim cathecisavit
eos videntes aut magi sua figmenta
deludi ipsius se intremerunt cultores
Audiens aut litinius beati viri famam
conspicuo in villa sibi presentari fecit Qui
cum traheretur obvium habuit unum pal
tici sororemque eius cecam surdam
et mutam accepitque aquam et bene
dixit ac perfudit illos Qui mox adepti
sunt sanitate Carnifices aut qui
eum trahebant crediderunt in dominum
Mox aut ut vidit eum litinius ait
unde es inveterata tauricles Beatus
taurinus respondit Pater meus romanus
nunc vero christianus Genitor meus tar
quinius mater mea entiria vocatur
litinius dixit Multum temporis est
quo fugisti patrem tuum dominus et
cum annis fuit Taurinus respondit non
fugi sed dominus meus ihesus christus duxit
huc ad veniam amaturitate taurinus
fide tamen ... litinius dixit
... hanc dementiam ante sex
annos occidi iussi matrem tuam Beatus
taurinus audiens matrem suam co
ronatam esse misso ait Gratias tibi domine
qua matrem meam ante me re
cipe voluisti Audiens itaque hec inden
litinius in saniam iussit eum nudum
virgis cedi Cumque preteretur ait domine
respice in me et miserere mei iam
senis Et facta est vox ad eum dicens
Noli timere famule meus quia tecum
sum Statim aut aruerunt manus
carnificum Leonilla non uxor litinii
dixit monita aspicit sancto adhuc
tamen pagana Nonne antea domine
deus meus dixisti quod pro istius se
nis fuit annis tuis Cur tamen fer
reum hoc pectus in confrarium tuum
tam pessime iubeas flagellari Ille
vero ira accensus dixit adeam Et
tu maga effecta es pro salute deorum
qua casso penas sustinebis Cum
ergo traheretur dixit Homo dei si po
tes adiuva me et ego credam in
deum tuum Beatus taurinus dixit
Noli timere nichil mali sustinebis

Qualiter iste sanctus filium litinii suscitavit
Cum hec agerentur lxxvii
nuntiavit venit dicens mor
tuum esse filium eius et unum
armigerum eius venationem cum exercentes
circa castellum alterum velox cursu
precipitati interierant Quod audiens
litinius omnisque exercitus eius immia
ad sanctus augustia iussit Lazan uxorem
Que veniens cecidit ad pedes litinii
dicens Precor domine ut credamus
deum taurini et resuscitat filius
tuus Et litinius iussit eum sibi presentari
dicens ad illum Tauricles nefanda
potes michi per tuas artes magicas
resuscitare filium meum Audierat enim
unum mortuum iam abeo resuscitatum
Taurinus dixit deus meus dixit
Omnia possibilia sunt credenti Er
go tantum fidem habe mox recipies
filium tuum ubi non infide urbis est
confirmatus Beatus taurinus dixit
omnes ad civitatem et intrantes
ecclesiam sancte dei genitricis prostravit
se in oratione Deinde surgentes vene
runt ad corpora defunctorum Elevans
aut sanctus oculos ad celum oravit
puerumque a morte revocavit Qui quasi
a sompno surgens a facie sua sagmen
detersit et procidens ad pedes eius
petiit sibi dari baptismum ut sibi
ab angelo fuerat imperatum Surgens
aut a morte ait ad patrem hen pa
rentis quam miserum vitam ducunt
quantaque probat mortuus similes sustinent
penas et quanta gloria est hiis qui dili
gunt et serviunt illi deo quem colit vir
iste Confoveamus nunc vidi eum inter an
gelos choros inter esse et pro nobis depre
cari Cumque hec et alia hiis similia de vi
ta eterna predicaret litinius et uxor
eius omnesque optimates procidentes ad
pedes eius postulavit sibi dari sacri
baptismatis donum Et baptisati sunt
in illa die mille ducenti viri Man
nus aut prostravit se ad pedes eius
et dixit vir dei altissimi resuscita
armigerum meum ne remaneat impe
rius inquibus delinquit cum ergo ...
fecisset vir sanctus pastharius surgens
ait ad eum magulas sustinebas vir
sancte penas quod nunciavit venit ab
altissimo defensus in mandatis me
adte redieri Et ait ad seniorem suum
marinum Iudic octavo cum abbas
depositus mandat tibi ille qui me huc
adduxit ut videas ad illum Qui mox
lem febre corripitur et secundum manda
tum octavo die mortuus est ...

Qualiter eidem sancto revelatus est
Interea dum hec obitus eius lxxviii
agerentur et omnis plebs esset contra
Zabulus inimicus veritatis rex vasti
ssimam orientalem contra gallos co
citavit hostem Cum vero cives compe
rerunt galli se captivos nec ullomodo
quivissent resistere omnes unanimes ad
virum dei confugerunt auxilium Vir autem
dei triduanum ilico indixit ieiunium
Quo pacto dixit ad eum angelus domini
Gracias age creatori quia animas
tantum modo impetrasti locus non iste
destitutus erit prolongum tempus sed iterum
in melius restaurabitur Tu vero die octo
recipies coronam a domino laborum tuorum Qua
lie autem facto convocata mectlia populo
nunciavit illis quod sibi dominus ostendere
dignatus esset Audiens autem populus
valde perterritus est Sed vir blande
consolatus eos Nolite inquit diffidere
sperate Romam et nunciate beato pape
sixto diem exitus mei Et adhuc
non fuit miro coronatus Ego autem deo
datus filiolus eius iam ediderim vitam
libellum de passionibus et bonis operibus eius
et de libris quos composuerat Longum
autem est enarrare quomodo matrem suam ibi
dem honorifice sepelivit quomodo et liti
mus sunt cum uxore sua promotione
ipsi glorie coronam sunt adepti et quomodo
accepta benedictione sixti apostolici remeavit
ad propria Hec omnia in libello superius
memorato invenitur De passione eius
et exitu et exequiis sequitur lxxix

Ut autem advenit dies dicta affuit
omnis populus mectlia secundum consue
tudinem Vir autem dei post con
pleta missarum sollempnia ait ad omnem po
pulum Fratres cunctis diebus hanc congregationem
proxima igitur luce et quinta feria affuimus
mectlia omnis Interea exortus est luctus
intollerabilis de excessu patris Ipse vero
inchoato officio et commore pacto consola
tus est vehementer populum Et predixit eis mul
ta ventura que postea probavimus Et post
multa predicationis verba residens in se
de episcopali benedixit nobis dicens Abite
filioli mei in pace Domus autem ihesus Christus
erit nobiscum Nos proficientes ad eum
vidimus subito circa altare innumerabilem
multitudinem hominum candidatorum Et au
dita est vox dicentium ab omnibus nobis
Venite nobiscum sancte dei taurine
qui multas pro dei amore sustinuisti pas

siones et intra in gaudium domini tui //
Mox autem ut facta est vox tam densa
nebula implevit domum ut nullus
ibidem potuisset alterum suum aspicere Trans
acto vero quasi unius hore spacio re
cessit odorifera nebula et apparuit
sedens in sede episcopali quasi orans
extensis manibus oculos suos versus
ad celum Facta autem questione in populo
quo in loco sepeliretur ne ab hostibus
potuisset inveniri deprecati sunt deum
ut dignaretur eis ostendere quid facerent
de sanctissimi viri corpore Moxque ap
paruit eis vir honorabilis vultu
candidus velud nix dicens ad illos
Fratres sumite corpus patris vestri et me
venite sequimini Confidentes ergo
de visione nichil hesitantes suscepimus
corpus et eximus portam civitatis
talem sequentes virum usque ad tertiam
partem miliarii eius secus occidentis Et
ibidem vir ille ilico substitit ac ait
Deponite corpus fratres Deinde facta
est fossa posuimus mausoleum et
intus corpus sanctum factusque est fletus
et luctus quasi plangens usque ad
celum Tunc erexit se quasi vivus
de fossa et ait ad nos Filioli mei
quid hic facitis Nolite timere istum
virum audite et inclinato capite
complevit Nos autem aspicientibus ad virum
qui nobiscum stabat quid vellet
dicere ait Fratres vos timetis patrem ve
strum a vobis auferri ab hostibus
Non autem erit hic Ego namque sum cu
stos illius in morte et eius memo
ria multa erit in seculo Nunc autem
civitas quidem ista subvertetur sed ullus
virum pibit Et postquam omnia consumma
vimus sepulture ornamenta ait ad
nos vir ille ut credimus angelus eius
Recedite velociter ne involuamini ab
hostibus Per longa autem tempora incog
nitus erit iste locus postea inventus
comparuit Nos itaque accepta benedictione
angelica timore tremens iam appro
pinquantem aufugimus Et ego deo
datus filiolus eius scripsi ista Per
annum mediolanus febre detentus
huius natale celebratur iiiio ydus au
gusti Explicit gestis eius Passio sancte

Sub adriano Seraphie virginis lxxx
passa est Rome beata virgo Se
raphia antiochena genere indu
te belillo Cum esset in domo Sabine

preclarissime femine in urbe commanet rapta ab officiis presidis cohibita est in conspectu eius. Cui dixit: Sacrifica diis immortalibus quibus sacrificant domini imperatores. Illa respondit: Deum omnipotentem colo qui fecit omnia. Nam quos iubes adorare non sunt dii sed demonia et ideo non licet michi adorare ea quia Christiana sum. Cumque perseverantissime fidem veritatis prosequeretur iussit eam preses duobus iuvenibus tradi ut ei nocturno furto insultarent. A quibus producta in cubiculum valde obscurissimum cum vellet eam tangere subito terre motus factus est magnus ceciderunt in terram exanimes membris omnibus resoluti. Diluculo autem cum venissent a preside missi qui requirerent seu de iuvenibus seu de virgine ingressi invenerunt sanctam dei orantem iuvenes non impudicos sed mortuos terre prostratos. Itaque ad rei factum cum plenum cognovissent iterum preses iussit pro tribunali sibi eam adduci. Et imperante preside deportati sunt iidem iuvenes et positi ante conspectum presidis. Ad quos beata virgo sancta orde accedens tetigit illos dicens: In nomine domini mei Ihesu Christi erigite vos in statu vestro. Ad eius vocem mox illi steterunt super pedes suos. Quos preses interrogat: Quid faciendo sic mulier dementes vos fecit et resolutos? Ingressus est inquiunt quidam iuvenis decoris mireque magnitudinis qui totus splendebat sicut sol. Stansque inter nos et puellam stante tremore et defectione nos claritate sua concussit. Preses autem ad beatam Serapiam: Quiescens sacrifica diis inquit ne morte plectaris. Cui virgo: Non faciam voluntatem patris tui sathane quia Christiana sum. Tunc preses iussit lampades ardentes lateribus stantiumque qui eas tenebant quasi sint retorti. Cumque iterum suasa a preside nollet sacrificare fustibus ceditur. Et ecce subito terre motus factus est magnus et excussa de fuste de quo cedebatur virgo dei astella collisit in oculum presidis quem post dolorem luscum fecit. Et iratus dictavit sententiam Serapiam imperialia precepta contempnentem et instantibus maleficiis deprehensam gladio puniri iubens. Passa est autem iiijo kal. augusti sepultaque in monumentis illustris matrone Sabine pridie kal. augusti compositum et ornatum est venerabile sarcofagum et locus orationis dedicatus iiijo nonas septembris quando et memoria passionis eius celebrius agitur. Ex gestis eius.

Passio sancte Sabine lxxxi

Ipsa namque illustrissima femina Sabina colligens reliquias sancte virginis Christi Serapie et honore celebratis exequiis in monumento suo reposuit quod ipsa sibi cum summo studio et ornatu fecerat. Ex eo die faciens elemosinas multas permanens in fide quam ei tradiderat sancta Serapia studebat cottidie visitare infirmos et in carceribus reclusos pascens eis victualia. Veniente igitur prefecto Helpidio rabidissimo tunc indicatum est ei de illa quam sibi in pretorio exhibitam interrogavit dicens: Tu es Sabina uxor quondam Valentini illustrissime memorie et filia Herodis? Sabina respondit: Ego sum. Prefectus dixit: Quare oblita es tui et sociasti te Christianis quorum vita mors est et non adoras magis deos et honoras quos adorant domini et augusti nostri? Sabina respondit: Ego gratias ago Ihesu Christo domino qui me peccatricem per famulam suam Serapiam de multis sordibus et potestate demonum liberare dignatus est ut amplius non errarem sicut et vos video errare adorando demones. Prefectus: Ut tu dicis ego non solum vos sed etiam domini augusti nostri demones adorant et non deos. Sabina respondit: Utinam deum adoraretis qui fecit omnia cuius nutu cuncta reguntur visibilia et invisibilia et non stulta et insensata simulacra demonum adoretis quia cum ipsis pariter in gehenna ignis eterni eritis vos et imperatores vestri. Prefectus dixit: Per deos omnes si non sacrificaveris non elongabo a te capitalem penam subire sed mox te faciam gladio vita privari. Sabina respondit: Non sacrifico dyabolo insane demonibus tuis quia Christiana sum et Christum habeo deum et ipsius sum ancilla et cultrix et illi soli me oportet sacrificare. Tunc dyaboli iussu preses protulit in eam sententiam dicens: Sabinam dominis inobedientem deos quoque et augustos nostros blasphemantem gladio puniri decrevimus atque omnes facultates eius publicis titulis designari. Amputato igitur eius capite Christiani corpus eius sepelierunt cum sancta Serapia. Passa est autem iiijo kal. septembris. Ex gestis eius

Passio sancti eustachii lxxxvi ref

Sub adriano quoque passus est
sanctus eustachius de quo iam supra
diximus. Hic cum rediret de pre
lio contra barbaros ubi miserat eum
traianus occurrit adrianus qui traiano
iam defuncto in imperio successerat et
pro victoria festivitatem celebravit Et
interrogatus quid in prelio viriliter gessisset
et de agnicione uxoris et filiorum eius
plenius ostendit coram omnibus. Altera die
perrexit in templum ydolorum oblaturus
Intrante vero imperatore in templum
apollinis non cum illo est ingressus eu
stachius sed retrocedens foris stetit
Imperator non quoque eum interrogabat
quare non sacrificavit diis pro victoria
et victimas obtulerit eis maxime pro
uxoris inventione et filiorum. Cui dixit
ad imperatorem Ego supplico christo domino
meo et offero incessanter ei preces qui
misertus est humilitati mee et restituit
michi uxorem et filios Alium non deum
neque scio neque colo nisi deum celestem
qui fecit mirabilia Tunc ira repletus
imperator iussit ei solvi cingulum et vel
ut transgressorem astare pariter cum uxore
et filiis et sic faciebat contra eum omnes.
Considerans igitur imperator inmutabilem
eius in christo fidem non mutari iussit eum
cum uxore et filiis introduci in arenam
et dimitti eis leonem. Accurrens autem leo
et stans iuxta eos submittens caput et
quasi adorans recessit et cepit egredi
de arena. Quod videns imperator iussit
leonem ereum incendi et ibi eos intro
duci. Introducti vero in machinam suppli
caverunt carnificibus ut darent eis oran
di spatium. Et extendentes manus suas
oraverunt dominum ut eos in igne illo vitam
finire iuberet omnesque qui memoriam eorum
suffragium invocantes a periculis et peccatis
liberaret Et hec illis dicentibus vox ad
eos venit de celo dicens Ita erit vobis
sicut supplicastis quia pro bona vitam cer
tastis Tunc sancti alacriter seipsos tradi
derunt igni Statimque quinimmo ignis
compressa est Et laudantes deum reddide
runt cum pace animas suas Tercia vero
die coram imperatore extracti de bove
ita penitus incorrupti inventi sunt quod
nec capillos eorum vapores incendii
contigerunt Ex gestis eorum etc.

Passio sancti faustini et iobite et
kalocerii lxxxvii Sequitur capitulum

Sub eodem passi sunt in italia civita
te brixiana faustinus et iobita
quorum passio celebratur xv kalendas
marcii Et primo quidem dimissa quam bestias
ferocissimas contra eos dimisisse non lese
runt eos sed potius immansuetudinem
versa pedibus eorum se prostraverunt ita ut
videntes clamarent ipsi magnus est
deus celorum et crediderunt plusquam tria
milia In medio quoque flamme positi
deum benedixerunt et penitus illesi perman
serunt deinde excoriari iussi sunt sed ministri
iussa satagentes implere nequiverunt Post
hec precepit iudex eorum brachia constringi
et in altum suspensos vehementer torqueri
ministri iussa impleverunt Alii ceram plumbum
super eos solutum ferebant sed martires
deo confortante nichil ex his senciebant
Incudes quoque suspensi sunt et lampa
des ardentes que lateribus eorum apponi iu
bebantur extincte sunt Tandem extra urbem
ducti sunt et ibi decollati sunt Passus
est etiam cum eis sanctus kalocerius xiiii°
kalendas aprilis Qui ingressus ante adrianum
vidit eculeos vacuos et ministros torqueri
clamavitque coram omnibus vere magnus
est deus christianorum Ex gestis eius De sancta
sophia et tribus filiabus eius lxxxviii

Eo quoque tempore mulier quedam
nobilis nomine sophia cum tribus
filiabus suis veniens romam ex
pie religionis et sobrietatis multas ac
nobiles feminas convertit ad fidem Et ad
herentes ei virorum thoris et sumptuosis
conviviis abstinebant Unde indignatus
quidam principum urbis nomine antiochus
suggessit Adriano dicens mulier quedam
cum filiabus suis ingressa hanc civitatem
separavit a nobis coniugia nostra. Docet enim
virum colendum deum et christum filium eius.
nec aliter in christi cultu quemquam posse
persistere nisi et coniugio et deliciis ab
stineat. Propterea denique uxores nostre herentes
illis iam nec ad consortium nec ad cibum
nobiscum veniunt Tunc imperator Adrianus
iussit evocari per lectores mulierem et fi
lias eius et venire in palacium. Erant enim puelle
speciose valde et in divinis scripturis eru
dite Ingresse ergo palacium pectus ac
frontem christi signaculo munierunt Et
cum eas vidisset Adrianus stupens
ad pulcritudinem earum loqui nichil po
tuit Post paululum advocans proximius
matrem interrogavit nomen Illa respondit
Quod primum et nobile est. christiana michi

nomine Sedum carne vel uxor Sophia no-
bilissima degens prius et eminenti consors
Ytalie. Et veniens Romam tamquam filiarum ut
eas offerret in nomine Christo. Adrianus
iussit eam custodiri inibi cum filiabus
suis in domo Palladii senatoris. Commoran-
tibus autem eis in illa custodia hortabatur
filias suas ad contemptum vite presentis et ad
tollerantiam passionum pro Christo. Tribus
itaque diebus in domo Palladii commoratis
iussit imperator adduci eas iure subse-
quente ordinibus ait. Omni fantule inspic-
imini etatis vestre et senectutis mee dig-
nitate senatoribus urbis et adopto
vos in filias sub testimonio patrum sena-
tus et militum cetibus. Si vos audie-
ritis temperantia. immo per deos meos non etati
parcam. nec generi. nec decori. sed diversis
vos tormentis cruciatas consumam
et membra vestra particulatim incisa ca-
nibus iniestam. Adhec beate
adolescentule quasi ex uno ore dixe-
runt. Nobis imperator nec promissiones
tue tetri sunt. nec comminationes terri-
biles. Habemus patrem qui nos adoptavit
ad eternam hereditatem. Tuas etiam commina-
tiones timemus quia etiam nullis tor-
menta sunt. De certo si qua supplicia
habere te estimas que fidem nostram valeant
vincere ad mone. et cognosces parvarum
virtutes tuis cruciatibus fortiores. Furo-
re repletus Adrianus advocavit ma-
trem earum et dixit. Secundum ordinem eta-
tis edicito nomina puellarum. Tunc Sophia
ait. Prima dicitur Fides annorum duodecim. eius vero se-
cunda Spes que est annorum x. Tercia Cari-
tas ix annorum. De passione eorum lxxv

Tunc imperator advocans Fidem
dixit ad eam. Immola magne
et sancte Diane aspice quam pul-
chra sit vide quanto decore digna
nostra subsistat. Sancta vero Fides re-
dit. Cupiditas creatoris humane delinquen-
dum qui omnia verbo suo ex nichilo ado-
rare fecit ligna et lapides arte ho-
minis et sculptura decoratos audiens
hos sermones Adrianus iussit eam expo-
liari et virgis cedi. donec se polliceretur
Diane sacrificaturam. Duodecim ita
quod centurionibus in puelle corpore
mutatis nullus tactus plage pare-
bat in corpore eius. Tunc iussit sancte ma-
di mamillas eius de loco autem incipien-
te per sanguinem lac fluxerat. Tunc sancta
virgo ad regem hec sunt inquit

tote nunc tue. Iussit iterum imperator impo-
ni eam super craticulam et assari. at illa
requiescebat super eam quasi navis in
tranquillo mari. Iussitque illam tunc mitti
in sartaginem et frigi pice et cera et
bitumine in ea ferventibus. Cumque nec hoc
tormento lesa fuisset Adrianus reple-
tus ira quod in nullo potuerit suadere
virginem ut immolaret iussit eam gladio
percuti. Et inde advocans sequentem
blandiebatur ei dicens. Filia adquiesce
michi quasi patri et sacrifica sacre
Diane ut subtraharis ab imminenti pena.
Sancta autem puella videt. Secundo imperator
quia nichil proficeres in omnibus verbis iussit
ergo eam expoliari et tundi nervis tau-
reis. Et tunc x fuissent in eius caris
mutati centuriones non potuit a sancta
virgine obtinere consensum. Tyranne timide
pietatis si quid adhuc habes tormentorum
adhibe ut experimento agnoscas in me di-
esse virtutem. Iratus Adrianus precepit eam
vivam incendi. Cumque ingrederetur in fornace
statim flamma extincta est. Ipsa non ibi posita
cepit orans laudare deum. Audiens
vocem orantis et cantantis Adrianus
iussit eam educi de fornace et suspensam
torqueri. Cumque torqueretur de membris
eius odor suavissimus exibat et hilari vul-
tu dicebat. Tyranne non sentio penam
adiuvante domino meo Ihesu Christo. Tyrannus
verbis eius acrius inflamatus imperavit
afferri vas eneum et mitti in illud pi-
cem et adipem et ceram et resinam.
Et factum est ita. Cumque fervente
eneo vase iussit levarent puellam
ut eam ibidem mergerent resolutum est vas
eneum et liquor fervens extinctus in
cendio consumpsit carnifices usque ad 1500.
Adrianus nec tanto miraculo mitiga-
tus iussit eam decollari. / Post hec evo-
cans etiam tertiam caritatem auditis eius
sermonibus magis iussit eam suspendi
et per diversa quedam argumenta torqueri
ac flagellari deinde in ignem mitti. Et
illa ingressura incendium signavit se
in nomine Christi. Et cum intrasset erupit
subito flamma de camino et percussit gr-
andem turbam virorum. Sancta vero de-
ambulabat in igne glorificans et la-
udans deum. Adrianus stupefactus eru-
buit et precepit eam de fornace educi
per preceptores. Qui cum permansissent ori for-
nacis tres cum ea viderunt deambu-
lantes quorum tamen aspectus sole splendor

erat Et circa ad visionem ceciderunt in fa-
ciem Inde recuperato spiritu surgentes simul
pre(?) rogabant virginem ut egrederetur
Que egressa venit cum pretoribus
ad imperatorem Et ut eam vidit illico
iussit occidi Sancta vero sophia triu(m)
puellarum collegit corpora et condiens
ea aromatibus imposuit vehiculo et
portavit ad octavum decimum miliarium
ab urbe roma ibique sepelivit Et cum
turbis presentibus se precasset in oratione
supra sepulcra filiarum et cum lacrimis
diceret filie accipite me ad vos velud
sopore pressa quievit in pace Ille ergo
mulieres que cum ea venerant sepe-
lierunt eam in loco iuxta filias Im-
perator autem egritudine cruciatus est
Nam eius oculi excecati sunt carnes
liquefacte decore quoque eius plenitu-
do putredinis cum vermibus deci-
debat Ad ultimum intestinis positus
voce magna dixit Domine deus trium
virginum et earum matris velocius ma-
lum meum educ de corpore Scio enim quod
propter ipsas hec omnia mala venit super me
Et hec cum dixisset in magno eiula-
tu exclamans crepuit et dispersa
viscera eius vix potuit colligi et
sepeliri Passe autem sunt sancte vir-
gines dei rome fides spes caritas
kl(?) augusti Actor Sequitur(?) de sancta
maria virgine lxxxvi sequitur

Adrianus imperator legitur
antoninum sibi adoptasse in
filium qui etiam postea successit
eidem in imperium Itaque sub adriano et an-
tonino passa fuisse beata maria virgo
ex gestis eius. Hec ancilla quidem
tertulli principalis erat sed nobilita-
tem domini mentis benignitate vincebat
et christo se probabat ingenuam Natale
itaque filii celebrante tertullo cum impu-
rarius(?) que simulacris hostias immola-
ret maria incumbebat ieiuniis et
orationi(?) suam ne proderetur domino occulta
simulacione fallebat dominam tamen insi-
stente(?) que sua latere non potuit pro-
dita mox vocatur ad dominam dicente cui
Que est causa ieiunii an occasio ita
tristicie est quod natum tibi imperi-
dum(?) perhorrescis Respondit maria Im-
quid novum ad me respicio(?) Semper
inter(?) sunt hec observata ieiunia
Vana(?) cum vano nascitur exigente
hereditarius michi est iste cultus christi

Tunc imperante domina ut sibi aliquid
gereret illa noluit et domina indignata
ei verbera minari(?) et penam etiam mor-
tis si repugnaret intentavit Sed dum
altercacio ista utrorumque est cogentis domine
et repugnantis ancille pedem a fo-
ris referens tertullus ingreditur Cum
ab uxore rebus omnibus exquisitis
inauditam statim flagellari precepit
ancillam et afflictam diutius verbe-
retur(?) ministrato modico et vili
cibo quo non faceret fames sed de-
ficientis cottidie alie pars extrema
finiret Sed devota mens christo
frangi dolore sed non potuit qui ces-
sit(?) cottidianis orationibus incumbebat
ut facultas esset maior tollerandi
Et inter hec xxx diebus presidi
intimatur tertullum principalem illius
civitatis occultare in domo sua christi-
ane religionis ancillam que imperatoris
precepta prohibebat Stetit itaque adduc-
ta tandem et quamvis contra iudicem
oculos tenderet animum tamen habebat
ad christum Clamor undique populi fremitus
attollitur dicentis una dira crimine
incendio Illa vero intrepida quippe
cum dei filium nosset auxilium celum
intuens clamavit ad deum preses
ait Sacrifica si tormenta effugere
festinas Rudit(?) maria supplicia
que minaris nec longi temporis nec
gravis doloris sunt Queso ergo
ne differas que moliris christianam
me esse ideo nichil timeo Tunc iussu
presidis applicata tormentis muse-
racionem(?) populi tantum adepta est ut la-
cme(?) quoque astantibus funderentur
nec mora clamore summo venia
virgini postulatur Sed crudelitas
iudicis accelerare tormenta mandat
Et ecce secunda vox populi iudicem pro
castigantis emergit vociferacio
magna una pene erat tocius tonans(?)
in iuste laceratam virginem crudelitate
iudicis non culpa peccantis cum
git Agi contra leges omnia nec
equitatis iura servari Stupens non
preses et sono tanti clamoris ad
dictus quippe preter humanam vocem
ipsa celum putasset tecta corruere
mox mariam relaxari precepit
Tunc servari eam sub custodia libe-
ra preses iubet Maria non signo do-
se(?) munivit et levatis ad celum

oculis post relictum tribunal orauit
ad dominum vidit que aciem angelorum
et multitudinem sanctorum atque filium dei se-
dentem ad dexteram patris Hinc tanta
subito exultacione perfusa est ut iam
se paradisum putaret ingressam De
petra que se aperiens refugium ei
prebuit lxxxvii

Hanc vero qui eam fugientem persequebantur subi-
ta stupore virtute Sed ubi se illa
circumdatam a persequentibus vidit
lacrimas clamauit ad dominum Ne permittas
inquit domine tradi ancillam tuam et
lacerari manibus impiorum sed ostende
iram tuam Cito exaudi ancillam tuam
Exaudi domine rex celestis Et dum ita
orauit petra que ante oculos eius ia-
cebat deo iubente patefacta rimam
perfugii quam virgo susciperet ostendit
et ad instar dulcissime matris uel ta-
re matris motu quodam anxiam ample-
xans se prebuit moxque suscepta virgine
latera ante aperta conclusit Sed carnifices
cum viderent omnia loca petre illius
perscrutati sunt sicubi erepta subito pre-
de oculis lateret Ibi adherentes
domine reliquias et affixa saxo
vestium frustra deprehendunt atque in-
credibili stupore confusi confestim pre-
fecti gesta quesierunt Ille vero primum
sua primum ammiratione commotus misit
filocomo principali veteranissimum cum
ut ad predictum locum festinus accedat
et ad eruendum lapidem magnam secum
multitudinem ducat Statim preconis vo-
ce plurimus congregatur Sed cum primum ad
predictum locum cum eo qui summa huius
operis fuerat adsignata peruenit mox
ut lente manum lapidi temptauit Sta-
tim ab oriente fulgor nimii splendoris
exortus est uel mora tonitruum et
fragor quidam ut sparerentur cuncta
corruere vestigia Ecce autem duo equites
magno fulgore radiantes a celeste
sede venientes tantis volatu nimio pe-
tunt Equorum selle frena et omnis orna-
tus ad instar lampadarum celesti igne
rutilabant Sed cum omnis illa que con-
venerat multitudo conspiceret ita timore ta-
ntis virtutis corripuit ut fugientes
pariter atque ad inertiam morte ocu-
li clauderentur Ceteri vero qui euaserant
ad prophana templi simulacra fugientes
cum ad celestia inciderent altaria in
ipsa perfugii sui sede ceciderunt Victor

ad ipsam templi ianuam spiritum fudit Ubi
vero templum omne completum est misso
celo ignis simul et ipsum consumpsit et
templum consultatoresque mortis tam
apertis quam abiunctis numerus fuit duo
milia septingenta Pauci vero qui euaserant
ciuitatem petentes magnis per omnes iter
noctibus conclamabant Magnus deus ma-
rie magnus deus xanorum Et crediderunt
plurimi eo timore tria milia sine
animo exceptis eorum De conuersione
decem milium militum lxxxviii

Preterea sub Adriano et Antoni-
no passi sunt una die x milium
quorum gesta videtur Anasta-
sius apostolice sedis bibliotecarius trans-
tulisse de greco in latinum eloquium Igitur
prefati imperatores audito quod Gadareni
et eufratenses rebellare cepissent in-
ita contra hostes castra metati sunt Ha-
bentes in exercitu suo ix et viii i. xvii milia
militum robustorum simulacra quoque io-
uis et appollinis quibus adiuti se pos-
se victoriam confidebant Sed cum cernerent
hostium multitudinem prima xxx centena
circiter milia timore perculsi cum viii
tantum militibus fugam arripiunt Tunc
primicerius nomine Achacius et Heliades
dux quasi ad ix milia dixerunt Venite
et sacrificemus diis nostris ut per eos de ho-
stibus nostris triumphemus Quibus ydolum
suum sacrificantibus habundancior eorum
diue conturbati sunt ita ut impetu fuge
arriperent Tunc angelus domini in specie
adolescentis ante faciem eorum accurrit
et dixit eis Cur sacrificantes diis
vos pauor inuasit et fugere compulit
Credite ihesum christum dei filium immortalem
regem et ipse pugnabit pro vobis Cum-
que et alia dixisset inito consilio ut
vocem adolescentis parauit omnes con-
clamauerunt dicentes Iuste ihesu domine
credimus et ea que nobis iste nunciauit
reseramus in tuo nomine nos saluos fac
promittimus Tunc hostes impetu facientes
angelo suis auxilium ferente timori
deciderunt multique mallent prorsus pre-
ierunt Alii vero precipicio interierunt Angelus
autem domini deduxit sanctos in vertice mon-
tis Araratth qui distat ab Alexandria
quasi stadiis quingentis clamantes impo-
tencia dei Sedente angelo in medio
eorum aperti sunt celi et descenderunt
inter ipsos vii angeli docentes eos atque
dicentes Beati estis qui credidistis

deo viventi. Post tertium diem quievit et
in conspectu regum deductum vic time
atis eos quia deus nobiscum est. Cuius den-
tis aboriis eorum ablati sunt. At illi
timore correpti magna voce peccata sua
confitebantur. Post tres dies iussi a duo-
bus imperatoribus ad perquirendum eos
pervenerunt ad montem in quo erant. Et
audientes eos glorificare dominum agno-
verunt quod sani essent. Quod cum impera-
toribus nunciassent illi nimio dolore
consternati super capita sua cinerem impo-
suerunt et v diebus lugentes a cibo
et potu abstinuerunt. Post hoc scripserunt
epistolam v regibus scilicet Sapori, Maximo,
Adriano, Tyberiano atque alio Maximo
ut ad se venirent et quid super hiis
hominibus agendum esset tractaret. //
Tunc illi congregantes exercitum magnum
venerunt et primo quidem ydolis victimas
immolaverunt. Postea reficientes corpora
novos Christi milites persequi et fatigare
bant. Missi itaque quidam montis verticem
conscenderunt in quo sancti deum colebant
corruentes. Quos cum illi venientes ad
se conspexerunt, Achatius dixit ceteris
ut surgerent et contra diabolicum exercitum orationem
oppositam darent. Illis itaque cervices in-
clinantibus et poplite flexo deum ex-
orantibus eique laudes et gratias refe-
rentibus vox celo lapsa est dicens:
Audivi que petistis; ne paveatis eos
qui occidunt corpus. Ego enim dominus
vobiscum sum confortans vos. Quod audien-
tes confirmati sunt in domino. Ad quos acce-
dentes milites regum dixerunt: Mi-
serunt nos imperatores et reges ad vos
ut veniatis ad eos. Tunc omnes de mon-
te descendentes in conspectu regum ste-
terunt spem integram habentes in do-
mino. Videntes autem eos reges lacrimati
sunt. De passione eorum tunc decem mille.

Adrianus // anno lxxxvi°

vo tamquam ad modum delin-
quentes deos magnificum credidisset
interrogavit et beatus Achatius ex ordi-
ne rem enarravit. Tunc Adrianus
furibundus ait: Quia vos omnes Christo
creditis procul dubio penas illius susti-
nebitis. At illis minas eius contempne-
ntibus Adrianus iussit eos lapidibus ob-
rui. Cum quidam lapidarent lapides in fa-
cies lapidancium redibant. Post hoc im-
perator iussit eos flagellari. Cum tamen
tederent dixit quidam eorum nomine

draconarius, Elianus Achatio et Helia-
di: Orate pro nobis viri sancti quia magna
sunt tormenta que patimur. Cui dixit
Achatius: Perseverate fratres in hac con-
fessione quia qui perseveraverit usque in finem salvus
erit. Cumque orasset factus est terre motus
et mox arefacte sunt manus flagel-
lancium. Erat autem ibi in exercitu regis
Maximi miles quidam militum nomine
Theodorus habens sub se mille milites.
Cum huius miraculi tempore percussus
exclamavit: Domine deus celi et terre
qui opem tuam tuis in omnibus contuli-
sti, digneris nos connumerare protectores tuos
sanctis martiribus tuis. Hec dicens et voce
insignium sustollens cum suis mille
ad sanctos dei transtulit se. Sicque deus
omnibus palmam martirii in monte complevit
vineam suam. Eorum itaque dixit:
Imperatores estis, pro nobis pacior
iniuriam. Cui Adrianus ait: Pacientem
scire te oportet. Cui rex: Cum enim exercitum
meum abstulit et tunc adeunt. Maximus
autem conversus ad sanctos ait: Audite me
o viri, hortor vos ut sacrificetis et
iram meam effugiatis ne male pereatis.
Cui dixit Achatius: Furor pusillanimis
non prevalet adversus exercitum tam
magnum. Deum habentes unum nil cum tira-
nnis. Tunc Maximus furens iussit
multitudinem clavorum tribulorum acutis-
simorum fieri et spargi per stadia xxx
ut servi dei super eos nudis plan-
tis incederent. Et angeli adeo iussi
ante eos incedebant conculcantes
clavos in terram vim ne pedibus
eorum infigerentur. Maximus hoc iubente ut
ad instar Christi punirentur iussit acu-
tissimis calamis eorum latera aperiri
et in capitibus singulorum coronas spineas
posuerunt. Tandem data sententia in monte
Ararath crucifixi sunt. Tunc sanctus
Heliades primicerius Achatio dixit ut
exponeret ~~de fide~~ crucifixis de fide
aliquid. Cum tamen fidem sancte trinitatis
et ubi incarnati exposuisset hora vi
diei terra mota est et petre scisse
sunt et sancti pro hiis qui memoriam
passionis eorum cum ieiuniis et precibus
celebrarent orationem fuderunt. Et vi-
dentibus omnibus annue facta est vox
de celo dicens orationem eorum exauditam.
Igitur circa horam nonam die sanctorum
ad celi palacia translati sunt et aperti
sunt celi et lumine micant tunc superi

corpora sancta mox et cum dux pimpso lumine celi affulsit interius stipatus rite choreis sancte medio prans mistice montis letatur. sancti tanto solamine septi Martinus mons fremit concussus funditus omnis et stipiti fixa mox sancta corpora soluit manibus angelicis firmantur terra sepulcris et cuncti prius condunt monte locellis. Comestor

De quibusdam operibus Adriani et morte eius et quibusdam aliis .xc.

Ipse quoque adrianus imperator iherusalem euersa prorsum statuam suam posuit ubi archa steterat quia vestigia ciuitatis quedam adhuc manebant et iudei qui latentes undecumque remanserant ecclesiam ad locum suum redibant. Et iterum multiplicati amouerunt statuam. Ob hoc adrianus apposuit manum contra eam et funditus euertit urbem et edificauit ne quis iudeorum remaneret terra illa. Et de hac ultima euersione uidetur dixisse lucas Et captiui ducentur in omnes gentes. Hugo ubi supra. Denique ipse adrianus iherusalem reedificauit et illam heliam de suo nomine appellauit. Cuius opere factum est ut loca sancta i. dominice passionis et crucis quondam extra urbem iacentia nunc eiusdem urbis muro septentrionali cingantur. Denique precepit ne cui iudeo introeundi iherusalem esset licencia christianis tantum ciuitate permissa. Unde primus ibidem ex gentibus marcus episcopus constitutus est et ab hoc tempore deinceps ibidem assumitur episcopus ex circumcisione cessatum est. Eusebius in cronicis. Adrianus imperator amorem parum continens fuit unde antonium puerum regium eximie pulchritudinis in egipto mortuum diligenter sepeliens nam iudeus eum fecerat iudeos retulit. Cuius nomine etiam urbe appellata est. Tandem et ipse morbo intercutis aque apud baias mortuus est. Hic cum insignes plurimas edes athenis fecisset agonem edidit bibliothecam miri operis construxit. Huius temporibus basilides heresiarches in alexandria commoratur a quo gnostici. Chochebas dux iudaice factionis nolentes christianos sibi aduersum romanum militem ferre subsidium diuersis cruciatibus necat. Helmandus hic secundum alios barcocabas appellatur quod nomen signat stellam perfecta dum crudelis et scelestus. Sed

et vocabulo suo velud vilibus mancipiis persuadebat se ob salutem eorum sidus magnum celitus esse delapsum egris mortalibus et longa obscuritate dampnatis ferre lucis auxilium. Hic ut ait Ieronimus contra rufinum stipulam more succensam anhelitu uentilabat ceu omnes putaretur. Hugo ubi supra. Floruit in illis diebus aquila orator qui pontius secundus interpres mosaice legis. Post hunc sixto pape successit thelesforus. Ex libro pontificali. Hic natione grecus ex anachorita sedit annis xi. Hic constituit ut septima ebdomada ante pascha ieiunium celebraretur et natale domini nocte misse celebrarentur. Nam omni tempore ante hore tercie cursum nullus presumebat missas celebrare qua hora dominus noster ascendit crucem. Et ut ante sacrificium ympnus diceretur angelicus scilicet Gloria in excelsis deo. Hic martirio coronatus est et sepultus iuxta corpus beati petri in uaticano iiii nonas Ianuarii. Eusebius in cronicis.

De imperio antonini pii et pio papa et

Romanorum xviii // Capitulum xci

Romanorum xviii imperauit tytus antoninus cognomento pius cum filiis suis aurelio et lucio. Cepit anno domini cxl mundi vm iiii cxl et imperauit annis xxiii. Imperante isto sedit iginus post thelesphorum annis iiii. Hugo ubi supra. Antoninus pius erat vir pijssimus et ita benignus qui ab adriano in filium adoptatus fuerat. Cuius et gener erat. Et ita tranquillus extitit ut merito pius appellatus sit. Nam ad illum contra christianos legatos misere iudei scilicet latam et hircam iniusticiam tanta imperatoris opta. Erat enim carens appetencia glorie et ostentatione. Ex libro pontificum. Post iginum papam pius natione ytalus ex patre rufino frater pastoris de ciuitate aquileia sedit annis xi. Fuit autem temporibus antonini pii a consolatu clari et seueri sub hijs episcopatu hermes librum scripsit in quo mandatum continetur quod ei precepit angelus domini cum venit ad eum sub habitu pastoris et precepit ei ut pascha die dominico celebraretur. Hic constituit hereticum venientem ex iudeorum heresi suscipi et baptizari. Constitutum de ecclesia fecit. Hic et sepultus est iuxta corpus beati petri in uaticano v ydus iulii. Ieronimus de illustribus viris.

Hermen cuius apostolus Paulus ad Ro-
manos scribens meminit dicens Salutate Fleg-
ontam Hermen Patrobam Hermam et
qui cum eis sunt fratres asserunt auctorem
esse libri qui appellatur Pastor et apud
quasdam Grecie ecclesias etiam publice legitur
et revera utilis liber multique de eo scrip-
torum veterum usurpavere testimonia sed
apud latinos pene ignotus est. Actor.
Hic quoque liber in manus meas aliquando
venit sed eius flores excerpere non libuit
seu propter prolixitatem atque verborum simpli-
citatem seu quia inter scripturas apocri-
fas numeratur quibus et nostri operis non nulla
de apocrifis inserui sed ea propriis titulis
annotavi. Ex martirologio. Apud Alexan-
driam metropolim Egipti xiiii kalendas
novembris celebratur natale sanctorum martirum
Ptholomei et Lucii sub Antonino Pio,
quorum prior multo tempore squalore car-
ceris maceratus ad ultimum cum de
magisterio publica confessione convictus fuisset
iussus est duci ad mortem. Sequens
quoque cum se christianum libere fateretur simi-
lem accepit. Eusebius in cronicis.

De Tauro philosopho et Galieno medico xiii.

Temporibus Antonini Pii Appol-
lonius stoicus natione Calcedo-
nius et Basilides Scitopolita-
nus philosophi illustres habentur, qui
Veri quoque Cesaris preceptores fuerunt.
Taurus quoque Beritius platonice secte
philosophus clarus habetur. Helinandus. A discipulis
philosophi Tauri legitur alii Athenas ve-
nisse visendi cognoscendique eius gratia pariter
recte prudentie preses et pater eius secum pariter
[illegible] invitavit Taurus patrem solus
ut sederet. Dixit ille de filio sedebat qui
presidis qui romanum populi ingratus est.
Absque prudicio inquit Taurus tu interim
sede dum inspicimus querimusque quod
conveniat te ne potius sedere qui pater
es an filium qui genit ingratum. Cum-
que ille resedisset apposita est altera
sella filio. Tunc Taurus hiis qui con-
venerant verbum fecit de se agere re iuxta
recta sic dicens: In publicis inquit
locis atque muneribus patrum iura cum
filiorum que in magistratibus aut potestate
sunt collata interquiescere debent pa-
ululum et conivere. Sed cum extra rem
publicam in domestica re atque vita
sedetur ambulatur in convivio quoque fa-
miliari discumbitur tunc inter filium
magistratum et patrem privatum honores

publicos cessare valeo aut et genuinos
fuari equum est. Actor. Antonini Pii
temporibus floruit Galienus insignis
medicus. Dicit in cronicis suis Euse-
bius hunc quod scripsisse repperitur libros
de alquimia cuius titulus est de rarago
porum agelati. De medicina vero libros
plures scilicet de complexionibus de celis
de malicia complexionis diverse de virtu-
tibus naturalibus compendiositate pul-
sum de pulsibus hiis qui introducuntur
de causis pulsuum et eorum differenciis.
Item librum commentariorum super libros suum
de pulsibus hiis qui introducuntur. Item
librum de anathomia de iuvamento membrorum
de morbo et causa et accidente de cri-
si de creticis diebus. Item libros de inanicione
in morte et in morem. Item de simplici
medicina de perfectis medicinis de expe-
tate de experimentis. Item librum tegni
et megategni librum de ingenio sanita-
tis qui dicitur facultas therapentica.
Item passionarium antidotarium librum
secretorum suorum ad Monteum. Item ad gla-
ucone de pulsibus et urinis librum qui
dicitur athmagoga. Item librum epistolarum
ad eundem de febribus qui dicitur pisteregos
et de apostematibus. Item librum epistolarum
ad Piramum. Ieronimus contra Iovinianum libro
primo. Galienus doctissimus Ypocratis in-
terpres athletas quorum vita et ars
sagina est dicit in exhortatione medi-
cine nec vivere posse diu nec sanos
esse. Animas quoque eorum ita nimio sanguine
et adipibus involutas ut nichil tenue nichil
celeste sed semper de carnibus et ructu
et ventris ingluvie cogitare. Helinandus.

De sanctis Policarpo et Papia et aliis qui
floruerunt eo tempore capitulum xiiii.

Policarpus Smirnensis episcopus et
Papias Ierapolitanus. Ieronimus
de illustribus viris. Policarpus Iohannis apostoli
discipulus et ab eo Smirne episcopus or-
dinatus totius Asie princeps fuit quippe
qui nonnullos apostolorum et eorum qui Dominum
viderant magistros habuit et vidit. Hic propter
quasdam super die pasce questiones
sub imperatore Antonino Pio Ecclesiam
in urbe regente Aniceto Romam
venit ubi plurimos credentium Marcionis
et Valentini persuasione deceptos re-
duxit ad fidem. Cumque ei fortuito ob-
viasset Marcion et diceret Cognos-
ce nos, respondit: Cognosco primogenitum
dyaboli. Postea vero [illegible] Marco Antonino et

lucio aurelio commodo regnante quarta post neronem persecutione smirne sedente policarpo et vivo ipso in amphiteatro adversum eum provocante igni traditus est. Scripsit ad philippenses valde utilem epistolam que usque hodierna die in asie conventu legitur. Papias iohannis auditor ierapolitanus asie episcopus quinque tantum scripsit volumina que notavit explanatio sermonum domini. In quibus cum se in prefatione asserat non varias opiniones sequi sed apostolos habere auctores ait Considerabam quid andreas quid petrus dixissent quid philippus quid thomas quid iacobus quid iohannes quid matheus vel alius quibus discipulorum domini quid etiam aristion et senior iohannes discipuli domini loquebantur. Non enim mihi tantum libri ad legendum prosunt quantum viva vox et usque hodie in suis auctoribus personans. Ex quo apparet ex ipso cathalogo nominum alium esse iohannem qui inter apostolos ponitur et alium seniorem iohannem quem post aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiorem opinionem quam a plerisque retulimus traditam duas posteriores epistolas iohannis non apostoli esse sed presbiteri. Hic dicitur mille annorum iudaicam edidisse deuterosin. Quem secuti sunt hireneus et apollinaris et ceteri qui post resurrectionem aiunt in carne dominum cum sanctis regnaturum. Tertullianus quoque in libro de spe fidelis et victorinus pictaviensis et lactancius in hanc opinionem ducuntur. Helinandus. Igitur papias auctor fuit hereticorum qui dicuntur chiliaste millenarii non tamen inter hereticos sed inter sanctos in martirologio computatur. Sicut nec hireneus lugdunensis nec victorinus pictaviensis heretici appellantur qui gloriosi martires fuerunt et tamen in hac opinione papiam secuti sunt. Multi enim sancti simpliciter in aliquibus errasse leguntur. Sicut beatus ciprianus de hereticis rebaptizandis quorum tamen error eis non imputatur propter ceteras virtutes que in eis precellebant et quia non ex obstinatione animi sed ex ignorantie simplicitate errabant. Hugo ubi supra.

De iustino philosopho et scriptis eius et morte antonini xciiij ro

Porro iustinus philosophus antonino pio librum de christiana religione compositum tradidit et benignum illum erga christianos homines reddidit. Ieronimus ubi supra. Hic iustinus philosophus habitu quoque philosophorum incedens de neapoli urbe palestine patre prisco bacchio pro religione christi plurimum laboravit in tantum ut antonino quoque pio et filiis eius et senatui contra gentes scriptum daret ignominiamque crucis non erubesceret et alium librum successoribus eiusdem marco antonino et lucio aurelio commodo. Extat eius et aliud volumen contra gentes ubi demonum quoque natura disputat et quartum adversum gentes cui titulum prenotavit elencos. Sed et alius de monarchia dei et alius liber quem prenotavit psalten et alius de anima et dyalogus contra iudeos quem habuit adversus triphonem principem iudeorum. Sed et contra marcionem insignia volumina quoque hireneus quoque in quarto adversus hereses libro memorat et alius liber contra omnes hereses cuius facit mentionem in apologetico quem dedit antonino pio.

Auctor. Pompeius trogus natione hispanus totius orbis historias a tempore nini regis assiriorum usque ad monarchiam cesaris latino sermone composuit pluribus libris xliiij quorum epithoma i. abbreviacionem facit iustinus eius discipulus de quo multa inhac opere locis congruis inserui. Ceterum utrum hic sit ille iustinus martir an forsitan alius ignoro. Porro apologetica quem ad antoninum pium misit iustinus christianus hoc est intitulatum antonino pio cesari augusto et verissimo filio et lucio philosopho philosophi cesaris proprio filio ac pio adoptivo amatori sapientie et senatui sacro atque omni populo romano pro christianis ex omni genere hominum congregatis et iniquo odio laborantibus ac non digna patientibus iustinus prisci filius bacchiadis ex urbe neapoli palestine unus ex ipsis hoc deferens postulatum. In sequentibus autem dixit Spero me ab aliquo horum quibus pro veritate obsisto insidias esse passurum. Spero baculum aut clava feriendum. Hec ait crescente hoc non philosopho sed philopompo i. non amatore sapientie sed amatore iactantie neque enim dignum est philosophum nominari eum qui de hiis que nescit publice protestatur et christianos sine deo esse et impios dicit ad gratiam et libidinem eorum quos in errore positos ipse maioribus laqueis erroris involvit. Hugo ubi supra. Porro antoninus pius decessit anno

imperii sui xxviij°. Obtinuit honore templa sacerdotes atque alia multa honorum insignia rome acceptoribus sunt decreta. Tunc marcus aurelius antoninus romanum imperium assecutus imperavit annis xix qui fuit vir tante suavitatis ut ab infancia vultum nec gaudio nec merore mutaverit qui adiunxit sibi ad imperium fratrem aurelium comodum propinquum suum Et hii ambo contra persos admirabili virtute et felicitate pugnaverunt et via de victoria parthica triumphavit. Eusebius in cronicis.

Continentia undecimi libri

Liber xi continet historiam cxxi annorum per tempora xviii imperatorum ab imperio scilicet antonini et comodi usque ad imperium dyocleciani et maximiani qui decima persecutione concitata super omnes christianos seviverunt. Inter hec etiam continet parcos flores origenis et flores cipriani martiris. Habet autem capitula clxi.

C. i De imperio antonini veri et aurelii comodi et persecutione eorum christianos ij passio sancti policarpi episcopi iij Passio sanctorum pionii martiris et quorundam aliorum iiij De persecutione lugdunensi et viennensi ecclesie v Passio sancti fotini episcopi et sociorum eius vj Passio sanctorum allexandri et attali vij passio sancti pontici et blandine viij De nimia sevicia gentilium christianos ix passio sancte felicitatis cum vij filiis x passio sancti ponciani martiris xj passio sancti florelli presbiteri xij passio s. praxedis virginis xiij passio sanctorum victoris et corone xiiij passio sancti concordii xv passio sancti marcelli martiris xvj passio sancti valeriani et quorundam xvij De lue post persecucionem et de miraculo pluvie impetrate xviij De egisippo et ceteris illius temporis doctoribus xix De morte aurelii et anthonini xx De imperio aurelii comodi xxj De sancta eugenia et protho et iacincto xxij Quomodo mutato habitu in monasterio facta est abbas xxiij De accusacione melancie contra eam xxiiij De purgacione criminis et pena accusatricis xxv De predicacione sanctorum eusebii vincencii peregrini et pontii xxvj passio sancti iulii senatoris xxvij Passio sancti eusebii presbiteri cum sociis eius xxviij passio sancti antonini xxix De fine agonis predictorum sanctorum xxx De victore papa et hireneo lugdunensi xxxj De fine comodi et imperio helii pertinacis ac iuliani xxxij De clemente alexandrino ac ceteris illius temporis scriptoribus xxxiij De imperio severi et leonide patre origenis xxxiiij De fervore origenis a pueritia xxxv De passione sancti philippi episcopi xxxvj De sanctis claudia eugenia et basilla xxxvij De heresi paulianorum et natali confessore xxxviij passio sancti andeoli et victoris pape xxxix De quinto iulliano et sociis eius xl De studio et promocione origenis xlj De laude eiusdem iuxta hamonem xlij De causis errorum eiusdem xliij De multitudine librorum eius xliiij De variis illius erroribus xlv De fama illius xlvj De apologia eiusdem xlvij De exhortatorio eius ad electos xlviij De polliticate et ceteris illius temporis scriptoribus xlix De morte severi et imperio caracalle l De sancto narcisso episcopo ier. lj De successore eius alexandro lij De morte caracalle et imperio macrini et elabali liij De imperio alexandri et translatione sancti thome liiij De sancta cecilia ac tiburcio ac valeriano lv De passionibus eorundem lvj passio sancti calixti pape et calepodii presbiteri lvij passio sancti urbani pape cum sociis eius lviij passio sancti cirici et iulite matris eius lix De sancta martina virgine et viij martiribus lx De agone sancte martine lxj De fine agonis eiusdem lxij De ypolito et berillo episcopis et libris eorum lxiij De imperio maximini et sevicia metiliani lxiiij De imperio gordiani et scriptis affricani lxv De duobus philippis imperatoribus lxvj De bona indole sancti poncii lxvij Qualiter pipin imperatores sunt conversi lxviij De imperio decii et fabiano papa lxix De dionisio allexandrino et libris eius lxx Relacio eius de martiribus alexandrinis lxxj De hiis qui in persecucione defecerunt et hiis qui persisterunt lxxij De hiis qui sponte se obtulerunt lxxiij De heresi novacianorum et de lapsis recipiendis lxxiiij De sancta agatha et eius agone lxxv De passionibus eius lxxvj De consummacione agonis eius lxxvij Passio vij dormiencium lxxviij passio sancti petri et pauli cum sociis suis lxxix De sancto pio episcopo lxxx De passione eiusdem lxxxj passio sanctorum abdon et sennes lxxxij De passione secundiani et veriani et

felicitatis

origenes

+ de passione eiusdem lxxxiii

marcelliani lxxxii de iiii^or corum
lxxxiiii de ceteris passis sub decio
lxxxv de imperio galli et volusiani et
hereticis de rebaptizandis lxxxvi
de sancto papa cornelio et sociis eius
lxxxvii+ de imperio valeriani et gal(lieni)
et pas(sione) dyonisii alex(andrini) lxxxviii de pas-
sione prisci malchi allexandri et
marini xc de sancto astirio senato-
re xci de ymagine domini et kathedra
iacobi que sunt in cesarea xcii de
lucio papa et stephano papa xciii
passio sancti fructuosi episcopi cum sociis
eius xciiii de sancto cipriano episcopo
ac martire et libris eius xcv de vi-
sionibus sancti cipriani ipsius xcvi
de gratia dei et malicia seculi xcvii
de laude virginitatis et sermone
xcviii de invectione eiusdem contra
aleatores xcix de modo orandi C
de contemptu mortis Ci de detestatione
avaricie Cii de bono pacientie Ciii de
zelo et livore Ciiii de laude mar-
tirum Cv invectio contra blasphemum
et contra hystoriam Cvi de sancto
mellono episcopo Cvii passio sancti
privati episcopi Cviii passio sanctorum basilie
et prothi et iacincti Cix passio
sancte eugenie virginis Cx passio
sancti poncii martiris Cxi consummatio
agonis eiusdem Cxii de galieno im-
peratore et gg^e pontico et sociis
eius Cxiii de stagno quod orando
siccavit Cxiiii de ceteris eiusdem
miraculis Cxv de quibusdam
aliis sub prefatis imperatoribus passis
et fine illorum Cxvi de obitu sancti
dyonisii alex(andrini) et ambiguitate historie
Cxvii de crudelitate decii in sanctos
Cxviii de paulo heremita et itinere
antonii ad eum Cxix qualiter invenerit
eum anthonius Cxx de dormitione
et eius sepultura Cxxi passio sancti
policarpi episcopi Cxxii passio sancti
parthenii presbiteri Cxxiii passio
sanctorum abdon et sennen olimpia-
dis et maximi Cxxiiii passio
sancti sixti pape Cxxv passio sancti
laurencii martiris Cxxvi de miracula
eiusdem post mortem Cxxvii pas-
sio sancti ypoliti cum sociis suis
Cxxviii de imperio claudii et pa-
ulo heresiarcha et pelagia peccatrice
Cxxix de questione eius et pena
Cxxx de sancto quirino martire

Cxxxi de sanctis maria et martha
cum filiis et valentino asterio Cxxxii
de passione eorum Cxxxiii de sanctis
cesario et iuliano Cxxxiiii de passione
eorundem et quorundam aliorum Cxxxv
de imperio aureliani et excommunicatione
pauli Cxxxvi passio sancte columbe vir-
ginis Cxxxvii passio sancti sabiniani
martiris Cxxxviii de eodem questionis eius
Cxxxix de sancta savina sorore
eius Cxl passio sancti patrocli martiris
Cxli de sancto speosippo et fratribus eius
Cxlii de passione eorum Cxliii
de sancto benigno presbitero Cxliiii de
passione eiusdem Cxlv passio sanctorum
prisci et felicis presbiteri cum sociis suis
Cxlvi passio sancti andochii cum
sociis suis Cxlvii passio sancti
simphoriani et eius miracula Cxlviii
de sancto mamete pueri Cxlix
de agone eius in passione Cl pas-
sio sancti pueri agapiti Cli de ceteris sub
aureliano passis Clii de imperio
taciti floriani probi karini Cliii
passio sancti mauri monachi et quo-
rundam aliorum Cliiii de sancto
babillo cum tribus pueris Clv
de passione eorum Clvi de sancto
crisanto et eius temptatione Clvii
qualiter dariam de numinibus dispu-
tando convicit Clviii qualiter acci-
tatus est et punitus Clix de
questione claudii tribuni et hylarie
Clx de expositione darie in lupanari
Clxi de passione amborum etc.

De imperio antonini veri et aurelii commodi et persecucione eorum in christianos. i

Romanorum igitur xviiius regnavit marcus antoninus qui et verus et lucius aurelius commodus anno domini Clxvi me(n)ses iiii Cxxv hii primum equo iure imperium cum usque ad hoc tempus singuli augusti fuerint hugo ubi supra horum imperatorum temporibus persecucio valorum iam post neronem quarta mote excitata est orta fervente policarpus vir egregius iohannis ewangeliste et apostoli discipulus smirneorum episcopus martirio vitam finivit eusebius in iiiio libro de hoc extat epistola scripta ex persona ecclesie smirneorum ad ponti

[Margin:] + laude virginitatis
[Margin:] de modo orandi
[Margin:] de laude martirum
[Margin:] laurencii

cetilias data que demino eius et beato
fine designat Cum eam describentes ce
terorum martyrum agones talia quedam scribunt
deterrere et eum volentes inspectantibus populi
mit flagris usque ad intiora viscerum lace
rabant ita ut abdita corporis et que
natura archanis locauerat nudarentur
nunc autem marinas cocleas que conchilia
vocant et acuta quecumque fragmenta in dor
sum supinatis martyribus substernebant In
quibus omne tormenti genus et pene
speciem consumente ad ultimum devorandos
eos bestiis exponebant Sed inter hos preci
pue designatur vir fortissimus floruisse
Germanicus nomine qui per gratiam divine virtu
tis metum corporee fragilitatis exclusit
volente namque proconsule persuasionibus aggredi
virum et obicere ei prime etatis florem de
bere eum suimet ipsius miseracionem capere
ille nichil moratus sponte dicitur preparatam sibi
bestiam provocasse veluti tardantes incre
pans penas et inique huius vite ultro
velocem expetisse discessum Cuius viri cum ex
huius tam insigni morte stupore repleti
astantis populi multitudo et totius christiane
gentis mirati virtute despectaque mor
te repleti essent conclamabant omnes Tolle
impios policarpus requiratur Sed cum
ex acclamacione huius perturbacio fieret
thorutum quedam natione frigem nuper
de suis regionibus advenientem accidit
primo quidem bestias ceteraque tormenta sponte
lacessere dehinc fractis animis cedere ad
ultimum etiam salutem sequentia proderet
Quod res eum admirans procacia potius
et temeritate quam devocione processisse
declarat ipse namque se iudicibus ingesserat
victus itaque exemplo eius dedit omnibus
cauendis in rebus talibus et circum
spectius agendi quia non temeritas sed fides
et modestia coronatur Sed de his quidem
talia gesta sunt **Passio sancti policarpi epi**
Mirabilis autem vir policarpus
primo quidem cum audiret vulgus in se
declamacionibus excitatum in nullo penitus
motus est sed mansit impavidus Tran
quillimus namque erat moribus et sermonis
aspectu Cum tamen in eadem civitate vellet
intrepidus permanere acquiescens tamen
deprecantibus se familiaribus suis ad agrum
quendam civitati proximum secessit atque
ibi cum paucis die noctuque nichil aliud
quam oracionibus permansit pro pace ecclesiarum
que ubique sunt supplicans deoque et
facere in omni vita sua moris precipuum fuit

Sed is in oracione positus ante triduum quam
comprehenderetur visione vidit per noctem cervical
capitis sui flammis esse consumptum Cumque
evigilasset astantibus sompnium suum inter
pretatus est dicens pro christo se per ignem
moriturum Cum autem comprehensores suos ad
esse comperisset mox cum suis eorum progressus
letanter eos valde suscepit ita ut stupe
rent omnes et mirarentur quod in tante
honestatis persona et comprehendi iuberetur
Continuo mensam hospitibus quasi hospi
tibus iubet apponi eisque largius epulas
ministrari unius hore spacio ab eis impetra
to deinde memoriam faciens totius ecclesie
catholice que per orbem erat instante iam
hora progreditur et asino sedens ad civitatem
ducitur progredienti occurrit prefectus pacis
herodes et pater eius qui levantes eum in ve
hiculo suum persuadere conabantur dicentes
Quid enim mali est dicere dominus cesar
et immolare et decreto vive securus ac
ubi se nichil proficere senserunt indignati
cum contumelia eum vehiculo deturbant
ita ut pedem lederet precipitatus Cum
vero tumultus ingens in stadio confessi
onis exortus fuisset vox celo elapsa
est fortis esto policarpe et viriliter
age Et actorem quidem vocis nemo videre
potuit auditus tamen a plurimis vero
proconsul eo audito misso turione ad
populum iubet magna voce protestari policar
pum ter confessum se esse christianum Quo au
dito omnis multitudo gentilium tamquam
iudeorum civitatis smirnensium cum ingen
ti furore clamabat hic est totius asie
christianorum doctor nostrorum atque deorum sub
versor vivus ardeat Tunc ipsis populi
ligna vel de balneis vel de publicis
locis quibuscumque et sarmenta congreganti
bus velociter constructus est rogus
Cum autem eum rogo impositum vellent
etiam clavis affigere ait Sinite me
Qui enim dedit michi ignis ferre suppli
cium dabit et flammas immobiliter perferre
Tunc omissis clavis solis vinculis
usi sunt Cumque post tergum vinctis
manibus eum in ipsa demum benedixisset
et supposito igne flamma ingens relu
xisset visum est miraculum a nobis
omnibus quibus ea deus videre concessit
Ex quibus et quam plurimi adeo adhuc
reservati sunt ut nuntiarent ceteris
que viderunt flamma et enim tamquam
admodum curvata speciem quasi veli [illegible] navis
vento sinuatum supra corpus martyris

stetit quod in medio positum erat non ut caro ardens sed tamquam si aurum aut argentum in fornace candesceret. Cum preterea odorem naribus hauserimus tamquam thuris incensi vel preciosissimi fragrantis unguenti. Ad ultimum videntes scelerati igitur corpus non posse consumi iusserunt propius accedere confectores et corpus ubi ignis cesserat mucrone transfodere. Quo facto tam largus profusus est sanguis ut restingueret rogum. Populus autem inmani stupore discessit attonitus circa electos dei tam insigni eius favore perspecto. Cum eo etiam alii XII de Filadelfia venientes apud Smirnam martirio consummati sunt.

Passio sanctorum Pionii, Iustini et quorundam aliorum. IIII

Inter ceteros autem qui per idem tempus martires extiterunt famosissimus mihi refertur quidam Pionius nomine. Cuius per singulas interrogationes responsionum constantiam et pro fide nostra ad populum orationes quasque apud iudices intrepidus semper astitit docens et disputans etiam in ipsis tribunalibus atque hiis qui persecutione titubaverant cohortationibus suis ad consurgendum dexteram dedit et in carcere positus qualiter ingressus ad se fratres alios ad martirium tollerantia roboraret et quos ne etiam ipse martirio pertulit cruciatus utque sit clavis affixus et ardenti rogo suppositus et ut insignem ibi vite fecit finem, si quis vult plenius scire ex illa que a nobis de antiquis martiribus scriptura composita est discet. Post hunc etiam aliorum apud Pergamum Asie urbem martirum gesta referuntur. Carpi cuiusdam et Papiri et Agonice optime femine aliarumque multarum que preclaris confessionibus martirio coronate sunt. Cumque et vir mirabilis de quo superius fecimus mentionem Iustinus cum secundum iam librum pro religionis nostre defensione conscriptum temporibus illius iudicibus obtulisset remuneratorem fidelis et eruditi martirii munus accepit quodam philosopho Crescente nomine tam professione quam moribus dolos ei insidias que tendente quem quidem sepe cum eo disputans auditoribus mediis non solum obtinuerat enim verum et vehementius veritate sibi suffragante confuderat. Ieronimus de illu[stribus]. Cum ergo in urbe Romana diatribas haberet adversum Crescentem qui multa adversum deos blasphemabat redarguit gulosum et mortis timidum luxurieque et libidini sectatorem. Ad extremum studio eius et insidiis accusatus quod christianus esset pro Christo sanguinem fudit. Eusebius libro IIII. Is quoque Iustinus priusquam ipse depraehenderet aliorum qui ante se martires extitit describens agones: et ego inquit spero me ab aliquo horum quibus pro veritate obsisti insidias esse passurum. Hugo ubi supra.

De persecutione Lugdunensis et Viennensis ecclesie IIII. Sequitur

Hec quoque persecutio durissima Lugdunensem atque Viennensem urbes nobilissimas Galliarum quas preterlapsu Rodanus perfluit subintravit. Unde Fotinus egregius episcopus Lugdunensis, Iustus Viennensis in eisdem urbibus martirizati sunt cum multis aliis. Eusebius libro V. Precipue autem milites Christi erant Sanctus nomine quidam dyaconus Viennensis et Maturus neofitus quidem sed in fide et pacientia robustissimus. Sed et Attalum Pergamenum civem qui columpna et firmamentum ecclesie nostre omnibus fuit et Blandinam feminam per quam Christus ostendit quia ea que apud homines despecta sunt et in contemptu habentur in magna gloria apud deum ducuntur et quia caritas ea que fragilia sunt per naturam per graciam facit esse firmissima. Cum enim omnes nos de ea trepidaremus sed et ipsa eius carnalis domina que erat una ex nostris martirum numero ne forte Blandina cederet in tormentis et pro debilitate corporis vix ad prime confessionis tormenta sufficeret tanta tollerantie virtute firmata est ut resolverentur prius et conciderent carnificum manus que sibi per contentiosa iudicis animositate invicem succedebant. Deinque a prima luce usque ad vesperam tormenta semper innovantes ad ultimum victos se profitentur stupentes quomodo in ea spiritus permaneret cum nil in illa ex corporis supplicio resedisset. Sed illa vero beata ut postmodum nobis disseruit ipsa quotiens vocem confessionis emisit et christiana sum proclamavit totiens nove vires corporis reddebantur et tamquam ablutis per confessionem doloribus instaurabatur recentior ad agones. Dyaconus quoque Sanctus nomine etiam ipse supra quam dici potest et supra quam humanum fas est iam fere actus in persistentibus insistens demonum nec aliquid ab eo elicere posset

confessionis illicite nova penarum genera pertu-
lit et que longe supra humane conditionis
excederent. At ille vir deo plenus in
tantum crudelitatis eorum restitit et firmam
in questione sententiam ut nunquam dignatus
sit vel quis esset gente vel domo patria
vel nomine saltem eis fateri sed de huius
singulis interrogatus nichil ad totas
tormentis nisi Christianum se esse respondit
Hoc inquit mihi nomen hoc genus hoc patria
est aliud inquit omnino nichil sum quam
Christianus. Unde et incredibilis eos agi-
tabat insania quod tantis penarum ge-
neribus consumptis extorquere ei nec
professione quidem proprii vocabuli potuisset.
Ad ultimum candentes laminas eris
et ferri circa inguinis loca et delicato-
ra queque membrorum instantius ignibus
adhibebant. Ex quo carnes quidem
eius aduste que defluebant. Ipse vero
permanebat immobilis ingressus intre-
pidus celestibus etenim quibusdam fontibus qui
procedunt de ventre Christi humanas infusus
temperans flammas verum tamen membris
omnibus unum erat et toto corpore
unum vulnus horrebat. Perierat in eo
humane forme agnitio et non solum
quis esset sed etiam quid esset tor-
mentorum crudelitas ne agnosci posset
abstulerat. Christus tamen in eo solus
per martirii gloriam cognoscebatur. Sed arti-
fices sceleris nequaquam iniuriis crudelitatem
virtutem. Post paucos etenim dies
considerantes quod si tumentibus ad-
huc vulneribus que indignarentur
etiam ad mollissimum manus tactum
tormenta rursus inferrent et de im-
membra iam putrefacta vexarent unum
e duobus fore aut superata eum impie-
tatis iura cessurum aut si in tormentis
animam posuisset terrorem crudelitatis
et metum ceteris interceptando sed si lon-
ge contra quam impii cogitaverant
cessit. Nam quod vix credi ab infi-
delibus potest restitutum est in pristinam
speciem corpus per secunda tormenta et offi-
cia membrorum que abstulerat prima
crudelitas secunda reparavit ita ut ite-
rata supplicia non ei iam penam con-
tulerint sed medelam. Sed et Blan-
dina quam paulo ante memoravimus
simili exemplo ad supplicia secunda revo-
catur. Que cum femina et in mortis
quodam confinio posita iteratis fuisset
pulsata cruciatibus velud e somno
quedam evigilans subito in memoriam
future beatitudinis venit et voce con-
stanti tanquam de excelso et edito con-
cionaretur ad populum ait miseri civitatis O
viri quod putatis in tantum visceribus
vesci eos qui ne mutorum quidem animalium
cruoribus utuntur. Et sic in confessione
perdurans iterum inter martyrum consortia re-
ducitur. Passio sancti Fotini episcopi ac
catus at sociorum eius

Beatus Fotinus Lugdunensium episcopus
cum nonagenario maior esset
etate et corpore illius eum invalidus
ut porte circa pene iam mortuus so-
lo martirii amore vivebat ducitur
ad tribunalia ymmo potius defertur se-
nio et languore resolutus cum adhuc
animam solum servabat ut Christus per eam
magnificentius in fragili corpore triumphum
pararet. Statuitur interea senior pro
tribunalibus impie plebis undique cla-
mor attollitur hunc ipsum esse insonant
Christum. Cum vero a preside interrogatus quis
nam esset Christianorum deus respondit. Si dig-
nus fueris scies. Hunc vero cunctos vesa-
nie rabies immensi quedam furoris inva-
sit ita ut qui prope astabant alii pug-
nis alii calcibus perurgerent senem nec
etati nec honitati aliquid reverentie
deferentes. Illi vero qui longius erant
quid quid fuerit ibi teli venisset
in manus eminus iaciebant ita ut
unusquisque summum sibi esse delicti du-
ceret nisi aliquid in senem sceleris intulisset.
In hoc etenim vindicandos deos suos cre-
debant. Itaque cum seminecem pertraxisset
in carcerem ingravatum paulo post spiritum
reddidit. Deinde Maturus et Sanctus
ac Blandina et Attalus iterum diebus
muneris publicis gentium diversarum ad spec-
taculum congregatis statuuntur in me-
dio harene. Et rursum Maturus cum Sancto
quasi nichil prius gestum fuisset ad
omnia tormentorum et verberum genera re-
novantur. Certantibus omnimodis adversa-
riis quibus eorum patientiam frangerent et
ab ipso ut ita dicam vite coronas eorum
diriperent et insanis populi vocibus insti-
gati. Sed illis eo magis animos roborabat
spes in igne iam glorie quam sibi
iam iamque manu contingere et contracta-
re dextris videbant. Cumque et suppli-
ciorum genera et spectaculorum pene iam
tempus fuisset assumptum nec mon-
vellaterunt consententia tunc certa selle

ferree supposita consumpta uberibus
carnem ignibus subministratis exureret
ad ultimum infatigabiles mirum spiritus
ferre reris carnalibus effugaverunt //
Blandina vero religata ad stipitem atque
in crucis modum distenta bestiis pabu-
lum prebetur. Que cum in ligno penderet
vultu intrepido et satis leto orationem fun-
debat ad deum. Sed cum nulla ex be-
stiis corpus eius audet attingere depo-
sita de ligno rursus revocatur ad car-
cerem aliis adhuc agonibus servanda.
Attalus quoque a populi vocibus postulatur.
Erat enim valde nobilis et quod cunc-
tis nobilius est vir optime conscientie
et in fide christi per omnia exercitatus semper ex-
titit. Cumque damnatus fuisset in amphi-
teatro titulo se precedente in quo scriptum
erat Attalus christianus fremere in eum
vulgi insanientis furor vehementius
cepit. Rursum itaque ad carceres rursum
pene rursum tormenta servantur et si
qui forte romani cives repti sunt hos
plecti capite decrevit ceteris vero bestiis
tradi. **Passio sanctorum Allexandri et Attali**

Igitur cum erga superdictos questio // vi
habetur Allexander quidam genere Frix
medicus disciplina vir religiosus et
prudens et vite ac morum probitate
cunctis carus acceptus qui amore
dei concitatus cum assisteret tribunali nu-
tibus hortabatur ita ut omnibus qui asta-
bant palam quid animo gereret fieret.
Cumque id populi nota iussisset indignan-
tes maxime plebs qui quod prius ne-
gaverant redirent in confessione irrita-
bant. Conclamaverunt ad iudicem Allexan-
drum hoc ipso instigante quorum. Cui
iussus assistere in medium statim et quis
esset interrogatus christianum se esse libera
professione testatur. Quem continuo preses
bestiis condempnavit. Et postera die
simul cum Attalo producitur. Quem contra
preceptum cesaris christianum presides nolens
etiam ipsum bestiis tradi iussit. Sed cum
ferarum nulla sanctorum corpora contigisset
diversis eos liberos ceterisque penarum
suppliciis cruciatos ad ultimum in gestu
spei in medio harene iugulari iubet.
Beato Allexandro in omnibus que gessit
est penis ne unum quidem penitus proferen-
te sermonem sed animo usque ad finem
intra semetipsum semper cum deo loquen-
te et blandiendis eius et fratribus per-
manente. Attalus vero cum prunis subiectis
in sella ferrea torretur. Cumque nidor adu-
ste carnis aduraret et ora inspectantium
populi proferret voce magna exclamat
ad plebem. Ecce hoc est homines comedere
quod vos facitis. Quod a nobis velut occultum
facimus inquitis quod vos aperta luce committitis
nos enim neque comedimus homines neque ali-
quid mali agimus. Et cum interrogaretur
quod nomen haberet deus respondit. Quia plures
sunt nominibus distinguuntur. Qui unus est
non indiget nomine. **Passio sancti Pontici et Blandine** vii

Post novissimo iam unum die Blandina rur-
sus inducitur cum Pontico annorum
fere xv puero cumque et impiorum cruciatibus
iussi sunt semper astare quo magis ce-
terorum videntes supplicia terrerentur. Sta-
tuuntur ergo in medio et iubentur iurare per
deos. Illi vero eos nullos esse dicebant
istos per quos iurare cogerentur. Cum aliis
quam plurimis verbis exprobrarent gentium
deos insania magis in eos cepit populi
multitudo neque teneram pueri etatem neque
sexum femine miserantes sed per omnia
tormentorum genera quasi quodam eos circu-
lo peragentes nichil deesse penis patie-
bantur quod crudelitas invenisset. Tunc
Ponticus maximum pacientie robur mira
cohortatione suscipiens et perseverans
in confessione fidei impollutum spiritum reddidit.
Beata vero Blandina ultima omnium velut
quondam nobilis mater premissos ad martirium coronata
filios insequi iam secura festinat exul-
tans et ovans velut ad thalamum sponsi
invitata et ad nuptiale convivium. Ex
quo fiebat ut in verberibus tripudiaret
et craticulis exusta gauderet ac tamen sibila-
ris videtur et lota quasi inter dapes
regias accubaret. Post hec ad bestias
traditur sed a bestiis intacta servatur. In-
de etiam aliud excogitatur crudelitatis
genus ut rete constricta obiceretur tauro
ferocie instigato. A quo cum fuisset in im-
mensum ictibus lacessita et toto harene
ambitu iactata nichil penitus leditur
sed permanebat leto ut semper vultu men-
te constanti spe ipsa et animi presumptione
cum christo colloquens ad ultimum iugulari
gladio iubetur stupentibus impiis etiam ip-
sis et dicentibus quod numquam fuit femina
que tanta ac talia ferre potuisset.

Sed // **Dementia sevicia gentilium**
ne sic quidem sa- // **in christianos** vii
cietatem aliquam cepit crude-
litatis quievit antiquum et cum

ferventis virulencia crudelitati fel ac barba-
ricoris manifeste nesciebant. Et ipsa
quippe stolidorum patria ferior eis contentionis
rabies accedebat et velud pudore quo-
dam fatigabantur. Igitur inaudito sevicie
genere eorum qui necabantur necati corpora
canibus iubebantur exponi adhibita
simul custodia die noctuque ne quis
collectas reliquias humanitatis intuitu
traderet sepulture. Sed si quid forte vel
bestiis vel igni reliquum ex corporibus
martirum fuerat ipsa cum truncis suis
capita punitorum insepulta per custodias
militum servabantur et querebatur si quid
ultra posset humana crudelitas etiam
in eos qui iam vite huius limen ex-
cesserant. Exultabant tunc gentes et
magnificantes simulacra sua quorum
virtute datam in illos vindictam dice-
bant. Itaque attente et sollicite cura-
bant ne daretur extremis ossibus sepul-
tura. Post aliquot autem dies tum ulla
sepeliendi gratiam prestitissent incensa
autem ossa martirum et in favillam redac-
ta cum reliquo terre pulvere in rodanum
flumen dispergere ne vestigia eorum reliquie
residerent quasi vero hec agentes deum
vincerent et sicut dicebant spem eis
prohiberent resurrectionis adimerent. Sperantes
enim aiebant de sepulturis quoque se esse
resurrecturos ideirco nova nescio qua
persuadente sibi superstitione leti se tor-
mentis mortibus subiciunt. Nunc vide-
amus si resurgent et si potest eis adesse
deus eorum et eripe eos de manibus
nostris. Tanta autem erat in eis humilitas
ut cum rebus ipsis essent martires no-
minis tamen iactantiam fugerent. Aput
gentiles nec ad omnem fiduciam conste-
bant nobilitatem autem pro contemptu in-
iurie et suppliciorum pacientiam demon-
strantes. Erant ergo inter feros humiles
inter persecutores elati sunt mites
adversariis terribiles Christo subiecti dyabolo
erecti humiliabant se sub potentissima
manum dei propterea nunc sublimius ex-
altati sunt. Ex gestis vii fratrum

Passio sancte Felicitatis cum septem filiis suis

Temporibus / Ex
Antonini imperatoris Felicitas
illustris femina cum vii filiis
suis christianissimis tenta est que
in viduitate permanens deo suam vo-
verat castitatem et die noctuque ora-
tionibus vacans magnam de se edificationem
castis mentibus dabat. Hanc itaque pon-
tifices templorum accusaverunt apud augu-
stum dicentes. Contra salutem vestram
hec vidua cum filiis suis diis no-
stris insultat. Que si non venerata fuerit
deos sciat vestra pietas eos sic irasci
ut penitus placari non possint. Tunc
imperator iniunxit prefecto urbis publio
ut eam compelleret cum filiis suis deorum
suorum iras sacrificiis mitigare. Publius
itaque iussit eam privatim adduci et blan-
do colloquio ad sacrificium eam provocans
minabatur penarum interitum. Cui Felicitas
dixit. Nec blandimentis tuis resol-
vi potero nec terroribus frangi. Habeo
enim spiritum sanctum qui me non permittet a dy-
abolo vinci. Et ideo secura sum quod
te viva superabo et si interfecta fuero
melius te vincam occisa. Publius di-
xit. Misera si tibi suave est mori vel
filios tuos sine vivere. Felicitas respondit.
Vivent filii mei si non sacrificaverint
ydolis si non tantum scelus admiserint
in eternum ibunt in interitum. Alia itaque
die sedens in foro martis iussit eam ad-
duci cum filiis suis. Cui et dixit. Mi-
serere filiis tuis iuvenibus bonis et
prime flore iuventutis florentibus.
Respondit Felicitas. Misericordia tua im-
pietas est et exhortatio tua crudeli-
tas. Et conversa ad filios suos dixit
videte filii celum et sursum aspicite
ibi vos expectat Christus cum sanctis
suis pugnate pro animabus vestris et fide-
les vos exhibete in amore Christi. Au-
diens hec Publius iussit eam alapis
cedi dicens. Ausa es presente me ista
monita dare ut dominorum nostrorum statuta
contempnant. Tunc vocat primum filium
eius nomine Ianuarium et infinita illi
promittebat bona premia et mala verbera
comminatus est si sacrificare ydolis con-
tempsisset. Ianuarius respondit. Stulta
suades nam sapientia domini me conservat
et faciet me hec omnia superare. Statim
iudex iussit eum virgis cedi et car-
cerem recipi. Secundum vero filium eius
Felicem adduci tercio quoque fratrem nomine
Philippum quarto Silvanum quinto Ale-
xandrum / sexto Vitalem / septimo Martialem
Quosque singulatim interrogatos ac sin-
gulorum auditis fidelibus responsis omnia
eorum gesta scripta per ordinem Antonino
ingessit. Qui iussit eos per varios iudi-
ces ut variis suppliciis damnarent.

Ex quibus iudex unus fratrem primum plumbatis occidit. Alterum secundum et tertium fustibus mactavit. Alium quartum precipicio interemit. Alterum quintum et sextum et septimum capitalem sententiam subire fecit. Matrem quoque eorum capite truncari iussit. Et sic eos variis suppliciis interemit. Ex gestis eius.

Passio sancti ponciani martiris ·x·

Passus est etiam sanctus poncianus in civitate spoletina sub iudice fabiano qui ab antonino imperatore illuc directus ei sibi presentato ait: Quomodo vocaris? Cui respondit: Cum a parentibus meis nomen michi impositum est poncianus vocor. Maius autem nomen xpianus. Cumque fabianus ei suaderet instanter ut diis sacrificaret et ille nullatenus acquiesceret sed eum potius deum incorpacabiliter iussit eum expoliari et virgis cedi donec sanguis eius ut flumina interea manaret. Deinde preparatis carbonibus duo iudicia proposuit ei dicens: Aut thura in istis carbonibus pone aut nudis pedibus super eos ambula. Qui signum xpi sibi in fronte faciens super carbones nudis pedibus ambulare cepit dicens: Ecce ego in nomine xpi ambulo super carbones. Tu mitte si potes in nomine iovis tu manum in aquam calidam et libera te. Tunc iratus iudex iussit eculeum preparari et uncos ferreos fieri eumque ibi suspendi. Quibus factis ministri deficientes clamabant: Ve nobis quia magis torquemur quam hic detestabilis. Manus nostre defecerunt et virium facti sunt. Tunc iudex iussit eum in ima carceris claudi et post hec in amphiteatro duci. Duos quoque leones ad eum consumendum dimitti. Sed dum ille orationem compleret leones cum rugitu venientes ut viderant eum ita mansueti facti sunt ut inclinantes capita sua adorarent eum. Quod videns omnis populus ait: Magnus est deus xpianorum. Dimittatur servus dei. Tunc fabianus videns seditionem in populo fieri iussit eum iterum in carcerem trudi ubi angelica visitatione meruit confortari. Post que plumbo fervente perfusus tandem gladio percussus est. Passus est autem xiiij kal februarii. Ex gestis eius.

Passio sancti florelli pueri ·xi·

Temporibus quoque antonini passus est sanctus puer florellus sub valeriano preside. Iratus enim xpianos in fide confortaret dicens: Nolite timere eos qui corpus occidunt etc. Tentus a preside iussus est in eculeo suspendi et vehementer flagellari. Deinde in carcerem cum leone devorandus mitti. Sed illo orante leo cecidit et mortuus est. Apparuerunt quoque ibi candelabra vij lucidissima cum odore nimio et ecce dominum refectus est. Audiens hec quidam de civitate qui habebat filium cecum surdum et mutum intellexit esse apud eum esse gratiam dei. Et veniens ad hostium carceris rogavit eum cum lacrimis ut pro puero oraret. Cui ait: Crede in eum quem xpiani credunt et sanabitur. Tunc ille se credere confessus est et orante florello puer sanatus est. Apparitores autem a preside missi ad carcerem ut viderent si a leone florellus devoratus fuisset viderunt luminaria et leonem mortuum et audierunt psallentem. Qui cum renunciassent presidi ait: O florelle quantum prevalent maleficia tua. Et precepit rogum magnum extra civitatem fieri eumque cremandum duci. Qui cum oraret facta est vox de celo confortans eum sperantibus. Precepit ad ignem semper ab angelo dextris suis protegebatur. Et cum in medio ignis proiectus iaceret illico tempestas valida de celo veniens ignem extinxit ipsumque angelus illesum ab igne liberavit. Post hec vocatus maleficus in palinus et lignea eius clamens confixit. Tandem imperatori presentatus antonino vestibus spoliatus et stola linea indutus foris in plateam traditus est xv kal octobris. Ex gestis eius.

Passio sancte praxedis virginis ·xij·

Virgo autem venerabilis praxedis habitavit in titulo supradicto afflicta propter tristiciam germane potenciane ad quam multi nobiles xpiani veniebant et consolabantur eam una cum sancto pio episcopo. Veniebat quoque ad eam germanus eius novatus qui est frater eius in domo et consolabatur eam et multos xpianos pauperes domus sue in honorem virginis sancte praxedis rogans et petens ab ea ut ordinibus eius indulgentiam a domino mereretur. Cui etiam nos frequenter cum beatissimo pio episcopo ad altare domini concelebrabat. Post annum uno et dies xx et viij egritudine detentus ipse novatus absens erat aspectu beate virginis praxedis.

Pio autem episcopo cogitante de omnibus xpianis
una cum virgine praxede requiritur
novatus vir dei Et dum auditum fuisset
quia egritudine detineretur gestati sunt
omnes facta que constitutione nocte una ad
episcopo pio et virgine dei praxede presbiter
ad eum Hoc cum vidisset novatus omnes
sanctos simul congregatos ad se venisse gratias
cepit agere deo quia meruit a sanctis
cum devotione visitari Omnemque substan-
tiam derelicta xiiii die tradidit fidelibus
ad dominum facta autem persecutione virgo
dei praxedes fervens spiritu sanctos multos
xpianos occultavit in titulo quem sanctus
pius episcopus ad peticionem eius in thermis
novati constituerat quo loco et baptisterium
consecraverat Illic ergo eos occultatos et
cibo pascebat et verbo spiritus sancti Tunc
divulgatum est antonino quod conventus
fieret in titulo praxedis Quem mittens
tenuit multos inter quos eciam tenuit
simmitium presbiterum cum aliis xx et duo-
bus quos sine interrogatione gladio pu-
niri precepit in eodem titulo Quorum corpora
nocte beata praxedis collegit et sepelivit
in cimiterio priscille sub die septimo
kalendas iunii Tunc afflictione con-
stricta beata praxedis ingemuit et ora-
vit ad dominum ut transiret de hoc mundo Cuius
orationes et lacrime ad dominum ihesum christum per-
venerunt Pactis enim xxx inter diebus
post necem sanctorum supradictorum et coronam
migravit ad dominum virgo sacra xii kalendas
augusti Cuius corpus ego pastor presbiter
sepelivi iuxta patrem suum in cimiterio
priscille via salaria ubi hodie flo-
rent orationes sanctorum Ex gestis eorum re-

Passio sanctorum victoris et corone xiiii

Sanctus eciam victor miles cili-
cia temporibus antonini cum
in conspectu sebastiani ducis christi
militem se credere diceret et ydolis sa-
crificare renuisset iussit dux eius
digitos confringi et ungues eius evelli
quos usque de cute eius traxerunt Illo
que gratias agente et in fide permanente
commotus iudex iussit eum in caminum
ardentem mitti Sed illo orante ignis
eum non tetigit neque fumus et post
triduum inventus est vivus Tunc dux
fecit venenum confici mortiferum et di-
xit ei a malefico ut ederet coco At ille
manducavit et nichil mali sensit
Tunc maleficus alia peiora venena
obtulit Et cum ille manducasset et
nil mali sensisset maleficus omnes libros
suos combussit rebus que suis renuncians
in christum credidit Iterum victor quoniam
cum sacrificare nollet iudex iussit
nervos a corpore eius evelli deinde
in pudendis eius oleum bulliens mitti
iterum quoque illi suspenso lapides cande-
tes applicari et ad eius latera poni ac
ille nichil doloris sensit sed adeo confor-
tatus est Iratus ergo iudex iussit acetum
et calcem simul commisceri et in eius guttu-
re dari post hec oculos eius evelli at illo
dicente noli michi parcere paratus sum omnia
tormenta tua tollerare iussit eum capite
deorsum per triduum suspendi quousque sang-
wis de naribus eius stillaret ut iam
milites ergo venerunt post triduum ut vi-
derent si adhuc viveret Et videntes
cum ceci facti sunt Sed statim orante
sancto martire illuminati cum ad ducem ve-
nissent et ei omnia intimassent iussit
eum excoriari Tunc uxor cuiusdam mi-
litis nomine corona etatis annorum circiter
xvi exclamavit Beatus es victor et beata
opera tua Susceptum est sacrificium abel
quod obtulisti domino in simplicitate mentis tue
Cum hec et alia plura loqueretur addidit
Ecce video duas coronas de celo venien-
tes manibus angelorum deferri Ex quibus
dabitur tibi maior michi autem brevior
Sed et si vas infirmum sum spero tamen
in regem christum quod habeam hereditatem
cum fortibus Hec cum audisset dux
iussit eam vocari ad se et sacrificare
At illa respondit Ego corona dicor et tu
queris coronam meam perdere Cum ergo
nollet acquiescere iussit dux militibus
duas palmas ad invicem inclinare
illique beatam coronam utrisque partibus ligari
et subito dimitti Quod ut subito di-
rexerunt arbores divisa est beata corona
in duas partes Sicque martirium suum confidenter
implevit Victori autem dux caput pre-
cidi iussit Quod cum fieret sanguis et lac
de collo eius proruit Multi tunc miracula
viderunt multique crediderunt Ex gestis
eius

Passio sancti concordii viiii

Sub anthonino quoque passus est
sanctus concordius hic roma nobili
familia ortus fuit patre gordia-
no qui cum septimus sacris erudiret
et a sancto pio papa subdyaconum ordi-
nari fecit hii itaque scilicet pater et filius
ieiuniis et orationibus atque elemosinis
insistere vacabant et a domino petebant ut

rabiem imperatoris euadere possent Porro
filius a patre accepta licencia ad sanctum
euticium qui tunc morabatur in prediolo
suo via salaria perrexit a quo cum magno
gaudio et graciarum actione susceptus cum
eo simul habitauit Illic ergo cum ieiuniis
et oracionibus insisterent multi variis ve-
xati languoribus ad eos veniebant
quos illi orantes in nomine domini ihesu christi
sanabant Tunc audiens eorum famam
torquatus comes tuscie qui tunc habi-
tabat in spoletana ciuitate mittens
accersiuit sanctum concordium Et ait ad eum
cuius vocaris Ille respondit Christianus sum
Dicit ei comes De nomine tuo requiro
non de christo tuo Sacrifica diis immor-
talibus et esto noster amicus ego quoque
domino meo imperatori suggeram ut faciat
te sacerdotem deorum Et ille Tu inquit
magis domino ihesu christo sacrifica ut possis
euadere tormenta nam si non feceris
tu et dii tui in perpetuum ardebitis Tunc
comes iussit eum fustibus mactari
et in custodia publica claudi Nocte autem
venit euticheus cum beato anthimo episcopo
qui erat amicus comitis et rogauit
comitem ut eum sibi iuberet tradere paucis
diebus Quem cum accepisset cum beato an-
thimo multisque diebus habitauit cum eo
quem etiam consecrauit presbiterum tempore
oportuno Et ceperunt ambo oracionibus
vacare Postea iussit comes et tulit
eum dixitque ei Quomodo tractasti circa
salutem tuam Cui ille respondit Salus
mea christus est cui cotidie offero
sacrificium laudis Tu vero et dii tui
in inferno ardebitis Tunc iussit eum
in eculeo suspendi Ille vero alacri
vultu glorificabat deum Dicit ei
comes Sacrifica ioui magno Cui
ille Non sacrifico inquit et lapidi
surdo et muto quia ihesum christum dominum
habeo cui sunt anima mea Iratus comes
iussit eum in vna carcere includi et
in collo ac manibus eius ferrum mitti
nullumque ad eum ingredi ut fame de-
ficeret At illo gracias agente deo ange-
lus domini media nocte apparuit ei di-
cens Noli timere quia tecum ego sum
sed viriliter age Post tres dies misit
ad eum comes duos satellites suos
ut aut sacrificaret aut capitalem
subiret sentenciam Quibus auditis beatus
concordius deo gracias agens ipsum
que glorificans conspuit in faciem eius

Tunc vnus euaginans gladium caput
eius amputauit et in confessione domini
spiritum emisit Duo vero clerici et quidam re-
ligiosi viri deuenientes tulerunt corpus
eius et posuerunt non longe a ciuitate
spoletana vbi aque calide emanant
In quo loco precibus beati concordii multis
prestante eo pro cuius nomine passus est ceci
illuminantur infirmi sanantur demones ex-
pelluntur Cuius natalis dies celebratur
kalendis ianuarii Ex gestis eorum Require

Passio sancti marcelli martiris xv

Cum autem lugduni sanctus fotinus
episcopus cum aliis xlviii conpresbiteris
esset et l anime christum confitentes
in vnum carcerem recluse essent Ex his
marcellus et valerianus nocte ab an-
gelo custodia parata ac soluti alter cum
sequanorum alter eduorum prouincias peter-
runt Itaque testis dei marcellus a quodam pro-
fano quidam inuitatus et cum eius epulas
errore prophano pollutas execratus com-
mas obiurgandos potius crediderit quam
vitandos Et cum se vanum interrogatus
fiducialiter predixisset nouis afficiendo
cruciatibus primus secum presidis decre-
uit impium Hic ergo cum vinculis elatis
in arborem predescendentes ramos tamen
corpore laqueis impositis tenderetur
et membrorum compage districta extensi
artus astricti nexibus desingerentur
vetustum ad terram prius tamen con-
sumpsit in arbore Celestis christi regna-
toris nomen gloriam deo imitatus decla-
rauit in ligno ut cum pontificem conprehen-
dit eculeum inuictum crucis perdet
ad triumphum cum quo imposito sanctus mar-
cellus vicino mortis frigore calore
fidei immobiles perdurare preceptorum
nequissimo tractatu competencius visum
est ut in conspectu ipsi allatis suppli-
ciis puniretur Tunc ait crudelissimus
preses Nomine tuo marcelle et errore
tuo conpulimus Sacratissimi imperatores
nostri domini precepta talia constituerunt ut qui
venerandorum numinum participatum saturnum
patrem ac iouem omnipotentem eorumque fi-
lios ac propinquos adorare detrectant
capite puniantur Ceteri vero seueris cru-
ciatibus suppliciis puniantur Beatus marcellus
respondit Simulacra ista que nominas
adeo sunt mortua ut suis polluta
cultibus dudum mortua et in inferno
sepulta perierunt Quibus signis credi-
derunt omnipotentis qui ante secula fuit

et semper est et semper futurus est eciam ac ter
mendum penarum iudicium sustinebit
Xpianus sum xpm dei filium cum patre
coequalem celi et terre marisque factorem
et que sunt rerum omnium conditorem me credere
libera et irrenotabili denunciacione pro
fiteor Preses non posses cum indignacione
furentis sanctum marcellum martirem
impiis trucidandum cum infantibus assigna
uit Crucem cum in suppliciis diu famoris
gratia adiutet fortiorem inaudito crudelitatis
exemplo plusquam furore persecutoris
insaniens defodi erectum cingulo
tenus iussit atque in medius illa sepultura
sed totus vivus ad celi regna festinans
terre supplicia non refugit sed triduo
in laudibus xpi omnipotentis diu ac di
em ore et amore perdurans terris in
tum terrena membra condempnans spiritum
misit ad celos Acta sunt hec in urbe
Cabilonensi sub antonino persecucione

Passio sancti valeriani et quorundam aliorum

Audivit autem presens preses // xvi
sum ibidem valerianum ordinis
sacratissimam cellulam habere mul
tosque xpianos fecisse Tunc misit eum
perquiri et suis aspectibus presentari ad
cuius tugurium cum milites directi perve
nissent ille estimans esse xpianos gracia
caritatis et more hospitalitatis invita
bat Quem illi primus intuentes signum
crucis et intra cellulam suam habere et suo
adhibuisse vultui conspexerunt Itaque post
tergum vinctis manibus veluti scele
rati tamquam reus presto presidi ab officio
presentatur Cum belluino corde inflamatus
dicit aut diis inmortalibus sacrificabis aut
longe collega tuo marcello punieris
Cumque ille renueret preses eum stipiti ap
pensum iussit ungulis ferreis laniari
Sed cum auxilio dei nullis fatigatus
suppliciis in dei laude perduraret iussit
eum gladio inferiri Tunc ille pro thomis
stephani gratiam habens et gloriam repromissam
in celo intuens vidit illum sibi offerre
coronam tibi moriendi non metuit mirum
prebere victoriam Cuius passio recolitur
xviii kalendas octobris Ex martirologio Item
xvo kalendas marcii apud apamiam sanctorum
allexandri et gagii qui sub antonino
vero martirio coronati sunt Item xo kalendas
mayi lugduni sancti epipodii qui persecu
tionem antonini veri postea illata sibi gra
vissima tormenta martirium capitis abscisione
conplevit Item kalendas mayi lugduni
sancti allexandri qui sub antonino
vero post carceris custodiam primo ita
laniatus est crudelitate verberancium
ut crate soluta costarum patefactis visce
ribus interiora corporis panderentur deinde
cruci affixus spiritum emisit Passi sunt cum
eo et alii xxxiiii minores Hugo v b

De lue post persecucionem et de miraculo

Statim non plus cum obitu xvii
persecucionem secuta est lues magna
que multas late provincias de
vastavit maximeque ytaliam adeo con
triuit ut passim ville et agri sine cul
tore et habitatore remanerent Abar
mis denique nulla quies erat per
omnem orientem illiricum ytaliam et gal
liam bella fervebant Terre motus
quoque non sine interitu civitatum et in
undaciones fluminum crebrescebant
lues eciam crebre et locustarum agmine
presus agros infestabant Eusebius
vo libro Antonini temporibus quibus
hec gesta referuntur marcum aurelium
fratrem eius cesarem bella inferentem ger
manis ac sarmatis tradunt historie
cum siti eius periclitaretur exercitus esu
riente et querentem quid facto opus esset
repperisse in legione quadam milites
xpianos quibus ut nunc mos est flexis
genibus obsecrantibus exaudisse
deum supplicaciones eorum et subito contra
omnem spem largissimis ymbribus
perfusum exercitum quidem periclitantes
per quos oraverant xpiani sitim sedatam
hostes non quidem conciabiliter immine
bant fulminibus crebris et celitus
prolapsis ignibus effugatos Sed fuisse
testatur quidem et ab historicis gentilium
Sed quia mos est ordinibus imperatorum
sic non refertur quippe aput quos ce
tera miracula que divinis gesta sunt
non habent fidem Nostri non et tertullia
nus hec meminit et apud grecos appolli
naris qui eciam ipsam legionem pro in
signis facti miraculo mutato nomine
vocitatam dixit ab imperatore fulminea

Idem lo iiiio De Egisippo et ceteris illius temporis doctoribus xviii

Eo tempore egisippus insig
nis habebatur et dionisius corin
thiorum episcopus sed et pinitus
nobilissimus aput cretam inter episcopos
sunt philippus et appollinaris et
melito miusanus? et modestus
et pinitus hirenius quorum omnium ad nos

usque aplice fidei et sane doctrine pre
clarissima monimenta plata sunt. Jero9
de illustrib9 viris Egisippus vicinus
aplor tpm oms apassione dni usque
ad suam etatem ecclasticar actuum te
xens hystorias multa qz ad utilitatem
tedencium ptinencia quinque tong
gans quque libros conposuit simone sim
plici ut quor vitam sectabat dudi qz
dopsuit tantem asserit se venisse sb
aniceto romam qui decimus p9 petrum
epus fuit et pseuerasse usque ad eleu
therium eiusdem urbis epm qui aniceti
quondam dyaconus fuerat postea ad
usum ydola disputans quo pnm er
rore creuissent subtexit hystoriam. Dyo
nisius corinthior epus tante eloque
cie et industrie fuit ut no solu sue
ciuitat et pvincie ppplos sed et aliar
pvinciar et urbium eplis erudiret //
Ex quibus est una ad lacedomonios a9
ad athenienses tria ad nichomedienses
qrta ad cretenses ad ecctiam amastrina
et ad ecctias ponti reliquas vi ad gno
sianos et ad pinutum eiusdem urb epm
Cui et ipse scripsit et elegante eplam
in qua docet no semp lacte ppplos nu
triendos ne quasi puuli ab ultimo
ocupent die sed et solido debe nesci
cibo ut spualem pficiant senectute
Septima ad romanos quam scripsit
ad sotherem epm cor Octava ad crysso
phorum scam feminam Claruit subim
patore marco antonino vo et lucio
aurelio comodo Eusebius ubi s' hic
dyonisius in epla ad athenienses de
signat quod dyonisius ariopagites
qui ab aplo paulo instructus credidit
xpo scdm ea que in aplor actis de
signant pmus athenas ab eod aplo
paulo epo fuit ordinatus Jeronimus
ubi supra Theophilus quoque vis anthi
ocene ecclie epus sub imperatore mar
co antonino vo librum qtra marcio3
qposuit qui usque hodie qstat ferunt
eius et ad antholicum tria volumina
et contra heresim hermogenis lib' i
et alij breues elegantes qz tracta
tus ad edificationem ecclie ptinetes
legi sub nomine eius in ewangelium
et pverbia salomonis qmentarios
qui michi superior voluminum elegan
tia et phrasi no videntur qgruere
Appollinaris asie ieriapolitanus
epus sub imperatore marco antonino

no floruit cui et insigne volume pro
fide ρanorum dedit Extant eius et alij
v aduersus gs l et de veritate duo et ad
uersus cathaphrigas Tunc primum cum pri
sca et maximilla insanus vatibus in
cipiente montano Philippus epus cre
tensis urbis alibi corinthie gortine
cius dyonisius in epla sua meminit qua
scripsit ad eiusdem ciuitatis ecctiam pclarum
ad marcionem edidit librum Temporibus
qz marci anthonini veri et aurelij co
modi claruit hugo ubi supra Sequitur
demorte aureliam et antonini xix
Hitur aurelius comodus dum ad fre
in deschialo veheretur undecimo impij
sui anno casu morbi quem greci apople
xim vocant suffocatus est. Quo de
functo marcus anthoninus solus pauce
diebus rei publice pfuit deinque
seniores leges nouis qdicionibus
temperauit Ponces enim pvincias tri
buta donauit omnia qz fiscalium nego
cior calumpniosa monimenta simul con
gesta in foro iussit incendi h' xiiij9
ab augusto in pannonia qstitutus re
pentino morbo obijt Obetius honore
templa columpne et alia multa qdita
esse reperiunt Cui successit lucius aure
lius comodus filius eius Temporibus
antonini veri floruit theodocion trãs
ductor legis in prices et acticus phs pla
tonicus Eusebius in cronicis Horum
imperator temporibus fronto orator in
signis habetur qui marcum anthoninum
verum latinis litteris erudiuit Seleucia
syrie urbis cum trecentis milibus
hominum aromanis capta ē apud asyras
pegrinus phus rogo quem qstruxit
qposuerat incenso semetipsum suppre
cit Eo tempore smirna urbs asie
terre motu ruit ad cuius instauracionem
decennalis tributor immunitas data
est Tanta eciam ptotum orbe pesti
lencia fuit quod pene usque ad interp
cionem romanus exercitus deletus est
hugo ubi supra De imperio aurelij co
modi xx
Aurelius igitur
comodus patre defuncto
imperauit annis xiij Eusebius
in cronicis Cepit anno dni
clxxxi° mundi vo iiij ccc° xlvi hu
go h' luxurie et obscenitati deditus
interfecit plurimos senator illos tamen
maxime quos aduertit industria uel
nobilitate precellere / Eusebius vo li°

Ea tempestate pax ecclesiis per orbem terrarum prestabatur et sermo domini omni genere hominum ad agnitionem et pietatem dei summi animas congregabat. Denique et in urbe Roma multos et illustribus et preditis viris cum liberis et coniugibus et propinquis atque omni prorsus familia sociavit ad fidem. Sed hoc non equis oculis ille antiquus humane salutis hostis aspexit. Continuo denique aggreditur variis insidiarum machinis impugnare. Primo in urbe Roma Apollonium quendam virum in fide nostra et in omnibus philosophie eruditionibus illustrem ad iudicium pertrahit accusante ei subornato quodam infidelissimo et desperate salutis homine. Cuique ipsum quem lex que oblatos principi inferat Christianos indelatorem prius animadvertendum censebat apprehenso iudice ut eius crura confringerentur primus ipse excepit. Cum deinde exoratus beatus Apollonius martyr ut defensionem pro fide sua quam audiente senatu atque omni populo luculenter et splendide habuerat ederet scriptam. Et post hec sententia senatus consultum capite plexus est. Ita namque a prioribus lex iniquissime promulgata censebat. Ex gestis eius.

De sancta Eugenia et protho et iacincto xxi capitulum

Philippus autem illustrissimus vir romanus ab imperatore Commodo ad Egyptum ductus ut Alexandrie prefecturam ageret filiam suam Eugeniam litteris liberalibus perfectissime docuit. Cumque a multis in coniugium peteretur omnibus obsistebat. Iam enim licet sub paganissimis parentibus ageret deos vana esse receperat. Et quia Christianis iussum fuerat ab Alexandria discedere rogavit parentes ut in vehiculo permitteretur predia sua in suburbano posita circuire. Quod cum statim impetrasset et ab urbe ad villam properaret instructionem apostoli Pauli et Tecle virginis secum in bastina legens audivit Christianos psallentes et dicentes Omnes dii gentium demonia etc. Tunc suspirans et flens ad eunuchos suos Prothum et Iacinctum dixit: Philosophorum sillogismos vano labore perscrutati sumus. Aristotelis argumenta et Platonis ideas et quicquid poeta cecinit quicquid orator invenit vel philosophus cogitavit cuncta in hac sententia concluduntur quam tripudiantes Christianos audivimus dicentes Omnes dii gentium demonia etc. Tunc vehiculum stare precepit et dulcissime vim carminum considerans ait: Si volumus pure credendum est. Dumque de deo vero mutuo sermone tractaret et concordia fidei et ordo quereretur quo possit sancta fuga statim et fides recta teneri. Tunc illa dixit: Audio Helenum dictum episcopum. Cuius est habitatio ista in qua die noctuque dei laudibus insistitur aggregationis huius diversorum nullam feminam accedere patitur. Hec ego considerans tandem me debere existimo ut vacua pertranseunte bastina nos tres virili habitu simul ad dei homines perveniamus. Factum est autem ut eadem hora qua ad monasterium pervenerunt sanctus Helenus pervenit episcopus et cum psallentium multitudo. Cumque se miscuissent psallentibus quesierunt quis esset senior qui solus asello vehiculo veheretur in medio ipsi sequentium et precedentium. Et audierunt quod hic esset beatus Helenus episcopus ab infancia Christianus qui dum infantulus in monasterio cresceret tante sanctitatis virtutibus fulgebat ut si quando iussus esset ignem eximio portare prunas ardentes vestimento deferebat illesas. Denique inquit et post hos paucos dies venit hic quidam magus qui verborum argumentis ipsum dei conabatur eludere dicens ipsum esse episcopum se autem a Christo missum ad docendum. Tunc omnis turba Christianorum accessit ad episcopum dicens: Constitue diem in quo eum tibi solum recipias aut si potes nos vera consequente convincas. Constituta igitur die in medio Heliopolis venit Zareas magus cum artibus suis et Helenus episcopus cum ordinibus suis. Cepitque cum eo verborum ingenio habere luctamen. Et quia usitatus erat nec eum concludere sermonis racione poterat respiciens ipsum fortiter ledi quod Zareas quasi superior ascendebat in verbis postulato silencio ait: Ad ipsum Pauli apostoli in hac parte monita tenenda sunt. Nolo inquit verbis contendere etc. Sed accendatur ignis in medio civitatis et ingrediamur flammas simul qui non fuerit ustus credamus quod hunc miserit Christus. Quod cum omnibus placuisset ait Zareas: Tu ingredere primus qui hoc proposuisti. Tunc ille crucem faciens seque consignans ingentes flammas intravit intrepidusque stetit in medio ignis

dimidia fere hora neque capillis nec ve-
stimentis ex aliqua parte adustus Cum
que ut zereas intraret similiter imperat
ille reluctari cepit et fugere at ubi
in vicum illum plus ignibus tradidit
sumere. De exhortatione eiusdem ad clericos

Ceterum preter supra nominatos // xlvii
Origenis libros extat eiusdem liber pulcher
rimus de singularitate clericorum. In quo de

cohabitacione mulierum vitanda pudiciciaque
servanda disserit in hunc modum. Origenes.
Prima feminarum commoratione quidam inter
nos a dignoscuntur devoluti sunt domi
ne miseri pura neglicencia cum securitate
preveniatorum contempnens mandare precepit
ne clerici cum feminis commorentur vi
vis est preceps est qui tutius contendit ubi
alium cecidisse conspexit et vehementer
infirmus est tibi non metuit fortior perente
alio. Ille autem prudens qui sollicitus sit
casu ceterorum. Adversaria confidencia est
que periculis proximo vitam suam committat
et lubrica spes que inter fomenta peccati
salvari se sperat. Impossibilis quoque li
beratio est flammis circumdari ut ardere
difficile est ut venenum quis bibat et vi
vat vel dormiat in ripa et non cadat.
Iubat pro te expedit bene timere quam mala
fide et vilius est infirmum se hoc agno
scat ut fortis existat quam fortis vi
deri velit et infirmus eligat. Nimis
avaricie molestias patitur qui divicias
non videt unde dicat Apostolus Qui volunt
divites etc. Sic temptacionibus subiacet
qui femine inmixtus est in qua nichil aliud
est nisi quod feriat prominante aculeus
enim peccati femina est forma feminea.
Si non putamus nos intemptabiles
esse mulierum iaculis nichil restat ce
lestibus regnis docente fides increpat
Apostolus dicens Iam saturati estis ro
gantes et quales epi clerici et laici post
victoriarum certamina post magnalia
et signa et mirabilia quoque narrata
noscuntur cum hiis omnibus naufragasse
cum voluit humane fragili navigare
cruentos leones domuit infirmitas
delicata qui licet sit vilis et misera
de magnus efficit predam. Quam in
ordinabilis femine propinquitas iacu
latur cuius vicinitas est delictorum sagittum
De carbonibus scintille dissiliunt inter
bos aspides sibilant. De vestimentis
procedit tinea etc. Frustraque pudicicie
bonum intrinsecus laborioso agone
custodit qui illud infamari forinse
cus efficit vino peius est quia ne
tria continencia dicere criminosam et in
famie facere sermonia. Blasphemia
enim ingerit religioni quam contulit
qui quod confitetur non coram omnibus im
plevit ne vanitatis credatur esse falla
cia et mechatio videatur sanctitatis ve
lamento vestita. Aspectus feminarum

subito et intuitu occurrens velud
sagittas alicuius oculis iactat tolle-
rabilius quam est basiliscum audire sibilan-
tem quam mulierem audire cantantem
Omnis inquiemens sodalitas mulierum
gluten est delictorum et mistum toxicum
quo dyabolus aucupatur utique custo-
dia est cum mulieribus non committenda
puericia et quasi incensiue fomes exhi-
benda et accessio quodammodo fugitiua
Cunctis quidem calamitatibus tollimus
locum dum prudentiam gerimus temporum
futurorum Sed hec est semper humane duritie
incredulitas ut non solum audiendo
sed etiam videndo non credat alios
intisse nisi et semetipsum videat intire
Quid mirum si adam pena seductus
est quem nulla morientium exempla
preterierunt sed una sola iussio constrin-
xerat cum nos nec innumerabiles
mortes nec infinita iussa compescant
utique si adam vidisset mortes et que
facte sunt in nobis olim [illegible] et ci-
e p. [illegible] dico nobis &c. Castitas
seu virginitas est immunis sermone ex-
pugnatio in fame In firmitas castitatis
glorie victoria corporis preda ubertas glorie
captiuitas criminum abolitio scandalorum
pax virtutum debellatio inquietancium
bellorum culmine puritatis carcer libidinis
portus honestatis vita spiritus carnis
interitus status qualitatis angelice similis
humane sibi Jeronimus de illustribus viris

De policrate et ceteris illius temporis

Policrates // scriptoribus xlviii
autem ephesiorum episcopus cum ceteris
Asie episcopis qui iuxta consuetudinem
quandam veterem quarta decima cum
iudeis luna pascha celebrant scripsit
aduersus victorem romanum episcopum sinodi-
cam in qua docet se apostoli Johannis
et veterum auctoritatem sequi de qua hec
pauca excerpsimus Nos igitur inviolabilem
celebramus diem neque addentes aliquid
neque demientes Etenim in asia elemen-
ta maxima dormierunt que resur-
gent in die domini quando venturus est
de celo in maiestate sua et suscita-
turus omnes sanctos Philippum loquor
de xii apostolis qui dormiunt ierapoli
et duas filias eius que virgines senue-
runt et aliam filiam eius que plena
spiritu sancto in epheso occubuit Sed
et Johannes qui supra pectus domini
recubuit et pontifex eius fuit au-
ream laminam in fronte portans martir et
doctor epheso dormiuit et policarpus
episcopus et martir et doctor smirne cubat
Thraseas quoque episcopus et martir de eumenia
in eadem smirna requiescit Quid necesse est
sagaris episcopi et martiris recordari qui in la-
odicia soporatur et papiri beati et melitonis
in spiritu sancto eunuchi qui semper deo seruiens
positus est in sardis et expectat in aduen-
tu domini resurrectionem Hii omnes obseruaue-
runt diem pasche xiiii luna ab euuangelii
tradicione in nullam partem declinantes et
ecclesiasticum sequentes canonem Ego quoque
minimus omnium vestrum policrates secundum doctrinam
propinquorum meorum quos et secutus sum Sep-
tem siquidem fuerunt propinqui mei episcopi et ego octauus
semper pascha celebrauimus quando populus iudeorum
azima faciebat Itaque fratres lxv annos
habens etatis mee in domino et multis de toto
orbe fratribus eruditus peragrata omni scrip-
tura non formidabo eos qui nobis minantur
Dixerunt enim maiores mei Obedire oportet
magis deo quam hominibus Hec propterea proposui
ut ingenium et auctoritatem viri ex paruo
opusculo demonstrarem Floruit seueri prin-
cipis temporibus etate eadem qua narcissus
ierosolime Appion quoque sub seuero principe
in exameron tractatus edidit vi librum
de resurrectione scripsit Hugo ubi supra
Tunc etiam floruit simachus elegans
diuine legis interpres et theodocio grece
gente ponticus qui tercio anno post in-
terpretationem symmachi sedam septuaginta
secundum composuit edicionem In romana quoque
kathedra calixtus zeferino successit
postquam vrbanus romanum tenuit
pontificatum

De morte seueri et imperio antonini caracalle xlix

Imperator autem
seuerus apud eboracum opidum defi-
ciens reliquit filios duos bassianum et
getam Quorum gethas hostis publicus
iudicatus interiit Bassianus autem anto-
nini cognomine assumpto potitus est
patrio regno postquam seuerus vixisset
annis lxv defunctus est vir bellicosissimus
omnium qui ante eum fuerunt et grecis
ac latinis litteris [illegible] sim sufficienter in-
structus Fuit [illegible] etiam ac ingenio
et ad omnia que intendisset sinceris
perseuerans beniuolentia non quos se-
mel amasset mirabili atque perpetua ad
querendum quoque diligens et ad lar-
giendum liberalis et in amicos et in-
imicos pariter vehemens Eusebius in
cronica Romanorum igitur xviii

antoninus caracalla cepit anno domini cc° viij° mundi v° iiij c° lxxvj Et imperavit annis vj Hugo ubi supra. Hic severi filius fuit idem qui et bassianus fuit autem libidine intemperancior patre qui etiam novercam suam duxit uxorem Eusebius in cro. Hic caracalla cognominatus est propter genus vestis quod rome erogaverat et ergo caracalle cenis nomine antoniane dicte in vj li° hist. eccl. Eo tempore quam plurimi erant qui confessionis gloriam que sperant dei tamen providencia fuerant reservati In quibus alexander quidam de quo paulo ante meminimus confessionis titulo satis clarus in iherosolimorum ecclesie subrogatus episcopus cum superesset adhuc narcissus qui prius ibi functus est pontificatus officio

De sancto narcisso episcopo iherosolimorum

Accidit aliquando in die sollempni vigiliarum pasche oleum deesse luminaribus Cumque ideo ministris innotuisset meror plebi maximus fuit Sed narcissus fide fidens ministris imperat haurire aquam sibique deferri Cumque detulissent oravit et benedixit aquam et infundi luminaribus precepit Tunc repente novo et [illegible] inaudito genere virtutis natura aque molli pinguedine versa splendorem luminum etiam solito reddidit clariorem. Cumque esset recti et iusti indeclinabiliter tenax quidam hominum nequam male sibi conscii metuentes ne criminum suorum si arguerentur non possent effugere vindictam preveniunt frontibus et criminum parant eum cuius iudicium verebantur. Confingunt igitur adversus eum infame satis et noxium crimen concinnunt auditores. Testes execracionibus producunt qui sub sacramento iuramenti que obiciebantur confirmarent. Prior vero testis tamen si non igni consumeretur vera se dicere testabatur. Alius ita ne regio morbo corrumperetur. Tercius ita ne luminibus orbaretur. Et quamvis ne iuramentis quidem istis quisquam fidelium et deum timencium crederet eo quod vita narcissi et institucio et pudicicia ab omnibus nosceretur ipse tamen eorum que mota sunt indignitatem ac molestiam non ferens simul et secretam ac philosophicam vitam semper habere desiderans subterfugit ecclesie multitudinem et in desertis locis atque agellis secrecioribus delitescit annis quam plurimis At non ille magnus divine providencie oculus quiescit in longum sed impios ultionem periurii ipsa que sibi imprecantes statuerant maledicta involvit. Primus itaque ille testis parva ignis scintilla noctis tempore domo sua succensa cum omni genere omnique familia flammis ultricibus conflagravit. Alius repente ab imis pedibus usque ad summum capitis verticem morbo regio quo fuerat imprecatus repletur atque consumitur. Tercius autem priorum exitu videns et oculum divinum non se latuisse perspicacius prorumpit in medium et audientibus cunctis seriatim universum concinnati sceleris ordine pandit. Tantis autem lacrimis inhumanum quod commisit facinus deflet et incessanter die noctuque perdurat in fletibus usque luminibus orbaretur. Sic igitur figmenti sui huiuscemodi penas dederunt. Narcissus vero cum ita discessum peciisset ac locis semet secrecioribus abdidisset ut ubinam degeret nullus agnosceret necessarium visum est episcopis ut alium pro ipso ordinarent cui nomen erat dius. Cumque eo pro tempore prefuisset ecclesie succedit germanus et germano gordius. Tum ecclesie subito velud redivivus celoque redditus comminus apparet narcissus et rursum fratribus ad presidendum ecclesie rogatur.

Sequitur de successore eius alexandro li

Verum cum ipse iam senior fessus pontificatus ministerio sufficere non posset Alexander supradictus exigente capadocia ubi erat prelate urbis episcopus qui iherusalem adorandi et sanctorum locorum videndi gratia peregrinatus ostensus est evidenti admonitione non solum ipsi beato viro narcisso sed aliis plurimis revelacionibus impletur ut ipsum in loco sancto episcopum detinerent. Postea quod supradicta omnia magis certificatum fuit Eo die quo ingressurus urbem alexandri nunciatus est et multitudo fratrum plurima extra portas in occursum eius egressa est vox celitus omnibus manifeste audientibus facta est dicens Suscipite episcopum qui vobis a deo destinatus est. Itaque res ita completa ut predicta fuerat cunctis palestine episcopis in unum congregatis adnitente quoque ipso vel maxime narcisso iherusalem ecclesie cum eo gubernaculum suscepit. Ieronimus ubi supra. Hic in fine cuiusdam epistole quam scripsit

ad antiochenos super pace ecclesie ait Sa-
lutat vos narcissus qui ante me hic
tenuit episcopalem locum et nunc mecum
eundem locum orationibus regit annos
agens .Cxvj. et vos mecum precatur ut id
sapiatis. Scripsit et aliam ad antioche-
nos per clementem presbiterum allexandrie
De quo supra diximus Item ad origi-
nem et porgeneo contra demetrium
et quod iuxta testimonium demetrij
eum presbiterum constituerit Sed et alie
eius ad diuersos feruntur epistole Septima
autem persecucione sub decio quo tempore
babillas antiochie passus est ductus
est cesaream et clausus carcere ob
confessionem xpi martirio coronatur
hugo ubi supra

De morte carcalle et imperio macrini et gabali .lij.

Cesar igitur aurelius anthonius
contra parthos egressus apud
edissam occisus est corpus
que eius romam delatum vixit autem
fere annis xxx° Cui successit nulla vo-
luntate senatus macrinus palacij
prefectus Eusebius in cronica Cepit autem
anno domini cc° xix° mundi vero iiij° m° c° lxx
vij° et imperauit anno .i. Hoc tempore
abagarus vir sanctus regnauit edisse
ut vult affricanus antiochie decimus
episcopus constituitur philetus hugo ubi supra
Macrinus igitur cum opilius palacij pre-
fectus post anthoninum romanum inuasit
imperium sed eius anno tumultu militari
occisus est Porro marcus aurelius
antoninus gabalus imperio romano
potitus imperauit annis iiij. Eusebius
in cro. hic fuit romanorum xxv° anto-
nini carcalle ut putatur filius Cepit
autem imperare anno domini cc° xx mundi
vero iiij m° c° lxxviij° Huius tempore rome
papatum suscepit xvj. calixtus hugo
hic sacerdos heliogabali templi nullam
sui nisi stuprorum et flagiciorum totius
obscenitatis infamie memoriam de-
liquit hic etiam tumultu militari
rome occiso cum matre peremptus est

De imperio allexandri et translacione sancti thome .liij.

Allexander autem mamee senatus et mi-
litum voluntate imperator cre-
atus imperauit annis xiij. Eusebius
in cronicis hic romanorum xxvj impera-
re cepit anno domini cc° xxiiij° mundi
vero iiij m° c° lxxxvj hic in matrem mameam
fuit nimis pius et obid amabilis
omnibus Huius temporibus rome papatum
suscepit urbanus deinde ponciamus
Auctor. Legitur quod allexander xerxen re-
gem persarum gloriosissime vicisse acinus
victoria cum rediret et sicut legitur in pas-
sione thome apostoli supplicantes ei syri impe-
trauerunt ab eo ut mitterent ad regulos in-
dorum et redderent corpus thome apostoli
ciuibus Itaque translatum est corpus eius
de india ad edissam et positum in locello
argenteo quod pendet in cathenis argen-
teis In qua ciuitate ut ibidem scriptum est
nullus hereticus potest viuere nullus iudeus
nullus ydolorum cultor Sed nec barbari
eam aliquando inuadere potuit Ergo abaga-
rus rex eiusdem ciuitatis meruit epistolam
manu saluatoris scriptam accipere Hanc de-
nique epistolam legit infans baptisatus stans
super portam ciuitatis si quando gens aliqua
venerit contra ciuitatem Eadem quod die qua lecta
fuit aut pacantur barbari aut fugiunt tam
saluatoris scripto quam orationibus apostoli thome
hugo Huius imperatoris mater mamea xpiana
origenem presbiterum ab antiochia euocatum
audire curauit Huius tamen temporibus incliti
martires xpi tiburtius et valerianus cum
beata virgine cecilia rome martirisati sunt
De gestis eius

De sancta cecilia et tiburcio et valeriano sequitur .lv.

Cecilia hec nata ex preclaro genere ro-
manorum ab ipsis cunabulis in fide
xpi nutrita diebus ac noctibus
virginitatem suam conseruari a domino
precabatur Desponsata autem cuidam iuueni
valeriano dum dies imperarum instaret
biduanis et triduanis ieiuniis orans se
sanctis omnibus commendabat ut eorum pre-
cibus suam pudiciciam custodiret Cum
hec agerentur cecilia sponsum suum in cubiculo
sic hortatur Secretum amice dilectissime
tibi volo dicere si tu illud sub iuramento
promiseris obseruare Quo iurante angelum
dei habeo inquit amatorem qui nimio ze-
lo custodiens corpus meum si vel le-
uiter senserit quod tu castitatem meam vio-
lare presumas contra te grauissime irascetur
Si vero senserit quod diligas me et castitatem
meam custodias ita quoque te diliget
sicut et me et ostendet tibi graciam suam
Tunc valerianus nutu dei timore corep-
tus Si me inquit ut credam quod dicis
ostende michi angelum ipsum Et si probauero
quod vere angelus sit faciam quod
hortaris Si autem virum alium diligis
et te et ipsum gladio feriam Cecilia vindit

Si michi credas et te baptisari permittas
poteris eum videre. Statim Valerianus
perrexit et secundum signa que acceperat invenit
sanctum Urbanum papam qui inter sepulcra
martirum latitabat. Cui cum dixisset verba
Cecilie gavisus est valde et genibus
flexis cepit pro illo orare. Tunc subito
apparuit in niveis vestibus quidam senex
tenens librum aureis litteris scriptum. Quem
videns Valerianus pre nimio timore quasi
mortuus cecidit et a sene elevatus sic
legit: Unus deus una fides unum baptisma
unus deus et pater omnium qui est super omnia
et in omnibus nobis. Et dixit ei senex:
Credis ita esse an adhuc dubitas? Excla-
mavit Valerianus dicens: Non est aliud
quod verius possit credi sub celo. Et sta-
tim senex ille disparuit et Valerianus
a sancto Urbano baptizatus et diligenter
instructus ad Ceciliam redyt invenitque in-
tus angelum Cecilie orantem astantem
qui duas coronas ex rosis et lilys ferens
alteram Cecilie alteram Valeriano dedit
dicens: Istas coronas mundo corde et corpore
custodite quia de paradiso dei ad vos eas
attuli nec umquam marcescunt nec odorem
amittent. Post hec dispente angelo Tibur-
tius frater Valeriani ad eos ingressus est
et statim mirari cepit unde tantus
odor rosarum et liliorum spiraret. Dicit ei
Valerianus: Dicat me me orante hunc
odorem sensisti ita coronas ex rosis et
lilys quas habemus et videre non prevales
si michi credideris modo tenues. Tunc
Cecilia et Valerianus ita Tiburtio predi-
caverunt de falsitate deorum de gloria sanctorum
et de pena reproborum de incarnatione et
passione Christi quod ad fidem conversus et a sancto
Urbano baptizatus est. Et tantam dei gratiam
deinceps habuit quod angelos cottidie
videns quidquid a deo petebat accepit.

De passionibus eorundem sequitur lc.

Post hec Almachius Rome prefectus
christianos dispendens audito quod
Tiburtius et Valerianus mor-
tuos sepelirent et assua substantia indigen-
tibus ministrarent vocatos adesse post
longam disputationem duci iussit ad sta-
tuam Jovis ut aut ibi sacrificarent aut
decollati perirent. Et dum ducerentur ita Ma-
ximo corniculario prefecti predicaverunt
quod eum ad fidem domini converterunt pro-
mittentes quod si veraciter peniteret
gloriam animarum in hora passionis eorum
videret. Cumque dixisset eos ad domum
suam ipsi quoque carnifices conversi sunt
et veniente ad eos Cecilia cum sacerdotibus
baptizati sunt. Mane autem facto a sancta
Cecilia confortati continuo extra urbem
immolare educuntur et nolentes sacrificare
pariter decollantur. Tunc Maximus cum
iuramento asserebat se in hora passionis
eorum angelos fulgentes vidisse et animas
eorum de corporibus quasi virgines de tha-
lamo exeuntes quos in gremio suo an-
geli detulerunt in celum. Almachius vero
audiens Maximum cum suis omnibus
se conversum usque ad mortem plumbatis eum
cedi iussit. Cuius corpus Cecilia iuxta Tiburtium
et Valerianum quos ipsa sepelierat in
novo sarcophago sepelivit. Ipsa quoque
deinde Cecilia quasi coniux Valeriani de
suis facultatibus quas iam pauperibus
erogaverat inquiritur. Et dum duceretur ut
sacrificaret tam sublimiter comitantibus
predicavit quod conversi sunt plusquam
quadringentos quos sanctus Urbanus
protinus baptizavit. Unde Almachius eam
eam sibi presentatam post longam altercationem
iussit ad domum suam reduci ibique in bulli-
ente aqua cremari. Sed cum inter liga
igni sub balneo continue ministraret die
integro cum nocte quasi in frigido loco
mansit. Quod cum audisset Almachius
iussit eam in ipso balneo decollari. Quam
spiculator tribus ictibus percussit et caput eius
amputare non potuit. Et quia decretum
erat ne quartam percussionem decollandus
acciperet sic eam semivivam dereliquit.
Que triduo supervivens et fideles con-
fortans dimisit eis cuncta que habuit
et sic eam sanctus Urbanus inter collegas
suos episcopos sepelivit. Gestis eius c

Passio sancti Calyxti pape et calepo-

Anno domini CC°. C dy ppbri lvi
xxij° divino incendio concrema-
ta est pars eminentior urbis
Rome et in templo Jovis manus eius si-
nistra aurea liquefacta est. Tunc venerunt
sacerdotes ad Alexandrum imperatorem pete-
tes ut deos iratos sacrificiis placarent.
Et dum iubente Alexandro sacrifi-
carent subito celo sereno mane diei
Jovis fulminati sunt iiijor sacerdotes ydo-
lorum cum ara Jovis et dies obscuratus
est ita ut Romanus populus fugeret extra
muros. Audiens autem Palmatius consul
quod Calixtus papa cum suis clericis trans
Tiberim latitaret rogavit imperatorem
ut christianos per quos hoc signum contigerat

ad purgatorium ciuitatis deleret. Accepta
itaque potestate palmatius illuc cum militibus
properauit. Sed statim militibus excecatis
territus palmatius alexandro hec nar-
rauit velociter. Tunc imperator iussit ut
omnes ipsi conuenirent et mercurio immo-
larent. Quod dum fieret virgo templi
nomine iuliana arrepta a demone clamauit
dicens deus calixti viuus est et verus
qui nostris pollucionibus indignatur. Au-
diens hec palmatius cucurrit ad sanctum
calixtum trans tiberim in vrbe rauen-
natum et ante ipsum prostratus et veri-
tatem confessus postulauit baptismum.
Statimque baptizatus cum vxore et
familia numero xlii post xxx dies omnia
sua pauperibus erogauit. Et post hec
alexander ipsum sibi putatum simpli-
cio senatori tradidit ut eum mansuete
tractando conuerteret eo quod rei publice
multum necessarius esset. Palmatius vero
semper flente et orante venit ad eum
quidam felix nomine rogans pro vxore
sua paralitica promittens quod crederet
si eam sanaret. Cum ergo palmatius
orasset illa statim sanata cucurrit
cum viro suo ad domum simplicii dicens
Baptiza me in nomine christi qui tenuit
manum meam et eleuauit me. Tunc
palmatius misit ad calixtum papam
et veniens baptizauit felicem cum vxore
sua blandaque ipsumque simplicium et
familiam eius numero lxviii. Hec audiens
imperator iussit omnes qui baptizati fue-
rant decollari et calepodium presbiterum
decollatum et distractum per ciuitatem
in tyberim iactari et capita omnium qui
decollati fuerant per omnes portas ciuitatis
ad exemplum aliorum suspendi. Tunc
papa calixtus fugiens cum clericis
suis in domo ponciani trans tiberim
latuit et quesitum et inuentum corpus
sancti calepodii in manibus suis honorifi-
ce sepeliuit. Audiens hec iterum imperator
adductum sibi calixtum sine cibo et
potu v. diebus durare fecit. Videns quod
eum amplius confortatum iussit eum
diebus singulis fustigari et omnium introi-
tum ad eum prohiberi. Ille autem apparente
sibi sancto calepodio confortatus de-
mente adque priuatum milite vltorum
baptizauit et sanauit. Tunc princeps
alexander iussit illum militem spiri-
batis usque ad mortem cedi et calix-
tum de fenestra precipitatum alligato

que saxo in puteum iactari et iniecta ruda
cumulari. Asterius autem presbiter cum clericis
suis nocte leuauit eum de puteo et in
cimiterio sancti calepodii sepeliuit. Ideo
que asterius post vi dies deponente papi-
tatus et inuentus in vrbe hostia mar-
tirium consummauit. Ex gestis eius. Sequitur
passio sancti vrbani pape cum sociis suis.

Urbanus autem tunc temporis // lvii
genere nobilis sed sanctitate nobilior
ab infancia diuinis virtute absti-
nencie et castitatis ornatus successit
sancto calixto pape persecucione christianorum
adhuc crudeliter seuiente. Cum dogmatis
officium optimis virtutum studiis adornas-
set persecutionem multociens passus multo-
ciens dampnabatur ex vrbe sed a fidelibus
clam retractus in iiii ab vrbe miliario
confluentibus ad se plebis continue predicabat.
Iuxta vrbe diuersis imperatorum successoribus
variata alexander filius mamee cuius
mater origenes conuertit regnare cepit
qui matris precibus coactus est ut christianos
clemens fieret nec innocentibus persecutorum
inferret. Cum ille quidem assensit non tamen
edictis cessauit. Unde almachius prefectus
inimicus totius boni insidiabatur occultis
et publice puniebat christianos. Et inter ceteros
reliquos quos occidit beatam ceciliam de-
collauit quam sanctus vrbanus inter sepulcra
martirum sepeliuit. Cum ergo almachius
sanctum vrbanum vbique iussisset inquiri car-
pasius vnus ministrorum eius cripta autem
intrauit et sanctum vrbanum cum tribus
presbiteris et tribus dyaconibus orante
inueniens statim eos almachio presentauit
Iubetur que aut sacrificare per tunis ioui
aut carcere mancipari. Rapiuntur sancti
ad bimali ut homicide ut vrbis incen-
dires ut rei publice predatores et concepto
idolo in carcerem retruduntur. Vbi dum se
inuicem cohortantes orarent et dum ad
eos conuenirent mane sancto singuli ad papa
cum benedictione episcopi recurrunt et sancti
almachio presentantur. Et diris verberibus
afflictati cum superari non possent carceri
iterum mancipantur. Ad quos venientes
tres viri magnifici tribunicie potestatis cum
duobus presbiteris a sancto vrbano sunt op-
time confortati. Cum verba anolinus car-
cerarius audiens compunctus statim pe-
tit se baptizari et se simul tota nocte
peruigiles mane sancto in ipsa clamando sunt
ingressi. Audito vero quod anolinus christianus
esset cum suis almachio presentatur et sancti

sacrificare renuens decollatur. Sequenti
nocte Almachius Urbanum cum sanctis
alloquitur promittens quod si Iovi thura in-
ponerent soluti libertate et facultates re-
ciperent. Cum quo ad simulacra ducerentur et
ut thura inponere urgerentur sanctus
Urbanus oravit et protinus simulacro
corruente pars templi recidit et xxii
de sacerdotibus qui ignem ministrabant
occidit. Tunc Almachius fugiens timore
et anxietate confectos iubet sanctos cum in-
iuriis introduci et plagis gravissimis
laniari ubi dum bestialiter caperentur Lucianus
dyaconus inter manus credenciam ingerunt
addunt. Cuius corpus iussit prefecti tota
die inhumatum latuit donec Fortunatus
presbiter nocte illud rapiens sepelivit. //
Urbanus itaque iterum receptus ergastulo
dum socios ad perseveranciam inestabili-
ter hortaretur die tercia eductus ad sacrificandum
compellitur et simul ydolum conspuentes
plumbatis crudelissime verberantur. Et
tandem cunctis colla tendentibus trucidantur
et eorum corpora bestiis et avibus expo-
nuntur. Sed statim Carpasium ulcio divina
subsequitur. Dum a cede sanctorum rediens et
ydolis quasi victor sacrificans a demone
corripitur et deos suos blasphemans
et vanos invitus predicans post pau-
lulum suffocatur. Quod videns Marmenia
uxor eius precepit cum filia sua Lucina
et ad Fortunatum et ministrum presbiteros
et baptizate sunt et sanctum Urbanum cum
sociis eius anno pontificatus sui ix°
anno vero domini CC° xxx° decollatum
honorifice condiderunt. Actor. Passio sanctorum
Cirici et Iulite matris eius. lxvii

De sanctis Cirico et Iulita matre
eius quia passio eorum inter apo-
crifas connumeratur scripturas
ob ineptas superfluitates ut dicit sanctus
sit quod inter sancti de Yconio civitate
progenita persecucionem fugiens migrat
ad Cilicie loca Tharsoque est immorata
habebat autem filium parvulum nomine Ciricum
tum cum lacte carnis disciplinam tradidit
divine legis. Insurgente igitur contra
se persecucione sub Alexandro imperatore
tenta est a preside Alexandro nomine
ita pariter in fervencitate. Cumque
cogeretur ydolis sacrificare non modicum
augebatur merori animum quod posita
in principio belli pro confessione fidei sit
destituta videretur solacio parvuli. At
eius tamen suggestione iubente preside

et matre cum veluti presidente perquisitus
tenellus infans Ciricus et a militibus
presidis receptus atque ante ipsum productus
prius quidem blandimentis lenibus ut in-
fans demulcetur deinde minis exasperatur.
Ille vero blandientem eum et minantem
parvipendens mente sincera et disertis-
simo sermone cristianum se esse constanter est
professus et ab hac professione se nullo modo
divelli non posse firmissime protestatus
unde cum ante presidem staret sanctus tre-
clinquis infantulus non ille sed in eo per-
fectius loquebatur spiritus cuius adipe et pin-
guedine replebatur anima et os eius. Dixit
autem Alexander illi volo michi pandas
quis huiusmodi tibi doctrine extiterit
magister simul quod ab hac desistas pertinacia
quam tenent ne predecessorum et imperatoris
contemptu penis afficiaris acerbis. Tunc ad
hec ait infans o preses miror insipienciam qui
in me tantillam cernens etatulam nec
dum temporis articulo tantam discrecio-
nis munus ydoneum penetravis quis
divinam me docuit sapienciam. Auditis
preses impius huiusmodi iurgiis correptus
furore iussit iussit infantem cedi vehemen-
tissime. At ille dum ceditur erectis in celum
oculis et parvis manibus expansis velud
athleta fortis benedicebat deum clamans
in excelsis. Gratias ago tibi domine deus meus
qui virtutem perficis in mea infirmitate. Cum
vero veluti insultans carnificibus cla-
ra voce puerilibus intonabat frequentius
dicens christianus sum. Et quociens eum fe-
rat hanc vocem pie professionis torcores
ei reparabant nove vires corporis ita
ut preses et cuncti qui aderant tanta
inbecillis mirarentur sufferenciam etatis.
At gloriosa mater in tali agone cum posita
videns exultavit quod toto corde video
extensis manibus medium in voce exul-
tacionis et confessionis glorificabat deum
et ut in fide persisteret hortabatur filium.
Verebatur enim ne forte cederet in flagellis
pre teneritate corporis. Item preses iussit ea-
dem filio sibi sublato et perseverantes
in fide diversis penis torqueri ac de-
mum horrori carceris mancipari. Iucundi
autem custodia vincti erant circiter CC-
CCti et olim viri quos hortabantur
sancti quatenus ad fidem Christi testantes non
esse nomen aliud sub celo in quo possit
salvari. Cumque illa confitetur se cre-
dere unum deum esse patrem et filium
et spiritum sanctum preses data sentencia iussit

eos plecti capitali pena. At Circus et Iulita dum frequentibus passionibus suis deum glorificarent de vinculis ad ebumalia et atribus ad vincula renovati membra variis cruciatibus distensi perpendens tyrannus eos in suffendo alacres interrando insuperabiles iussit eos decapitari. Tandem inebriatim concisi et ne sepelirentur dispersi ab angelis collecta nocte a Romanis sepulti sunt. Horum passio recolitur xvi kl. iulii. De gestis eius

De sancta Martina et viii martiribus. lix.

Eodem tempore sancta Martina passa est feliciter sub Alexandro imperatore. Que cum esset Rome virgo nobilis et splendida senatorum progenie orta ab infancia sacre scripture misteriis fuit informata omnibusque virtutibus erat adornata. Multasque possessiones et divicias habens pauperibus largiter erogabat. Porro ministri Alexandri imperatoris ab eo iussi ut Romanos comprehenderent et ydolis sacrificare compellerent hac illacque per urbem abeuntes virginem in oratione positam invenerunt inprimitam imperatori adduxerunt. Qui ut eam vidit eius amore speciei captus et sperans sibi subdi posse dum eius ait: O puella clarissima spero te mecum sociari et reginam vocari dominamque palacii mei. Sed accede nunc et sacrifica deo Apollini. Cui respondit: Ego me obtuli deo vivo qui corpore casto delectatur et corde mundo. Ipsi sacrifico meque tota devocione commendo. Imperator autem iussit sacerdotes Apollinis adesse et sacrificia solita parare et virginem in templum Apollinis introduci. Que muniens se signo crucis cum elevatis in celum oculis et manibus expansis diu orasset ut ydolum illud precipitaret, mox terre motu magno facto ita ut civitas contremisceret Apollo corruit et comminutus est. Et quarta pars templi destructa est et oppressit multitudinem paganorum cum sacerdotibus ydolorum qui astabant. Tunc virgo dixit imperatori: Ecce et adiuva deum tuum Apollinem qui confractus est. Quare non surgit ut adiuvet sacerdotes qui oppressi sunt in ruina templi. Mox vero demon qui in ydolo Apollinis habitabat ululans se in pulverem ydoli voce magna clamabat: O virgo Martina magni dei ancilla que ab habitaculo meo in quo habitavi annis xl me denudasti ac de foribus expulisti. Multi nos sociorum martires precedentes usque nunc me minime manifestaverunt cum essem in pietate multis hominibus sub nomine spiritus nequissimos tot. Hii qui michi pagani cotidie cras multas hostias offerebant. Tu autem me effugasti tartareo tradens igni. Tunc ille demon vociferans clamans et stridens ibat. Unde vero prosiliebat tenebre videbantur et omnes presidentes turbabantur. Imperator autem non intelligens hoc factum esse divina iussione precepit virginem alapis cedi et uncinis palpebras eius disrumpi. Quod dum fieret carnifices huius sceleris ministri clamabant: Ve nobis peccatoribus quia magis quam hec virgo cruciamur. Viros quatuor viros splendidos ante illam videmus et quas ei penas ingerimus magis nos ab illis suscipimus. Beata autem virgo aspiciens in celum benedicebat deum. Et tamen plures viri erant qui eam cruciabant. Dum orasset ut eos ad rectam fidem converteret lumen eos circumdedit et vox de celo sonuit dicens eis: Propter famulam meam Martinam peperci vobis. Tu autem filia considera ego sum quem invocas nec permitto tibi dominari ab hoste. Post hec illi viii viri cadentes in faciem rogaverunt virginem ut pro eis ad dominum veniam impetraret de hiis que in eam presumpserant. Imperatori non astantes constanter et alacriter dixerunt: Nos imperator ydola tua a quibus usque nunc seducti sumus nunquam adoramus quia probavimus in Martina virtutem omnipotentis dei cognovimus. Quibus Alexander iratus ait: O stulti decepti estis per incantaciones christianorum in quibus confiditis. At illi: Vere inquiunt scelestus es et diabolus habitat in te quia non cognoscis qui te fecit et dedit tibi hanc potestatem coinquinat usque in finem animam tuam. His verbis commotus imperator iussit eos suspendi et carnes eorum lacerari. Iussi non aperiebant nichil dicebant sed celum intuentes dominum tacita mente implorabant. Et nichil amplius ferens rex capitalem sentenciam adversus eos dedit. Qui orantes et signaculo Christi munientes se tetenderunt cervices et cum leticia pro nomine Christi sanguinis suis finem adepti sunt mense novembris xvii die tercia. Sequitur

De agone sancte Martine. lx.

Alia die sedens imperator pro tribunali
dixit Introducatur illa incantatrix
ut istius eius incantacionem videamus
Ingressa igitur martina cum sacrificare nol
let iussit eam imperator expoliari et sus
pendi et carnes eius cum gladiis inci
di At illa videbatur candida sicut nix
corpus que eius pre splendore respicientes
caligare faciebat Ex vulneribus autem
corporis eius lac pro sanguine emanabat
et odor maximus tamquam effusorum aro
matum fraglabat Cumque orationem fudisset
et imperatoris verba contempneret insuper
et artes eius insaniam argueret iussit
eam pincebra in modum palis extendi
et fustibus cedi Quod dum fieret ministri
cedentes deficiebant viribus et obse
crabant imperatorem dicentes libera nos ab
hac puella et a bestiis pro eius angeli enim
dei verberaverunt nos vectibus ferreis
et in nervis ac medullis cruciamur insuper
et carnes et ossa nostra sicut ab igne cre
mantur Imperator autem iussit eam amplius
cedi omnesque cedentes eam facti sunt
mortui Imperatore non confusione ne
sciente quid ageret eumenius dives
cognatus eius suasit ei ut eam iterum
mitti iuberet et adipum pinguedine fer
vide dissoluta lavaretur sicque claritatem
eius coinquinaret Quod et imperator
fieri iussit At illa cantans gaudens
intravit et glorificans deum orabat
multorumque voces audiebantur cum ipsa glo
rificancium deum Mane autem facto missus
ab imperatore limenius ut adduceret eam
odore suavi repletus est Dixerunt que
comites eius Cives sunt odorem sentiunt
que martinam diligunt Alii vero dice
bant quia dii priores apparuerunt Apiens
autem limenius ianuam vidit lucem
magnam circumfulgentem eam Ingressum
que eum sicut fulgur circumfulsit et pre
timore in terram cecidit vix que surgens
et ingrediens vidit beatam martinam
in sede gloriosa sedentem et multitudinem
virorum albatorum circa eam Ipsa que tabu
lam auream tenebat in manu in qua
scriptum erat Quam magnificata sunt
opera tua domine omnia in sapientia fecisti Ti
mens que limenius ad palacium abiit
et imperatori mirabilia dei nunciavit
At omnes cum rege stantes dicebant li
menium maleficiis virginis seductum
demumque viris albatis dispergentibus educ
ta est virgo de carcere et imperatori pre

sentata iussa est dee arthemidi sacrificare
Que templum ingressa demon qui habi
tabat in ydolo clamabat Ve michi quia
ignibus me persequitur per quos angelos templi
Cum cum virgo precepisset ut se moveret
et stridens exiret mox tonitruum cum
fulgore factum est Ignis enim de celo cecidit
et combussit sacerdotes et ydolum arthemidis
in favillam redegit De fine agonis

Tunc virgo quasi eiusdem lxi
destructrix templi iussa est in tedi
et membra eius cum spatis incidi
ac circa mamillas ungulis attrectari
Cumque in his omnibus constans staret et
deum glorificaret iussa est feris tradi
ut discerperetur et dissipata moreretur
Tunc immanissimus leo contra eam dimissus
est qui non comederat diebus tribus
ut eam devoraret Egressus que rugiit
super eam non terrorem ostendens sed compassionem
agitans que caudam et facie blandiens
ambulavit ad eam ut inclinans se oscu
labatur pedes eius Illi vero dicebat ful
ges in virtutibus tuis deus Prospicio enim
a dextris et a sinistris angelos divinitatem
tuam glorificantes et virtutibus sedes
in manu contra dicentes mores que eam
in maiestatem tuam pugnantes Hoc imperator
videns iussit leonem in caveam remitti
Qui surgens impetum fecit et super
dominum eumenium cognatum regis interfecit
Imperator iratus et valde tristis iussit
eam tradi igni atque consumi Accenso igitur
copiosa eaque iactata in medio mox plu
via magna facta est et ventus veniens
flammaque dispersa omnes circumstantes in
cendit Ac imperator iussit comam capitis
virginis radi dicens in capillis eius
esse maleficia quibus deputabat mi
rabilia dei Cui illa ait Teste apostolo mu
lier comam si nutrierit gloria est illi Tu autem
gloriam quam dedit deus femine eius
amputasti Auferet deus a te regnum
et ecclesiam dei persequeris et in dolore nimio
mortem expectabis Tunc iussit eam in
templum in quo erat zeus includi clau
sitque ianuam et signavit anulo suo Im
perator autem et sacerdotes omni die veni
entes ad templum non audebant ingredi
quia voces audiebant multorum angelorum
dicebat autem imperator hiis qui secum
erant Magnus deus zeus omnes
deos congregavit ut martinam instruat
et moveant Tercia die iussit tauros
immolari et aperientes viderunt eam

splendentem et cum ea viros speciosos
Dyanam cecidisse et in pulverem redactum
esse Stupefactus autem imperator dixit virgini
ubi est deus zeus At illa xpi virtus
hunc combussit sicut appollinem et arche-
midem Tunc imperator iussit eam extra
civitatem duci et gladio caput eius am-
putari Quo facto vox facta est de celo
dicens Quia casta permansisti martina
virgo ingredere cum omnibus sanctis regnum
et inchoatum letare cum deo Facta autem
hac voce carnifices in facies suas ce-
ciderunt et mortui sunt Tunc venit
episcopus et omnis clerus romane ecclesie
et sublatum corpus sepelierunt honori-
fice Imperator autem alexander eadem die
percussus est dolore cordis et carnes
suas comedebat gemens ac dicens
Miserere mei deus daniorum quia nomen
tuum persecutus sum Sicut fecit credidisti
michi Factus quoque est terre motus magnus
et crediderunt ea die milia ii et ccc
Completum est autem martirium sancte virginis
martine die prima mensis ianuarii Euse-
bius in cronicis De sancto ypolito et
berillo episcopis et libris eorum lxvi

Temporibus alexandri ypolitus
et berillus episcopus arabie clari
scriptores habebantur Ulpianus
quoque iurisconsultus assessor alexandri
insignissimus habetur Jeronimus de illustribus
viris Ypolitus episcopus qui racionem pasche
et temporum canones scripsit usque ad primum
annum alexandri imperatoris xvi annorum
circulum reperit et eusebio qui super
eodem pascha xviii annorum annorum cir-
culum composuit occasionem dedit Scripsit
et nonnullos in scripturis commentarios in quibus
hec repperi In exameron et exodum et
Canticum canticorum et in genesim et in
zachariam de psalmis de ysaia de da-
niel de apocalipsi de proverbiis de ecclesiasten
de saul et phitonissa de antixpo de resur-
rectione contra marcionem de pascha
adversus omnes hereses epitomia iam declam
de domini salvatoris in qua presente origene
se loqui in ecclesia significat In huius
emulacionem Ambrosius quem de marcio-
nis heresi adversam fidem correptum
diximus cohortatus est origenem in scrip-
turas commentarios scribere prebens ei vii
et eo amplius notarios eorumque expen-
sas et librariorum parem numerum et quod
hiis maius est incredibili studio cotti-
die ab eo opus exigens unde et in quibusdam
epistola ergodioctem eum origenes vocat
Berillus ambilotriensis episcopus cum aliquanto
tempore gloriose rexisset ecclesiam ad extre-
mum lapsus in heresim que xpm ante incar-
nacionem fuisse negat ab origene correptus
scripsit varia opuscula et maxime epistolas
in quibus origeni gracias agit Sed et ori-
genis ad eum littere sunt Hoc et catalogus
origenis et berilli in quo heresos coarguitur
Claruit autem sub alexandro mamee filio
et maximo et gordiano qui in imperium
successerunt Eusebius in cronicis De tempore
maximini et sancta mecliam lxvii

Post alexandrum magunciaci tumul-
tu militari occiso romanorum xxvius
regnavit maximinus annis tribus
hic primus ex corpore militari sine senatus
auctoritate ab exercitu imperator electus est
anno domini cc xxxvii mundi vero iiii et cc
hugo ubi supra hic propter familiam alexandri
cui successerat et mamee matris eius fami-
liam excitavit in sacerdotes et clericos persecucionem
unde rome poncianus papa qui urbano
successerat in exilio conatus est Actor In ge-
stis tamen romanorum pontificum legitur quod pon-
cianus papa et ypolitus presbyter exilio sunt de-
portati ab alexandro in sardinia insula
buciana severo et quinciano consulibus In
eadem insula afflictus maceratus fustibus
defunctus est iiii kalendas novembris et in eius
locum ordinatus est anterus xi kalendas
decembris Cuius beatus fabianus adduxit
cum clero per navim et sepelivit in cimiterio
calixti via appia Antherus nacione grecus
ex patre romulus sedit annis xii martirio
coronatus est Fuit autem temporibus maximini
et affricani consulum hic gesta martirum
diligenter a notariis exquisivit et in ecclesia
recondidit propter quendam maximinum pres-
biterum qui coronatus est in iiis hic se-
pultus est in cimiterio calixti via appia
tercio nonas ianuarii Eusebius vi libro
Tunc origenes librum de martirio ad am-
brosium scripsit Qui cum ad plurimos venisset
tamquam iterius quibusdam validissime
stabilita sponte se ad confessionem nominis
xpi offerebant Ex quo et maximinus
extitit confessor tribus annis a maximino
persecucione commota in quibus finem per-
secucionis fecit et vite hugo ubi supra
Itaque maximinus iulius qui et maximianus
legitur appellatus tercio quo regnabat
anno a pupieno tyranno aquileie inter-
fectus persecucionibus et vite finem simul
fecit. Post quem pupienus et balbinus

frater eius usurpavit romanum imperium sed sta-
tim in palacio cesi sunt. De temporibus Gordiani
et scriptis Affricani sequitur. lxxiiii
Gordianus itaque in regimen sublima-
tus romanum imperavit annis vi.
Eusebius in cronicis. Cepit autem
anno domini ccxl mundi vero iiii cc iii.
Huius diebus rome Antero pape Fabianus
successit. Floruit etiam eadem tempestate
Affricanus vir inter scriptores ecclesiasticos
nominatissimus. Porphirius quoque philosophus
et thospinnpus et Victor sophista apud
Athenas. Ieronimus de illustribus viris. Iulius Affri-
canus cuius quinque de temporibus extant vo-
lumina sub imperatore Marco Aurelio An-
tonino qui Macrino successerat legacionem
pro instauratione urbis Emaus suscepit
que postea Nicopolis appellata est. Huius est
epistola ad Origenem super questione Susanne
eo quod dicat hanc in hebreo fabulam non
haberi nec convenire cum hebraica ethimo-
logia. Contra quem doctam epistolam scripsit
Origenes. Extat eius ad Aristidem altera
epistola in qua super diaphonia que videtur
esse in genealogia salvatoris apud Matheum
et Lucam plenissime disputat. Eusebius
in cronicis. Gordianus autem admodum
adolescens Parthorum natione superata cum
reverteretur ad Persiam fraude Philippi prefecti
pretorii haud longe a romano solo inter-
fectus est. Huic milites tumulum edifi-
cant qui Eufraten imminet ossibus eius
romam revectis. De duobus Philippis
imperatoribus sequitur. lxxv capitulum

Romanorum igitur xxiiii regnavit
Philippus annis vii. Cepit autem
anno domini ccxlvi mundi vero iiii
cc v. Hic filium suum Philippum con-
sortem regni fecit. Primusque omnium
ex romanis imperatoribus christianus fuit.
Regnantibus Philippis millesimus romane
urbis completus est annus. Ob quam
sollempnitatem innumerabiles bestie mar-
tio magno interfecte sunt ludique in
campo Marcio theatrales tribus die-
bus ac noctibus populo pervigilante
celebrata. Hanc ubi sepius Philippo
imperatori interesse volenti vigiliis pas-
che et communicare misteriis restitit
Fabianus papa nec permisit donec con-
fiteretur peccata et staret inter penitentes.
Actor. Qualiter isti imperatores ad fidem
Christi conversi sunt legitur in vita beati Pon-
cii martiris qui sub Decio passus est sicut
in sequenti libro narratur. Occasione
igitur hac etiam ipsius Poncii vitam ab ex-
ordio nativitatis usque ad eius martirium
in presenti loco inserere volui in hunc modum.
Ex gestis eius. De bona indole sancti
Poncii. lxxvi

Huius pater quondam
senator urbis rome fuit Marcus
nomine mater vero Iulia. Hec tamen pre-
gnans olim ydolorum templa cum
viro suo portans munera circuiret. Ut
ad templum Iovis cum ingrederetur
forte sacerdos velato capite infulatus
ad aras stabat qui arreptus a demone
apprehendensque velamen simul et infu-
lam cepit eam minutatim scindere voce mi-
serabili ululans omne templum clamo-
ribus conplevit. Hic inter ingemens cum multo
conclamat qui magnum hoc templum funditus
subvertet et deos eius comminuet. Cum-
que iterum ac iterum has repeteret voces Marcus
et Iulia hoc audientes conpavescentes fugiunt
ipse positam domum arripiensque Iu-
lia sexum aliud suum lateraque tundens
dicebat utinam non eum concepissem per quem
magnum templum et numina eius erit
evertenda. Dolendus est ut ego ipsa cum
hoc deficiam. Cumque dies pariendi adve-
nisset edidit puerum honestum sine
ulla macula quem credebant tantis
suppliciis maceratum condempnare quam
mater aut pater vel illa interficere penitus
intendebat. Cui Marcus pater eius dixit
Hunc vero cum interficias. Si Iovis vo-
luit vindicet se de inimico suo. Nos autem
non extendamus in eum manus nostras. Hicque
conservatus est puer. Quem ex genere
suo Poncium vocaverunt. Unde accidit
quod in templa ydolorum numquam induceretur.
Sed cum ad puerilem venisset etatem
magnis doctoribus imbutus omnium fere
philosophorum nil dispar ceterum litteris polle-
bat omniaque memorie retinebat.
Cumque quadam die diluculo assurgens
ad preceptorem suum pergeret audivit christianos
quibus tunc ipse Pontianus preerat
psallentes et dicentes Deus autem
noster in celo omnia quecumque voluit fecit.
Simulacra gentium etc. Quod hoc audiens
puer et suspirans spiritu sancto compunctus
flere cepit et elevans palmas ad
celum dixit Deus cuius laudem isti
decantant omnem michi noticiam tuam.
Cepitque pulsare ad ianuam. Tunc sanctus
presbiter revelante sibi spiritu sancto ait aperite
et sinite intrare puerum talium est
enim regnum celorum. Puer ergo Poncius

relictis pedagogis suis in vico ingressus
est cum uno adolescentulo qui cum eo
studebat nomine Valerio et inquisita
veritate de carmine quod audierat
eos tamen a sancto Ponciano salubriter
in fide instructus est cum collegis suis
Quem abeuntes leti cottidie redibant
ad sermonem dei et audiebant verbum
salutis Cumque rediret Poncius ad
patrem suum requisitus an percepisset
aliquid a preceptoribus suis diebat imo
que melius auribus meis audivi
quam hodie vel heri Tandem ipsi patri suo
ydola nichil esse ostendit et introducto
ad eum sancto Ponciano ad fidem eum
convertit Itaque ipse Marcius simul cum
sancto Ponciano episcopo et filio suo omnia
ydola in manibus suis confringens ba
ptismi graciam cum filio suo vel omni
domo sua suscepit Qualiter primi
imperatores sunt conversi lxvii

Nec multo post eo defuncto pu
er Poncius apprehensus a multi
tibus et in curiam productus
loco patris sui volens ac repugnans
constituitur Talem quoque graciam ei dominus
contulit ut in omni curia vel palacio
spirituali ab omnibus amaretur Ipsis diebus
sanctus papa Poncianus gloriosa morte
migravit ad dominum Post quem Antheros
prefuit ecclesie mense uno Deinde Fa
bianus in pontificatum succedens ita
beatum Poncium ut verus pater verum
filium diligebat Beatus autem Poncius
iam patre suo mortuo omnes facultates suas
accipiens beato Fabiano tradidit et eas
pauperibus distribuit Duobus autem Phi
lippis imperatoribus id est patri et filio cum
esset amicus quadam die anno millesimo
ab edicione Rome dicunt ei carius
et reppiacimus nobis deos magnos
nostros qui annum circulum natalis Rome
perduxerunt Quos cum beatus Poncius
diversis occupacionibus declinare in
tenderet illi velud amicum cogebant
ad sacrificandum At ille videns
adesse datam sibi occasionem ait
Optimi imperatores cum a deo prin
cipes hominum ordinati sitis cur non ei
qui vobis honorem hunc prestitit cer
nices flectitis et ipsi soli sacrificium
laudis offertis Philippus imperator
dixit Propterea et ego magno deo Iovi
sacrificium offerre desidero qui michi
hanc tribuit potestatem Beatus Poncius

subridens respondit Ne erres imperator est
deus in celis qui cuncta verbo suo constituit
et gracia sancti spiritus animat Quid plura
imperatores hiis et aliis verbis eius credi
derunt et a sancto Fabiano papa bap
tizati sunt Quem sanctus Fabianus et Poncius
templi magni ydola omnia confregerunt
et ipsum funditus subverterunt multique de
populo ad noticiam domini convertentes alacriter
baptismum susceperunt Hugo ubi supra
Porro ambo imperatores diversis in locis
fraude Decii successoris sui circumventi
sunt et occisi Eusebius in cronicis De
imperio Decii et Fabiano papa lxviii

Romanorum imperator xxvi regnavit De
cius annis i et mensibus iii Sept
anno domini ccliiii mundi vero iiii
cc xvii Hic ex Pannonia inferioribus Dal
maciis natus fuit Qui cum Philippum
patrem et filium interfecisset ob odium eorum
christianos persequi movet Ysidorus in libro
vi Iubet Fabianus urbe Roma mar
tio coronatus sedem eius sanctus suo Cornelio
reliquit Ex libro pontificum Hic Fabianus
natione romanus ex patre Fabio sedit
annis xiii Et passus est xiiii kalendas februarii
Hic regiones divisit dyaconibus et fecit
vii subdyacones qui vii notariis immi
nerent ut gesta martirum in integro fideliter
colligerent et multas fabricas per cimiteria
fieri precepit Et post passionem eius
Moyses et Maximus presbiteri et Nicostratus
dyaconus comprehensi sunt et in carcerem
missi Eodem tempore venit Novatus
ex Affrica et separavit de ecclesia Novacia
num et quosdam confessores postquam
Moyses defunctus est in carcere qui fuit
ibi mensibus xi et sic multi xpiani fuge
runt per diversa loca Actor legitur Quod
Fabianus iste cum de quodam loco cum
amicis rediret et papa defuncto de
eligendo papa omnis populus loqueretur venit
inter eos qui exitum sciret volens et su
bito sicut deus providerat candida co
lumba super caput eius de celo descendit
Qui tandem anno pontificatus sui xiiiio
iussu Decii decollatus est Eusebius ubi
supra Eadem persecucione Alexandrinus
episcopus nimium professione xpi iudicibus
sistitur et vinculis carceris traditur
dumque cum longeue etatis veneranda
canicie prefulgeret postea quam frequentibus
passionibus suis et cruciatibus glori
ficaverat dominum deum de vinculis ad tribu
nal et a tribunalibus ad vincula revocatur

inter ipsa vicissim sibi succedencia tormen-
ta deficit. De Dyonisio Allexandrino
Dyonisio et libris eius lxix

Dyonisius vero allexandrinus episcopus
per illud tempus sicut ex ipsius
epistolis verissime comperimus in multis sepe
confessionibus satis clarus efficitur et
per passionum tormentorum quoque diversitate ma-
gnificus. Denique refertur insectantibus
se quibusdam ridisse. Aliud insectando
laboratis. Caput meum per quo magno
ope fatigatum aliquam terminabis sicut te
et domum magnum adiutorium referte.
Ieronimus de illustribus viris. Hic Dyonisius A-
lexandrine urbis episcopus sub eraclea scola
presbiter tenuit et origenis valde insignis
auditor fuit. Hic in ciprianum et affricane
synodi dogma consenciens de hereticis ba-
ptizandis plurimas ad diversos misit epi-
stolas que usque hodie extant. Sed et
ad fabium antiochie ecclesie episcopum scribit
de penitencia et ad romanos per ypolitum alteram
et ad sixtum qui stephano successerat
ii epistolas et ad philemonem et ad dyonisium
postea romane ecclesie presbiteros duas
et ad eundem quoque dyonisium postea roma-
num episcopum et ad novacianum causantem quod
invitus rome episcopus ordinatus esset cuius
epistole hoc exordium est dyonisius novacia-
no fratri salutem. Si invitus sicut dicis or-
dinatus es probabis cum volens recesseris.
Est eius et ad dyonisium et ad didimum
altera epistola de pascha plene declama-
torio sermone conscripta et ad allexandrinam
ecclesiam de exilio et ad heraclam in egip-
to episcopum et alia de mortalitate et de sabbato
et ad hismamonem et alia de persecucione
decii et ii libri adversum nepotem episcopum
qui mille annorum corporale regnum suis scrip-
tis asserebat. In quibus de apocalipsi
iohannis diligentissime disputat et adver-
sus sabellium et ad ammonem beronicis
episcopum et ad thelesphorum et ad euphranorem
et iiii libri ad dionisium romane urbis
episcopum ad laodicenses de penitencia. Item
canonem de penitencia ad origenem de mar-
tirio ad armenios de penitencia et de ordine
delictorum de natura ad thimotheum de temp-
tacionibus ad euphranorem ad basilidem
quoque multe epistole in quarum una asserit
se iam in cathasten cepisse scribere commen-
tarios. Sed adversus paulum samo-
satenum ante paucos dies quam moreretur
insignis eius fertur epistola. Moritur
xii galieni anno. Eusebius sexto libro

Relacio eius de martiribus allexandrinis lxx

Idem ipse ipse dyonisius ad fabianum
antiochenum episcopum scribens de hiis qui
sub decio apud allexandriam agones
martirii desudaverunt hoc modo refert
non ex precepto inquit imperatoris apud
nos persecucio sumpsit exordium sed anno
integro principalia precessit edicta minister
demonum qui dicebatur mantis nostra
dimittens superstitiosum contra nos concita-
tus vulgus cuius multitudo succensa
nichil aliud quam piorum sanguinem sicie-
bat. Primo quod religiosum quendam senem
metranum nomine corripientes iubent
impia verba proferre. Quod ille cum facere
recusaret omne corpus eius membra-
tim fustibus collidunt vultumque et ocu-
los acutis calamis terebrantes extra
urbem cum cruciatibus eiciunt. Post
hec mulierem quandam nobilem coyntham
ad ydola perducentes adorare coge-
bant recusantem primo pocius excepta-
tem vincula pedibus innectentes
et per plateas tocius civitatis pertra-
hentes fedo horrendoque supplicii genere
disterpunt. Deinde omnes simul irrue-
runt per domos sanctorum dei diripientes
currentes atque hostili crudelitate cun-
cta fedantes ita ut preciosioribus quibus-
que direptis si qua illa viliora repe-
rerant in medium congregata igni in pla-
teis concremarent. Viri tamen direp-
cionem hanc bonorum suorum sicut apostolus
de illis dixit antiquis cum gaudio
susceperunt. Sed admirandam virginem
longeve etatis appolloniam nomine
cum corripuissent dentes primo ei omnes
effoderunt congestis deinde lignis
extruxerunt rogum comminantes vi-
vam se eam incensuros nisi cum ipsis
pariter blasphemaret deum. At illa
ut rogum vidit esse succensum paulu-
lum quid in semetipsa molitur. Repente
non se e manibus eripuit impiorum atque
in ignem quem minabantur sponte pro-
siliit ita ut perterrerentur eciam ipsi cru-
delitatis auctores quod promptior inven-
ta est ad mortem femina quam persecu-
tor ad penam. Serapionem quoque
domi sue repertum crudelissimis affe-
cere suppliciis ita ut omnes ei iunctu-
ras membrorum prius solverent et de
superioribus precipitarent. Sequitur

De hiis qui in persecucione defecerunt
et hiis qui perstiterunt lxxi

Nullum nobis erat iter, non privatum, nullius platee transitus indulgebatur, neque die neque nocte usquam libera erat facultas, ut cum quis nostrum apparuisset in publicum, statim clamor vulgi et sedicio nascebatur, ita ut vel pedibus traheretur qui visus vel igni esset succenderetur. Ex quo perterritis pene omnibus quidam ex christianis nobilibus statim se sponte impiis actibus ingesserunt, alii conventi tantummodo, nonnulli a domesticis prodita ad sacrificia exercenda et ad immundas hostias properabant; aliqui ex hiis pallentes et trementes, ut magis immolari ipsi quam immolare ydolis viderentur, ita ut etiam aspectanti vulgo viderentur eo quod et admonendum et ad sacrificandum ita inertes timidique videbantur. Alii tamen impudentius ad aras prosiliebant, ut affirmare viderentur se numquam christianos fuisse. Hii vero qui beati effecti sunt tamquam columpne fortissime domini ipsius spiritu confirmati pro fide sua miro virtute adeo precepta admiranda deo et angelis martirii sui spectacula prebuerunt. Quorum primus venerabilis Iulianus podagra astrictus ita ut neque incedere neque stare posset, cum hiis qui eum in sellula portabant offertur. Quorum unus quidem statim negat, alius vero nomine Eunus cum Iuliano pene in domini Ihesu Christi confessione perdurat. Quibus iubentur camelis impositi per omnem civitatem et flagellis hinc inde verberantibus populo inspectante laniari, usquequo finem vite impiis verberibus ponerent. Sed vir quidam militaris cum astiteret et quosdam volentes etiam mortuis illudere cadaveribus prohiberet, clamor repente adversus eum totius vulgi attollitur: capite proinde dampnatur. Macedonius quoque etiam ipse egipcius primo per calumpniam quasi latro delatus est; quo tunc absoluto, post hec quod christianus esset refertur. In hoc vero nulla iudicis moderacio reservatur, sed geminatis suppliciis excruciatum cum latronibus iussit incendi, ignorans quod crudelitate sua optimo martiri salvatoris similitudinem detulit, qui pro salute hominum genus una cum latronibus pertulit crucem. **De hiis qui sponte se obtulerunt. lxxxij**

Stant quedam turma in unum convenerant militum, inter quos Ammon et Zenon et Ptholomeus et Ingenuus et grandevus et Theophilus. Qui tribunalibus astantes, cum quidam christianus a iudice torqueretur et pene ad abnegandum declinaret, dirumpebantur intra semetipsos et vultu, oculis ac manibus ac nutibus velud erigere conabantur eum illum qui in suppliciis positus trepidabat. Inde etiam manus protendere ac totius corporis motibus et habitu dulce inclinati tamquam sublevare lapsantis animos gestiebant. Cumque ad eos omnes et quid de se ipsis profiterentur eorum motibus agnoscentes, prius pene quam in eos vulgus clamoribus insiliret, ibi in medium prorumpunt ac se christianos esse testantur. Tunc vero ipsa iudicis cohors confidencia prestantibus timor, qui nobis constancia animus adcreverat, deum horum tormenta leviora putabant, sponte se cruciatibus offerunt. Ischirion quoque cum rem cuiusdam potentis sub mercede procuraret, iubetur ab eo ydolis immolare. Recusans cogebatur, iniuriis persistens rursum blandiciis mulcebatur. Cum vero utrumque contempsisset, sancta fide validissime tum sudibus terebratus per media viscera necatur. Quid vero memorem quante multitudines in desertis montibus oberrantes fame, siti, frigore, langwore, latronibus, bestiis consumpte sunt. Qui omnes imitati electos dei pro hac gloria martirii coronati sunt. Denique et venerandus senex Cheremon, episcopus qui erat urbis Egipti que dicitur Nilopolis, cum ad Arabicum montem una cum grandeva coniuge diffugisset, nulli ultra apparuit. Et cum ad perquirendum eum plurimi fratrum frequentissime processissent, perscrutatis omnibus locis neque ipsos ultra quisquam neque corpora eorum potuit invenire. **De heresi Novatianorum et de lapsis recipiendis. lxxxiij**

Hec Dionisius de lapsis faciens sermonem. Quo tempore Novatus ecclesie Romane presbiter elacione quadam tumidus spem penitus eis salutis adimebat, etiam si digne penituissent. Ex quo et princeps heresis extitit Novacianorum, qui ab ecclesia separati superbo nomine semetipsos catharos, id est mundos, appellarunt. Ob quam concilium sacerdotale celeberrimum in urbe Roma congregatum est. Ibique statutum est a papa Cornelio Novatum ab ecclesia cum sequacibus alienum esse. Eos vero qui lapsi fuerant medicamine sua misericordie curandos

et fomentis penitencie medicandos. Cyprianus
quoque libro de hiis edidit in quo et lap
sos ad penitenciam cohortando et contra dicen
tes alienos esse a Christo vitalibus statuit.
Actor. Inconstans quoque libro tam ipsius
lapsus esse vere temporalium amorem despexit
in hunc modum Cyprianus in libro de lapsis.
Multos decepit primorum suorum amor re
rum quos facultates sue velud compe
des ligaverunt hiis vinculis hiis cathenis
virtus retardatur fides premitur mens pre
cluditur et spiritus tenetur comedenti qui
terrenis adherent cibus efficiuntur possidere
se credunt qui pocius possidentur censu
sui servi nec ad pecuniam suam domini sed
magis pecunie mancipati. Ex gestis
eius. De sancta agatha et eius agone

Sub persecutione decij // lxxiiij
beata virgo agatha passa est que
in urbe cathanensium nobilis genere
mente et corpore pulcherrima deum semper
in omni sanctitate colebat. Quintianus vero
sicilie provincie audiens famam eius iussit
eam quomodocumque ad se adduci. Cumque eam
vanam cognovisset tradidit eam cuidam me
retrici et ix filiabus eius eiusdem officij
ut per xxx dies ei suaderent quo eius
animum immutarent. Set illa urbis carceret
minis et promissis omnino immobilis non
cessabat flere ardenter desiderans quo
posset ad martirium pervenire. Videns ergo
affrodosia nil penitus sua verba valere
dixit quinciano illi prefato facilius posse
saxa molliri quam mens huius puelle
ab intencione pristina revocari. Quod audi
ens prefectus dixit illi unum tibi elige
de duobus aut deos nostros adorare
aut diversis suppliciis interire. Agatha
respondit. De quibus me suppliciis terres
Si bestiis me trades audito Christi nomine
mansuescunt si ignem adhibeas Ei
plagas et ubera ingeras habeo nunc
spiritum sanctum per quem universa tormenta
contempnam. Tunc iussit eam trahi ad
carcerem. Illa autem letissime et gloriante
carcerem intrabat et quasi ad epulas
invitata agonem domino suo commendabat

De passionibus eius sequentibus lxxv

Sequenti die dixit ei quincianus
quid tractasti circa salutem tuam
abnega Christum et deos nostros
adora ne pietate tibi faciam tormenta
Quod cum illa renueret iussit eam suspen
di in eculeo et torqueri. Tunc agatha
ait Ego in hiis penis delector sicut
qui bonum nuncium audit aut qui videt
quem diu desideravit. Sicut enim quod
oportet flagellari triticum ante quam
reportetur in horreum. Furens igitur
quincianus iussit ei mamillam torqueri
et diutissime tortam iussit eandem
abscidi. Quod cum fieret Agatha dixit
ei. Impie crudelis et dire tyranne
non es confusus amputare in femina quod
ipse suxisti in matre tua. Ille autem iussit
eam sic in carcerem recipi et prohibens
ne introiret medicorum et pane et aqua
ab aliquo ministrari. Et ecce media nocte
apparuit ei quidam senex unguenta
ferens in manu sua et dixit illi. Filia
cum tu ista supplicia sustinebas tibi
aderam et nunc ideo ad te veni ut per
me recipias sanitatem. Agatha respondit
Domine medicinam nunquam corpori meo ad
hibui et turpe est ut perdam quod tam
diu custodivi. Dixit ei senex. Filia ego
Christianus sum et noli medicinam ne me
verecunderis. Agatha respondit. Domine unde
te verecundarer cum sis senex et gran
devus. Ego non licet puella sim ita
turpiter lacerata sum quod si etiam sana
non essem nemo posset de me capere
voluptatem. Sed scias quod nullam recipiam
medicinam quia ihesus Christus me misit
ad te cuius ego apostolus sum. Et in nomine
eius te scias esse sanatam. Et statim
disparuit. Tunc procidens beata agatha
et gracias agens invenit se ex omni parte
sanatam et mamillam suo pectori re
stitutam. Cum ergo tota nocte ex lu
mine Christo custodes aufugerent
carcerem apertum relinquentes rogabat
eam quidam ut fugeret. At illa absit
inquit ut fugiam et coronam pacie
perdam et custodes meos tribulacionibus
tradam. Ego enim adiuta domino perse
verabo meo qui me sanavit et confor
tavit. De consummacione agonis eius

Post quatuor ergo dies // lxxvi
dixit ei quincianus ut deos
adoraret ne graviora adhuc
supplicia sustineret. Agatha respondit. Dij
tui et sine sensu et sine intellectu
quomodo ut ymagines ligneas et la
pideas adorem et deum celi qui me
sanavit dimittam. Dicit ei quincianus
Quis te sanavit. Agatha respondit Christus
dei filius. Quincianus dixit. Iterum
audes Christum nominare. Nunc videris
si Christus te sanabit. Et iussit testas

fractas spargi et carbones ignitos sub-
mitti et ibi nudam agatham volutari
Quod cum fieret Ecce subito terre motus
nimis fortis qui totam civitatem ita
concussit ut paries ruens duos
consiliarios quinciani occideret et populus ad
eum concurreret clamans quod propter iniusta
agathe cruciatum tantum periculum susti-
neret Tunc quincianus quia ex una parte terre
motus ex altera populi seditionem formidabat
agatham mitti iussit in carcerem oravit
et statim migravit ad dominum Quod audien-
tes fideles cum corpus condientes aro-
matibus in sarcophago collocarent
Ecce subito angelus attulit tabulam
marmoream et posuit ad caput eius
Erat quoque in ea scriptum Mentem sanctam
spontaneam honorem deo et patrie libe-
racionem fecit Et hoc miraculum audientes
multi etiam iudei et gentiles sepulcrum
eius multum honorare ceperunt Quin-
cianus autem pergens investigare divicias
eius cum esset in navi duobus equis
calcitrantibus infestatus in flumine precipitatus est et cor-
pus eius nusquam potuit inveniri Re-
voluto anno in die eius mons quidam
maximus iuxta urbem ruptus emisit
ignem qui quasi torrens de monte
descendens et saxa et terram comburens
ad urbem cum impetu veniebat Tunc
multitudo paganorum de monte descendit
et fugiens ad sepulcrum eius arripiens
cortinam qua velat optimum et opposita
igni eum penitus refrenavit Ex gestis
eorum Passio vii dormiencium LXXVII

Decius imperator persequens christianos
cum venisset ephesum iussit
edificari templa in medio
civitatis ut omnes cum eo immola-
rent sacrificiis ydolorum Cum ergo omnes
christianos inquiri iussisset et inventos
aut sacrificare aut mori compelleret tantus
penarum terror cunctis aderat quod
amicus amicum et filius patrem et patrem
filius abnegabat Tunc in illa urbe
inventi sunt vii christiani maximianus mal-
chus marcianus dyonisius iohannes
serapion et constantinus Qui hoc viden-
tes nimis dolebant Et cum essent primi
palacii sacrificia ydolorum spernentes in
domo sua se celabant et ibi ieiuniis
et oracionibus vacabant Accusati igitur
ante decium statuuntur et comprobati vere
christiani dato eis resipiscendi spacio
usque ad reditum decii dimittuntur

At illi patrimonium suum inter pauperibus
expendentes inito consilio in montem
celium secesserunt et ibi secretius
usque ad reditum decii decreverunt Diu
sibi latentibus unus eorum semper ministra-
bat et quociens intrabat urbem figura
se mendici et habitu vestiebat Cum ergo de-
cius in urbem redisset et eos ad sacri-
ficandum perquiri iussisset malchus minister
eorum timens ad socios redit et eis furorem
imperatoris innotuit Qui cum timerent dicente
malcho tamen allatos panes eis apposuit
ut cibo confortati forciores ad pugnam
redderentur Postquam autem cenati sunt
sedentes et colloquentes in luctu et la-
crimis subito sicut deus voluit dormie-
runt Mane autem facto quesiti cum in-
veniri non possent et decius doleret
quod tales iuvenes perdidisset accusati
sunt hucusque in monte celio latuisse
et sua pauperibus erogantes in suo proposito
perdurare Iussit ergo decius ut parentes
eorum adessent et comminatus est eis
mortem nisi decio dicerent quicquid
scirent Illi autem eos similiter accusaverunt
et divicias suas expendisse pauperibus
conquesti sunt Tunc cogitans quid de
eis faceret nutu dei iussit os spelunce
lapidibus obstrui ut ibi morerentur fame
et inopia circumclusi Quod iussit quod
fecerunt et duo christiani theodorus et rufinus
eorum martirium describentes caute inter
lapides posuit Ex gestis eorum &c.

Passio sanctorum petri et pauli cum sociis
imperante decio apud eius LXXVIII
lamsacum comprehensus est petrus et op-
timo proconsuli oblatus Qui cum christiano
se esse constanter confiteretur proconsul iussit
eum adolescentulum speciosum in rota
tendi et ligna interponi postea vincu-
lis ferreis totum corpus eius fecit con-
stringi Quo contorto effracta minutatim
ossa eius defecerunt At quanto torquebatur
tanto forcior apparebat Et tyrannum
stulticiam ridens gratias christo agebat
Cuius proconsul perseveranciam videns iussit
eum gladio percuti Et cum ad civitatem
troadem pervenisset oblati sunt alii tres
Andreas paulus et nichomachus Qui
cum omnes se christianos esse professi essent
iussit nichomachum apprehensum proconsul
torqueri Cumque nimium torqueretur
et iam prope esset ut emitteret spiritum
exclamavit se numquam fuisse christianum
sed demonibus sacrificaturum Tunc

iussus est deponi. Cum sacrificasset arreptus est a demonio. Et elisus in terra comedens linguam suam dentibus conspiravit. Puella autem quedam virgo Dionisia annorum xvi exclamavit dicens: O te infelicissimum hominem qui propter unius hore spacium perpetuam tibi et inenarrabilem penam acquisisti. Interrogata ergo confessa est christianam esse et ideo infelicem illum plangere quod non adhuc modicum tollerasset ut perpetuam requiem inveniret. Proconsul iussit eam duobus iuvenibus corrumpendam tradi, Andream vero et Paulum recludi. Cumque iuvenes virginem ad hospitium suum duxissent, pugnantibus eis usque ad noctem ut vim turpitudinis inferrent marcescebat eorum libido. Apparuit autem ei per totam noctem iuvenis splendidus domum illuminans. Unde timore percussi ceciderunt ad pedes virginis rogabantque ut pro eis intervenire ne quid mali eis contingeret. Videns autem proconsul quod non posset Pauli et Andree perseverantiam superare, flagellis cesis tradidit eos populo. Qui traxerunt eos pedibus extra civitatem ut lapidarentur. Quod audiens Dionisia custodibus evadens currit ad eos iactavitque se super eos corpore dicens: Convivar et ego vobiscum beati famuli dei, nec absque collectatione mea in celo mar... aliena. Quod audiens proconsul iussit eam gladio interfici. Paulus vero et Andreas lapidibus obruti sunt. Ex gestis eius.

De sancto puero Triphone lxxix

Sub decio quoque passus est sanctus Triphon qui ab infancia sua multis miraculis claruit in civitate Sampsaduconie a matre sua caste instructus et a spiritu sancto et ab angelis invitatus venit ad eum alius multi ... femina ... et a x demonibus obsessa. Quam videns ille pauper factus est et super caput eius manus imposuit et oravit. Demones autem clamabant dicentes a vii annorum infante ingehenam mittimur. Cumque sanctus Triphon urgeret eos exire clamavit demon: Rome habeo ambulare propter Triphonem ut et ibi adhuc adveniat evocatus. Tunc gemiens mulier et spumans egressus est ab ea. Que ad pedes sancti Triphonis cecidit, et ille signum crucis faciens manus super caput eius imposuit et sanata est. Et abiit demon non Romam abiens

cuiusdam proconsulis senatoris uxorem graviter vexavit. Et tercio die sanctum Triphonem vocare cepit. Tunc predictis (?) missos querentes per civitates et villas vix invenerunt beatum Triphonem in pascuis oves pascentem, et positum super animal duxerunt Romam. Ibique demone expulso a muliere, nocte raptus ab angelis reductus est Sampsaduconie in patria sua. Iurgianus (Gordianus) autem cesar Rome filiam habebat unicam quam cum vexaret malignus spiritus clamabat rogans Triphonem quemdam anatiarium. Iurgiano autem tristante et dolente hortati sunt eum consiliarii ut ad inquisicionem sancti Triphonis mitteret quem solum sepius invocans immundus spiritus metueret. Consilio itaque milites requirebant ubique Triphonem quemdam anatarium. Et toto pene urbe comoto multi comprehensi sunt qui hoc nomine vocabantur. Sed cum ad puellam ducerentur nemo eam sanare poterat qui non erat ipse qui ex civitate querebatur. Tunc milites per omnes provincias perquirentes invenerunt beatum puerum Sampsaduconie iacentem iuxta ripam lacus ubi et pascebat anates in palude aquarum. Quem interrogaverunt si ipse esset Triphon qui querebatur. Ipse non confessus est se esse quem querebant. Quem statim equo imponentes miserunt imperatori. Cumque appropinquaret civitati clamabat malignus spiritus: Dubio non possum habitare in hac puella quia post tres dies superveniet Rome qui accepit a deo super nos potestatem calcare super scorpiones et dispergere eos. Et clamans immundus spiritus egressus est a puella et sanata est. Imperator vero notavit diem in qua sanata erat puella et advenisset sanctus Triphon Rome. Et hec audito imperator adduci fecit ipsum Triphonem. Preterea post tres dies advenisset Rome quo sanata fuit puella. Deprecabatur quem cum ut sibi sanasset eam ostenderet illi demonem. Cum autem ieiunaret et deprecaretur dominum beatus Triphon, super hoc confestim dyabolus apparuit in specie canis nigri, caudam habens ingentem demissam deorsum. Quo viso metu territus imperator orabat sanctum Triphonem ut a suo conspectu illum iuberet abscedere. Quod cum fecisset nocte ab angelis raptus venit in Sampsaduconie civitatem suam ubi prius domicilium vel villas

virtutes ostendere dignatus est. **De passione eiusdem lxxx**

Tandem imperante Decio cum militibus comprehensus et ligatus ductus est in interamnam civitatem ad presidem aquilinum. Cumque profiteretur se esse christianum requisitus cuius esset fortune dixit fortuna apud christianos non est nec fuit. Sed ut iubes autem scire ingenue sum conditionis. Et quod maximum et egregium est et quod proprio dixi christianus sum. Hoc audiens preses si non obediret constitucioni imperatoris iussit eum suspensum ungulari. Ipse quoque purpure convenus indumentum et precinctus super vestem castitum atque pulcherrimum corpus suum conspiciens cum alacritate gaudii dabat semet ipsum suspendi super lignum ante manus aptans dixit autem preses questionariis ut ungues ferreos afferrent et eius stulticiam tangentes cohiberent. Cumque ungularetur nulla vox egrediebatur ab eo sed immobilem habebat cogitacionem in fide christi. Prefectus autem iussit eum alligatum equis per campos trahi. Cum esset asperrimus imbribus hiemis aspera. Et dissipabantur eius membra absque petram congelata. Exclamante autem eo domine deus ne paciaris hanc iniusti ducatur iniquitatem statim liberatus est. Iussitque prefectus fixulos deferri ac pedibus eius infigi. Et sic per mediam civitatem pruinem et glaciem deduci. Nec sic ad ipsius eum dyabolus prevaluit. Sed interrogatus a prefecto utrum sensisset tormenta ... dixit. Ex toto non sensi quia et in ipsum clavum pedibus meis. Mirante vero prefecto tantum sustentaculum eius et iterum cogitans que essent tormenta que non contemperet iussit eum sarcimentum fustibus cedi. Deinde lampades lateribus eius apponi. Questionariis etiam adimplentibus que iubebat et offerentibus illi lampades viderunt a splendore solis lumine circumlustratum eum et coronas variis variis lapidibus exornatam super caput eius ellapsam ipse non pulcritudine simili excellente et timore conterruit (?) ... Tandem iussit eum prefectus gladio interimi et martirizatus est iiiio nonas maii. Ex gestis eorum. **De passione sanctorum abdon et sennen lxxxi**

Cum decius imperator babiloniam cum aliis provinciis superasset quosdam ibi christianos invenit quos secum ad urbem cordubam deducens diversis ibi suppliciis consumavit et eos duo subreguli rapientes sancti abdon et sennes sepelierunt. Unde accusati et decio presentati romam post eum vincti cathenis ducuntur. et in conspectu decii et senatus introducti aut sacrificare et libertate rerum suarum recipere aut morsibus bestiarum devorari iubentur. Contempnentes itaque et conspuentes simulacra ad theatrum pertrahuntur et ad eos duos leones et ursi quatuor immittuntur. Sed cum eos non tangerent sed etiam custodirent et in ictus in eos gladiis occiduntur. Et ligati pedes tractati sunt et iactati ante simulacrum solis. Cum cum ibi triduo iacuissent quirinus dyaconus eos collegit et in domo sua sepelivit. Ex gestis eorum. **De conversione secundiani et veriani et marcellini lxxxii**

Sub decio quoque secundianus togatus una cum valeriano prefecturam agens in christianos seviebat. Cum sic secundianus tandem secum tacitus cogitare cepit. Cur christiani tanto amore flagrantes mallent pro christi nomine durius mori quam delicate vivere et blandiis persuasionibus principum assentire. Cumque esset eloquentissimus et omni sciencia peritissimus marcellianum qui et ipse sapientissimus erat ut christianorum persecutor ad domum suam invitavit et cum eo variis artium sermonibus disputavit. Tandem ad artem gramaticam sermone retorquentes ad locum virgilii venerunt ubi de inspiratione celi nova loquens velud apperte dominus in carne renovatus est mundus ita tempore octoviani ad cuius laudem suos describit libros dicit aurea secla sic modo nasci. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo iam redit et virgo redeunt saturnia regna. Iam nova progenies celo dimittitur alto. Tu modo nascenti puero quo ferrea primum desinet ac toto surget gens aurea mundo. Cumque sollicite perquirerent de quo virgilius hec dixisset cepit secundianus loqui de christianis qui tanto flagrabant amore ut pro christi nomine mallent mori quam ydola adorare. Aiunt eum inquit iudicem et iudicium fore post mortem illam vitam qua

post istam caducam exspectant futuram
perpetuam et immortalem ubi nullus dolor
et gemitus sed pax et perhenne gaudium
ydola non que nos adoramus deos eorum
omnimodis abhominamur. Christus. Cumque hiis Mar-
cellianus admirans ait Quis est Christus
Ait ille nescit Christus dicitur unctus Numquid
non legisti quid eius hystoriographi di-
cant eum scilicet mortuos suscitasse lepros
mundasse cecum natum illuminasse hiis et ce-
teris signis veram fidem dantes penis arden-
ti amore eternam desiderant Unde et
ego credo quia ipse est deus et dei fi-
lius qui crucifixus et mortuus ac post
triduum resuscitatus in celum ascendit
Quod cum et aquo auditum est deos
nostros talia fecisse quos scimus semper sor-
didissime ac turpiter vixisse hiis et aliis
eius verbis consensit marcellianus Tandem
quoque amborum amicus nomine neranus
Hos tres itaque thimoteus presbiter accersitus
baptizavit Sanctus vero papa sixtus eos
consignavit Decimo eorum lxxxiiii

Post hec sedianus a valeriano pre-
fecto requisitus introivit ad
eum et subito immutatus est
vultus eius tamquam vultus angeli
Valerianus obtenta huius fulgorem
stupefactus ipsum interrogatum et inba-
mutatis Posito permanente iussit in cu-
stodiam retrudi Quem cum comprehensus
duceretur amulitabus marcellianus et
valerianus clamabant ut quem in-
nocentem in custodiam retrudistis Si
in confessione christi nomine hec a nobis
patitur et nos veri sumus qui eius pro
amore christi ad palmam martirii sectatur
Tunc iratus valerianus eos cum
illo simul in custodia mancipari iussit
et cessante sediano verum esse immutatum
Et ille vir credens eum ad se duci
precepit et ait O secundiane cur im-
mutatus est vultus tuus Qui cum vidit
clarior et hylarior est nunc vultus
meus solito quia iam in conspectu re-
gis celi contemplacione mentis assisto
qui me de tenebris ad lucem perduxit
hec visionis Denique iussu decii viri sancti
ducti sunt centum cellis et traditi quo
promoto consulari tuscie Qui cum eos
iubet sacrificare et nollent acquiescere
iussi sunt exspoliari et fustibus cedi
Deinde illis in simulacra exspuentibus
subito cecidit et confractum est Tunc
promotus iussit eos in eculeo suspendi

et latera eorum ungulis carpi et radi
Illis autem inter hec deo gratias agentibus
et orantibus promotus iussit ad eorum
latera flammas adhiberi Cumque diu
arserunt repente unus ex ministris
qui cecus erat ad penam infelicem
insistebat mortuus est Ceteri vero a demo-
nibus arrepti clamare ceperunt O sancti
dei ut quid nos viri torquetis om-
nibus viam hec eadem tormenta que
vobis iniuste inferimus nos intolle-
rabiliter cruciant vobis autem nichil
mali prosunt Videns hec promotus iussit
sanctos dei capite truncari et eorum
corpora in mare precipitari Que cum
dei providencia de profundo ad littus
applicuerunt et ea fimus dei deodatus
nocte colligens sepelivit secus locum
ubi decollati fuerant v° idus augusti
Ex martirologio De ceteris passis

Preterea || sub decio lxxxiiii
iiii° kal marcii celebratur
in civitate pergen pamphilie na-
tale beati nestoris episcopi qui persecucione
decii cum die noctuque divinum insi-
steret postulans ut grex christi custo-
diretur comprehensus nomine domini mira
libertate et alacritate confessus atque
eculeo crudelissime tortus exinde
crucis suspendio victor migravit
ad dominum || Item xvii kal maii apud
persidem civitatem cordula sanctorum olim-
piadis et maximi nobilium quos iubente
decio fustibus cesi et deinde plumba-
tis ad ultimum capita eorum securibus
sunt tunsa donec emitterent spiritum ||
Item pridie kal eiusdem apud lam-
besitanam urbem sanctorum mariani lectoris
et iacobi diaconi quorum prior circa iam
pridem infestacionem decii in confessione
certasset iterum cum beato collega temp-
tatus est deinde post dura et exquisita
supplicia divinis revelacionibus mirabili-
ter confortati atque allevati nominatim
cum multis aliis gladio consummati
sunt Item xiiii kal iunii Rome
via appia sanctorum baloteri et parthenii
eunuchorum quorum prior cum esset prepositus
cubiculi imperatoris decii alter primi-
cerius nolentes sacrificare ydolis ab
eodem occisi sunt Item tercio nonas eiusdem
apud arecium civitatem tuscie sanctorum
pergentini et laurentini fratrum Qui in per-
secucione decii cum essent pueri post
dura supplicia tollerata et magna

miracula ornata gladio sunt Item viii
idus Julii in civitate tyro passio sanctarum
anatholie et audacis sub decio impera
tore Quarum anatholia xpi virgo
diversis plagarum generibus vexata novi
ssime gladio tunc liberata in ordine
est audax quoque in custodia datus
nec morum capitali sua donatur
Item xv kl. novembris sancti asclepia
dis antiocheni epi et iiii non novembris
apud cesaream cappadocie sanctorum
germani theophili cesarii et vital
qui omnes sub persecutione deciana
duxerunt martirium Item xviii kl.
decembris alexandrie sancti serapionis
Cuius persecutores sub decio principe
crudelissimis affecerunt suppliciis
ita ut omnes ei iuncturas membrorum
primus solventes de superioribus eum
precipitarent ac sic xpi martir effectus
est Item iii idus decembris apud
alexandriam natale beati agathonis
martiris sub decio imperatore Cum cum
esset militaris et prohiberet quosdam
volentes illudere mortuorum iniu
riam clamor repente totius vulgi adversus
eum extollitur et ob hanc causam
pietate ea dampnatus est Item xix
kl. ianuarii alexandrie sanctorum mar
tirum heronis arsenii ysidori et dioscori
pueri Quos iudex sub persecutione
deciana variis tormentis dilaniatos
cum pari modo constancia iuberet fide
armatos tradi ignibus iubet dio
scorus vero multiplicat flagellatus
divino nutu ad consolacionem fidelium di
missus est Item x kl. ian. Rome
sancte victorie virginis sub persecucione
decii imperatoris Que cum esset de
sponsata a quodam pagano et nec
nubere nec sacrificare vellet Post
multa facta miracula mir que plu
rimas deo virgines aggregaverat per
cussa est gladio in corde a carni
fice rogatu sponsi sui Item x kl.
ianuarii apud antiochiam sive sanctarum
virginum xl que sub deciana per
secutione per diversa tormenta marti
rium consummavit Hugo ubi supra ¶ De
inde non possimus evolvere quante multi
tudinis hoc persecutionis igne fu
rente in desertis et in montibus
latitantes fame siti frigore lan
guore latronibus bestiis que con
sumpte sunt recta Sequitur in ca

De imperio galli et volusiani et hereticis non rebaptizandis lxxxv ca

Porro decius non totis duobus annis
principatu romano capitis adminis
strato cum filio suo quem cesarem
elegerat in medio barbarorum sinum
interfectus regnum cum vita perdidit Post
hunc gallus hostilianus cum filio suo
volusiano regno potitus imperavit vix
annis duobus Eusebius in cronicis Ce
pit autem anno domini CC° liiii mundi vero
iiii m° et viii° Hugo huius regnum cum
floret in inicio et cuncta ei prospera cedebant
sanctos viros qui pro pace et prosperitate regni
eius deo supplicabant persequi cepit
cum quibus pariter prosperitatem suam fu
gavit et pacem Nam persecucione exorta
est ultio irrogati nominis xpiani et usque
ad perfligendas ecclesias edicta decucurrit
catheonis incredibilium morborum pestis
extenditur Nulla fere provincia romana
nulla civitas nulla domus fuit que
non illa generali pestilentia correpta atque
evacuata sit Hac sola principes insignes
gallus et volusianus dum contra emili
anum novis rebus studentem bellum mo
liuntur civile occisi sunt Emilianus quoque
iii° mense invase tyrannidis extinctus
est Haymo ubi supra viii° libro per idem tempus
exoritur questio maxima a patribus de
hereticis rebaptizandis Nam non placetque
cipriano carthaginensi epo debere eos re
baptizari sed cornelio ceterisque occidenta
libus episcopis manet potius quod sua post
abiectionem pravi dogmatis sola eos ma
nus impositione esse purgandos Victor

De sancto papa cornelio et scriptis eius

Hunc per beatum cornelius lxxxvi
in papatu sedisse temporibus galli
et volusiani Ex ecc. dicit Ieronimus lib
tam romanorum pontificum dicit eum passum
fuisse sub decio Decium autem constat ante
gallum et volusianum imperasse Sed dicit
helinandus gallum vocatum fuisse decium
et secundum hoc binominis fuit Ciprianus
ad antonianum Cornelius karissimus in
multis administracionibus dum sepe pro
meritus ad sacerdocii sublime fastigium
cunctis religionis gradibus ascendit
Tunc deinde episcopatum ipsum nec postu
lavit nec voluit pro pudore quoque vir
ginalis continencie et humilitate ingenite
sibi et custodie verecundie non ut quidam
vim fecit ut episcopus fieret sed ipse vim pas
sus est ut episcopatum coactus acciperet alium

fabiani locus .i. locus petri et kathedra
sacerdotalis vacaret Jeron[imus] de illust[ribus] vir[is]
Cornelius urbis rome ep[iscop]us ad quem
viii extant ep[isto]le Cypriani scripsit ep[isto]lam
ad flauianum antiochene ecc[lesi]e ep[iscopu]m de
synodo romana et ytalica et affricana
et aliam de nouaciano et de hiis qui lap
si sunt tertiam de gestis synodi quartam
ad eundem flauianum valde prolixam et
nouatiane hereseos causas et anathema
continentem rexit eccl[es]iam sub gallo et
et volusiano annis duobus cui ob xpi
martirium coronato successit lucius Ex ge
stis eius **De passione eiusdem lxxxviii**

Audiens et cum decius Cesar
quod ipse papa Cornelius mul
tos ad xpm conuerteret precepit ut
ubicumque inuenti fuissent xpi[ani]
sine audiencia punirentur Cornelius
ergo cum suis clericis comprehensus exilio re
legatur ibique a sancto Cipriano carthagi
nensi ep[iscop]o et multis aliis p[er] l[itte]ras confor
tatus inde reductus decio presentatur
Et dum inmobilis permaneret plumbatis
et flagris cesus ductus ad templum
martis aut sacrificare aut decollari
iubetur Cum ergo duceretur ad locum ce
realis miles rogauit eum ut ad domum
suam diuerteret et uxorem suam salustiam
que per quinquennium paralitica decumbebat
curaret Quo facto xx et vii milites
eam incolumem surrexisse videntes
cum ipsa et viro suo baptisati sunt
et iubente decio ad templum martis
simul ducti exspuentes in ydolum cum
beato papa Cornelio decollati sunt
Ex gestis pontificum ¶ Hic temporibus
suis rogatus a quadam matrona lucina
corpora apostolorum petri et pauli de catha
cumbas leuauit noctu primum quidem
corpus beati pauli beata lucina leua
uit et posuit in predio suo via ostiensi
iuxta locum ubi decollatus est Beati
autem petri corpus accepit beatus Corne
lius et posuit iuxta locum ubi cruci
fixus est inter corpora beatorum ep[iscop]orum
in templo appollinis in monte aureo
in naticano pallacio neronis iii kal.
iulii Post hec iubente decio passus
est Corpus eius nocte collegit beata
lucina cum clericis et sepeliuit in crip
ta iuxta cimiterium calixti in harena
rio via appia xviii kal. oct. Ex mar
tirologio ¶ Postea xv kal. celebratur
rome in via tiburtina natale s[an]c[t]i iustini
presbiteri in persecucione decii galli et volu
siani confessionis gloria magnificus fuit
Eusebius in cronicis **De imperio valeriani
et galieni et p[assione] dyonisii alex[andrini] lxxxx**

Romanorum igitur xxviii || viii
imperauit valerianus cum galie
no annis xv Valerianus in
recia ab exercitu augustus rome a sena
tu galienus Cesar appellatus est Cepe
runt autem anno domini cc lxi mundi iiii
m CC° xiv Item in ecclesiastica historia
libro vii° miro autem modo valerianus
supra ceteros qui ante se fuit humanus
et benignus extitit erga famulos
dei ita ut in initiis multo etiam illis
benignior videretur qui nomine xpi
ani dicebantur Intantum venerabatur
seruos dei ut omnis domus eius esset
ecclesia dei deprauatus autem est et a ve
ritate deiectus per quemdam doctorem
pessimum magorum et principem egiptiorum
magorum iustos et sanctos viros persequi
et interimi iubet In quibus cum dioni
sius alexandrinus ep[iscop]us unum solum
deum qui celum fecisse et terram diceret
adorandum ceteros autem neque esse deos
neque adorari debere intrepidus [illegible]
deserti quod cefro appellatur in exilium
truditur Ubi [?] papue clam quia loci
incole gentiles erant et ydolorum
supersticionibus satis dediti eumque con
lem dionisium primo hostili animo et satis
auersa mente susceperunt Postmo
dum cum paulatim per eum gratum verbum
dei hiis seminare cepisset pro maxima
[illegible] et barbari pro relictis ydol
is versa est ad deum verum xpo que sub
iecta Quo comperto rursus eum ad alium
locum vicinum quidem alexandrie sed
incolis desertum ac pene habitatoribus
vacuum transtulerunt Sed et ibi cum per
urbis violentie [?] frequentaret
et tamquam odore pastoris recepto grex
lecior et constancior agonibus redderetur
rursus missis cum centurione milita
ribus viris ipsum dionisium et cum eo
gayum et petrum catheneis constrictos
et diuersis cruciatibus afflictos inde
extrum quoddam libie pertraxerunt ibique
eos in loco squalidissimo et omni hu
manitate carente [illegible] trium
dierum itinere in deserto protentos
nexos vinculis reliquerunt
**De passione sanctorum prisci ale
xandri malchi et marini lxxxix**

Eo tempore apud cesaream pale-
stine multa adversus martyres con-
summata sunt. In quibus tres quidam
admirandi adolescentes quorum
unus priscus alius malchus tercius ale-
xander vocatur. Cum suburbanum agellum
ipsius dicte urbis habitarent divino fidei
calore succensi ceperunt semetipsos seg-
nicie atque ignavie incusare quod cum ce-
lestes in urbe martyrum proponerentur corone christi-
ani desiderarent non rapere. Cum quod
dominus et salvator regnum celorum violenter
diripi debere testatus sit ipsi inglorio-
sos et desides animos gererent.
Hiis igitur semetipsos alloquentes incitan-
tes urbem petunt et adorato iudice
truculento cur tam in sanguine piorum de-
serviret increpant. Ille continuo nobiles
illos iuvenes quam dignus remuneratur
affatibus devorandos inquit bestiis
subiciantur. Omnibus non placet piorum
sanguinem fundi. Sed et nunc quedam
supra dictorum iuvenum secuta sunt audacie
et magnanimitatis exemplum
similemque fertur cottidie pene quan-
tam de martyribus scola fuisse loquebatur.
Marinum quoque virum militarem ultimo-
rum honore et diviciis clarum cum
in ipsa dicta urbe inter collegas suos
per ordinem gradus sui honor quidam
contingeret militarium ut fieri solet inse-
quentem collegam suum subito invidia
et proclamat non posse marinum adipisci
superiorem gradum eo quod esset christianus.
Interrogatur a iudice marinus si ita se
haberet. Ille ita se esse et vere se esse christianum
clarissima voce testatur. Tres ei deli-
berandi hore decernuntur a iudice ut
eligat utrum velit immolare diis et
imperatori an christianus manere. Cumque a
liminalibus fuisset egressus thimotheus
episcopus loci apprehensa manu eius perducit
eum ad ecclesiam. Ibique multis verbis eum
confirmans ad ultimum in interiora perducit
altaris gladiumque suum quo precinctus
erat ostendens ei et rursum offerens euangelium
quid de duobus mallet interrogat. Ma-
rinus vero promptissima fide cum manum
ad euangelium retendisset optime inquit theo-
tecnus quod elegisti o fili et contempnens
presentem vitam eternam spiritu confidens
perge et suscipe coronam quam tibi deus
preparavit. Regressus mox ad tribunal
vocatur. Licet moras pateretur statim
asserit quod oporteat obedire deo magis
quam hominibus. Mox iudex illico capite pu-
niendum pro tali visione denunciat.

De sancto asturio senatore. xi

Sed inter eos cunctis clarior et mitis fidei
super ceteros insignis memoratur asturius
vir romane urbis senator patricius no-
bilitate facultatibus prepinguis et regia et
omni honore fama satis clarus. Cum cir-
ca ipsius dicti martyris consummacionem interesset ore-
quis et capite cesum cadaver subiectis
humeris et subtracta veste qua indue-
batur contexit honorem quem martyri detu-
lit continuo ipse martyrio assequitur. Sed et
multis aliis cum preclaris gestis in fide
christi eminuisse tradiderunt nobis hii qui
eum in corpore adhuc positum viderunt.
In quibus eciam tale aliquid preclarum
gestum memorabant. Aput cesaream
philippi quam paneadem phenices
vocant aiunt sub radice montis qui appel-
latur paneus ex quo fluminis iordanis prima
fluenta prosiliunt morem fuisse gentili
errore certa ac sollempni die immolari
victimam. Que victima arte quadam de-
monis subito in conspectu corripiebat. Et erat
hoc famosissimum miraculum gentibus. Eius
persuaderi astantibus videtur incolumem
hostiam invisibiliter esse sublatam. Accidit
igitur dum hoc agerentur adesse asturium. Qui
cum videret omnes miraculi huius stupore
constringi humanos miseratus errores
cum gemitu et suspiriis oculos ad celum
pariter tendit et palmas. Christum qui est
super omnia deus tota fide profusis
lacrimis invocat ut prestigias fallacis
demonis arguat miserisque mortalibus
errorem huius solvat. Atque eo illo
cum fletibus supplicante subito vic-
tima que invisibiliter credebatur assump-
ta supra aquas videbatur et conspectibus
omnium redditur. Nec ultra in illis locis
error huiusmodi potuit reparari. Ita unius
viri prece tantorum seculorum deceptionis
machina cum auctoribus suis demo-
nibus dissoluta est.

De ymagine domini et kathedra iacobi que fuit in cesarea. xii

Verum quia urbis huius
fecimus mencionem iustum vi-
detur commemorare eciam illud
in ea quod historia dignum duxi-
mus. Mulierem quam sanguinis profluvio laborantem
a salvatore curatam euangelia tradi-
derunt huius urbis civem constat fuisse
domusque eius in ea eciam nunc ostenditur.
Pro foribus vero domus ipsius basis quedam

in loco editiore collocata monstratur. In qua mulieris ipsius velud genibus provolute palmas quasi supplicantis tendentes ymago ere videtur expressa. Astat vero alia ere metallo facta statua habitu viri stola compte circumdata et dextram mulieri porrigentis. Huius ad pedem statue e basi herba quedam nova specie nascitur, que cum exorta fuerit excrescere usque ad stole illius eree indumenti fimbriam solet. Quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresque conquirit, ita ut quecumque illa fuerit infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nichil omnino virium gerens, si antequam eree fimbrie summitatem crescendo contigerit decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Ihesu formatam tradebant, que permansit usque ad nostra tempora, sicut ipsi oculis nostris perspeximus. In eadem urbe et Iacobi kathedra, qui primus in terris episcopus ab ipso salvatore et ab apostolis electus est, cuius quoque fratrem ipsius divina volumina designant, usque in hodiernum conservatur, atque in ea sedent omnes qui usque ad presens tempus sedis illius sacerdotium sortiuntur. Servatur quoque cum ingenti studio velud a maioribus tradita memoria sanctitatis, et cum magna veneratione habetur vetustatis vel priorum sacerdotum sanctificationis obtentu. Ex gestis pontificum.

De Lucio papa et Stephano papa. xxii

Lucius papa nacione romanus primo quidem in exilio fuit, sed postea nutu dei ad ecclesiam suam reversus tandem a Valeriano capite truncatus est iii° non. marcii. Hic precepit ut duo presbiteri et tres dyaconi in omni loco episcopum non desererent propter testimonium ecclesiasticum. Sedit autem annis iii. Qui dum ad passionem pergeret, potestatem dedit omnis ecclesie Stephano archidiacono suo. Stephanus itaque natione romanus postquam sedit annis vii. Hic constituit ut sacerdotes et levite vestibus sacratis in usu cottidiano non uterentur nisi in ecclesia tantum. Et ipse quoque martirio coronatus est. Ex gestis eius. Nam cum verbo et exemplo multos gentilium convertisset et multa martirum corpora sepelisset, Valerianus et Galienus nominis christiani persecutores cum summo studio perquiri fecerunt et eum et clericos eius aut sacrificare cogerent aut diversis suppliciis consumarent. Dederuntque edictum quod quicumque eos proderet omnem eorum substantiam possideret. Viii vero ex his clericis comprehensi statim sunt sine audiencia decollati. Sequenti die comprehensus Stephanus cum multitudine clericorum plus ante tribunal iudicis intravit. Manens quoque immobilis ad templum Martis ducitur ut ipsum adoraret aut statim capite puniretur. Quo dum venisset, oravit deum ut templum destrueret. Et statim maxima pars templi corruit, et militibus pre timore fugientibus beatus Stephanus cum aliis christianis ad cimiterium sancte Lucie perrexit. Et audiens Valerianus quod eos ille ad tollerantiam roborasset, misit ad eum milites plures prioribus. Qui venientes invenerunt eum missam celebrantem et stantem intrepidum incepta perficientem sic in sua sede decollaverunt. Ex gestis eius.

Passio sancti Fructuosi episcopi cum sociis suis. xxiii

Sub eisdem imperatoribus et Emiliano preside passus est apud Terraconam sanctus Fructuosus episcopus cum sociis suis scilicet Augurio et Eulogio diaconibus. Qui primo incarcerati deinde flammis iniecti consumptis vinculis manibus in modum crucis expansis orantes ut vicerunt obtinuerunt. Cumque viderent presidem dicentes: Veni et vide quos hodie dampnasti quos statim spernis sua celo restituti sunt. Ille veniens videre dignus non fuit. Venientes autem nocte fratres ad amphiteatrum ut semiusta corpora extinguerent cineres eorum collegerunt et unusquisque prout potuit sibi vendicavit. Sed viii post passionem nocte sanctus Fructuosus apparuit omnibus primum qui reliquias eorum pro caritatem sustulerant, monens eos ut illas in unum locum ponerent. Emilianus quoque in ipsa noctis hora se vidit cum diaconibus suis in stolis glorie intrantes eum et insultantes. Passi sunt autem xii kl. febr. Ex gestis eius.

De sancto Cipriano martire et libris eius. xxiiii

Sanctus quoque Ciprianus Carthaginensis episcopus in eadem urbe primo proscriptus putatur et a fide mutari non valens post dictum exilium revocatus iussu Aspasii proconsulis qui primo relegaverat. Ieronimus de illustribus viris: Ciprianus Afer primum glorioso rethoricam docuit exinde

prudente presbitero tercio anno et cognomentum sortitus est xanus suus omnem substantiam suam pauperibus erogavit. Ac non post multum temporis allectum in presbiterium et iam carthaginis episcopus constitutus est. Huius ingenium superfluum est indicare, cum tum sole clariora sint eius opera. Passus est sub valeriano et galieno principibus persecutione octava eo die quo rome Cornelius sed non eodem anno. Actor.

Scripsit autem Ciprianus de xii abusiuis seculi l. i. Ad donatum de gratia dei librum unum. de lapsis l. i. de aleatoribus l. i. de unitate katholice ecclesie l. i. de oratione dominica l. i. de mortalitate l. i. de opere et elemosinis l. i. de bono pacientie l. i. de zelo et livore l. i. Ad demetrianum l. i. Ad fortunatum l. i. Ad quirinum l. iii. de laude martirii l. i. Ad antonianum l. i. Ad iubaianum l. i. Ad cecilium de sacramento calicis l. i. Ad Cornelium l. i. de duobus montibus l. i. Epistolas plurimas ad diversas personas de quibus hic sunt que sequuntur excerpta.

Ciprianus. De duodecim abusionibus seculi secundum ipsum. xcv

Duodecim abusiua seculi hec sunt. Sapiens sine operibus. senex sine religione. adolescens sine obedientia. dives sine elemosina. femina sine pudicitia. dominus sine virtute. christianus contentiosus. pauper superbus. Rex iniquus. episcopus negligens. plebs sine disciplina. populus sine lege. Sic suffocatur iusticia. Auditores enim doctrine dicta despiciunt, cum predicatoris opera a predicationis verbis discrepare conspiciunt. Nec umquam fit efficax auctoritas predicatoris nisi eque affectu operis cordi affixatur. Nam et ipse doctor si in amore vitiorum lapsus fuerit alterius doctoris medicamentum sine vulneribus suspendit dicente domino: Si sal evanuerit in quo salietur. Quid porro stolidius fieri potest quam si iuvenis ad perfectionem festinare non contendat quando totius corporis habitus senectute confectus ad interitum festinat. dum oculi caligant. aures graviter audiunt. capilli fluunt. facies in pallorem mutatur. dentes lassi minuuntur. nervus cutis arescit. flatus non suaviter olet. tussis cachinat. talos et pedes tumor inflat. genua trepidant. et hec omnia ruinam iam iamque domum corporis cito pronunciant. Cavende sunt autem homini veterano due particule que in corpore illius numquam veterascunt et totum hominem ad peccatum trahunt cor videlicet et lingua. Cor enim novas semper cogitationes machinari non desinit. et lingua impigre loquitur quidquid cor machinatum fuerit. Sicut autem iuvenibus sobrietas et morum perfectio requiritur. ita ab adolescentibus obsequium et subiectio vite debetur. nil quo honoratus in senectute apparebit qui discipline laborem in adolescencia non sustinuerit. Non dormiat in thezauris tuis quod pauperi prodesse potest. quod enim aliquando de necessitate amittendum est. utilius propria remuneratione sponte distribuendum est. Iuvat in iudicio discretissimo iudice. Ideo dicentur maledicti qui cum perierant eorum habitacula non dicebat benedictio domini super vos etc. Sicut autem ob bonos mores servat et custodit in viris prudencia sic et in feminis cunctos honestos actus nutrit et fovet ac custodit pudicicia. Tria quoque necessaria oportet habere eos qui dominantur. terrorem scilicet et ordinationem et amorem. Mundi vero amor et dei pariter in uno corde habitare non possunt. Quemadmodum oculi celum pariter et terram nequaquam conspiciunt. Qualiter alios corrigere poterit qui mores suos non corrigit. Sciat autem rex iniquus quod sicut in throno hominum primus est constitutus. sic et in penis primatum est habiturus. Omnes quoque quos nunc peccatores sub se in presenti habuit super se in plaga illa futura pena habebit. Decimus abusionis gradus est episcopus negligens. scilicet qui gradus sui honorem inter homines requirit. sed ministerii sui dignitatem coram deo quo legatione fungitur non custodit. Qui excommunicatur a katholico doctore vel episcopo non debet ab alio suscipi nisi penitente illo. Disciplina est morum ordinata correctio et maiorum precedentium regularum observatio.

Actor. De gratia dei et malicia seculi. xcvi

Porro in libro de gratia ad donatum de affluencia gratie et abundantia malicie seculi ita loquitur Ciprianus. Profluens largiter spiritus nullis finibus premitur. nullis certarum metarum spaciis frenatur. manat iugiter exuberat affluenter. nostrum tantum sitiat pectus et pateat. quantum illuc fidei capacis offerimus tantum gratie inundantis haurimus. Paulisper itaque te crede subduci in montis ardui verticem celsiorem et inde speculare rerum infra te iacentium facies et oculis in diversa porrectis ipse aduenus

contractibus liber fluctuantis mundi tur-
bines intuere. Iam seculi et ipse miserebis
eiusque admonitus et plus deo gratus ma-
iore leticia quod evaseris gratulaberis.
Hec enim esse iam inter innocentes in-
noxium crimen est. Malos quisque non imi-
tatur offendit. Consenserunt iura peccatis
et cepit licitum esse quod publicum est.
Quis illic pudor rerum quod integritas esse
potest ubi qui dampnent improbis desunt
soli qui dampnentur occurrunt. Ceterum
in quos divites opinaris hos etiam inter
divicias suas trepidos cogitationibus
incerta sollicitudo distringat ne predo
vastet ne percussor infestet ne inimica
cuiusque locupletioris invidia calumpnio-
sis litibus inquietet. Non cibus securus
sompnus ne contingit gemma licet bibat
in convivio suspirat et cum epulis marci-
dum corpus thorus mollior alto sinu con-
diderit in pluma vigilat nec intelligat
miser speciosa sibi esse supplicia auro
se alligatum teneri et possideri magis
quam divicias possidere. O detestabilis
cecitas mencium et cupiditatis insane
profunda caligo. Cum exonerare se
possit et relevare ponderibus pergit
magis fortunis augentibus incubare
et penalibus cumulis pertinaciter ad-
herere. Nulla inde clientes inde largitio
est nulla cum indigentibus participatio
et pecuniam suam dicunt quam velud
alienam domi clausam sollicitudo
labore custodiunt. Ex qua non amicis
non liberis quidquam non sibi denique im-
pertiunt. Sed adhuc tantum possident
ne possidere alteri liceat. An tu vel illos
saltem putas inter honorum infulas et
opes largas stabili firmitate securos
quos regalis aule splendore fulgen-
tes armorum excubancium tutela circumstat.
Maior illis quam ceteris metus est tam
enim timere coguntur quam timentur. Exigit
enim penas pariter de potenciore subli-
mitas. Una igitur placida et fida tran-
quillitas una solida et firma se-
curitas si quis ab hiis inquietantis
seculi turbinibus extractus salutaris
portus statione figatur ad celum ocu-
los tollat a terris et ad dei munus ad-
missus ac deo suo mente iam proximus
quidquid apud ceteros in rebus humanis
sublime ac magnum videtur intra
suam conscienciam iacere glorietur. Nichil quod a-
ppetere iam de seculo potest qui seculo

De laude virginitatis et sermone xcvii

I maior et doctor
In libro quoque
de disciplina et habitu virginum partim
virginalem pudiciciam commendat, partim
vero quasdam ornatu exotico facies
suas adulterantes vituperat in hunc
modum. Cyprianus. Nunc nobis ad
virgines sermo est quarum quo sublimior
gloria est maior et cura est. Flos
est ille ecclesiastici germinis decus atque or-
namentum gracie spiritualis leta indoles
laudis et honoris opus integrum atque
incorruptum ymago dei respondens ad
sanctimoniam domini illustrior porcio gregis
Christi. Porro si tu te sumptuosius comas
et per publicum notabiliter incedas oculos
in te iuventutis illicias suspiria
adolescentum post te trahas peccandi
fomenta succendas ut et si ipsa non
pereas tamen alios perdas et velud
gladium te et venenum videntibus
prebeas, excusari non potes quasi mente
casta sis et pudica. Redarguit te
cultus improbus et impudicus ornatus,
nec computari iam potes inter puel-
las virgines Christi que sic vivis ut
possis adamari. Serico et purpura
indute Christum induere non possunt
auro et margaritis et monilibus
adornate ornamenta cordis ac
pectoris perdiderunt. Cuius non id exer-
ceret et fugiat quod aliis fuit exi-
cio. Cuius id appetat et assumat
quod ad necem alterius fuit pro gladio.
Non solum autem virgines ac viduas
sed et nuptas et omnes feminas ad-
monendas puto quod opus dei
et plasma nullo adulterari debet
adhibito flavo colore vel nigri ere
pulvere vel rubore aut quolibet
medicamine liniamenta nativa cor-
rumpente. Dicit deus faciamus hominem
ad ymaginem et similitudinem nostram et au-
det quisquam mutare et convertere quod
deus fecit. Manus deo inferunt quando
id quod ille formavit reformare
et transfigurare contendunt, nescientes
quia opus dei est omne quod nascitur,
dyaboli quodcumque mutatur. Si quis
pingendi artifex vultum alicuius et
speciem ac corporis qualitatem emulo
colore signasset signato iam ac con-
summato simulacro manus alius
afferret iamque formata iam picta
quasi pictor reformaret gravis

pons artificis in iuria et iusta indig-
natio videtur Et tu te existimas in
pune latiuram tam inprobe temeritatis
audaciam dei artificis offensam ut
sis inpudica erga homines et intesta fu-
cis lenocinatibus iis sis corruptis vio-
latis qz que dei pmit peior adultator
dectus Quod ornari te putas quod
com indignatio est ista divini operis
pvaricatio veritatis Non inquit infer-
mento malicie et nequicie sed in azi-
mis et vi. Manent sinceritas et veritas
psenat et veritas quando que sincera sunt
polluuntur colore adulterijs medicamin-
um fucis in mendacium vera mutantur
Dominus tuus dicit Non potes facere capil-
lum unum album aut nigrum Et tu ad
vincendam domini tui vocem iuste ee petis
audaci conatu et sacrilego contemptu
Crines tuos inficis malo presagio fu-
turorum Capillos tamen tibi flameos au-
spicaris Non metuis oro te que talis
es ne cum resurrectionis dies vene-
rit artifex tuus te non recognoscat
sed ad sua premia venientem excludat
vigore coloris et iudicis increpans
et dicens Opus hoc meum non est nec
ymago nec ista est figura corrup-
ta est vultus alienus est Deum videre
non poteris cum oculi tibi tibi non sunt
quos deus fecit sed quos dyabolus
infecit Illum tu secuta es rutilos
atque depictos oculos serpentis in-
tata es de inimico tuo compta cum
illo pariter et arsura Virgines vero
que se huiusmodi artibus comparaverint
inter virgines non puto debere numerari
sed tamquam contractas oves et mor-
bidas a grege sancto et puro virgini-
tatis arceri ne contagio suo ceteras
polluant Non est autem ad magna
facilis accessus sed si premium pollici-
tationis attendas minimus est quem labo-
ras Igitur o Optate virgines horta-
mentis nos iuvantibus castitate conti-
nentie devitate documentis ad gloriam
pvocate divinitate fortes pergite spiri-
tu presente feliciter Tantum memen-
tote nostri tunc in nobis incipiet
virginitas honorari De in-
vectione eius contra aleatores xc

Porro in libro de aleato|ri-
bus Contra ludum alee
sic invehitur Cyprianus Si eos
delinquant et pastores delin-
quentibus ignorant Nonne ipsi se pos-
dere delinquentibus habuerunt Quid
queso nos fideles quod manus que
ab ydolis in iurys expiata est et ad sa-
crificium dominicum admissa que ad laudan-
dum miraculo exurgit que signum
xpi per quod tuam fronti imprimit Quid
est iniquum ut alee ludum exerceas la-
queus dyaboli unde capta est vinculis
implicetur Alea enim dyaboli venabulum
est et delicti vulnus insanabile Ibi
dyabolus presto est ad capiendum fraudis
Ibi perfidia falsa testimonia et merces
furia venale premium frequentium colloquium
Illic rabiosa amentia feritas discor-
dans Illic quia et fera audacia fera
impacta possessionum amissio O aleatoris
pigra nequitia O manus crudelis et
ad periculum sui armata que bona patris
et opes avorum sudoribus quesitas ig-
nominioso studio dilapidat Alea est alie-
ni mali supplantatio animi que nec lucrum
conficit sed totum consumit hinc inde pau-
peres sunt hic iam consumptis omnibus
rebus suis invitus pecunijs se obruunt
hinc patrimonium sine ulla fori calumpnia
amittit O quales sunt fideles ut eos
nemo persequitur ipsi seipsos in media persequuntur
ut propria sua hereditate priventur Ille est
qui hunc ludum primus adinvenit in-
stinctu dyaboli qui cum artibus suis re-
plevit abominatoribus suis se colendum
et sibi sacrificandum constituit ita ut qui
vellet eius studio adherere non ante
manum in tabulam porrigeret nisi actori
eius prius sacrificaret Vanus autem qui-
cumque es et alee tabula ludes licet non
sacrificares tamen legis huius facinoris
princeps es et utique vanus non es Si
ethnicum tibi nomen est et in vacuum
primus illud quod ad sacrificium dominicum
pertinet nec amiciciam cum xpo habere
potes qui eius amico inimicus es O
qualis aleatoris dementia qui in primum
peierant maledicunt et dyaboli caligine
decorbati sibi in vicem manus inferunt
Invicem se denoncent et parentum origine
turbis parentibus dehonorant Et qui
iam sepius vincitur vincitur ad noce-
tinus studium dyabolo suadente contin-
O iustis in festa studentibus et studium
libidinosum quod non divicias sed
nuditatem et inopiam prestat manus
carnifex manus noxia que nec post
lucra desinit sed et adhuc post dampna

ludit Esto ergo non aleator sed dampnis
peccuniam tuam assidente xpo spectan
tibus angelis et martiribus presentibus sup
mensuram domini spergere et pauperibus diuide
diuicias tuas xpo committe et cave dum
imitare que non perdit sed possidens acquirit
Sit tibi cum pauperibus conuersacionibus lusus
Sit cum viduis frequens operacio. Alea
non ne luseris ubi lusus nocturnus et cri
men incomode. ubi demencia sine consideracio
cione ubi veritas mala sed mendacium
malicia Extrahe caliginem inimici ab
oculis tuis et purifica manum tuam
a diaboli sacrificiis Actor de modo
orandi xxix

Actor in libro // de oracione dominica de modo orandi
ita dixit Ciprianus Sint orantibus
sermo cum disciplina quietem continens
et pudorem placendum est diuinis oculis
et habitu corporis et modo vocis Nam sicut
impudentis est clamoribus strepere, ita
contrarie congruit verecundo modestis precibus
orare. Denique dominus secreto in abditis
et remotis locis orare nos precepit. in
cubiculis ipsis quod magis fidei
congruit ut sciamus deum ubique presentem
omnes videre et audire. Discipline eciam
ac verecundie memores non debemus
passim incondicis vocibus preces nostras
ventilare et peticionem deo modeste
commendandam tumultuosa loquacitate
iactare quia deus non vocis sed cordis
auditor est Sed clamoribus admonendus cordis
est qui cogitaciones videt, Unde et pub
licanus orabat non allevatis in celum
manibus insolenter erectis sed pec
tus suum pulsans et peccata intus in
clusa contestans diuine misericordie implora
bat auxilium Dominus quidem oracionis
quam docuit omnem precem nostram
salutari sermone breuiauit Sicut
eciam preceptorum salutis compendium fecit
ut in disciplina celesti discencium
memoria non laboraret sed quod esset
simplici fidei nostram velociter disceret
Sic eciam vite eterne sacramentum
magna et diuina breuitate complexus
est dicens Hec est autem vita eterna
etc. Incumbere ergo ad preces toto corde
debemus cum adoramus fratres carissimi cogi
tacio omnis carnalis abscedat et
secularis nec quidquam aliud tunc ani
mus cogitet quam id solum quod
precatur Ideo enim et sacerdos ante oracionem
prefacione premissa parat corda fratrum

dicendo Sursum corda et illi in dicet
(rendens) dicunt Habemus ad dominum ut claudatur contra
aduersarium pectus et soli deo pateat
nec habeamus aliud in corde aliud
in voce Quomodo enim audiri te a deo po
stulas cum teipsum non audias? Dum
tui memorem esse vis cum tui me
mor ipse non sis. Hoc est maiestatem
dei negligencia oracionis offendere Hoc
est vigilare oculis et corde dormire
cum debeat xpianus eciam cum dormit
corde vigilare sicut scriptum est ex persona ecclesie
non pt qui nulla operacione fecundus
Ego dormio et cor meum vigilat
Primo quoque die est Et ideo scriptum est
Bona est oracio cum ie(iunio) et elemosina. Nam
qui in die iudicii premium pro operibus
bus redditurus est hodie quoque ad
oracionem cum operacione venienti beni
gnus auditor est Unde Cornelio dictum
est Oraciones tue et elemosine tue ascenderunt etc. Qui
enim pauperi elemosinam dat deo suauitatis
odorem sacrificat Nulla autem hora
xpianus excipitur quo minus semper deus
debeat adorari nec ullum de nocturnis
nis tenebris esse orantibus dampnum
potest quia filiis lucis eciam in noctibus
dies est Qui enim ergo in xpo hoc est in lumine
semper sumus nec noctibus ab oracione
cessemus Innitentes quod futurum sumus
habitare in regno sine noctis interuentu
solum diem Actor de contemptu
mortis C

In libro quoque de // mortalitate contemptum mortis approbat
et ad ipsum desiderium se inuitat Ci
prianus Eius est mortem timere qui
ad xpm non vult ire Et eius est ad
xpm nolle ire qui non credit se cum
xpo incipere regnare Contempnenda
est omnis inimica presencium malorum fi
ducia futurorum bonorum Mori timeat // (agen)ti(s)
qui ad secundam mortem debet morte
transibit Mori timeat cui hic morti
longior confertur ut cruciatus et ge
mitus mora differatur. Mortalitas
ista xpi (?) hostibus pestis est Eius
autem suis salutaris excessus est //
Martirium incipiunt libenter appetere
dum mortem discimus non timere Sed
fortasse opponat aliquis hic me gra
tum mollite constat quod qui ad
tollerandam passionem totam me vir
tute deuouam martirio meo priuor dum
morte preuenior. verum non est in
tua potestate sed in dei dignacione martirium

nec potes te dicere perdidisse quod nescis
an inveneris accipe. Deinde scrutator
cordium deus qui prospicit apud te pa-
tam fuisse virtutem reddet pro virtute in-
tegram et apud quem martirium mente
concepit cumque ad bonum deditus deo iu-
dice coronatur. Aliud est martirio ani-
de esse aliud animo defuisse martirium.
Nec deus sanguinem nostrum querit sed fidem.
Nam nec abraham nec ysaac nec ia-
cob occisi sunt qui tamen fidei et iusticie meri-
tis honorati inter patriarchas primi esse
meruerunt. Non sunt lugendi fratres
nostri accersione dominica de seculo liberati
cum sciamus eos non amitti sed premitti
et occasionem esse non dandam gentilibus
ut non merito ac iure reprehendant quod
quos vivere apud deum dicimus ut ex-
tinctos ac perditos lugeamus. Nichil enim
prodest verbis proferre virtutem et factis destruere
veritatem. Quod ergo initium nostrum ad
immortalitatem morte transgredimur nec
potest vita eterna succedere nisi hinc contigerit
exire. Non est exitus iste sed transitus et
temporali itinere decurso ad eterna trans-
census. Eius est in mundo diu velle re-
manere quem mundus oblectat. Quem
seculum blandiens ac decipiens illece-
bris terrene voluptatis invitat. Por-
ro cum mundus oderit xpianum quid
amas eum qui te odit et non magis
sequeris xpistum qui te redemit ac dili-
git. Actor Detestatio avaricie. Cy.

In libro non de ope et elemosinis contra avari-
ciam ita disputat Cyprianus. Nichil de
divina pietate impetrabit in precibus
qui ad preces pauperis non fuit humanus.
Unde scriptum est Beatus qui intelli-
git super egenum et pauperem etc. Tu ergo divicijs
tuis solus incubas. Quid in penam
tuam patrimonii pondus exaggeras
ut quo seculo locupletior fueris deo pa-
uperior fias. Erras et falleris quisquis
es qui te in hoc seculo divitem credis. Re-
ditus tuos divide cum domino fructus
tuos partire cum xpo. Sed forsitan
multi sunt in domo liberi et retardat
te numerositas filiorum quominus largiter
bonis operibus insistas. Atqui hoc ipso
amplius operari debes quo multorum
pignorum pater es. Multorum enim delicta
redimenda sunt, multorum purgande
conscientie. Et sicut in vita corporali susten-
tanda quo maior eorum numerus eo maior
et sumptus sic et in vita spirituali
maior debet esse operum impensa quo ma-
ior est pignorum copia. Sic enim Iob sacrifi-
cia numerosa pro filiis offerebat quantusque erat
in domo pignorum numerus tantus dabatur
deo et numerus hostiarum. Illi ergo assigna fa-
cultates tuas quas heredibus servas. Ille
sit liberis tuis tutor et curator ac contra
omnes iniurias seculares divina maiestate
protector. Patrimonium enim deo creditum nec
res publica eripit, nec fiscus invadit, nec
calumpnia aliqua forensis evertit, sed in tuto
hereditas ponitur que deo custodiente servatur.
Hoc est ergo caris pignoribus in posterum
providere et futuris heredibus paterna pie-
tate consulere. Servator itaque et proditor
pater es nisi et filiis tuis fideliter consulas, ni-
si eis conservandis religiosa pietate prospicias.
Cum enim studes terreno magis quam
celesti patrimonio filios tuos et dyabolo
magis commendare quam xpo bis delin-
quis et geminum crimen admittis et quod
non preparas filiis tuis dei patris auxilium
et quod doces eos patrimonium plus amare
quam xpistum. Esto potius eis talis pater
qualis thobias fuit. De bono paciencie

P Circa in libro de bono paciencie // Cy-
prianus ita commendat Cyprianus
paciencia virtus est nobiscum deo co-
munis. Inde autem gloria est similem deo
fieri. Multa felicitas hic in virtutibus quod
divinis laudibus possit equari. Ille inno-
cens et iustus immo innocentia et iusti-
cia inter facinorosos deputatur et te-
stimoniis falsis veritas premitur. Iudi-
caturus iudicatur et dei sermo ad victi-
mam tacens ducitur et cum ad crucem
eius confundantur sydera contremiscat
terra turbentur elementa, ille non loquitur
nec movetur nec maiestatem suam profi-
tetur. Sed omnia perseveranter tolerat
ut in eo plena et perfecta paciencia consummetur.
Porro unusquisque cum nascitur et ho-
spicia huius mundi accipit initium sumit
a lacrimis. Et cum adhuc omnium rerum ig-
narus sit nichil aliud quam flere
novit. Providentia naturali lamentatur mor-
talis vite procellas quas ingreditur,
ploratibus et gemitibus in ipso exordio
suo rudis anima testatur. Sudatur enim hic
quamdiu vivitur et laboratur et su-
dantibus possunt magis alia quam
paciencie subvenire solacia. Nec aliud
magis iustos et iniustos distinguit quam
quod in adversis per impacienciam blasphe-
mat iniustus et conqueritur, et paciencia

iustus pbat. denique pacia est que nos
fuat deo et qmendat. que ira tempat.
lingua frenat mentem gubnat. pacē
custodit disciplinam regit potenciam
diuitum cohercet. inopiam pauperum
refouet. facit humiles in psperis. fortes
in adūsis. docet delinquentibus cito ig
nosce et delinquentem diu et multum
rogare. fidei fundamenta munit. in
crementa spei puehit. actum dirigit.
Ceterum caritas est vinculum fraternitatis.
fundamentum pacis. tenacitas et firmi
tas vnitatis. que et spe et fide ma
ior. que et opera et martiria pcedit
que nobiscum semp eterna pmanebit.

Actor de zelo et liuore. Cipr.

Porro in libro de zelo et liuore
pcedit hoc malum sollerter vigi
lare nos admonet illudque ve
hementer asspicari dicens Cyprianus
Cauendum est nobis et omnibus viri
bus elaborandum et ut firmentis mu
niti iaculis ex omni parte qua feriri pos
sumus repugnemus. Nam circuit ille
nos singulos et tamquam hostis clau
sos obsidens muros explorat et tem
ptat an sit pars aliqua membrorum mi
nus stabilis et minus fida cuius aditu
ad interiora penetretur. Offert oculis for
mas ut visu castitatem destruat. au
res per canora musica temptat ut soni
dulcioris auditu dampnum vigorem soluat
et molliat. linguam conuicio puocat. ma
num iniuriis lacessentibus ad petulan
tiam cedis instigat. falsa ostentat ut
vera subripiat. ad debellandos dei ser-
uos semp inquietus et semp infestus
in pace subdolus. in psecucione viole
tus. Qualis est autem tynea in malum
zelum bona aliena quatere illumque
pspitate torqueri. aliorum gloriam penam
suam facere et velud quosdam pectori
suo carnifices admouere qui se intesti
nis cruciantibus lacerent et secreta
cordis malivolenciae vngulis pulsent.
mala certa terminum habent et quicquid
delinquitur. delicti consumatione finitur.
In adulterio cessat facinus petrato
stupro. in latrone conquiescit zelus homi
cidio admisso et impleta fallacia
modum imponit falsariis. Zelus vero
non habet terminum. Sed est pmanens
iugiter malum et sine fine peccatum. Quan-
toque ille cui inuidetur meliore successu
se pfecerit. tanto inuidus in maius

incendium liuoris ignibus exardescit.
Hinc vultus minax. toruus aspectus.
in facie pallor. in labiis tremor. in den
tibus stridor. verba rabida. effrenata
conuicia. manus ad cedis violenciam pmp
ta et si a gladio interim vacua odio
tamen furiatae mentis armata. fatalis
cura est ubi plaga pspicua est. zeli autem
vulnera obstrusa et occulta sunt. nec
remedium cure medentis admittunt.
que se intra consciencie latebras ceco do
lore clauserunt. Quisquis inuidus
es quos odisti infestus es nullius
magis quam tue salutis inimicus
es. Quicumque enim ille est quem zelo p
sequeris subterfugere et vitare te po
terit. tu vero te non potes fugere. Ubicum
que enim fugis. aduersarius tuus tecum
est. hostis semp in pectore tuo est.
pnicies intus inclusa est. Ineluctabili
cathenarum nexu ligatus es. persecutus
malum est hominem psequi ad dei
graciam ptinentem. calamitas sine reme
dio est odisse felicem. Bonos igitur
potius imitare si sectari non potes
tollerare certe et congratulare melioribus
fac te illis adunata dilectione
participem et fraternitatis vinculo cohe
redem. Sit in manibus diuina lectio.
in sensibus dominica cogitacio. Oracio
iugis omnino non cesset. salutaris opa
cio pseueret. ut quotienscumque inimicus
accesserit. quociens adire temptauerit.
clausum aduersum se pectus inueniat
et armatum. Actor de laude martirum. Cipr.

Ceterum incipit
Confessoribus sine admirres et confes
sores ita loquitur Ciprianus. Quo
quantum vos diuina dignatio honorat
ut ex vobis iam pars martirum sui
consumatione adeuntium [illegible] pre
adhuc manere clausaris et vinculis
demoretur. admirator titulos amplio
res tormentorum tarditate pficiens
habitura tot mercedes in celestibus pre
miis quot nunc dies numerat in penis
Imposuerunt compedes pedibus vestris
et membra felicia ac dei templa in
famibus vinculis ligauit. Sed orna
menta sunt ista non vincula. Compedes
vestros copulant ad infamiam sed clari
ficant ad coronam. O pedes feliciter
vincti qui non a fabro sed a domino resol
uuntur. O pedes salutari ad paradisum di
riguntur. O pedes in seculo ad pres

ligati ut sint semper apud deum libi
et celerit ad xpm glorioso iunc cur-
sum. Item in alia. Omnes sancti qua
vos laudibus prosequitur quibus vocis
preconiis exornem. Non cessatis suppli
cijs sed vobis potius cesserunt suppli
cia. Stetistis voce libera mente in
corrupta virtute diuina armis quidem se
cularibus nudi sed armis fidei ar
mati. Steterunt servi dei torti torquen
tibus fortiores et pulsantes ac la
niantes vngulas pulsata ac lania
ta membra vicerunt. Inexpugnabilem
fidem superare non potuit seuiens diu
plaga repetita quamuis rupta compa
ge viscera torquerentur in servis dei non
iam membra sed vulnera fluebat sanguis
qui incendium persecutionis extinguer'et
qui flamas et ignes gehenne glorioso
cruore sopiret. Id. In inuectio contra
blasphemum et contra hystrionem
Oblatrante te et adiunxisti. Cv
demum ore sacrilego et verbis
impijs obstrepente frequenter
decentiue contemperam verecundius
et melius existimans errantis in
periciam silencio spernere quam loquendo
dementis insaniam prouocare. Id est. Verum et
labor est irritus et nullus effectus
offerre lumen ceco. sermonem surdo
sapientiam bruto. hec considerans sepe
contrariam et impacientem perturbaui. Veni
Tace tamen vltra non oportet. Ne dum
criminationes falsas contempnimus re
futare videamur crimen agnoscere. Id.
Adeuntarum consulendum me existi
masti frater karissime de histrione quodam
qui aput vos constitutus in eiusdem
adhuc artis sue dedecore perseuerat.
et id quod male didicit ceteris quoque
insinuat an talis debeat communicare
vobiscum. Quod ego puto nec ma
iestati diuine nec evangelice congruere
disciplinae pudorem et honorem
ecclesie tam turpi et infami contagi
one fedare. Nam cum viri induere
vestem muliebrem in lege prohibeantur
et maledicti huiusmodi iudicentur
quanto maioris est criminis non tantum
muliebria indumenta accipere. sed gestus
quoque turpes et molles et muliebres
magisterio impudice artis exprimere
contra dei institutionem docere quemad
modum masculus infermari et sexus
arte mutetur et diabolo diuinum plasma

maculanti per corrupti atque eneruati corporis
delicta placeat. De sancto mellono episcopo Cvi
Tempore valeriani imperatoris mel
lonius quidam de maiore britannia
oriundus romam venit ut patrie
sue tributum solueret et imperatori finiret
Ibique sicut mos erat cum socijs suis
ad templum martis ductus est ut sacri
ficaret. Audiens autem stephanum papam
per vicos diuinis evangelium xpi predicantem
verba eius attendit et credidit baptismum
ab eo peciit et accepit et ab eo instructus
quidquid habebat vendidit arma etiam
cum quibus militabat et pauperibus
erogauit. Quem prefatus papa sibi ad
herentem per omnes ecclesie gradus usque ad sacer
dotium promouit. Cumque ieiunijs et vigi
lijs insistaret quadam die missam eo ce
lebrante viderunt ipse et papa angelum
dei stantem ad dexteram altaris qui per
acta missa dedit ei virgam pastoralem
quam manu tenebat dicens. Accipe
virgam sub qua reges populum rothoma
gensis ciuitatis in neustrie finibus. Tibi
enim illuc properandum est. a deo locus hic aut
labor incognite vie tibi sit honerosus
nequaquam tibi timendum est quia sub vm
bra alarum suarum proteget te dominus ihesus
xpistus. Tunc accepta benedictione a papa
iter arripuit. Et cum venisset antipodos
virgam tenens quam ab angelo acceperat
quendam bipenni vulneratum cuius pes
in duas partes diuisus erat oratione facta illico
sanauit. Deinde rothomagum veniens
et ministerium suum fideliter implens multis vir
tutibus et miraculis clarus tandem
quieuit in pace huius festum recolitur
x kalendas nouembris. Ex gestis eius etc.
Passio sancti quiriaci episcopi Cvii
Temporibus valeriani et galli
eni cum sancti urbanos persecutione
indignatio diuina commota est contra
romanos ita ut barbare nationes
ab oriente et occidente adiunctis rempubli
cam perirent ut populos trucidarent.
Tunc alemanni cum herode rege suo
transmisso reno gallias peruaserunt et
inhumanitate regionis excidio omnes
armaque contriuerunt. Tunc incole loci
ad montem excelsum quasi ad presidium
confugerunt. Cui regioni nullus eciam pa
storis episcopus presidebat qui cauernam sibi
in montis cuiusdam supercilio fecerat in
qua omni tempore stetit. nisi cum ad
agenda sollempnia procedebat. Ibique

populus licet ergo contra concivibus patria
nos adesset ordine non deerat ut quos
corpore consolari non poterat spiritu con-
fortabat. Interea barbari regionem
vastantes ad girdonem seu montem
confluunt et quos oppugnatione capere non
poterant duobus annis conclusos
tenuerunt ut eos vel famis ingluvie
vincerent. Igitur dum nichil intentione
proficiunt fama detulit episcopum regionis
non esse cum clausis sed intra recepta-
culum quod sibi tempore pacis paraverat
quiorari. Illico adrapiendum eum vo-
lant sperantes per eum tocius populi alios
animos frangi et ad illam condicionem
sponte descendere in qua vidissent episcopum
retineri. Cumque vir sanctus a barbaris per
interpretem appellatus fuisset compissetque
adhuc se pariter captum ut plures alios
ad dedicionis persuasione moveret. Vidit
nequaquam quod se suorum melius quam sibi
esse quelibet subire discrimina quam
ad tale facinus prebere consensum. Tali ita-
que barbari responsione permoti statim eum
fustibus cedunt multisque attritum verberibus
ad vicum usque perimunt credentes ut
post illata supplicia eius sententiam esse
mutandam. At ipso in eadem voce persistente
illi sacrificia funesta cum ingenti
honore obtulerunt dicentes ut aut
ydolis immolaret aut in tormentis
deficeret. At ille melius est inquit in-
putres penas compati quam vobis et
demonibus viris stultissime humiliari.
Cumque hec et alia plura proclamaret
se in eam cepit sevire barbaries ut
maioribus flagris ardencioribus
quam flammis et novis penarum generibus
excruciatus excarnis relinqueretur. Post
hec barbari cum viderent se nichil posse
proficere ad girdonem redierunt ut
ab inclusis pacem postularent. Utraque
vice vero constituunt obsessi debuit
plebs ergo egrediendi libertate concessa
illico adeptum congratulans vivum sibi invenerit.
Alii genibus advoluti, alii ore proprio
sancto corpori ulcera inflicta lambe-
tes. At non sanctus vir probatus excru-
ciatione quassatus non multo
post migravit ad dominum. Et quamvis tunc
tanta in barbaros persecutores fervebat
rabies ut nec sanctorum tumulis par-
cerent, tamen in subterraneo secreta in qua suum
corpus cum honore collocatum est
cuius passio celebratur xvi° kalendas septembris. Actor.

Passio sanctarum Basille et Prothi et Iacincti

[M]ario modo differunt. // Cum
confessione de sanctis martiribus qui passi
sunt sub Decio imperatore. Verum
Cornelius papa sub eo legitur passus
fuisse et tamen ita legitur in gestis
beate Eugenie Valeriano et Galieno
imperantibus qui utique post Decium
et etiam post Gallum et Volusianum
leguntur imperium suscepisse orta est
sedicio de Novacianis quod Cyprianus car-
thaginem custodiret et Cornelius romam.
Dataque est auctoritas ad primum con-
sulem ut Cyprianum occideret. Cornelius
autem quia multis romanis eius illu-
stribus fovebatur erat in abditis.
Tunc beata Eugenia videns Basillam
ait revelatum est michi adeo quod te
virginitatis magnum premium conspectat.
At illa Et michi inquit demonstratum
est adeo quod mihi duplicem coronam acci-
pias. Unam quam apud Alexandriam
plurimis laboribus acquisisti, aliam quam
in effusione sanguinis adeptura es. //
Tunc Eugenia residentibus sanctis
virginibus multis sermonibus eas de
castitate custodienda monuit et ipsas
flentes osculans deo commendavit
et discessit. Eodem die prorexit una
ex ancillis Basille ad Pompeium spon-
sum eius dicens quod Basilla ab Euge-
nia Romana facta esset ut ei non nuberet
et duos eunuchos Prothum et Iacinctum
magice artis actores quam dam
quitterent quasi deos coleret. Cuius
ille auditis vehementer iratus pervenit
ad cubiculum clausum in quo Basilla
cum Protho et Iacincto orationibus erat
occupata. Cumque se intromitti peteret
audivit a Basilla sibi esse mandatum:
Causam penitus non habeo te videndi.
Illi enim qui corpus integrum michi
commendavit fideliter conservare disposui.
Tunc ille vehementius furens pro-
stravit se coram imperatore dicens
Sacratissimi principes romanis iuris
subvenite et deos novos quos Eu-
genia de Egypto veniens secum ad-
duxit ab hac urbe separate. Erat enim
coniugium separant coniugium sponsantes
sibi associant. Iubente sunt hii qui
homines nasci prohibeant. Tunc decre-
vit Galienus ut aut sponsum suum
Basilla reciperet aut gladio periret.
Eugeniam quoque iusserunt ut aut

numinibus sacrificaret aut crudeliter interficeret. Convenit Basilla ut recipiat sponsum suum. Protestatur se sponsum habere Christum filium dei regem regum. Et quia de regio genere erat et publice audiri non poterat intra domum suam gladio transverberata est. Qua in secta tenentur Prothus et Iacinctus et ad templum trahuntur. Sed illis orationem facientibus simulacrum Iovis cui sacrificare compellebantur cecidit ad pedes eorum et ita comminutum est ut nec ubi fuit appareret. Quod intelligens prefectus non divina virtute sed magice arti tribuens iussit eos decollari. Sequitur

Passio sancte Eufemie virginis Cx

Cum etiam Eugenia ad se accersita cepit ab ea de magicis artibus inquirere. At illa constanter ait Polliceor tibi quod ars mea maior sit quam magica. Nam michi est (?) patrem cum matre etiam matrem sine patre habet uxorem virginem que filios ei cottidie creat et manentes eius dono perdurat. Audiens prefectus stupefactus est et ne ad imperatorem veniret quod eam libenter audiret iussit eam ad templum Diane duci. Et stans speculator innuens dicit ei Redime vitam tuam et patrimonium tuum Eugenia et dee Diane sacrifica. Tunc illa manus suas expandit et oravit. Ipsaque orante factus est terre motus in loco. Et ita templi fundamenta cum ydolo subversa sunt ut nichil aliud remaneret nisi ara sola que erat ad ianuam templi ad quam stabat Eugenia. Tunc genesius (?) fit post romam (?) alii dicunt in nocentem (?) alii magna (?). Prefectus hec nunciat imperatori qui iubet eam saxo colligata in Tiberim precipitari. Statim quod saxum disruptum est et beata Eugenia super sedens ita fluviali aqua ferebatur ut omnibus fidelibus appareret eam esse cum eo in flumine ne absorberetur qui cum Petro affuit in mari ne mergeretur. Item inde sublata in termarum fornacibus mittitur. Qui sic statim extincte sunt ut thermarum calor refrigesceret et omnia incendia lignorum adhibita ad nichilum devenirent. Post hec missa in custodiam tenebrosam per x dies iubetur nec cibum accipere nec lucem videre ac ibi cottidie tantus erat splendor ut dum locus post xx dies apertus fuisset inveniretur beata Eugenia corpus lumine aliquo radiaret. Salvator etiam ei apparuit de candidissimo pane nivei candoris attulit. Et dicit ei Ego sum quem tota mentis intentione dilexisti. Eodem die te in celestibus recipiam quo ego ad terras descendi. Ipso ergo die natalis domini missus est speculator qui eam in custodia peremit. Cuius corpus christiani (?) sublatum positum est non longe ab urbe in proprio predio ubi multorum corpora sanctorum ipsa sepelierat. Claudia vero mater eius dum ad eius sepulcrum fleret apparuit ei vigilanti in medio noctis silencio induta veste auro texta cum multitudine virginum dixitque ei Gaude mater quia et me perduxit Christus in exultacione sanctorum et patrem meum collocavit in numero patriarcharum et te dominica die suscipiet. Hec ea loquente facta est claritas in mensa et splendor oculis intollerabilis et angeli circumstantes ympnum deo dicebant. Hec solum intelligebat quod nomen Ihesu Christi et spiritus sancti impii (?) laudibus pronabat (?). Cumque dominica veniens filios instruxisset die dominica in sollempnis festis celebrantis (?) in oratione posita emisit spiritum. Quam filia iuxta sororem suam sepelientes in timore dei perfecti multos paganorum converterunt et tandem ad gaudia eterna migraverunt. Sorgestis (?) eius.

Passio sancti Poncii martiris Cx

Decem Valeriano et Galieno imperantibus et christianos persequentibus beatus Poncius fines Ytalie transiens urbem subiungo alpium prout situm pervenit nomine Cymelam ubi sedens Claudius pro tribunali iussit eum adduci dixitque ei Tu es Poncius qui urbem romanam precepto quam seductione conturbasti insuper et proceres principum mentes abalienasti. Cui ille dixit Neminem turbam neque subverti sed aberrare demonum ad deum verum converti. Cumque non posset ad sacrificandum adduci preses iussit omnia tormentorum genera parari et ait In eculeo aptatus distendatur ut omnia tormenta precedentia eius deturpant. Et tunc videamus si deus eius eruet eum de manu mea. Cumque eculeo aptaretur beatus Poncius dixit licet incredulitas impossibile deum non direxerit Ego tamen in nomine dei mei Ihesu Christi credo ut pene tue ad nullum redacte

nullum corpori meo dolorem inferat. Cum que eculeo tenderetur et instrumenti nervibus impositis torquerent retornaverunt cum magno sonitu eculeo confractus est ita ut in pulverem redactus non compareret et exanimes repentino fragore qui ibi aderant redderentur. Sanctus vero poncius letus et intritus ait O viri incredule discite quia deus meus potens est pios de temptatione eripere vos autem iniquos in die iudicii igni perpetuo deputare. Tunc preses conturbato dixit anabius assessor Sapientissime virorum adventantibus nobis addicti sunt duo ursi e dalmacie montibus mire magnitudinis precipe parari amphiteatrum ut ab eis devoratus non habeat sepulturam. Iussu presidis preparatum amphiteatrum et beatus poncius in harena deponitur. Statim egressi duo venatores cum taureis et nervinis solita consuetudine cum stetisset in media harena et sanctus dei provocasent ursos illi exeuntes de caveis singuli utrosque venatores arripuerunt et ita eos discerpserunt ut penitus qui fuissent non apparerent. Tunc dementes ad sanctum poncium non ausi fuerunt propius accedere aut pedes martiris osculari propter paganorum timorem sed paulo longius procumbentes incepit sancto martiri promisserunt leones inferre. Tunc clamor ipsi in celum tollitur gentiles omnes clamabant Unus est deus christianorum quem poncius colit. Consummacio agonis eius C xi

Efferatus igitur preses rabida voce clamare cepit ut copiam lignorum et omne genus fomitis afferrent. Iussitque dei sanctum manibus pedibusque vinctum cathenis et in media harena statui multitudinem vero lignorum in circuitu eius exstrui ignemque supponi. Quod cum fuisset ignis girans flammis in sublime harena atque contorquens plusquam fastigium excessit amphiteatri. Consumptis quoque omnibus que pabulo ignis fuerant preparata ita sanctus dei ab omni ardore apparuit illesus ut nec saltem fimbriam vestimenti eius lederet. Tandem quoque preses victus atque confusus ait [illegible] omnia genera tormentorum superasti et ideo gladio animadverte ut reliqua evadas tormenta. Ecce proximum venerabile appollinis templum accede et sacrifica. Beatus poncius dixit Sacrifico ego corpus meum domino ihesu christo quod hactenus appollinarie ydolorum immaculatum custodivi. Nam vobis et principibus vestris cito superveniet ultio divina quia iniuste persequimini servos christi. Tunc videns preses eius constanciam decretum dedit dicens Ducite eum et in saxo quod vicino imminet decollate corpusque eius deorsum mittite. Quod et factum est. Nec multo post completum est signo quem sanctus poncius predixerat. Valerianus siquidem imperator in captivitatem ductus a sapore rege persarum non gladio sed ludibrio omnibus diebus vite sue multa persis precepit ita ut quotienscumque rex sapor equum conscendere vellet non manibus eius sed incurvato dorso et inclinato eius posito pede equo membra locaret. Galienus non cum mediolanum intrare vellet militibus suis conspirantibus gladiis effossus est. Claudius autem preses et anabius assessor eadem hora qua sanctus poncius decollatus est arrepti a demonibus suffocabantur. Nam claudius linguam sibi morsibus in integram incidit anabius non oculis suis orantibus vi doloribus simul cum pellibus tenuissimis porta pendebat. Hic quoque factum est ut in momento temporis ambo expirarent. Huius autem martiris passio celebratur pridie ydus maii. Eusebius viiº libro. De galieno imperatore et quibusdam ponticis et scriptoribus eius C xii

Gallienus autem valeriani filius postquam regnum suum solus optinuit lenius ac moderacius circa nostros agere instituit datisque decretis in quibus supplicia persecuciones que cessare et quo quisque putat more exorare quod dictum est. Sunt per idem tempus cum romane adhuc sacerdocio sixtus preesset et apud antiochiam demetrianus fabianus qui adhuc cesaree capadocie superesset ponti ecclesias gregorius qui prius theodorus dictus est et origenis discipulus cum fratre athenodoro

suscepit gubernandas. Ieronimus de illu-
stribus viris. Theodorus qui postea Gregorius
appellatus est Neocesaree episcopus post-
ad modum adolescentis ob studia
grecarum ac latinarum litterarum de Capado-
cia Birytum et inde Cesaream ac Pa-
lestine transivit iuncto sibi fratre Theodo-
ro. Quorum cum egregiam indolem
vidisset Origenes, cohortatus est
eos ad philosophiam, in qua paulatim Christi
fidem subintroducens sui quoque
sectatores reddidit. Quinquennio ita-
que eruditi ab eo remittuntur ad ma-
trem. E quibus Theodorus proficiscens
panegiricum eucharistias scripsit
Origeni et convocata grandi freque-
ntia ipso quoque Origene presente reci-
tavit. Qui usque hodie extat. Scripsit
et metaphrasim Ecclesiastes brevem quidem
sed valde utilem. Et alie huius vol-
go feruntur epistole, sed precipue signa
et miracula que iam episcopus cum multa
ecclesiarum gloria perpetravit. Eusebius ubi
supra. De stagno quod orando ex-

Stagnum quoddam / siccavit. Cxvii.
erat in Ponti regionibus fra-
tribus copiosum, ex quo
captura piscium maximos reditus
dominis prebebant. Ista possessio duo-
bus fratribus sorte hereditatis obve-
nerat. Sed pecunie cupiditas que pe-
ne omnium corda mortalium superat etiam
fraternam necessitudinem violavit. Certa-
cum fratribus tempore captionis non tam
ad capiendos pisces quam ad ho-
mines decipiendos hominum cedes ac
bella movebant. Humanus sanguis
pro piscibus fundebatur. Sed dei pro-
videntia adfuit aliquid auxilium ad-
ventusque Gregorii. Videt prelia
et mortes virorum furentesque ger-
manos querit cause composuerit pro qua merce-
dem pro suorum que fratres accendantur.
Inquirit nullam nisi captione piscium
comperit. Cum ille cum pro honore
advenientis sui utreque partes paulu-
lum siluissent: Nolite, inquit, o filioli,
venerabiles animas pro mutis animantibus
violare fraternam pacem, questus
cupiditate dissolvere dei leges et
nature preteri- mutare temeritate. Sed
una mecum ad oram stagni [illegible]-
lis accedite. Ego autem vos prestante
domino omni certaminis causa conten-
tionis absolvam. Et cum hec dixisset,
in conspectu omnium virgam quam tenebat
in manu ad primas litoris undas de-
figit et ipse positis genibus palmas
tendit ad celum atque excelso suppli-
cat deo. Simul ut ille orandi finem
fecit, statim se se unda subducens
et cursu velociore refugiens aspecti-
bus intra diversos abissos suis redditur
et arentem campum germanis iam con-
cordibus dereliquit. Sed et in hodiernum
signum ferunt esse dicitur solum quod
ante fuerat navium ferax. Sequitur.
De ceteris eiusdem miraculis. Cxviii.

Memoratur etiam aliud illustrius
ab eo et divinius gestum in quodam
loco vicinis angusti. Cum vellet po-
nere ecclesiam contra rupis quedam
brevem montis ex parte orientis obiecta
ex alia vero preterfluens fluminis spatium
quantum erat sufficere denegabat. Et
cum alius omnino non esset locus omnes-
que mesti agerent quod solum ad construen-
dam ecclesiam non haberent, Ille fide ple-
nus pernoctasse dicitur in oratione dei et
domini Ihesu Christi promissionis sue ad-
monuisse fideliter qui dixit: Si ha-
bueritis fidem sicut granum sinapis
dixeritis monti huic tolle te et mitte
te in mare et fiet utique. Cumque sic plena
fide ac devotione deposceret, ad lucem
convenientibus populis inventa est rupis
recessisse tantum quantum spacii ad con-
dendam querebatur ecclesiam. Traduntur
eius et alia quamplurima. Hactenus ubi
supra. Idem Gregorius. Cum paganus aliquis
transiret tempestate nimia coactus ad
fanum divertit Apollinis ibique pernoc-
tat. Summo mane recedente recedit et
demon. Poscitur dare responsa ut prius
consueverat. Consulitur a sacerdote. Oppo-
nit titulum adventus Gregorii. Mox
sacerdos occupat viam prosequensque ad
Gregorium querelam compulsi numinis
exponit, questum quoque amissum deplo-
rat. At ille scribit epistolam, nihil verba:
Gregorius Apollini, permitto tibi redire
ad locum tuum et agere quod consuevisti.
Hanc sacerdos ad fanum fert epistolam
ponitque iuxta simulacrum. Adest de-
mon, iterum dat responsa. Tunc sacerdos
in semetipsum conversus ait: Si iste non
multo melior est Gregorius Apolline,
iste cuius obtemperat iussis. Et descen-
dentes eadem hora ad Gregorium refert
quod epistolam rerum ordine pandit utque

se offerat deo rogat Tunc relicta
gentilitate frater abeo cathecuminus
cum se castissime vite et abstinentissime
mancipasset etiam baptisma consequitur
et in brevi tempore in virtute fidei profecit quod
beati gregorii successor in episcopatu efficitur
Actor De quibusdam aliis sub prefatis
imperatoribus passis et fine illorum

Preter hos martires quorum || CXV
gesta supra posuimus passi sunt
plures alii sub valeriano et
galieno de quibus in martirologio
ita scriptum est Idibus ianuarii Rome
via lauicana corone militum xl
qui sub galieno imperatore pro confes-
sione vere fidei perpetue meruerunt
Item vi nonas marcii Rome via la-
tina sanctorum martirum ianuarii et basilei
qui passi sunt sub galieno et vale-
riano imperatoribus Item kalendas aprilis
in Cesarea palestine sanctorum martirum
prisci malchi et allexandri Qui in
persecucione valeriani divino fidei calore
succensi ultro iudicem adeuntes
de sevicia impiorum sanguinem obiurgant
Quos ille continuo pro christi nomine be-
stiis tradidit devorandos Item pridie
ydus aprilis sancti zenonis episcopi qui
inter procellas persecucionis veronensem
urbem mirabiliter rexit ac tempore
galieni martirio coronatus est Item iii°
kalendas mai in numidia apud cirtensem
coloniam natale sanctorum martirum agapy
et secundini episcoporum Qui in persecucione
valeriani post longum exilium apud
prefatam urbem in qua tunc maxime
gentilium rabies ad temptandum iustorum
fidem inhiabat ex illustri sacerdocio
effecti sunt martires gloriosi passi sunt
et in eorum collegio cum illis mulieres
tertulla et antonia sacre virgines
et quedam mater cum suis geminis Item
iii° kalendas augusti apud affricam civi-
tate Tuburiana sanctarum virginum maxime
donatille et secunde Que in persecucione
galieni aceto et felle primo potate
deinde plagis acerrimis tense et ecu-
lei extensione cruciate postmodum
etiam craticulis conguste uncto et
bestiis proiecte sed ab hiis intacte
novissime gladio iugulate sunt Item
nono kalendas septembris apud carthaginem
CCC martirum qui passi sunt tempore
valeriani et galieni Denique cum post
supplicia sibi illata xpiani dei filiorum

fatentur inclibanum calcis accensum
demissi sunt Ex quo eciam candidati
ille cetus beatorum massa candida
meruit nuncupari Hugo ubi supra
Porro valerianus ad extremum dei
predicte destitutus ut dictum est a
rege persarum sapore captus igno-
miniosa apud eum servitute consenuit
Et donec vixit hanc infamis officii
penam semper tulit ut acclinis sum-
mum regem ascensurus in equum non ma-
nu sed dorso attolleret At galienus tam
claro dei iudicio postquam rem
summam solus obtinuit levius ac
moderatius agere cepit et pacem ecclesie
condonavit Statim quod ira dei in illum
versa est et emilianus tiramnus apud
magunciacum cum res novas moliretur
occisus est Marius quoque qui in gal-
liis post mortem postumi invase-
rat imperium continuo interfectus est Denique
galienus imperator claudio succedente
defunctus est Regnavit autem cum
valeriano annis vii et solus annis
viii vixit autem annis l De obitu
sanctorum dionisii alex et ambigui te

Apud alle- istorum CXVI
xandriam xii° anno imperii
galieni dionisius pater no-
bilissimus cuius supra meminimus quievit
in pace Actor De hoc sanctus multa dicta
sunt hic ut legitur in libro tercio de bap-
tismo quem ad philomenem urbis
rome presbiterum scripsit de seipso ait Ego
inquit et tractatus hereticorum lego
et tradiciones eorum perscrutor et si
videar ad horam libris eorum pollui
sed michi multum confert hic quod
ex ipsorum libris arguere eos possum
denique cum aliquis ex fratribus com-
presbiterorum prohibet me ne heretica lectione
tamquam aliquo pollui veno michi
quedam a deo ostensa est que me con-
firmaret et sermo factus est in lege
omnia quecumque in manus tuas ve-
nerint quia probare singula et disc-
ernere potes quod in quod occasio hec
tibi fuit causa credendi hec ille dionisi-
us Porro quod de beato cornelio
supius dionisius hic idem de beato sixto
papa et de beato laurencio eius archi-
diacono de quibusdam aliis non sine
causa miramur nam legitur in cronicis
Ottonis frisingensis temporibus galieni pa-
pa[??] accepisse Cum tamen hugo de s[??]

sius legitur sub Decio passus fuisse. Unde Galienus ipse videtur et Decius alio nomine vocatus fuisse. Nam beatus Cyprianus legitur passus fuisse sub Valeriano et Galieno. Quem tamen dicit Ieronimus passum fuisse sub Decio. Ceterum quod prefati martires leguntur passi sub Decio et Valeriano non est intelligendum de Valeriano imperatore qui forte iam regno privatus erat sed de Valeriano preside. Ieronimus in libro de vita Pauli primi heremite.

De crudelitate Decii in sanctos. C xvii

Decius itaque martirum persecutor testante Cypriano qui sub eo passus volentes mori non permittebat occidi. Perseverantem igitur in fide martirem et inter eculeos laminasque victorem iussit melle perungi et sub ardentissimo sole ligatis post tergum manibus supinari, ut muscarum aculeis cederet qui ignitas sartagines ante superasset. Alium in iuvenili etate florentem in amenissimos ortulos precepit adduci ibique inter candentia lilia et rubentes rosas cum leni iuxta murmure serperet rivus et molli sibilo arborum folia ventus stringeret super constructum plumis lectulum resupinari iussit et ne inde se posset excutere blandis sertorum nexibus irretitum relinqui. Quo cum recedentibus cunctis meretrix speciosa venisset, cepit delicatis stringere colla complexibus et quod dictu quoque scelus est manibus attrectare virilia ut corpore in libidinem concitato se victrix impudica superiaceret. Quid ageret miles Christi quo se verteret nesciebat. Quem tormenta non vicerant superabat voluptas. Tandem celitus inspiratus precisa mordicus lingua in osculantis se faciem expuit et sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo calcavit.

De Paulo heremita et itinere sancti Anthonii ad eum. C xviii

Eo tempore Paulus primus heremita annorum xvi dum persecutionis tempore donaret procella ad montium deserta confugiens reperit saxeum montem ad cuius radices erat grandis spelunca que lapide claudebatur. Quo remoto ut est cupiditas hominum occulta cognoscere animadvertit intus grande vestibulum quod aperto desuper celo patulis diffusa ramis vetus palma contexerat fontem lucidissimum ostendens cuius tantummodo rivum foras statim eadem que genuerat terra sorbebat. Erant preterea per exesum montem parva habitacula in quibus erant scabre iam incudes et mallei quibus pecunie designari noscebantur. Hunc locum Egyptiorum littere ferunt furtivam fuisse monete officinam eo tempore tempestatis quo Cleopatre iunctus Antonius est. Quo adamato omnem ibidem in solitudine et orationibus duxit etatem, cibum quoque et vestimentum palma sibi prebebat. Cumque iam cxiii annorum esset et beatus Anthonius in alia solitudine nonagenarius moraretur, cogitare cepit Antonius nullum ultra se monachum in heremo consedisse. Atque illi de nocte quiescenti revelatum est esse alium interius multo meliorem se, ad quem videndum deberet properare. Cum diluculo surgens infirmos artus baculo regente sustentans cepit ire quo nesciebat dicens: Credo in deo meo quod servum suum quem mihi promisit ostendet. Interea conspicatur hominem equo mixtum quem centaurum vocant. Quo viso signo crucis se armavit. Qua inquit parte hic servus dei habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens et frangens potius verba quam proloquens inter horrentia ora satis blandum quesivit alloquium. Et tum dextre manus protensione cupitum indicavit iter, ac sic per patentes campos volucris se mittens in fugam ex oculis mirantis evanuit. Nec mora inter saxosum convallem grandem homunculum videt aduncis naribus fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Ad hoc Anthonius attonitus spectaculum scutum fidei et loricam spei bonus preliator arripuit. Et nichilominus predictum animal palmarum fructus eidem ad viaticum quasi pacis obsides offerebat. Quo viso gradum pressit Anthonius et quis esset interrogans hoc ab eo responsum accepit: Mortalis ego sum et unus ex accolis heremi quos vario errore delusa gentilitas et faunos satirosque et incubos colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur ut pro nobis communem dominum depreceris. Quem olim pro salute mundi venisse cognovimus et in omnem terram exivit sonus eius. Hec eo loquente

longeuus viator ubertim faciē lacrimis
rigabat et baculo humum percutiens dice-
bat. Ve tibi allexandria que pro deo por-
tenta veneraris ve tibi ciuitas mere-
trix in qua totius orbis demonia con-
fluxere. Quid nunc dicturi estis bestie
xpm loquuntur. nec dum verba compleuerat
et quasi pennigero volatu petulcum
animal aufugit. Sed ne tibi ad increduli-
tatem scrupulum moueat sub rege
constantino cuncto mundo teste defen-
ditur. Nam allexandriam istius modi
homo viuus perductus magnum populo
spectaculum prebuit et postea cadauer
exanime ne calore estatis dissiparetur
sale infusum antiochiam ut ab impera-
tore videretur allatum est. Anthonius
autem accepta regione pergebat ferarumque
tanta vestigia intuens quo se uerteret
quid ageret nesciebat. Qualiter inuenit
Oritur altera die dilu // eum Cxix
culo paul intuetur lupam sitis ardoribus
anhelantem ad radices montis
quam secutus oculis et mox speluncam
cum fera abisset accedens cepit intro-
spicere. Et introgressus callidus explora-
tor ac paulatim progrediens sepius-
que subsistens sonum aure captabat.
Tandem per cece noctis horrorem procul
lumen intuens dum auidius properabat
offenso pede lapide concitauit strepitum
post cuius sonitum beatus paulus hostium
patens firmauit. anthonius vero pro
foribus corruens usque post mediam
aditum precabatur dicens. Qui sim unde
et cur venerim nosti. Scio me non mere-
ri conspectum tuum tamen nisi videro
non recedam. Qui bestias suscipis homi-
nem repellis. Quesiui et inueni
pulso et aperiatur aliquin hic moriar
ante postes tuos certe sepelies uel
cadauer. Cui paulus. Nemo sic petit
ut minetur. nemo cum lacrimis calump-
niam facit. Et miraris si non recipiam
te cum moriturus adueneris. Et sic
arridens paulus patefecit ingressum.
Et tunc amplexibus se salutantes nominibus
et simul deo gratias retulere. Cumque se-
monicarent suspiciunt alite coruum
in ramis arboris consedisse. Qui inde
leuiter subuolans panem integrum
ante admirancium ora deposuit. Eya
inquit paulus dominus nobis prandium
misit. lx iam anni sunt quod ex quo dimidium
semper panis fragmen accipio verum

ad aduentum tuum militibus suis xpus
duplicauit annonam. Cum gratias agen-
tes super vbera fontis margine consede-
runt. Sed non quis frangeret pane obla-
contencio pene diem consumpsit in vesperum
paulus more cogebat hospitis an-
tonius non iure repellebat etatis. Tandem
consilium sunt inter eos ut apprehenso e
regione pane dum ad se quisque traheret
pars sua remaneret in manibus. De-
hinc paululum aque prono in fonte
ore libauerunt et immolantes deo
sacrificium laudis noctem vigiliis
transegere. De dormicione pauli et
e I eius sepultura Cxx

Dehinc alia die dixit paulus ad
anthonium. Olim te consimilem te
michi promiserat deus. Sed quia iam
tempus dormitionis mee aduenit
tu missus es a deo qui humo corpu-
sculum tegas. Quam ob rem perge queso
et pallium quod tibi athanasius episcopus
dedit affer ad obuoluendum corpuscu-
lum meum. Hoc autem rogauit ut me
recedente meror sue mortis leuaretur.
Quo audito anthonius flens et ge-
mens stupefactus quod quod de athana-
sio et de pallio eius audierat quasi
xpm in paulo videns ultra nichil
vidit sed cum silencio lacrimans ex-
osculatis manibus eius et pedibus
ad monasterium suum reuersus est. Cumque duo
discipuli ei occurrissent dicentes ubi
moratus es tam diu pater. Respondit
Ve michi peccatori quia falsum nomen
monachi fero. Vidi heliam vidi
Johannem in deserto et paulum uero in para-
diso. Ac sic ore compresso et manu ver-
berans pectus a cella pallium protulit
et nec modicum cibi sumens regre-
diebatur. Timebat enim ne se absente
spiritum redderet quod et euenit. Vidit
que alia die inter angelorum cateruas animam
pauli candore niueo fulgentem in
sublime conscendere. Et statim in faciem
procidens sabulum capiti superiaciebat
plorans et vlulans. Cur me inquit
paule dimittis. Cur abis insalutatus
tam tarde notus tam cito recedis
Sed dicto residuum me adinstar auis
peruolauit. Et introgressus speluncam
vidit corpus exanime genibus compli-
catis erecta ceruice extensis in altum
manibus. Et tunc primum eum viuere
credens pariter orabat. Postquam

nec ulla ut solebat suspiria pectoris
audiunt inflebile osculum ruens intel-
lexit quod etiam cadaver sancti domi-
num omnia vivunt officio gestus precare-
tur. Itaque obvoluto corpore psalmis ex
christiana traditione cantatis contri-
stabatur quia sarculum quo terram fo-
deret non habebat dicens: Si ad monasterium
redeam triduum iter est. Si hic maneam
nichil ultra proficiam. Moriar ergo
ut dignum est. Et ecce duo leones ex in-
teriori parte heremi currentes volantibus
per colla iubis ferebantur qui directo
cursu ad cadaver viri sancti substiterunt
adulantibus quoque caudis circa pedes
eius accubuerunt fremitu ingenti ru-
gientes prorsus ut intelligeres eos
plangere quo poterant. Deinde procul
ceperunt humum pedibus carpere ha-
renamque certatim egerentes unius ho-
minis capacem locum effodere. Et statim
quasi mercedem pro opere postulaturi
cum motu aurium cervice deiecta ad
Anthonium perrexerunt manus et pedes
eius lingentes ita ut ille animadverteret
benedictionem eos a se deprecari. Nec mora
et in laude Dei effusus cum iuncta de-
fureret talia ait: Domine deus sine
cuius nutu nec folium arboris defluit
nec unus passer ad terram cadit, da
illis sicut tu scis. Et manu annuens
ut abirent imperavit. Et deposito cor-
pore effossam desuper humum congregans
tumulum ex more composuit. Altera
autem die tamquam pius heres tunicam
eius sibi vendicavit quam ipse sibi
in sportarum modum de palme foliis
subtexuerat. Et sic ad monasterium re-
versus discipulis ex ordine cuncta re-
plicavit diebusque sollempnibus pas-
che vel penthecostes semper tunica Pauli
vestitus est. Hec gesta eius. Sequitur
Passio sancti Policronii episcopi. Cxxi

Orta itaque tempestate sub Decio
multi Romanorum necati sunt.
Inter quos inventus [?] in
Babilonia episcopus nomine Policronius
cum sacrificare nollet reclusus est
cum clero suo in custodia. Deinde iussit
eum Decius sibi presentari et ait: Tu es
Policronius sacrilegus qui neque deos
colis neque principum precepta custodis.
Cui non respondit. Et dixit Decius ad
clerum eius: Obmutuit princeps vester.
Respondit Parmenius presbiter: Non obmutuit
princeps noster sed precepto domini nostri Ihesu Christi cum
creatoris utitur ut non polluatur os
sanctum quod a creatore nostro purifi-
catum est. Quia sic precepit dominus apostolis:
Ne mittatis margaritas vestras ante
porcos. Iustum ne tibi videtur ut quod
semel purificatum est stercore coinquinetur?
Decius ait: Ergo nos stercora sumus.
Tunc iratus linguam ei precidi iussit.
Quo facto ille clamare cepit: Beate pater
Policroni ora pro me quia video inter
spiritum sanctum regnantem et os tuum signatum
et [illegible] favum mellis more distillan-
tem. Cumque iam Policronius adeo sacri-
ficare monitus non vellet, iratus De-
cius iussit os eius lapidibus cedi. Qui
dum cederetur manibus expansis oculis
ad celum intentis emisit spiritum xvi kalendas
marcii. Eadem nocte dimisit corpus eius
ante templum et ambulavit in civitatem
Cordubam xvii kalendas marcii. Eadem nocte
venerunt duo subreguli Abdon et Sennes
qui erant occulte christiani et rapuerunt
corpus eius et sepelierunt cum [illegible]
prope Babilone. Passio sancti Parmenii
presbiteri. Cxxii

Iussu non Decii cum
presbiteri et dyaconi vincti ferro ducuntur
cadebant vincula de collis et manibus
eorum. Veniens autem Decius in civitatem
Cordubam iussit eos cum furore sibi
presentari. Quos cum sacrificare monet
Parmenius presbiter clamare cepit: O miser
homo manu facto simulacro nos compellis
humiliari, debes potius humiliari Christo
domino creatori. Tunc Decius iussit eius
[illegible] suspendi. Qui cum attraherentur
nervis gratias agebant deo dicentes
[illegible] ut oraret pro eis. Cui reddidit: Det
nobis deus consolationem spiritus sancti.
Tunc Decius iratus dixit: Hoc argumentum
hominem sine lingua loqui magica
arte cognoscitur esse. Respondit Parmenius
dicens: Dominus meus qui mutum lo-
quentem fecit ipse michi petenti dedit
sine lingua loqui. Eadem hora iussit eos
Decius ignibus uri. Qui cum diu incenderentur
audita est vox de celo: Venite omnes
ad me humiles corde. Sed hoc Decius
magice artis attribuens iussit laminas
ardentes circa latera eorum poni et
eos ungulis ferreis lacerari. Tandem
quoque depositos de eculeo capite truncari.
Quorum corpora Abdon et Sennes noctu
sepelierunt in predio suo v kalendas mai.
Passio sanctorum Abdon et Sennes, Olimpiadis
et Maximi. Cxxiii

Tandem accusati a paganis quod
Romanorum corpora sepelierunt et
nec diis se humiliarent nec precep-
ta principis servarent missi sunt Decio pre-
sentari et interrogati in arta custodia re-
cludi cathenis vincti. Eadem quoque die
tradita sunt Decio Olympiades et Maximus
nobilissimi viri Rome. Quos ille sibi pre-
sentatos iussit fustibus cedi dicens quod
morte digni essent eo quod hominem
mortuum colerent. Et ait eis: Pandite
nobis facultates vestras. Olympiades di-
xit: Nostra facultas et aurum et gem-
me Christus est. Iam dixi: inspice quia cor-
nua tibi tradimus cuncta facultate pre-
pitura. Tunc Decius iussit eos fustibus
et plumbatis cedi. Qui magis confortati
clamabant dicentes: Fac quod facis et
noli cessare, commoda quod perdidimus.
Tandem Vitellius auriga incredulus furore
plenus iussit ut cum securibus capita
eorum tunderentur. Quod ut fieret spiritum emi-
serunt. Et iussit Vitellius auriga ut
corpora eorum canibus relinquerentur. Ubi
etiam iacuerunt v diebus et venien-
tes canes mugitus emittebant non
contingentes corpora sanctorum. Post quintam diem
veniens quidam Romanus ex genere
Abdonis et Sennis nobilis collegit
corpora eorum et sepelivit in domo sua
xiiii kl aprilis. Post hec Decius Ro-
mam veniens et sanctos Abdon et Sen-
nen cathenis ligatos secum duces
iussit Valeriano omnes Romanos teneri
et recludi. Eo tempore tenuit beatissimum
senem Sixtum papam Rome episcopum cum
omni clero suo et presbiteris et dyaconibus
et reclusit in custodia publica multis
diebus. Consilia quoque ad eos veniebant
quia tempus tempus persecutionis vi-
gebat et deferebant filios suos ac
propinquos ut baptisarentur. Tunc De-
cius facto conventu una cum Valeriano
prefecto v° kl augusti iussit Abdon
et Sennen sibi presentari. Qui in conspectu
eius et senatus introducti aut sacri-
ficare et libertatem rerum suarum reci-
pere aut morsibus bestiarum devorari
iubentur. Contempnentes itaque et con-
spuentes simulacra ad theatrum pertra-
huntur et ad eos duos leones et ursi
immittuntur. Qui cum sanctos non tangerent
sed etiam custodirent, incertis in eos
gladiis sevierunt. Et ligati pedes
tractati sunt et iactati ante simulacrum
solis. Qui cum ibi triduo iacuissent
Quirinus subdiaconus eos collegit
et in domo sua sepelivit. Ex gestis
eius.

Passio sancti Sixti pape C.xxiiii

Prius sanctus papa Sixtus apud
Athenas natus et doctus audiens
quod Decius cesar eum comprehendi
iussisset convocavit clerum et confortavit
eos ne errores metuerent impiorum.
Presentatus est itaque Decio cum Felicissimo
et Agapito dyaconibus. Quem cum
Decius nullis blandiciis movere po-
tuisset ductus est ad templum ut
aut sacrificaret Marti aut recipe-
retur in carcerem Mamertinum. Audiens autem
beatus Laurencius quod receptus esset
in carcerem sanctus Sixtus prosequens ad eum
dixit ei: Quo progrederis sine filio
pater, quo sacerdos sancte sine ministro
properas. Cui beatus Sixtus dixit: Non
ego te desero fili, sed maiora tibi
debentur certamina. Nos quasi senes
levioris pene cursum recipimus,
te quasi iuvenem manet gloriosior
de tyranno triumphus. Post triduum
me sequeris sacerdotem levita. Interim
quos accipe thesauros ecclesie et quibus
tibi videtur divide. Tunc beatus
Laurencius accipiens thezauros
cepit per regionem querere ubi Romani
laterent et unicuique prout opus erat
distribuebat. Venitque ad domum cuiusdam
vidue que in domo sua multos Roma-
nos celabat. Hanc rogavit eum ut
manum suam super caput eius po-
neret quia multum iam diu capitis
infirmitate languebat. Quod cum
beatus Laurencius fecisset statim illa
sanata est. Eadem nocte pergens inde
venit in domum cuiusdam Romani et
ibidem quendam cecum signo crucis
illuminavit. Beatus ergo Sixtus cum
duceretur ad Decium et dictis eius mini-
me consentiret Valerianus prefectus
decrevit ut sacrificaturus ad templum
Martis duceretur aut si nollet ibidem
capite puniretur. Tunc beatus Laurencius
cepit post eum clamare dicens: No-
li me derelinquere pater quia thezauros
tuos iam expendi. Tunc milites au-
dientes thezauros beati Laurencii
tenuerunt Sixtum qui cum Felicissimo
et Agapito ibidem decollantur viii idus
augusti. Ex gestis eius. C.xxv

Passio sancti Laurencii martiris

Post passionem sancti Sixti tercia est beatus laurencius et decio presentatus Traditus quoque est valeriano prefecto ut ab eo thezauros ecclesie diligenter exquireret et si nollet sacrificare diversis eum tormentis occideret Valerianus autem tradidit eum ypolito carcerario Erat autem in carcere gentilis quidam qui plorando cecus factus fuerat Cui cum laurencius promisisset quod videret si baptisatus in xpm crederet credentem baptisavit et dixit ei Divina in confessione lavantur videns autem ypolitus quod non solum ille videret sed eciam multis alijs beatus laurencius visum restauraret ait illi Ostende michi thezauros Dixit ei laurencius Ypolite si credideris in xpm et thezauros tibi ostendo et vitam eternam promitto Cui ypolitus Si dictis inquit facta compenses faciam que hortaris Et statim baptisatus ypolitus ait vidi animas innocencium letas gaudere Et protinus baptisata est tota familia eius Post hec valerianus mandavit ypolito ut laurencium adduceret Qui sponte veniens cum astaret et valerianus thezauros exquireret petijt triduanas inducias ut eos ostenderet Et abiens collegit pauperes et adduxit ad pallacium Ecce thezauri eterni qui nunquam deficiunt Cum ergo interrogatus deos blasphemaret iratus decius iussit eum scorpionibus cedi et ante eum omne genus tormentorum afferri Quem cum sacrificare iubet ut tormenta evaderet Respondit Infelix has epulas ego semper desideravi Decius dixit ergo si gloriaris in hoc dic nobis ubi tui similes sunt absconsi ut simul epulemur Respondit laurencius Non es dignus eorum aspectibus presentari Tunc decius iussit eum plumbatis durissime cedi Et oravit laurencius dicens Domine accipe spiritum meum Statimque vox venit ipso decio audiente Adhuc multa certamina tibi debentur Tunc decius furore plenus dixit viri romani audistis demones sacrilegum confortantes qui deos respuit et principes et tormenta contempnit Extendite eum et cum scorpionibus cedentes affligite Tunc unus ex militibus nomine romanus credidit in xpm et clamavit ad beatum laurencium dicens video ante te iuvenem pulcherrimum stantem cum lintheo extergente membra tua unde adiuro te per deum qui misit tibi angelum suum ne me derelinquas Tunc anxiatus decius iussit ut deponeretur laurencius dicens Puto iam quod per artem magicam victi sumus Et iussit eum recipi in palacio Et tunc venit ad eum romanus et baptisatus est ab eo Quod audiens decius iussit eum exhiberi cum fustibus At ille veniens nondum interrogatus clamare dicens xpianus sum Et statim iussu decij decollatus est Eadem nocte ductus est beatus laurencius ad decium et valerianum Cui decius Sacrifica dijs Sin autem nox ista in te expendetur supplicijs Beatus laurencius dixit Mea nox obscurum non habet sed omnia in luce clarescunt Tunc iussit ut os sancti laurencij cum lapide cederetur Tandem eum ministri iussu decij nudum super cratem ferream extenderunt et prunis suppositis eum cum furcis ferreis compresserunt Cumque ibi diu assaretur et gratias agens vultu letissimo quasi nichil male senciens videretur respexit ad imperatorem et dixit Ecce miser assasti unam partem gira aliam et manduca quia iam video quem diu desideravi Et sic gracias agens emisit spiritum Tunc decius et valerianus confusi relicto laurencio super craticulam perrexit ad pallacium Et facto mane ypolitus et iustinus presbiter rapientes eum cum lintheis et aromatibus condiderunt Gregorius ca ij

Miracula eiusdem post mortem Cxxvi

Templum erat in quodam loco beati laurencij et reliquijs et nomine consecratum quod pictura longinqui temporis valde detectum erat Quod cum renovare loci incole vellent silvas adeunt mensura elongata que ligna trabes efficiunt impositisque plaustris ad locum exhibent quibus plurimum ad ordiendum extensis una brevior est reperta Statimque sacerdotis animum qui hijs insistebat dolor maximus attigit et flens valde quid ageret quo se verteret ignorabat Tunc intuens ruborem breviorem ait O laurenti beatissime appositus igitur glorifica te semper pauperes fovens ac reficiens cogita paupertatem meam quia non est exiguitati mee facultas qualiter hic

alia exhibeat. Illico cunctis attonitis
trabes crevit in tanto spacio longitudinis
ut utrobique esset pars magna residui. De
qua industria plebis beneficia perdere
nefas putans credens eam manu mira
tractatam ac prolongatam partem que super
fuerat frustatim decerpens diversas in
firmitates sepe submovit. Quod for
tunatus presbiter hiis versibus prosecutus est
Laurenti merito flammis in talibus uste qui
fervente fide victor ab igne redis. Cum
tibi templa novant brevior robore ple
bes Crevit et trabes crevit et alma
fides. Stipite contracto tua se iam crede
tetendit Quantum parva prius porrecta
tesa fuit Crevit plus meruit sutata
senibus arbor. Et didicit facta longior
esse coma. Unde recisa fuit plus fecit
inde salutem. Si venit intrepidus lima
tenus habet. Multo plures eumdem sup
sit versiculos quos ego pretermisi hos au
contestimonio viri scribens acta sunt
autem hec apud biconas ytalie castrum
Nam vidi ego hominem qui graviter
dencium dolore laborans accepta de his
ligno assuedote particula statim ut den
tem tetigit dolore pressus caruit
Sed nec istud silendum putavi quod
reliquie eius ab incendio hostilitatis
erepte a quodam homine in clementium
delate sunt Quod cum sepius ad
moneretur presbyterum ut easdem audio
abbati deferret nec iussionem implet
ipse cum coniuge et omni familia egrotare
cepit. Tunc necessitate compulsus ut eas
sancto viro detulit mox sanitati re
stitutus abscessit. Est apud mediola
nensem urbem basilica in honore
ipsius martiris consecrata ibique admira
bili pulchritudine calix cristallinus
habebatur. Accidit vero quadam sollempnitate
dum per dyaconem ad sanctum altare offer
retur elapsus e manibus in terram ruit
et in frusta comminutus est ac dyaco
nus pallidus et exsanguis collectis
diligenter fragmenta vasculi super
altare posuit non diffisus quod eum
posset virtus martiris solidare Denique
in vigiliis lacrimis atque oratione deduc
ta nocte et requisitum calicem repit
super altare solidatum. Que virtus cum
populis nunciata fuisset tantum animos
eorum devotione succendit ut sacerdo
te petente nova in honore eius dominus
sollempnia celebrium. Tunc pontifex

loca suspendit super altare taliter et
tunc egit devotissime sollempnitatem
et in posterum per singulos annos omni
populo constituit celebrari. Gregorius eis

Passio sancti ypoliti cum sociis suis CXXVIIII

Post tercium diem
passionis sancti laurencii
cum redisset ypolitus domum
prius quam mensa posita ci
bum caperet tentus a militibus ductus
est ad decium. Cui decius inquit et tu
magus factus es quia corpus laurencii
abstulisti. Respondit ypolitus hoc feci
non ut magus sed ut xpianus. Tunc
decius furore repletus iussit eum
expoliari et fustibus tesum pectinibus
ferreis laniari. At ille magis se esse
xpianum clamans indutus veste mi
litari et monitus ut militiam et ami
ciciam decii retineret Respondit se velle
in bona militia xpm sequi. Tunc
decius tradidit eum valeriano prefecto
ut facultates eius acciperet et ipsum
diris suppliciis cruciaret. Adducta est
ergo tota ypoliti familia xpiana cum nu
trice eius nomine concordia. Quos cum
prefectus moneret ne perirent Concordia
respondit Volumus cum ullatenus concu
tirent. Unde eam prefecte et gaudente
ypolito usque ad mortem fustibus cedi
fecit et aliis decollatis ypolitum li
gatum per pedes ad colla indomitorum
equorum per spinas et tribulos trahi iussit
Sicque gracias agens ypolitus exspiravit
Cumque omnes iustinus presbiter sepelisset
et corpus concordie invenire non posset
quidam miles nomine porfirius ro
gavit quendam chloacarium nomine
yreneum occulte xpianum dicens Se
cretum custodi et extrahe concordiam
xpianam quam valerianus in cloacam
precipitavit Spero enim quod aurum et gemmas
in veste sua habebat. Cui ille Unde
michi locum et nocte quod invenero
tibi nunciabo. Dixit ergo cloacarius
cum illo ad locum. Qua extracta cum
nichil invenissent miles fugit et
yreneus vocato habundio xpiano tulit
corpus eius ad iustinum presbiterum. Quod
ille cum gaudio suscepit et iuxta
predictos martires sepelivit. Quod male
valerianus audiens yreneum et
habundium tenuit et vivos in cloacam
mergi precepit. Iustinus vero presbiter
eorum corpora rapuit et iuxta beatum

laurencium sepelivit. Eodem tempore
cum decius et valerianus de cathedra
aurea descendentes theatrum introirent
ut varios suppliciis exhiberent arrep-
tus a demone decius exclamavit
Ypolite vinctum cathenis asperis
ducis me. Valerianus etiam clamavit
Laurenti igneis cathenis me trahis.
Et statim prefato decio exspiravit. De-
cius non per diem vexatus mortuus
est. Quod uxor eius triphonia videns
dimissis omnibus dampnis perrexit cum
filia sua cirilla ad iustinum presbiterum
et baptisata sequenti die orans in
domo sua migravit ad dominum. Audi-
entes autem xlvi milites quod triphonia
et cirilla dampne essent venerunt cum
uxoribus suis ad iustinum presbiterum ut
baptismum perciperent. Quos cum dyonisius
papa qui sancto sixto successerit bap-
tizasset et claudius imperator adduc-
tos et nolentes sacrificare in carcerem
reclusisset. Cirillam aggreditur et no-
lens sacrificare nec nubere cum predictis
militibus decollatur. Eusebius in eius.

De imperio claudij et paulo heresiarcha
et pelagia peccatrice. C xxxix c.

Romanorum xxviij regnavit cla-
udius annis fere duobus. Cepit
autem anno domini CC° lxx° iiij
dicitur non iiij CC xxxiiij. Hugo
ubi supra. Hoc tempore apud antio-
chiam demetrio episcopo paulus quidam
samosatenus qui successit eum in-
digna de christo sentiens ut pote tu-
midus et superbus heretice predicabat
cum hominem tantum eius nature
fuisse. Helinandus. Hic paulus ab
omni antiocheno concilio condempnatus
cum de ecclesia nollet exire coactus
ab aurelianum manu publica expul-
sus est. Cum successit domnus demetriani
filius xvij episcopus antiochie. Huius
domni tempore pelagia que peccatrix
appellatur mirabiliter conversa est. Egest
eius. Agitur apud antiochiam cum per
quandam causam viij vicini episcopi con-
venissent et inter eos episcopus helio-
poleos que nunc damiata vocatur
astantibus populo predicaret subito palam
omnibus femina quedam super sedens
et summa faciei et ornamenti pulcri-
tudine splendens ante eos in maxima
pompa iuvenum et puellarum preteriit.
Quos ita sui contemplatione trahebat

quod ubicumque esset totum aerem musci
et diversorum aromatum odore replebat.
Quam ubi episcopi inclinato capite preterisse vi-
derunt ab ipsa quasi a peccato gravissimo
facies averterunt. Beatus vero domnus
episcopus heliopoleos cum eam diucius aspe-
xisset declinans in genua faciem post
longas lacrimas et profunda suspiria di-
xit ad coepiscopos. Rogo vos fratres non estis
delectati in tanta pulcritudine mulieris
huius. Ipsi non tacuerunt. Item quod flens
et valide suspirans pectusque percutiens
iterum suos quod eos interrogavit: Si essent
illius mulieris pulcritudine delectati.
Et illis adhuc tacentibus ait. Vere de-
lectatus sum ego et huius michi placuit
pulcritudo. Veritate dico vobis quod hanc
deus in iudicio nobis proponet ubi nos et
sacerdotium nostrum iudicaturus est. Nos enim
habentes sponsum eternum donantem sibi
fruentibus eternas divicias et ipsum videre
iugiter desiderant angeli. Propter nostram
negligenciam torpescimus et animam nostram faciem ab
inmundicia non levamus ut ei placeamus
sicut hec misera totiens et tam diu stu-
duit ut se abluens et depingens ama-
toribus suis pulcra appareat, qui
si hodie videntur cras forte non erunt.
Hec et his similia dicens ingressus hospicium
proiecit super pavimentum et faciem
ad terram feriens et lacrimis rigans di-
xit. Altissime deus ignosce michi mi-
sero peccatori quia unius diei meretricis
ornatus totius vite mee industriam
superavit. Illa perituris et caducis sui-
us se studio decoravit. Ego tibi im-
mortali deo placere proposui et propter meam ne-
gligentiam non implevi. Ego mandata
tua non servavi. Illa quecumque promisit ho-
minibus cum alacritate perficit. Sequitur

De conversione eius et penitencia. C xx

Cum hec et huiusmodi diceret et fortiter
eiularet subito obdormivit
Et ecce visum est ei quod columba
nigra sordida et fetida nimis circum-
volans eum quasi ad missam stans
cathecuminos procedere precepisset columba
disparuit et post missam rediens et
ab ipso episcopo in vase aque mersa inde
munda candida exiens tam alte vo-
lavit quod videri non potuit. Evigilans
episcopus cum hec suo clero retulisset ad ecclesiam
processit. Et dum populo predicaret illa me-
retrix que tunc cum aliis illum predicantem
audivit in tantam compunctionem mutata

est quod sero ad hospicium episcopi nuncios
suos mittens sic ei mandavit Sancto
discipulo christi peccatrix discipula dyaboli.
audivi de deo quem colis quod non
propter iustos sed propter peccatores de celo descen-
dit et cum publicanis et peccatoribus
comedit et bibit. Si ergo discipulus eius
es ne me despicias penitentem et sal-
vari cupientem. Ad hec episcopus Quecunque
es deo nota es sed tu peccatorem non
temptes. Quod si salvari et me videre
desideras inter alios episcopos me videbis
nam solum me videre non poteris. At
illa non differens ad hospicium episcopi se
venisse mandavit et ille convocatis
episcopis eam intrare precepit. Que statim
prostrata cum eiulatu magno pedes
eius lacrimis rigans et crinibus tergens
dixit Miserere domine peccatrici. Ego
enim sum pelagia pelagus iniquitatis
exundans fluctibus peccatorum. Ego sum
abyssus perdicionis et vorago et la-
queus animarum. Fac ergo me piissime
baptizari ut anima mea possit clamantis
sordibus emundari. Cum sancti canones
contineant non debere meretricem ad bap-
tismum nisi per fideiussores spondeat
quod se ultra pravis actibus non
involvat. Tunc illa iterum se prosternens
et eiulans dixit. Racionem reddes deo
pro anima mea et tibi imputetur peccatorum meorum
iniquitas si me distuleris baptizare.
Tunc sancti nomen eius quesivit et
illa dixit se a nativitate pelagiam
sed propter pompam ornamentorum me vocant popu-
li a plebe margaritham. Cum ergo bapti-
zata et communicata fuisset. Ecce dyabolus
quasi nudus clamabat dicens O
violenciam quam pacior ab hoc sene
decrepito. Non tibi sufficiebat heliopolis civi-
tas que quondam mea fuerat. Va
ledictus dies in quo michi contrarius
natus es. Quid fecisti michi pela-
gia. Et tu in me iudam imitata es
domina mea margaritha quid umquam mali
feci. Nonne te lapidibus preciosis or-
navi. Nonne te auro et argento et
cunctis diviciis cumulavi. Dic michi
in quo te contristavi et tibi satisfacio
tantum ne me deseras ne obprobrium
christianis efficiar. At illa prius se signavit
et flatu suo dyabolum effugavit. Tercia
die congregatas prorsus suas omnes
divicias suas ad consilium episcopi nichil sibi
retinens pauperibus erogavit et in-

duta ciliciis nocte fugit. Post tres
annos clericus eius episcopi ihierusalem ve-
nobit et dixit ei episcopus ut inter alios
monachos hominem dei pelagium diligen-
ter inquireret et similiter salutaret. Et non
intelligens clericus quod hec esset pelagia
sub nomine pelagii in cella reclusa in
monte oliveti recepit et cognitus ab ea
ipsam propter nimiam maciem non cognovit.
Et dixit ei pelagius Habes episcopum. Cui ille.
Etiam domine pater. At illa Oret inquit
pro me quia apostolus christi est. Et visitans
clericus omnes alios. Cum audisset magnam
famam pelagii rursus ad eum redit
et cum se vocanti non responderet aperiens
fenestram defunctum invenit. Et con-
vocati monachi cum episcopo ungentorum pe-
lagium de cella extrahentes et se
pelicientes feminam invenerunt et lau-
dantes deum qui multos habet suos
absconditos honorifice eam in lo-
co nundissimo posuerunt. Tunc re-
versus clericus antiochie episcopo suo re-
tulit quod vidit et intellexit quod
illa esset pelagia que ab episcopo bap-
tizata pelagium se fecerat appellari.
Ex gestis eius. De sanctis quinque mar-
tiribus. C.xxxi.

Temporibus claudii venit de perside patribus
marius et eius uxor martha
et duo filii audifax et aba-
cuc romam viri nobiles ad orationem apostolorum.
Et dum spoliate corpora sanctorum perca-
teres et sepulturas conquirerent ve-
nientes in castrum cristibium inve-
nerunt sanctum quirinum martirem qui multa
opera iam pro christi nomine fuerat
perpessus cum facultate sua nudatus.
Et mittentes ad se pedes eius ut
oraret pro eis receperunt ei ministrare
de facultatibus suis lavare pedes eorum
qui constricti erant martirum et ma-
pita sua et filiorum suorum effundere.
Eodem tempore claudius divulgato pre-
cepto ut christiani punirentur tenuit cet
lxiiii christianos quos iussit extra muros
porte salarie duci ibique in amphi-
teatro inclusos cunctis iaculis sagittis
interfici. Quorum corpora sepelierunt
marius et uxor eius martha et
filii una cum iohanne presbitero. Deinde
venientes in castrum et requirentes
beatum quirinum non invento eo contristati
sunt. Et audientes a quodam presbitero
quod noctu fuerat gladio interfectus

et in tiberim iactatus cum corpus re-
mansisset in insula lycaonie pgentes
noctu collegerunt illud et sepelierunt
viii° kl aprilis De sancto mario et
Itum venientes // marthe Cxxxvi
cum tiberim audierunt in quodam tenacio
multitudinem xpianorum psallentium et
pulsantes cum gaudio ianuam intra-
verunt. Datisque osculis et oratione ad divi-
nam mansuerunt ibi duobus mensibus
in abscondito. Tunc tenuit claudius
xpianum valentinum presbiterum et clausum
in carcere in kathenis et compedibus post
biduum iussit eum sibi presentari. Interro-
gatus que ab eo cum blasphemasset deos
eorum scilicet asserens iovem et mercurium
fuisse miserrimos homines et turpes
immundiciis semper delectantes asterio prin-
cipi traditus ut eum si posset mollibus
sermonibus humiliaret. Ingressus domum
introiens genibus positis oravit
dicens. Deus omnium creator qui misisti
filium tuum ut nos de tenebris ad lucem
perduceres converte domum istam. et da ei
lumen post tenebras ut te deum verum
et unum et unum cognoscat. Audiens
asterius dixit ad eum miror prudenciam
tuam ut dicas quia xpus vi-
lumen est. Et ille verum inquit lumen est
verum qui illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum. Prudit aste-
rius Si illuminat omnem illumina ergo hanc
quam habeo filiam adoptivam ante
fere duos annos subito obsecratam,
et tunc quecunque precepis faciam //
Cumque currens eam adduxisset va-
lentinus facta oratione cum lacrimis
posuit manum super oculos eius dicens
Domine ihesu xpe illumina famulam tuam quia
tu es deus verum lumen. Hoc dicto aper-
tis sunt oculi eius Quod videns aste-
rius cecidit ad pedes sancti cum uxore
sua petens ut quidquid faceret pro sa-
lute faceret eorum Tunc indixit eis
triduo ieiunium/ asterius autem quia
multos xpianos in custodia habebat
omnes relaxavit et consummato triduo
baptismum cum omni domo sua suscepit
pit. Erant autem ave fere xlvi De
passione eorundem sanctorum Cxxxvii
Hoc factum ut audivit marius
et familia eius venerunt cum
gaudio ad domum asterii gratias
agentes et fecerunt ibi xxxvi° dies
post hec claudius requirens asterium
presidem cum audisset de facto eius irra-
tus iussit milites et tenuit omnes quos
invenerunt in domo eius Qui cum vincti fuis-
sent adducti iussit asterium vinctum in civi-
tatem hostiam duci et ibi sub pena
condempnatione mori. valentinum autem fu-
stibus cedi et capite truncari Qui de-
collatus est xvi kl marcii Marium vero
et uxorem eius et filios sibi presentatos
tradidit musiano vicario iubens
ut aut sacrificarent vel diversa tormen-
ta sustinerent Qui iussit expoliari eos
et fustibus cedi Illis autem deum glori-
ficantibus iussit eos in eculeum suspendi
deinde ignem ad latera eorum poni et
ungulibus ferreis radi Postea iussit
eos in conspectu marthe de eculeo de-
poni et manus eorum preddi Tunc cepit
sanguis emanare Martha autem sanguinem
mariti et filiorum colligens caput
suum cum gaudio liniebat Tunc iussit
ut manibus ad colla ligatis per civi-
tatem circuirent deditque sententiam ut
decollarentur, martha vero in nimpha
necaretur Quorum corpora etiam ne sepul-
turam haberent iussit incendi Que vero
vir felicitas corpora eorum semiusta ra-
puit et in predio suo sepelivit Martha
vero de puteo levatam eis iunxit xiii°
kl februarii. Gesta eorum De sancto
Cesario et Iuliano Cxxxviii cap
Tempore quo claudius inter-
fectus est gladio ne et edictum de
colendis ydolis per orbem divul-
garunt erat firminus quidam
pontifex terratine civitatis campa-
nie qui per singulos annos die kl
ianuarii quasi pro salute rei publice
et principum suadebat hominibus cru-
delem audaciam exercere Nam ante
prefatum diem nutriebatur iuvenis
viii vel vi mensibus in deliciis et la-
sciviis ad manifestationem suam Exactoque
tempore armatus et ornatus ascen-
debat in monte marmum et arrepto
equo pro salute rei publice et principum
et civium salubritate et ut nomen
haberet glorie ipse se precipitabat morti
Cuius corpus cum grandi honore colli-
gebatur et ad templum ponebatur
apollinis et incendio consumebatur
et cineres eius in templo pro salute rei
publice et civium recondebatur Eo tempore
cesarius dyaconus ex affrica civitatem
veniens latuit ibi usque ad diem kl

iaciam apud quendam xanum cum quo vigiliis et orationibus deo fruebatur. Die autem prenotata cum vidisset hominis crudelem superstitionem in(com)modam iuuenem lucianus speciose exhiberi. clamare cepit. viri sapientes quid facitis solum scelus ve reipublice et principibus qui crudelitatibus delectantur et effusione sanguinum saginantur. ut quid proditis ciues dyabolice fraudis persuasionibus. Tunc firminus pontifex iussit eum teneri et in custodia publica recludi. Qui per triduum maceratus et leonatio consulari traditus ductus est ante carpentum eius ad templum apollinis vinctus et nudus. Et cum appropinquaret orante eo subito ruit templum et occidit pontificem firminum. Post hec item cesarius in custodia maceratus et capillis suis tectus quia nudus erat et cum angelus domini die noctuque custodiebat in medium fori est adductus. Illic subito cadens in terram adorauit dominum. Factaque est lux sicut coruscatio et protexit eum. Videns hoc leonatius clamauit. vere deus deus est quem predicat cesarius. Et iecit se ad pedes eius et exspolians se clamidem suam induit eum petens coram omnibus ipsis baptismum. Cumque baptizatus esset veniens Iulianus presbiter dedit ei corpus et sanguinem domini. Cumque percepisset omnia sacramenta cum gloria tradidit spiritum. Cuius corpus uxor eius et filii sepelierunt in agro suo kalendis nouembris.

De passione eorum et quorundam aliorum CXXXV

Porro luxurius primus ciuitatis tenuit sanctos Iulianum et cesarium et dedit sententiam in eos ut ambo in sacculum missi in mare precipitarentur. Cumque ducerentur dixit beatus cesarius ad luxurium. Hodie quidem aqua que regenuit quasi filium suum corpore renatum suscipiet ut ipsa me modo martyrem faciat vna cum patre meo iuliano. Te autem hodie comedet coluber ut sciat hec omnis patria quia vindicat dominus sanguinem sanctorum suorum et virginum quos ignibus cremasti. Eodem igitur die quo mersi sunt vnda eos in litus eiecit ubi etiam iacebat luxurius totus tumidus a serpente percussus. // Nam cum equo sedens in villam suam ad prandendum festinaret et iuxta arborem transiret per negligentiam suam cecidit ut illaberetur serpens mox collum et capitium tunice eius et intra cingulum ventrem eius et latera sua morsibus laniaret ita ut percussura usque ad cor perueniret. Iacens ergo totus tumidus cum agonem expiraret vidit oculis suis ambos psallentes et cum honore digno corpori eorum vndas afferentes. Quorum corpora fluminis dei Eusebius collegit qui cum ipso habitauerat et sepeliuit noctu iuxta terracinam ciuitatem sub die kalendis nouembris. Post dies autem v inuentus est et ipse Eusebius in loco ubi posuerat beatos martyres ieiunans et orans dominum. Quod videntes multi occurrebant ei et conuertebantur et baptizabantur a felice presbitero. Hoc audiens leonius filius leonatii consularis firmeus de monte patris sui iussit milites et tenuit felicem presbiterum et eusebium monachum. Et interrogatos de doctrina reclusit eos in custodia. Et nolentes sacrificare iussit decapitari et corpora eorum in flumine iactari. Que ad litus proiecta quintus presbiter collegit et sepeliuit iuxta corpus sancti cesarii nonis nouembris. Hugo ubi supra. Tandem claudio imperatore defuncto quintillus frater eius ab exercitu electus est et imperio sublimatus sed vii die imperii sui interfectus occubuit. Eusebius in cronicis.

De imperio aureliani et et de commutatione pauli CXXXVI

Romanorum igitur xxviii regnauit aurelianus annis v et mensibus vi. Cepit anno domini cc lxxiiii mundi vero iiii CCC xxxvi. Hugo ubi supra. Iste fuit vir industrie militaris expertissimus et gothorum gentem diuersis preliis profligauit. Ditionemque romanam antiquis finibus stabiliuit et syriam totam receptam sibi vendicauit. Unde magna gloria rome triumphauit et post modum vrbem firmioribus muris cinxit. Porro status ecclesie hoc tempore persecutoribus mitescentibus augebatur cottidie. Unde aput antiochiam celebre concilium aggregatum in quo prefatus paulus hereticus esse manifestissime conuincitur et condempnatur insistente maxime malchione presbitero antiochene ecclesie viro

sapientissimo. Hunc etiam ab omni ecclesiarum concilio presumptum est disputare cum Paulo cum sapientibus notariis. Iste Paulus sacerdotio abiectus et communione privatus nolebat cedere de domo ecclesie. Unde interpellatus est Aurelianus imperator ut illum cedere compelleret. Qui mox imperavit illum inde in publica expelli et domum virum multis virtutibus adornatum ecclesie tradi. Iste dum enim erat Aurelianus in aliis desperatus consiliis quibus prestiti temporis bonum postmodum propositum immutavit et persecutionem durissimam ecclesie concitavit. Cuius persecutionis tempore in galliis passa est beata virgo Columba in Senonensi civitate. Alique plures per provincias occubuerunt libentius pro Christo diversa certamina peragentes. Gestis eius.

Passio sancte Columbe virginis. C xxxvj

Ingressus est Aurelianus civitatem Senonis. Iussu eius iam antiqua accusata est et adducta est beata Columba que post multas interrogationes missa est primum ad turpissimum vulgarem nomine Berruchanum mitti in publico lupanario meretricium. Qui cum venisset in amphitheatrum et intrasset in cellam eius, dixit ei Columba: Cur tu tanta securitate adhuc intras? Vinquit non possum resistere aut repellere. Sed pacientiam habe ne vastatur tibi dominus meus Ihesus Christus et moriaris. Cum eo princeps minus urbis non accessit ad eam nec tetigit eam. Et tunc orabat Columba ut castitas eius a domino conservaretur. Ecce ursa egrediens de cavea amphitheatri ingressa est cellam virginis et inveniens hominem ibi et allidens eum ante pedes intendebat in facie eius expectans et quasi querens quid iubet de illo. Tunc Columba adiurat: Adiuro te per filium Christum ut tu non ledas eum sed permitte me loqui cum illo. Tunc ursa dimisit eum et posuit se ante hostium ne ille effugeret et ne alius ingrederetur. Tunc Columba ait ad iuvenem: Ecce fera audito nomine Christi dat honorem deo; tu quare in tanto scelere perseveras? Aut ergo permitte te christianum fieri aut te devorabit fera. Tunc iuvenis exclamavit: Si quis Christum non confitetur, sanus hinc non discedat. Quod cum dixisset, ursa tulit se de hostio. Egrediens iuvenis clamabat per totam civitatem non esse alium deum nisi quem Columba colat. Quo audito Aurelianus iussit eam adduci. Cui dictum est quod hoc non posset fieri quia ursa intus cum ipsa esset. Tunc Aurelianus iussit ignem circa cellam accendi. Ursa vero ut vidit ignem cepit fremere et rugire. Cui dixit Columba: Noli timere quia non cremaberis hodie sed morte cum deo placuit morieris. Tunc ursa tectum ascendens erupit per medias turbas et exiens civitatem pervenit ad turbas. Tunc plebs clamare cepit ut ignis extingueretur ne Columba cremaretur. Quibus hec clamantibus venit nubes ab affrico et extinxit ignem. Tunc adducta est Columba in medio populi ad quam Aurelianus: Que sunt tua artificia quod te non contingunt incendia vel fere? Que ait: Nichil aliud novi nisi Christum cum patre et spiritu sancto. Cui dixit Aurelianus: Iam tibi contestatus sum vel nomine hoc me cohortes. Precepit autem ut ad puteum iuliarum duceretur et ibi decollaretur. Que cum ducta fuisset rogabat ut parum dimitteretur orare. Sed cum nollent qui ducebant eam dedit eis anabolarium suum et permiserunt. Que orante clamavit ad eam vox de celo dicens: Veni columba mea, veni aperti sunt tibi celi. Congaudet tibi paradisus devictis omnibus collectationibus. Stat filius dei qui tibi coronam in capite ponat et suscipient te angeli dei et perducent te in civitatem magnam urbem celestem. Tunc unus ministrorum extracto gladio amputavit caput eius in motione fontis et hoc pridie kal. ianuarii. Gestis eorum.

Passio sancti Saviniani martiris. C xxxvij

Eodem tempore in territorio Trecas sub eodem principe passus est Savinianus sive Sabinianus. Audiens enim Aurelianus quod per illum multus populus crederet, iussit tribunum preside cum xl militibus ad illum pergere et eum vinctum ad se adduci. At illi invenientes eum orantem timuerunt appropinquare. Audiens hoc imperator iussit alios CCC ad eum. Qui et ipsi invenerunt eum orantem et cum eo orare ceperunt. Completa oratione cum surrexissent dixerunt ei milites: Dominus noster imperator desiderat te videre. Vade, vadamus. Cumque imperator interrogans eum in fide firmissimum invenisset, iussit eum in custodiam mitti et a xxxlum

militibus custodiri. Cum per eum ad xxxvi
quasi arma deposuerunt. Et iubente
imperatore decollati sunt. Rex et Sabini-
anum sibi presentatum professione Christi iussit
manus et pedes ligari et adducens
ferreos teda et in capite eius cassidem
igneam mitti. Unguentum quoque positus
evasit illesus. Post hec iussit imperator
lignum magnum exhiberi super statim
eius et poni ante palacium et duos
milites suas sagittas super eum in-
icerent. Cumque crederet imperator eas pe-
ctori eius infigi, ille a dextris et a sini-
stris eius a vento suspendebantur et
nec una quidem corpus eius tetigit.
Post hec ad eum veniens ait: Ubi
deus tuus veniat et liberet te de
manibus meis vel de sagittis his. Ex-
iliens autem una de sagittis ingressa
est oculum imperatoris et excecavit
eum. Tum iratus iussit eum in carcerem
a xx militibus mitti et in crastinum
decollari. At illo orante milites
excecati sunt et cathene fere con-
fracte sunt. Deus autem iter carceris
aperuit ad ripam Sequane. Ipso o-
rante facta est aqua quasi petra
solida et pedibus ad locum sibi demon-
stratum pervenit. Atque orant dominum
ut celerius eum iubet coronari. Tunc
levatis oculis vidit milites extractis
gladiis venire velocius ut eum de-
collarent. Sed cum appropinquare time-
rent, ait: Venite et portate de sangui-
ne meo imperatori ut videat gloriam dei.
Cumque percussus fuisset, gutta sanguinis
cecidit super caput carnificis et ipsi
clamaverunt dicentes: Domine parce peccatis
nostris quia de sanguine tuo bapti-
zati sumus. Sanctus autem caput suum ap-
prehendens portavit illum pedes xl
ii. Milites autem collegerunt de sangui-
ne suo et ligatum in linteo detulerunt
imperatori. Apertis oculis vidit et
deum Sanctorum glorificavit. Passus
est autem iste sanctus iiii° kalendas februarii.

Modus conversionis eiusdem. Cxxxviii

Sanctus sancti pater Sabinus natus est
in oppido Samonense. Cum post primam
coniugem accepit secundam appellatam
civitate regie Chaldeorum valde lo-
cupletem. Ex prima uxore habuit Sabi-
nianum vel Sabinum filium, ex secunda
Sabinam filiam. Sabinianus autem
cum legisset hunc versum Asperges
me ysopo etc., orabat ut sciret interpreta-
cionem eius. Cui angelus dixit: Cum
aspersum fuit crisma super caput tuum
mundaberis a delicto maximo. Cum re-
natus fueris ex aqua viva in nomine
domini Ihesu Christi candidior eris quam nix.
Surgens ergo Sabinianus et volens
convertere patrem suum obiurgatus ab
eo propter metum Dacii presidis recessit
inde et quesitus non est inventus.
Venit enim in Galliam et passus est
sub Aureliano ut diximus in territorio
Trecassino. Cumque enim illuc fugiens ve-
nisset super flumen Sequane prostratus
oravit dominum ut ibi baptizaretur. Et
cum baptizatus esset venit vox dicens:
Sabiniane, dilige quod invenire
voluisti. Statimque fixit baculum in
terram et facta oratione coram multis asta-
ntibus virga illa ramos et frondes
et flores produxit. Et ex illis qui hec
viderunt mille viri conversi sunt. Au-
relianus autem hec audiens, qui omnes
ubicumque Sanctos occidi preceperat, iussit
milites ut eum adducerent. At ubi
venerunt ad eum invenientes oran-
tem timuerunt accedere ad eum et
cetera que supra retulimus de gestis
eius.

De Sancta Sabina sorore eius

Sabina quoque soror eius / Cxxxix

Sabina cotidie querit cum flet
et pro eo cotidie ieiunans pro
ydolis supplicaret, tandem dormienti
apparuit ei angelus domini dicens:
Sabina noli flere, sed quecumque habes
derelinque et invenies fratrem tuum
in honore maximo constitutum. Que
statim evigilans dixit ad collactaneam
suam: Amica mea, sensisti ali-
quid? Cui illa: Sensi domina quia
vidi hominem incognitum ante te
stantem, nescio quid loquentem. Ait
illa: Non me accusabis? Absit
domina, nec te incusem. Sed quicquid
vis fac tantum ne te occidas. Et in
crastino ambe omnia relinquentes
fugerunt. Et cum pater eius fecisset
eam queri per montes et valles et in-
veniri non posset, expandens manus
ad celum dixit: Si tu es deus potens
in celo qui salvare nos posses, disper-
de nunc et penitus omnia ydola mea
que usque nunc adoravi que inutilia
non potuerunt salvare meos natos. Tunc
dominus de celo intonans confregit omnia

ydola que ibi erant Quod multi au-
dientes crediderunt in xpm post
hec beata sauina venit romam ad
tumulum sancti petri Cuius fama
eius percussisset ad eusebium papam
baptisauit eam Et cum esset mal-
bis orans sanauit ibi duos cecos
et duos contractos Et fuit ibi v annis
dormienti igitur apparuit angelus
domini dicens Sauina quid fecisti
Cur dimisisti parentes et omnia que
habebas et nunc in deliciis epularis
et non peregrinaris Surge et vade
in circitas ciuitate campanie et ibi
inuenies fratrem tuum Euigilans di-
xit ergo famule sue Non oportet
hic nos amplius habitare Cui illa
Domina quid vis facere Ecce ciues vbi-
que diligunt et tu vis in peregre
mori Respondit sauina deus prouide-
bit nobis Ecce pane ordeaceo di-
scessit inde et venit in vrbem ra-
uennensem Cumque venisset ante domum
cuiusdam diuitis cuius filia morie-
batur dixit ancille domus que fo-
ras exierat ut ibi hospitaretur Cui
respondit domina quomodo potes hic hospitari
quia filia dominorum meorum morien-
et astantes omnes lamentantur Cui
beata sauina Non propter me morietur
Intrauit ergo ancilla ad dominam
que statim accurrens introduxit
sauinam Et prima sauina ap-
prehensa manu dextra egrotantis
orans erexit eam sanam Et cum
vellent parentes retinere eam non po-
tuerunt Et inde venit in martas
ciuitatem vbi cum esset ad miliarium
ciuitatis dixit famule sue ut mo-
dicum repausarent Tunc exiens
de vrbe vir quidam venerabilis
licius dixit eis vnde estis Sauina
respondit domine huius sum de alia ciuitate
At ille Cur mentiris quia loquela
tua te indicat esse peregrinam Sauina
respondit domine vere peregrina sum et dum
perditum fratrem meum sauinianum Respon-
dit licius En ille quem queris ante
paululum passus decollatus est Et
ibi in illa domo sepultus Vade ergo
illuc et reuertere ad nos et bene
erit tibi nobiscum quam diu vixeris
Et illa protinus sauina prostrauit se
dicens et orans dixit Domine deus
qui me semper in castitate seruasti non

me permittas amplius duris itineribus
fatigari sed iube corpus meum a loco
isto vlterius non moueri Commendo tibi
famulam meam que propter me tanta
sustinuit et fratrem meum quem hic
videre non potui da ut vel in regno
tuo eum videam Et sic finita oratione
anno vite sue xlix migrauit ad
dominum Quod videns famula eius cepit
flere quia nichil habebat quod
eius sepulture necessarium erat Illa autem
flente Ecce licius rediens ad vrbem
et sauinam inueniens iam defunctam
ait ad famulam eius Noli flere ego
vadam et celerius reuertar ad eam se-
peliendam Dixit ergo preconem per vrbem
venire omnes inquiunt ad peregrinam sepe-
liendam que contra vrbem defuncta
est Venerunt ergo quicumque potuerunt
et honorifice sepelierunt eam Vbi mulier
quedam ceca et clauda et manus
aridas habens recepit integram sanitatem
Hec de gestis eius

Passio sancti patrocli martiris cxl io

Aurelianus quoque egrediens a partibus vr-
bis senonice pergens trecas
audiuit de sancto patroclo
qui extra ciuitatem vir nobilissimus
habitatorem habens ibi orationibus et vi-
giliis et elemosinis deo seruiens
nulla die reficiebatur cibo nisi hora
xii Hunc ergo presentatum cum inue-
nisset nolentem crucifixum abne-
gare et ydolis immolare furore co-
motus ait Mittite compedes in pedes
eius et cathenas ignitas in manus
et perstringite fustes in dorso eius
et includite eum donec deos pertrac-
tet Quo facto cum esset in custodia
usque ad tertium diem orabat dominum Et
post eductum in publico post multas
verborum altercationes videns aurelianus
eius constanciam iussit eum gladio
feriri dicens Hunc noxium et detesta-
bilem qui nobis confusionem intulit
et deos nostros contumeliauit in locum
aquosum ducite et ibi decollate eum
ne corpus eius in arida requiescat
Tunc ductus a carnificibus ad am-
nem sequane in ripa orauit et
dixit Domine ihesu xpe ne patiaris cor-
pus meum in hoc loco aquoso requiescere
ne quando dicant gentes vbi est deus
eorum Tunc obscurati sunt oculi
tenentium eum et ille flumine ingressus

inaliam rippam exiit et gemma eius
aqua non contigit Tunc illi qui eum re
mierunt dicebant Magnus est deus
eius qui liberavit eum Alii autem non
sed fantasma est Illis in mortem certan
tibus miles gentilis adveniens dixit
hominem vanum quem querentes vidi in
monte ultra flumen intra speluncam
et orabat deum suum Qui pergentes illuc
tum invenissent eum orantem unus ait
vere qui reus es tu nos effugisti et
ecce in manibus nostris es et morieris
nisi diis nostris immolaveris Qui vidit
demones non adoro sed solum verum deum
pronique nomine multa passum etiam et
mortuum Tunc gemma intra flectens
aspectatore intra speluncam et gla
dio decollatus dicens In manus
tuas domine commendo spiritum meum et cetera
xii kl febru. Ex gestis eorum De sancto
speosippo et fratribus eius. C.xl. ii.

Sanctus policarpus episcopus Iohannis
apostoli discipulus volens ut mili
tiam ampliare predicatores undi
que suos dirigebat discipulos Audi
ens non quod malo peior persecutor persecuti
onem cepisset in regno suo aurelianus
ferens qui etiam in gallias primas
omnes xpianos diversis penarum suppliciis
generali promulgasset edicto decrevit eos
episcopus sanctos dei andochium et benignum
presbiteros et tirsum dyaconum illuc
predicationis causa destinare viros
virtutibus prestantissimos in dei ad e
diffusos advertimus agone per nos
festinos Qui navigantes feliciter eum
ad maxiliensium littora pervenissent edu
am civitatem ingressi a fausto nobilissimo
viro senatoria dignitate conspicuo gra
tissime hospicio recepti sunt Quos cum
perunctasset esse presbiteros suppli- po
stulavit ut familiam suam pablu
tionem baptismi facerent xpianam Ipse
autem pro inminentem persecutionem xpianum
colebat occulte Obtulit etiam filium
suum simphorianum adolescentem suorum
predicationibus ut divina predestinatione
futuris temporibus preclarus martire
fieret cui iure pio precantes stantes sancto
benignus baptizavit et sanctus ando
chius de sacro fonte levavit Tunc
idem faustus ait illis Est etiam in vici
nia leonilla cuius in urbis lingonice
tibi sunt nepotes ex filio tres gemini
fides uno partu simul editi scilicet speosippus

et eleosippus et meleosippus libera
libus litteris eruditi sed prava tra
ditione adhuc viventes errore gen
tili quos desiderat ad xpi militiam
sociare Quibus quod sanctissimum sacerdotes
viva devotione subvenire placuit
quod eis consilium ut sanctus benignus ad
territorium lingonice illustrandum
properaret Sancti vero andochius et
tirsus in augustidunensi diocesi pre
dicantes non multo post sub aureliano
felici martirio coronati sunt Leonilla
autem sanctum benignum ad se transmissum
quasi manna de celo descendens
tum summa veneratione suscepit Eadem
die nepotes eius tres magno pompa
pro ad simulacra dee nemesis sacri
ficia offerebant et de prestigiosis liba
minibus ame pie refrenavit Illa non
omnia preciens canibus respuit tanquam
sceleris attendensque ad eos tum sancto
benigno dixit Karissimi nepotes cog
noscite dominum ihesum xpistum deum esse verum
et verum qui mundum constituit qui celi
altitudinem extendit stellisque de
pinxit qui pelagus congregatum litto
ribus coartavit piscibusque ad per am
bulandum concessit cuius terrarum spacia
dilatavit diversisque arboribus et gra
minibus tellurem omnem vestivit Cui an
geli et omnis creatura famulatur reddit
Sicut predictis sunt verbo sanctum benignum
ad nos de longinqua regione transmisit
Attendite ad verba eius quia dei pre
cepta sunt que decenis omnibus credunt
siliique si et multa alia cum sancto
benigno nepotibus suis dixisset illi
visiones quasdam quas nocte preterita
viderant sicut eorum narratum comunias
in memoriam singuli renotantes nar
raverunt Et ita verbis eorum in fide xpi
confirmati sunt ut a sancto benigno baptismum
lavacrum susciperent et ydolorum statuas
dissipaverunt Deinde sanctus benignus
ad castrum divionense perrexit ubi
non multo post martirii coronam promeruit
Ex gestis eorum De passione eorundem. C.xl. iii.

Percurrente autem fama
per ima lingonica urbem tres
geminos nepotes leonille ad
xpi cultum declinasse regni
sui a iudicibus constanter et publice
xpianos se esse asserebant ipsos
quoque tamquam cecos et insensi
biles qui metalla et lapides adorarent

crucem arguebant. Georgius autem quadratus (?) presbiter Speosippum et Eleosippum in facie pugione percussit iratus. Ipsi enim duo tantum locuti fuerant. Dolens autem Meleosippus exclamavit dicens: Cur me, Deus, percussionis domino cum fratribus meis participem non fecisti, sed in illis optabile principium passionis ostendens me a suo consortio sequestrasti? Unanimes in Christo in Christi passione sumus, equales de Christi remuneratione pariter (?) presidiam consulentem (?). Quadratus respondit: Hodie vos pro contemptu deorum meorum diversis cruciatibus puniri disposui. At illi in confessione Christi constanter perdurabant. Avia quoque cum lacrimis et osculis eos viriliter exhortante in amore dei persistentes cum illatam contempnerent ut simulacris sacrificarent, ligatis sursum manibus deorsum vero pedibus in arbore una suspensi sunt. Tantaque tormentorum adinventione contensi sunt ut pene putarentur eorum membrorum compagine separari. Eleosippus autem insultabat militibus dicens: Salvator noster et dominus Ihesus Christus pro nobis in lignis pependit clavis affixus. Nos quoque eius famuli pendentes in stipite crucis signaculum adepti glorie (?) efficiamur. At illi: Non in ista arbore moriemini sicut vos velle dicitis, sed igne ultore peribitis. Tunc congregatis lignis et ceteris fomentis copiosus ignis accenditur, ligatisque manibus et pedibus in eos precipitantur. Affuit Christus salvator in medio, et disruptis vinculis sancti glorificabant in igne, nullumque ex eis incendia contingebant. Videbant simpliciter (?) pueros inter flammas exultare geminos et persecutores illesos quos putaverant tanto incendio subito videre consumptos, et contristabantur confusi. Sancti in igne ambulabant. Et tandem consumptis ignium incrementis ac deficientibus flammis in medio stantes persecutorum malicias irridebant. Sed ut maior non fieret desperantibus mora (?) et ut coronas speratas acciperent, videntes thronos angelorum ad se excipiendos stantes, patres (?) flexis genibus in oratione prostrati spiritum suum emittentes pariter ad celos migraverunt. Videns autem Leonilla quedam mulier tam preciosam eorum consummationem, spreta maritali consortio, coniugii (?) et una filia dulci relinquens

amplexum, me incredulitatis turbas adhuc in persecutionis ardore commotas velociter superans exclamavit: Domine, et ego Christi ancilla sum. Christum verum deum predico et ydola vestra vana esse non desperans (?). Hiis dictis mox comprehensa et a capillis suspensa multisque afflicta suppliciis cum Christum negare coacta nullatenus voluisset, una cum beata Leonilla ad locum martirii deducta pariter gladio necate sunt. Acta sunt hec sub Aureliano xvi kl. Febr. Inventio autem sanctorum corporum geminorum vel dedicatio basilice eorum xiiii kl. Octobris. Ex gest (?) eius

De sancto Benigno presbitero et martire

Aurelianus imperator castrum Divionense ingressus ad videndos novos muros ibi constructos iussit templum edificari Iovi et Mercurio et ullum (?) vane legis professorem in locis illis resideret. Quod audiens Terentianus comes illius loci ait: Quidam sit vanus ne sanum (?). Ecce vidi quendam peregrinum caput habere tonsum, cuius habitus et vita differt a nostris. Deorum cerimonias refutat, populum nimium aqua abluit et balsamo linit et signa multa ibi populo facit. Post mortem aliam vitam in deo suo credentibus promittit. Audiens hec Aurelianus ait: Quantum audio, sanum (?) hunc esse hec habitus designat. Inquirite eum et ligatum in conspectu meo adducite, quia deus meus ista contemptio non placet. Sed cum eis illius crucifixi signum ostenditur, statim tabescunt et fremunt dentibus, nec illius signum intueri paciuntur. Quesitus ergo sanctus Benignus presbiter et in villa cui nomen Spariatus (?) ubi verbum dei gentibus predicabat inventus vinctus ac tensus in conspectu imperatoris est exhibitus. Cui ait ille: Ex qua regione es oriundus et quod nomen est tibi? Ille respondit: Ab oriente venimus ego et fratres mei, quos tu iam occidisti; a sancto Policarpo missi ut verbum dei gentibus predicemus. Aurelianus ait: Si sermonibus meis obedias, familiarem magnum sacerdotem deorum meorum te constituo et primum in palacio meo te esse iubeo. Ille respondit: Hec (?) rapax primatum sacerdocii a te non accipio, quia tibi manet eterna et pessima dampnacio nec mutatio a te (?) tamen ego sum. Audiens hec Aurelianus nervis durissimis cedi precepit et nisi sacrificaret diis

penis affligi. Qui ad tirtleas cotenpus
cum reductus gratias agebat xpo et ora-
bat. Sed cum fuisset cesus cesus car-
ceri mancipatus angelo eum conforta-
te et aptissime sanitati redditus est
quasi nec unam plagam accepisset

De passione eiusdem sequitur C.xliij

Altera quoque die putatus deos
sacrificare veniens cultusque
eorum videns iussus est a cesare
ad phanum quoddam adduci carnes
que de sacrificiis mos illius ut mandu-
carent vel invitus mitti. Quod cum fieret
Ille facto econtra signo crucis corde
sursum suspenso et oculis in celum ele-
vatis orat. Et statim omnia ydola
lignea et lapidea et vasa quibus sa-
crificia offerebantur sicut fumus evanue-
runt. Tunc sanctus gaudio repletus
gratias egit et turmas de cultu deorum
qui ante signum salutis evanuerunt
insultare cepit. At ille ait. Agnosce
benigne quia dii nostri tuam cupiunt
facere voluntatem. Si tu assensum prebe-
re velis magnum te in conspectu nostro vide-
bis. Cui ridens. Stultum hoc cor nec
oculis vides quanta virtus sit que ydo-
la tua comminuit. Tunc iniquus cesar
cesar iussit eum carcere recludi dicens
Cohibete saxum magnum et cum foratum
in quo pedes eius sub plumbetis et in
digitos manuum eius talentos subtiles
in longum configite. Per sex ante dies
nullus illi nec aquam prebeat. Et in-
cludite cum eo canes ferocissimos
esurientes et sitientes ut ab eis
discerpatur. Qua iussione impleta cum
intruderetur satis monebat comites et
tribunos ut crederent in xpum. Iuvante
autem per sex dies ordinem vacans angelo
domino confortante sunt canes quoque
mitigati nec capillum capitis eius aut
fimbriam vestimenti eius contigerunt.
Sed et angelus domini alimentum ei
in panem celestem prebuit dirupit
fibulis de manibus eius et plumbo
de pedibus eius. Sexta autem die aperta
custodia invenerunt eum ita illesum
penitus ut nec una plaga in corpore
illius appareret. Quod audiens Au-
relianus iussit necte ferro collum
eius in ipso carcere contundi et lancea
militis vitam eius crudeliter finiri.
Quo facto Columba nivea de ipso car-
cere ad celos ascendisse visa est usque
in nubibus et sic preciosa anima quali-
ter ascendit in celos sunt omnia tantus
que odor suavitatis in eos effulsit
ut estimarent se in paradisi odoribus
collocari. Acta sunt hec circa sanctum
benignum presbiterum kalendis novembris Coge-
stis eius

Passio sanctorum Prisci et Felicis presbiteri cum sociis suis sub C.xlvj

Preterea cum aurelianus se-
nonis moraretur alexan-
drum senescallum suum ubique
transmisit ut si quos xanos
ut si quos xanos inveniret omnes
aut sacrificare aut mori compelleret.
Qui multa loca perlustrans ad lo-
cum qui cotiacus appellatur et ibi
cepit sanctum priscum cum multis xanis
pro pollente quos ut xanos agnovit
sanctum priscum preceteris iubente de-
collari et innumeros precipitari precepit.
Dumque ceti sunt credentes unus
eorum caput sancti prisci rapiens
per silvam fugeret a subsequentibus non
longe ab autissiodoro decollatus
ibidem cum capite sancti prisci est sepul-
tus. Ceterorum vero martirum corpora vas-
sinum tollentes in quadam cisterna
sepelierunt. Iacuit autem ibi caput
sancti prisci plusquam cl annis scilicet usque
ad tempus sancti germani altissiodo-
rensis episcopi. Cum enim deus ostendisset
ei locum ubi illi sancti fuerunt de-
collati ipse locum comparans in choro
ibi monasterium construxit quod usque ad tempora
wandalorum duravit. Caput autem
sancti prisci detulit ad aliud locum
qui distat in spatio ab urbe miliaribus
vz ad castrum sancti prisci nomine
nuncupatum. Lector. Sub aureliano
quoque passi leguntur sancti felix presbiter
et fortunatus et achilleus diaco-
nus quos miserat hireneus lug-
dunensis episcopus et martir ad urbem va-
lenciam seminario predicationis in-
buendam. Cum ergo maximam partem
supradicte urbis ad fidem xpi conver-
tissent a duce cornelio incarce-
rati sunt deinde durissime verbe-
rati cruribus que confractis circa
rotarum vaginem astricti fumo
quoque in carceri suspensione perpessi
tandem gladio consumati sunt Coge-

Sub eodem / Passio sancti C / stis eorum
imperatore antiochi cum sociis suis
re passus est sanctus / C.xlvij

andochius cum sociis suis. Nam cum aurelianus senonis veniens xpianos precepisset inquiri ut aut ydolis immolarent aut diversis suppliciis interirent. Sanctus andochius et tirsus ad locum intrepide venientes cunctos predicatione sua conabantur ad fidei salutem perducere. Quidam autem negociator in loco qui sedelocus dicebatur residens felix nomine xpianus fide cuius negociacio cottidie erogabatur in pauperes eos in suo suscepit hospicio. Ibi ergo fixis imperatoris tentoriis quidam hostiarius cesaris nunciavit ei quod xpianos in domo felicis resideret. Quod audiens ille iussit eos adduci. Cum tunc ducerentur felix complexus ad eos deprecabatur dicens. Ne paciamini me separari a gloria remuneracionis vestre sed oracionibus adiutorium facite et me ad consorcium martirii vestri conari donate. Et facto ordine intrepide pergentes ligatis post tergum manibus ducti sunt in conspectu nequissimi cesaris. Tunc andochius et tirsus et felix xpistum firmissime confitentes in verbis manibus suspenduntur et saxis eorum pedibus ligatis sequenti die imperatoris iussu [illegible] accensoque igne [illegible] ligati mittuntur. Sed statim combustis vinculis et extincto igne viribus illesi imperatori assistunt et xpistum ibi amplius confitentes usque ad mortem colla vectibus feriuntur. Quod audiens faustus cum simphoriano filio suo corpora eorum collegit et honorifice sepelivit. Ex gestis eius.

Passio sancti simphoriani et eius miracula. Cxlviij.

Sanctus simphorianus patribus prius sui fausti nobilissimi viri cum adhuc esset tenerius a sancto benigno nutritus baptizatus et a sancto andochio de fonte sacro levatus. Tanta continue sanctitate pollebat quod seniorem vitam anticipans in ecclesia semper conversacione et divine legis studiis perseverabat. Cum ergo aurelianus imperator a senonis divionem properaret consulatum heraclium augustidunum direxit ut sicut ubique faciebat ita et ibi omnes xpianos aut sacrificare aut mori compelleret. Cum ergo tunc pagani festum veneris more insania celebrarent et statuam eius in curru coram heracleo deportarent simphorianus affuit et nolens eam adorare tenetur et carceri mancipatur. Et cum eductus de carcere eracleo diebus singulis offerretur et ad sacrificandum illatenus monetur dixit ei periculosum est cottidie ad profectum aliquid addere quam periculosius est a salute discedere. Vitam quam xpisto reddimus summus ex debito solvamus ex voto. Sera penitudo est subinditas timuisse conspectum comercia nostra futuri melius proximo dulcedine male credulis mentibus venena porrexerunt. Cupiditas vestra omnia quando nil possidet quia dyabolicis artibus obligata miseri lucri compedibus detinetur et gaudia temporum vestrorum in similitudine vitri cum ceperint splendere franguntur. Tunc iudex lata sentencia data sua iussione iussit ut simphorianum deos et principes blasphemantem deca/det. Iniuriam deorum et legum iniuria vindicaret. Cum ergo duceretur ad locum et venerabilis mater sua de muro eum hortaretur ne timeret mox gladio decollatus extra muros sublatus et alibi est sepultus ubi tanta miracula videbantur fieri ut eciam paganis mirantibus in honore maximo haberetur. Testatur autem gregorius turonensis. Quod de loco ubi sanguis eius effusus est quidam xpianus tres lapillos cum eius sanguine levavit et in capsa argentea inclusos intra ligneis tabulis constructa apud lingonis castrum avunculi in altario collocavit. Tempore autem quo theodoricus rex francorum illam regionem cum hostibus castrum incendio concremavit. Cumque flamma ecclesiam illam penitus consumpsisset et plus astans in medio reliquias sancti simphoriani plangeret consumptis flammis et dispersis cineribus capsa illa argentea de loco illesa attollitur et mirantibus cunctis nichil diminutum de sacris pignoribus reperitur. Ex gestis eorum.

De sancto mamete. Cxlix.

Ea tempestate erat in cesarea capadocie puer vii annorum mametes nomine. Qui mortuis parentibus cum iuste et pie viveret aureliani decretum declinans ydolorum abhorrens in montem cuius silva densissima erat secessit. Ibique vivebat

orum et lectioni vacans et de lacte tantum
gregis sui se pascens Audita autem voce
de celo ut in campum descenderet / de-
scendit ibique vigilans et evangelium in-
venit Omnibus sumptis in monte asce-
dit legente autem eo librum quem invene-
rat in campo convenerunt illuc ferarum diver-
sa genera que prostrate eum adorabant
et post fixa genua sursum ad deum
respiciebant Tandem egressis feris mas-
culinis remanebant ibi feminea que cum
gregibus mansuetis uberibus lacte plenis
Mamas vir sanctus cum grege suo mulgens
et coagulans et caseos faciens cum
sibi habundare vidisset quolibet anno
quod de fructu sibi dato fieret Ipsum
accepit ut ad portam Cesaree deferre-
ret et pauperibus distribueret Hec viden-
tes quidam nunciaverunt presidi Alexandro
Cum magus esset qui dives feras sil-
varum maleficaret Tunc iudex equites
duos ad eum misit Quibus ille obvius
in habitaculum suum eos duxit eisque ca-
seum et aquam apposuit Quibus manducantibus
facta est congregatio animalium
Sedente eo et legente eius Quod
videntes illi confugerunt ad eum Confor-
tati autem a viro sancto ne timerent presi-
di que visa fuerant retulerunt Reagone
eius in passione sequitur Cl

Puer autem sanctus eos sponte secutus
coram preside magum se esse
negavit et christianum profitens
cum ydolorum cultum omnino respueret
iussus est ab eo suspendi et torqueri
Cumque gratias ageret et medium in-
tenderet audita est vox de celo ad eum
Confortare Mammes et viriliter age
Tunc preses iussit eum deponi et
in carcerem recludi ubi plusquam xl^ta
homines inclusos invenit Quibus apud
eum convenientibus qui fame morirentur
columba celitus missa portans lac et
mel per fenestram intravit accipiens-
que Mammes simul cum eis manducavit
et sanati sunt / mediaque nocte apertum
est hostium carceris et exierunt preter
hunc Mammes presidi putatus in caminum
ignis mitti iussus est Sed eo in minuto
signo crucis intrante flamma statim
est extincta Iussit iterum preses ignem
accendi Sed columba descendit et
ignem dissipavit Aspicientes autem milites
tantum viderunt cum eo stantem
quasi miliciam multitudinem angelorum

Cum vocatus et egressus iussus est in
amphitheatro bestiis ferocissimis expo-
ni scilicet urse et parde et leoni At visa eum
adoravit parda collum eius et amplexata
leo pedes eius lambebat / verum
antequam dimitteretur leo ministris presidis
mortem facientibus alius leo similiter
e monte descendit et pervicitate vigiles
nullum lesit Sed sequentes ad amphi-
teatrum intravit et respiciens sanctum
intrem dixit Ora homo spiritu sancto co-
opta esse tu cum cogor ab angelis contra
naturam loqui Hec eo dicente amphiteatri
hostia clausa sunt ab angelis ut nullus
exinde posset effugere Et ascendens
leo multitudinem paganorum et iudeorum
laniavit Solus preses illesus cum officio
suo remansit ineberte sancto ne eum le-
deret Tandem sanctus martyr lapidatus cum
iam lapidibus esset coopertus et tunc
etiam maneret illesus ab angelo de celo
vocatus emisit spiritum Huius natale cele-
bratur xvii kalendas septembris Gesta eius

Passio sancti pueri agapiti Cl ros

Passus est etiam tunc rome sanctus
puer agapitus sub preside antio-
cho Primo quidem iussit eum per
iiii^or dies absque cibo et potu in carcere
recludi deinde prunas ardentes super
caput eius imponi Et post hec fumum
teterrimum fieri ipsumque martyrem inde
capite deorsum suspendi / seque dimitti
solum donec corpus eius nunciaretur
a feris et avibus devoratum Attalus
autem cornicularius qui eis primus incar-
cere inspexerat ut assultitia sua recederet
ne in tormentis deficiens flore iuven-
tutis amitteret Post quatuor dies venit
ubi suspensus fuerat cupiens dicere
presidi si adhuc viveret Et invenit eum
supra fumum in veste candida deambu-
lantem et psallentem Non moriar sed
vivam etc Angelus enim domini eum sol-
verat et omnino a plagis suis sanaverat
Ad hec Attalus stupens nunciavit dicens
presidi Credo quod magnus est deus
christianorum nec est alius preter eum Cum-
que preses diceret eum seductum seque hec
nunciaturum imperatori Audit se libenter
cum agapito subire penam martyrii
Preses autem puerulum et agapitum
precepit expoliari et aquam bullientem
in ventrem eius mitti Sed illo magis
eam frigidam sentiente et verba fidei
coram preside exponente ipseque accusante

preses de tribunali recedit et militibus ait Cum iste subveniente inclyto totius omnipotentis deo et quod iste sed deprecans magis et eum dei agapito iste recepto Cum quod dixisset impius conspiravit. Quod audiens aurelianus iussit eum expositum leonibus committi. Qui ducentes eum in urbe prenestinam in amphiteatro leonibus prebuerunt. Qui mox deposita feritate prostrati pedes eius lamberunt. Tunc ipso constante deum glorificante ministri eum rapuerunt et non longe ab urbe ductum gladio percusserunt xv kalendas septembris. Aliorum

Decretis sub aureliano passis. Clij

Preter hos autem passi sunt et alii sub aureliano de quibus in martirologio ita legitur. Quinto ydus aprilis Rome natale plurimorum martirum quos sanctus Allexander papa baptizatum in carcere tenebat. Hos omnes aurelianus princeps navi vetusta impositos eciam altum mare deduci ligatis ad colla pedibus [illegible] in profundum maris fecit. Quod tamen magis referendum videtur non ad hunc aurelianum imperatorem sed ad aurelianum consularem sub quo et ipse allexander papa martirizatus est. Item iiij kalendas Junii apud ytonium civitatem yspanie sub aureliano imperatore passio sancti cononis martiris et filii eius. Qui primum ignito ferro suppositi deinde craticula suppositis prunis et oleo superinfuso constanter superavit. Postea vero tam suavorum quam suspensionis in ecuuleo ac ignis penas passi malleo ad extremum ligneo ad extremum manibus eorum contritis in laude omnipotentis dei spiritum emiserunt. Item kalendas Junii augustuduno sanctorum reuiani episcopi et pauli presbiteri cum aliis x qui sub aureliano principe martires coronati sunt. Item v nonas Julii civitate durina sanctorum martirum Severi diaconi et iustiole nobilissime iuvene qui passi sunt sub aureliano principe. Item pridie nonas Augusti Rome in via latina passio sancti tertullini martiris. Qui sub aureliano imperatore post impiam fustium mactationem et ignitam circa latera adustionem ac oris conquassationem atque ecculei extensionem nervorum que tensionem data sententia capitis amputatione martirium consummavit. Item iiij idus decembris Rome natale beati eutichiani pape qui rexit ecclesiam anno uno et sub aureliano martirio coronatus sepultus est in cimiterio calixti qui et ipse per diversa loca CCC et xlii martires sepelivit. Item iiij kalendas aprilis Rome via appia passio beati quirini tribuni et martiris sub aureliano imperatore post lingue abscisionem et ecculei suspensionem manuum ac pedum detruncationem agonem martirii gladio consummavit. Item kalendas aprilis Rome passio theodore beatissime soror illustrissimi martiris hermetis hec sub aureliano principe martirizata sepulta est iuxta fratrem via salaria non longe ab urbe roma. Quod quoque magis intelligendum videtur de aureliano consulari. Nam et beatus hermes frater huius theodore per beatum alexandrum conversus est. Qui passus est v kalendas septembris. Item iiij ydus Junii Rome via aurelia natale sanctorum basilidis tripodis et madalis sub aureliano imperatore sub prefecto platone et aliorum xx martirum

De imperio tacii floriani probi carini

Porro aurelianus cum // Clij ad ipsum nos persecutionem movisset fulmen iuxta eum ac comites eius ruit ac non multo post inter constantinopolim et eracleam in cenofrorio vie veteris occisus est. Post quem romanorum xxxvi regnavit Tacitus menses vi. Quo apud pontum occiso obtinuit Florianus imperium diebus lxxxviii. Hoc quoque apud tharsum interfecto romanorum xxxvii regnavit Probus annis vi mensibus iiii. Cepit autem anno domini CC lxxx mundi vero iiij CC xlii. Hugo ubi supra hac tempestate fuit quidam manes genere persis acerrimus vita vero ut moribus barbarum qui proprium nomine suum inmutans se paraclitum nominabat. Ab hoc diffusa est heresis manicheorum per orbem universum. Hic asserebat duo esse principia unum boni et alterum mali unum lucis et alterum tenebrarum cum omnis creatura bona sit per naturam sed dum fuit viciata fit mala. Porro Probus imperator apud Sirmium militari tumultu necatus est. Karus igitur narbonensis anno ab incarnatione domini CC lxxxv sed ab inicio mundi iiij CC lxvi imperavit annis ii. Hic cum filios suos karinum et numerianum consortes regni fecisset ad bellum parthicum profectus in castris fulmine ictus interiit. De gestis eius

Passio sancti mauri monachi et quorundam aliorum. Clij

Sub numeriano imperatore et cele-
rino urbis rome prefecto passus
est sanctus maurus cuius passio re-
colitur xi kalendas septembris Nam cum magni-
ta esset iste vir virtutibus variis vi-
tam suam sanctis ordinibus et elemosinis
iugiter insistens nutu dei inspiratus
monasterium ingressus sit a fratribus amabatur
et omnes eum quasi patrem venerabantur
Cum que xviii annos agens monachi
vitam complesset romam venit ut sancti pe-
tri corpus visitaret ubi audiens voce
rabidam celerini prefecti varios perse-
quentis de urbe se subtraxit et in
quadam spelunca latuit Cumque illic
tribus mensibus moraretur media
nocte post orationem soporatus est et
vidit virum splendidissimum virgam
ferentem quasi auream in manu sua
dicentem Surge maure quia non te
despexit deus quem diligis toto corde
et urbem sine mora ingredere Quod
cum fecisset et variis persecutionibus esse
deprehensus fuisset ad celerinum prefectum
ductus est a quo interrogatus cum sa-
crificare nollet sed ydola vana et
fragilia diceret iratus ille vehementer
iussit eculeo eum suspendi et ungul-
is radi lateribus quoque eius lampades
ardentes applicari et tandem capitale
subire sententiam Actor Sub eodem quoque
passi sunt et plures alii de quibus
in martirologio legitur Quinto kalendas
martii apud egiptum natale sanctorum
victorini victoris nicephori claudiani
diosori serapionis et papie sub nu-
meriano imperatore Quorum plures ste-
tans professione dei patris constanter
exquisita suppliciorum genera toleran-
tes reliqui quatuor Claudianus
et diosorus flammis incensi serapion
et papias gladio cesi sunt Omnes ita
quod celebre martirium dedicaverunt Sub
eodem passus legitur sanctus babillus episcopus
apud antiochiam cum tribus pueris
ix kalendas febru. Sed de hoc videtur esse
controversia inter historias Nam in ge-
stis eius ut dictum est legitur iste vo-
catus babillus et passus fuisse sub
numeriano cum tribus pueris In mar-
tirologio autem legitur babillas appel-
latus cum tribus pueris sub decio fuisse
passus Jeronimus quoque in libro de illu-
strium virorum dicit babillam antiochenum episcopum
sub decio fuisse passum utrum ergo babillas
ille sit iste babillus scriptores viderint
Nos autem qui de sancti babilli passione
legimus hic breviter subiecimus Ergo ge-
stis eius De sancto babilla cum tribus
Cum numerianus // pueris Clv et
tum apud antiochiam immolasset de-
monibus et voluisset ingredi civitatem
ecclesiam domini prohibuit eum babillas episcopus
obvias manus opponens ei Altera
vero die sedens numerianus in con-
sistorio precepit episcopum sibi offerri Cum-
que et ait Quid michi et hoc fecisti nescis
quia rex est qui tibi loquebatur Respondit
episcopus me secundum suum similem placuit
deo ut constitueret pastorem plebis sue
Ideo cum vidi te lupum venientem ad
oves eius timens ne aliquem perderem
prohibui te abingressu ovilis Adque
numerianus Ergo lupus tibi visus
sum et non rex Respondit episcopus secundum in-
dulgentiam dei rex es propter peccata nostra
ut tibi sit liberari tantum ad ipsum
Ait ille Quis est deus quem colis Re-
spondit episcopus Virtus et sapientia et verbum patris
Adhuc numerianus Quid ergo est homo
Respondit episcopus Constancia vite simulatio
eorum que facta sunt a deo Tunc iussit
numerianus ut imponeretur collo eius
torques ferrea et compedibus pedes eius
stringerentur Et ait Pro deos decet te tor-
ques talis Et dicit sanctus Tu quidem
irridens dicis sed pro filio dei plus
me decent ista quam te dyadema
Vis autem scire quam magna est doc-
trina nostra habeo sub me tres parvulos
quos prestante dei gratia erudivi Iube
illos ante adduci et videbis sapientiam
eorum et constanciam que est in deo Et
adducti sunt parvuli Episcopus autem iussit
eos foris teneri Interrogavit ergo rex
infantes si inter se essent Responderunt
ita sed supra [illegible] habemus eum
qui nos docuit deum et magnum et
patrem Tunc iussa est adesse mater
eorum Que cum intrasset et interrogat
eam rex Quod tibi nomen est ait
theodola Sunt isti filii tui Ait Ego
quidem eos genui sed deo obtuli per pas-
torem bonum et dominum meum babillam
episcopum qui erudivit eos in doctrina dei
Tunc eam iussit rex colaphizari Quod
videntes pueri quasi uno ore clama-
verunt Tyranne noli cedere matrem
nostram sine causa honesta enim mulier
est et vera dixit Iratus rex iussit

eos levari in eculeo et per duas pla
gas xii. Secundo ix. Tercio vii. Tunc pueri
levantes vocem dixerunt Benedictus
es domine deus qui secundum ingenium patris
nostri babille per xpm es passus. Et ex
clamantes theodola. Magnus es domine
deus quia filii mei singuli secundum numerum
annorum suorum sunt testes. De passione
Tunc iussa est / eorum. C lvi
Tunc foris stare et introductus
est sanctus episcopus cui ait rex. Magi
ster insipiencium et erudictor puerorum
in bonitate et falsa persuasio tua. Nam pu
eri in quantum sunt et consenserunt satisfacere
Ad hec babillus. Recte mentitus es
in caput tuum. Non consenserunt magi
steriis insanie et sapienciam
sed non insipienciam quam estis vos. Ego
minas tuas non timeo. Paratus sum
omnia sustinere pro xpo. Nam anime iustorum
et confessorum in manu dei sunt et non
tanget illos malum. Tunc rex iratus
dicens. Pasclepium male te perdam. Dixit
ei babillus. Dignus es derisu. Nam si
certi dii tui audierint quod solum asclepium
nominasti irascentur. Ridit rex. Et si au
dient xpus tuus quod eum solum deum no
minasti quid faciet. Ait. Criminis indignio
ris audire. Tamen ipse circumstantes
dicam. Audio deum filium nominantem
confitentur et patrem et ego. Quia et fi
lio inspirere et spiritus sanctus in utroque. Tunc iussit
rex babillum cum infantibus suspendi
Et cum fuissent suspensi dixit sanctus.
Ecce ego et pueri quos michi dedit
dominus. Pondus autem torquis ferrea que
erat in collo eius deprimebat et iussit
eum rex amplius vexari. Turba non
circumstans quasi miserans ei dice
bat. Consule etati tue et sacrifica
ut careas tormentis. Tunc sanctus.
Non tam lugeo miserationem istud rege
quantum vos qui ei consentitis. Ego tormen
torum nichil sentio. Patitur enim in me
xpus. Infantes autem suspensi clama
bant dicentes. Tyranne crudelissime
quare bonum pastorem tam crudeliter
et sine causa torques. Sed hic facies
maiorem et apud deum et homines
laudem infers ei. Sed pro salute eius qui
xpus est non effugies manus dei sed
gehenne igni traderis. Tunc iussit et
pueri amplius torqueri et clama
bant acerrime non erubescis quod
quinque parvulis coram populo isto. Tu

magis cruciaris quam nos. Non sentimus tor
menta quia dominus adiuvat nos. Tunc iussus
est episcopus deponi et abscondi ut singu
lariter eos interrogaret. Et cum infantibus
multa promitteret contempserunt eum et mu
nera eius. Tunc introductus est episcopus et
dixit ad eum rex. Hii filii tui sunt. Audi
sanus. Voti mei est ut pompa mei similes
sint exceptis preciis meis. Tunc iussit sunt
omnes et episcopus et parvuli pariter decollari. Ro
gavit autem episcopus percussorem ut infantes
ante se decollaret et amplexans eos
tenens quod eos leva et dextra dixit Ecce
ego et infantes quos dedit michi dominus
Infantes vero stringentes caput eius et
manus osculantes dicebant. Domine pater et
magister nos pariter consummemur. Tunc letatus
babillus in fide et magnanimitate cordis
que erat apud eum sed dixit. Benedictus es
domine qui ex ore infancium et lactencium
perfecisti laudem. Et osculatus singulos tra
didit eos questionariis ut in eius presencia
paterentur. Quibus percussis semetipsum tra
didit et ablatum est caput eius et po
situm cum infantibus. Hec gestis eorum
De sancto Crisanto et eius temporibus C lvii
Polemius quoque vir illustrissimus
alexandrine urbis prius romam
cum filio suo veniens a senatu
susceptus et a numeriano imperatore
illustratus cathedram in curia suscepit
Cuius filius crisantus philosophorum studiis tra
ditus cum universa librorum volumina curio
sius discuteret ad ewangelicos apices
veniens ibique curiositatis sue cursu
figens ad semetipsum ait. Tam diu te
dedit pluribus tenebris curarum tuarum
frena laxare quam diu ad lumine ve
ritatis pertinges. Non est prudencie
ut ad tenebras redeam de lumine. Hec
se cum revolveret et cottidie xpi famulos
perquireret dictum est carpoforum quendam
xpm sanctum et pompa eruditum me
ruit persecucione semente in quodam
montis speleo collocatum vix posse a
paucissimis et fidelissimis inspici. Ille
reseratis gemibus advolutus cum eum
lacrimis postulabat ut ad eius noticiam
mereretur pervenire. Sicque perveniens ad sanctum
carpoforum quietem regionis presbiterum intra
paucos menses omnibus divinis libris in
buitur et ita diligenter instructus ut per
vii dies baptismatis sui xpm dei filium
publice predicaret. Quo audito pater eius
iratus fecit eum in tenebroso et squalido

loco claudi Ac vespertinis horis cum disposito
cibo refici. At ille magis hoc ad excita-
tionem sibi quam ad supplicium dicebat
inferri. Unus autem ex audientibus ait
patri eius: Si filium tuum ab hac usurpa-
tionis eripere magis eum debes volup-
tatibus occupare. Nam huiusmodi tenebras
et afflictiones deum ad gloriam sibi estimat
evenire. Tunc ille filium de illa tetra
habitatione auferens vestibus preciosis in-
duit et ponens eum intra thalamum sericis
vestibus strato v pulcherrimas virgines
ac ornatissime ornatas cum eo constituit
atque cottidiana eius convivia affluenti-
ssimis dapibus exhiberi precepit. Puellis
autem minatus est dicens: nisi cum iocis
et amplexibus meis ab intencione va-
nitatis separatis duris vos faciam
interire suppliciis. Igitur inter hec ludibria
servus dei immobilis perdurabat et de-
licias quasi stercora contempnens pu-
ellas quasi serpentes exhorrebat. Iace-
bat autem in oratione immobilis et ample-
xus earum et oscula quasi sagittarum ictus
scuto fidei excipiens clamabat: Ex-
surge domine in adiutorium michi. Dic anime
mee: salus tua ego sum. Cum autem lon-
gam orationem complesset tanto sompno
correpte sunt virgines ut nisi de tri-
clinio foras eiecte fuissent penitus
excitari non possent. Evigilabant ergo
foris et capiebant cibum statim
autem ut ingresse fuissent ubi orabat
sanctus sopore arctabantur. Dixerunt autem
patri quidam ex amicis eius: hic
artem didicit magicam. Romanus et
adversus puellas simplicissimas faci-
le prevalet incantando. Sed si erudi-
tam aliquam ad eum miseris poterit
ad tuum arbitrium inclinare. Qualiter
dariam de numinibus disputando convertit

Tunc virgo vestalis nomine c.lviii
daria gemmis et auro radians
repente ad crisantum ingreditur
et tanta cum sermonis ele-
gancia alloquitur ut si esset ferro
durior plumbo mollior redderetur.
Sed ille medium inter se et illam
signum sanctum postulans se eam affatur:
Si michi mores tantum pulchritu-
dinem ac sermonis mellifluam dulce-
dinem spe quibusdam temporalis ornatis
aliis autem amoribus occupato quanto
magis amantem te et desiderantem
immortalem regis filium obtinere

poteris si animam tuam in corporis inte-
gritate custodieris et sicut corpore
pulchra es ita mente pulchrior
fueris. Erunt quippe tibi laudatores
angeli, paranimphi apostoli, martires
cum christo sponsus qui thalamum
tibi in celo construens dotem tibi sem-
piternam tribuet possessiones paradisi.
Ad hec daria compuncta inquit: Nulla
meam olim eius cum hiis vestibus
petulantis animi ad te signa perduxi.
Sed pater tuus lacrimas miserata cu-
pio te et patri tuo reddere et deorum
culture renovare, que nobis faciunt
eos esse custodes qui nisi custoditi
fuerint a canibus nocte a furibus
rapiuntur. Daria inquit: Si vulgus ig-
nobile posset absque ymaginibus
deorum cultum celebrare, nulla esset
necessitas similitudinum exhibende.
Et crisantus: Inquiramus ergo quorum
sint ipse ymagines et videamus si
hiis iuste honorem deorum exhibere
debeamus. Deus cum non possit estimari
nec credi nisi qui omnem creaturam
omnemque supergreditur maiestatem.
Que ergo bona facimus saturnum colunt
qui suos filios quociens nascebantur
occidit ut non dicam comedit, sicut
cultores eius scribunt. Que bona
in Iove fuisse estimas qui quot dies
vixit tot nephanda incesta tot ho-
micidia perpetravit qui omni castitati
usque ad mortem inimicus extitit ut
etiam ganimede libidine pollueret
et terram suis perdidibus inquinaret.
Hec et alia multa eo prosequente cre-
didit daria et quasi simulata vo-
luntate inter se et crisantum fuit co-
nubium ut nomen coniugii assumerent
ita ut ambo in dei timore et ca-
stitatis gloria perdurarent. Itaque
baptisata daria a sancto crisanto
est non corporis calore iuncta sed spiritus
sancti fervore sociata. Ex gestis eorum
Qualiter accusatus est et punitus

Cumque per eos multe // c.lix
virgines relicto sponsalium
amore christo se traderent
et iuvenes carnali concertio se casti-
monie mancipparent concitata est
in urbe sedicio sub celerino prefecto
iuvenibus publica interpellacione cla-
mantibus: Sponsas nostras per dariam
amittimus maritos per crisantum

amittimus et iam filios non habemus
Traditur ergo crisantus tribuno clau
dio qui tradidit eum lxx militibus
ut ducentes ante ciuitatem ad sacri
ficandum herculi diis eum penis
compellerent qui crudis eum neruis
astrinxerunt ut illis se stantibus
ad ossa eius ius ligamenti pungeret
Sed statim omnia resoluta sunt ita
ut non oculi vide. celeritatem reso
lucionis eorum at illi quasi lactates
contra ligaturas diuerso modo diuer
sis eum constringebant nodis Et mox
ut manus ligantes cessassent a vin
culo quidquid ligauerant soluebant
Tunc illi mittunt eum in ceppum no
uum et nodosissimum Et cum stantes
insultarent ei ita putrefactum est lig
num ut mancum cernetur deinde perfu
derunt eum lotio humano dicentes
Modo amittes maliciam tuam Stati
uero aqua putridissima in nectar
rem odorem ita conuersa est ut putares
eum non vrina sed balsamo perfusum
Iterum excoriantes vitulum eadem
corio recenti traxerunt crisantum
nudum et posuerunt ad solem ac
perstant dicens in estu solis flagran
tissimo nulla potuit corium calefac
tione siccari sed in eadem viriditate
perdurans in nullo potuit molare
famulum dei Tandem posuit in collo
eius cathenas ferreas simulque ma
nus eius et pedes constringentes
clauserunt eum in obscurissimo loco
Statimque manicum eius soluta sunt
vincula et tanta infulsit in locos lux
ut putarentur illic esse lampades
multe fulgentes

De conuersione claudii tribuni et hylarie .c.lx. rubrica

Annunciauerunt autem hec milites
tribuno qui veniens ad
locum videns que lumen
inmensum iussit eum ad se egredi
dixitque ei Cum tanta maleficiorum
tuorum vis sit ut ista perficias etiam vident
Si esset in te vel scintilla prudencie
cognosceres me non maleficiorum argu
mentis sed diuinis adiutorii admi
niculis deos que tuos istos aduentes
noctes ad se clamantium audire non
posse nichil que intus preter argillam
et plumbum habere Tunc tribunus iussit
eum fustibus cedi Statim vero ut
allate sunt virge durissime preperunt
in manus cedencium quasi pluma molle
scere Cumque tenerentur quasi ferree essent
ita nodose et solide Cum non ponerent
quasi ex papiro essent ita mollissime
reddebantur et leues Tunc tribunus
iussit eum erigi ac vestimentis suis in
dui et cum suis ad milites suos ait Hoc
humane artes penitus non sunt nisi di
uinarum virtutum potestas apparuit Quod sup
est nisi ut omnes homines huius genibus
aduoluti veniam scelerum postulantes
rogemus ut nos quoque tales deus
faciat tales qui cultores suos in omni
pugna facit vincentes Cumque ita fe
cissent audito ab eo verbo dei baptizati
sunt eodem die claudius et hylaria
vxor eius et amici et lxx milites
cum suis Et per singulos dies ab ipso
erudicionem veritatis audientes cum
omni reuerencia optabant pro dei nomine
etiam aduersa perferre Hec cum audisset
imperator numerianus iussit claudium tri
bunum ingenti saxo constrictum in medio
mari precipitari Ceteros non tantum
gratiam donum concessit ut primus ia
son et maurus filii claudii eciam non
interrogati christum se colere dicerent et
pro nominis eius confessione mortem opta
bent Quos imitantes omnes vnanimiter
inter vnam horam decollati sunt
et a xpianis nocte sepulti iuxta salaria
Sancta non hylaria duorum filiorum suos
colligens corpora in singulis sarco
fagis collocauit et cum assidue cra
torum confessionem oraret deinde ten
ta est Cumque traheretur ait Obsecro permitte
me primus oracionem meam complere et
veniam quocumque volueritis Igitur dum
finisset gradum accepit sacramentum
dominum Et cum rogasset dominum ut eam filiis
suis associaret orans emisit spiritum et a
duabus ancillis suis sepulta est

De expositione darie in lupanari .c.lxi.

Interea suus crisantus ponitur in carcere
tulliano vnde pudor horribilis ascen
debat quia cloacarum cuniculis dige
sta domorum stercora illic decurre
bant Erat que ima et lurida et tam te
nebrosa custodia ut penitus ibi luci
splendor aer nec vestigium aliquod lucis
videret Illic ergo crisantus ferreis vincu
lis mittitur nudus Daria non impubro
ponitur contubulo meretrici ac vero et

crisanto lux divina et odoramenta sancta apparuerunt. et darie leo fugiens de cavea amphiteatri dirigitur. Cum ingressus cellam in qua daria posita in oratione latebat prostravit se iuxta eam ut videretur etiam ipse illam adorare qui predicam suam de castitate virginis prohibebat. Respicientes ita quod leonem intus esse miserunt ad eam quendam virum turpissimum in scelere corruptum opinatissimum. Cum ut ingressus est insiluit in eum leo et prosternens eum sub pedibus suis cepit ad faciem virginis respicere quasi interrogans quid iuberet. Quod illa intelligens ait Adiuro te per filium dei pro martirii passiones libenter amplector ne eum in aliquo ledas sed permitte eum sermonem meum absque terrore suscipere. Tunc leo relinquens eum posuit se in ipso introitu ut nec ille fugere nec alius intrare posset. Tunc virgo dicit ad illum Ecce feritas leonis audito nomine christi dat reverenciam deo et tu homo tantis criminibus obrutus ut etiam in hac in quo missus es lugendus es gloriaris. Tunc ille prosternens se ante eam clamavit Iube me hinc egredi sanum ut ego clamem omnibus christum quem colis solum esse verum deum. Tunc illa iussit leonem ut amoveret se ab ingressu. Ille autem egressus per totam civitatem clamabat Scitote omnes dariam deam esse. Igitur cum dimissi venatores et populi ad leonem capiendum pergerent hunc leonem vincere deus concessit ut omnes caperet et sine lesione ante pedes sancte darie poneret. Quos illa sic allocuta est Si promittitis vos christo credituros sic poteritis abscedere. Tunc omnes una voce clamabant Qui non credit christum verum deum esse vivus hinc non exeat. Et hec dicentes ceperunt omnes egredi clamantes Credite populi romani non esse alterum deum preter christum. Tunc celerinus prefectus iussit ignem copiosum accendi in ingressu cellule in qua erat daria cum leone. Quod leo cum fieri videret cepit expavescere et rugitum dare. Cui beata daria dixit Noli timere quia non incendieris nec capieris nec interficieris sed securus egredere et vade quia quem in me honorasti ipse liberet te. Tunc inclinato capite egrediens per medias turbas per loca neminem lesit nec ullus eum capere potuit. Hii autem qui ex ore eius incolumes evaserunt omnes baptisati sunt.

De passione amborum CLXVII sequitur

Nunciata sunt hec omnia numeriano imperatori et iussit crisantum et dariam diversis penis tormentari si non consensissent sacrificiis. Cumque crisantus imponeretur eculeo omnia ligna eculei minuta et vincula dirupta lampades quoque que lateribus eius applicande erant extincte sunt. Tunc idem imperator non virtutibus divinis sed maleficiis hec imputans iussit eos in via salaria duci atque in harenario simul ambos deponi ac vivos lapidibus obrui. Itaque presbyterius et ceteris omnibus insistentes in unam foveam quasi in unum lectulum deponuntur et facta est in passione sociatis sanguis sicut fuerat mentis. Cum autem multa beneficia deus venientibus ad eorum sepulcra prestaret accidit ut die natalis eorum infinita populi multitudo concurreret viri mulieres et infantes. Quod cum numeriano nunciatum fuisset iussit ut introitu ipso quo criptam ingressi fuerant parietes levarentur. Quod cum factum fuisset desuper ad sabulonem super eos montem deiecit. Omnesque pariter dum communionis sacramenta perciperent et martirii gloriam pervenerunt. Inter quos erat diodorus presbyter et marianus dyaconus et plurimi clericorum. Hec omnia nos memorans et omnium fratrum et urbis rome apud papam stephano ordinari prout gesta sunt scripsimus Eusebius meruimus. Porro numerianus cum ob dolorem lateris lectica veheretur insidiis arrii soceri sui interiit. Vix autem fetore cadaveris comperto carinus quoque prelio victus apud margum occiditur.

Continencia tercii decimi libri / xxxiii

Tercius decimus liber continet historiam tantum xx annorum quibus dyocletianus et maximianus imperaverunt et post multas christianorum persecutiones ambo simul imperii purpuram deposuerunt. Habet autem capitula CXL. i. De imperio dyocleciani et maximiani. ii. De legione thebeorum et passione eorum.

barbar

H

iii De quibusdam eorum miraculis iiii
De passione sanctorum cassii et florencii cum
sociis suis et gereonis cum sociis suis v
De generali persecucione ecclesie vi De edi
ctibus sub dyocl. constitutis vii Passio sancti
victoris militis massiliensis viii De
quatuor coronatis ix De passione eorum
et quorundam cornicularorum x De sanctis seba
stiano marcelliano et marco xi Qua
liter sanctus sebastianus eos in temptacione
confortavit xii Sermo eiusdem de contem
ptu presencium xiii De splendore super eum
veniente quem vidit zoe xiiii De
conversione [illegible] et ceterorum prin
cipis xv De sancto herismo antio
cheno episcopo xvi De fructu predicacionis
eius in urbe luctuda xvii De quibus
tormentis illesus exivit xviii De fe
lici transitu eiusdem xix De sancto
bonefacio et aglae xx De passione
sancti bonefacii xxi De translacione cor
poris eius apud sanctam aglaem xxii De
sancta iuliana virgine et martire xxiii
De conflictu eius cum demone xxiiii
Consummacio agonis eiusdem xxv
Passio sanctorum episcoporum felicis cubizacensis
et petri adriani xxvi Passio sanctorum
vincencii et orencii et victoris xxvii
De sancta lucia vidua et conplacione
eius in martirio xxviii De correpcione
dyocleciani pro ea xxix De conver
sione geminiani per eam et de agone
amborum xxx De translacione eorum per
angelum et eorundem transitu xxxi
Passio sanctorum cosme et damiani
xxxii Miracula eorundem post mortem
xxxiii De sancto blasio episcopo sebaste
xxxiiii De passione eiusdem xxxv

dorothee

Passio sancte dorothee virginis xxxvi
Passio sancte theodosie virginis xxxvii
Passio sancti agricole et vitalis xxxviii
Passio sanctorum asclepi philemonis et appollonii
xxxix De conversione arriani presidis
et eius passione cum aliis quatuor
xl Passio sancti hyrenei syrmiensis
episcopi et [illegible] xli Passio sancti ianuarii
episcopi xlii Passio sancti gregorii spoletani
presbiteri xliii Passio sancti marcelli et
[illegible] dyaconi xliiii Passio sancti
sabini episcopi xlv De sancta anastasia
et crisogono xlvi Passio eiusdem
sancti crisogoni xlvii De tribus soro
ribus agape et thionia et hyrene xlviii
De illusione presidis per eas xlix Pas
sio duorum sociis sanctarum agape et thione l

Passio tercie sororis sancte hyrenee li
De alteracione sancte anastasie et probi pre
fecti lii De improbitate ulpiani in eam
et pena illius liii Passio sancte theodote
cum tribus filiis liiii Passio sancte
anastasie martiris lv Passio sancte
barbare virginis lvi Passio sancti
floriani martiris lvii Passio sanctorum
primi et feliciani lviii De sancto puero
vito et eius pedagogo modesto et cre
scencia nutrice lix Passio sancti eu[illegible] presbiterorum
lx Passio sancti albini martiris lxi
Passio sanctorum donaciani et rogaciani
et pancracii lxii De sancto marcelli
no et petro et archacimo lxiii De pas
sione eorundem sanctorum lxiiii Passio sanctorum sergii et

sergii et bachi

bachi lxv De sancta eufemia vir
gine lxvi De passione eiusdem lxvii
Passio sancti firmini ambianensis lxviii
Passio sancti felicis et adaucti lxix De
sancto adriano et eius uxore natalia
lxx Qualiter de caritate coniux voti
vit eam ad suam passionem lxxi
De passione eiusdem adriani lxxii De
vita et transitu sancte nathalie lxxiii
Passio sanctorum simplicii faustini et beatricis
lxxiiii De bona indole sancte [illegible] virginis
lxxv De agone eius sub prefecto suo ur
bano lxxvi De agone eiusdem sub
iudice dyone lxxvii De extremo eius
agone sub iuliano lxxviii De sanctis
cucufato et felice lxxix De agone
sancti cucufati lxxx De consummacione
passionis eiusdem lxxxi De sancto
theodoro martire lxxxii De fine agonis
eius lxxxiii De sancto puero panthaleone
lxxxiiii De felici eiusdem agone lxxxv
Passio sancte lucie virginis et [illegible] cum
aliis lxxxvi Passio sancti [illegible] cum
sociis victoriani militis marcellini presbiteri
lxxxvii De sancto cyriaco cum sociis
suis et [illegible] martire lxxxviii Passio
sanctorum sisinnii et saturnini et aliorum plurium
lxxxix De filia dyocl. quam a de
monio liberavit cyriacus xc
Passio sancti cyriaci cum sociis suis xci
Passio sancti marcelli pape xcii
De inopinata confessione sancti genesii xciii
De constancia eius in passione xciiii
De coniugio sancti iuliani et basillisse xcv
Qualiter basilissa ad amorem virginitatis
conversa est xcvi De transitu sancte
basilisse cum suis virginibus xcvii
Passio sanctorum martirum quos iulianus deo
acquisierat xcviii De agone sancti

iuliani et oculo militi restituto xcix Quale et celsus filius presidis adheserit C Quale idem puer vidit prosperitatem patri et matri CI De conversione VII filiorum potentis civitatis CII De mortuo iuliano suscitato et eius relatione CIII De captivis sincensis a quibus sancti liberati sunt CIIII Qualiter celsus puer matrem ad xpum convertit CV De ruina ydolorum ad preces anthonini et iuliani CVI Passio iuliani et celsi cum sociis suis CVII De sancta iustina virgine qualiter per cyprianum temptata est a demone CVIII De conversione cypriani per verba demonis CIX De passione venerabilis sancti cypriani et iustine CX De quam miserio statu quo fuit cyprianus CXI Passio sancte eulalie virginis CXII Passio sancti vincencii et valerii CXIII De constanti agone beati vincencii CXIIII De cautela eiusdem CXV De illuminacione carceris et felici eius transitu CXVI De victoria eiusdem et de funeri et de sepultura CXVII De quibusdam aliis sub daciano passis CXVIII Passio XVIII martirum qui dicuntur massa candida CXIX Passio sancti georgii militis CXX De consummatione agonis eiusdem CXXI Passio sancte fidis virginis et caprasii martiris CXXII Passio sancti felicis in gerundensi CXXIII De consummatione agonis eiusdem CXXIIII De sancto quirino martire CXXV De constancia eius in passione CXXVI De revelacione corporis eius CXXVII De translacione eiusdem CXXVIII Passio sancti genciani martiris CXXIX Passio sancti fusciani et victoriaci CXXX Passio sancte martire virginis CXXXI De sancto prodo iusto et eius peregrinacione CXXXII De passione eius CXXXIII De translacione capitis eiusdem CXXXIIII Passio sancti crispini et crispiniani CXXXV De morte eorum eorum et sepultura CXXXVI Passio sancti ruffini et valerii CXXXVII Passio demetrii thessalonicensis CXXXVIII De quodam eius miraculo CXXXIX De conversione afre peccatricis per sanctum narcissum CXL De manifestacione demonis et morte sancti narcisi CXLI Passio sancte afre sub prima nominate CXLII Passio sancte hyllarie matris eius cum tribus puellis CXLIII Passio sancte fauste virginis et evilasii

CXLIIII De sancta benedicta CXLV De passione eiusdem CXLVI Passio sancti maturini martiris CXLVII De ceteris qui sub eisdem imperatoribus passi sunt CXLVIII De summa sentencia eorum et de posicione imperii CXLIX De dimissione imperii inter constancium et galerium

De imperio dyocleciani et maximiani

I.

Romanorum igitur xxx iiii dyoclecianus cepit anno domini CC° lxxx vii conditi sive IIII cxl et imperavit annis xx hic dalmata stirpe filius imperator electus statim apud niconiciam militum peremit unias sine scelere suo numerianum interfectum. Hic primus ut deum se adorari et gemmas vestibus calciamentis inseri iussit cum ante eum imperatores omnes in modum iudicum salutarentur et clamidem purpuream assumpto habitu plus haberent. Hugo floriacensis in libro. Karinum etiam numeriani fratrem apud dalmaciam flagiciosum degentem difficillimo bello superavit et extinxit. Hiis diebus amandus et helianus in gallia collecta rusticorum quos bagaudas vocant multitudine piraticos tumultus excitaverunt Unde dyoclecianus maximianum herculium quidem cognomine suum cesarem fecit et in gallias destinavit qui facile agrestium hominum imperitam multitudinem et confusam militari virtute compescuit Sed in ipso itinere thebea legio sedunis gallie loco agauno sub prefato maximiano pro xpo passa est. De legione sanctorum thebeorum et passione eorum et gestis

Dyoclecianus et eorum II
dem cum maximianum contra gallias destinavit ei ad supplementum exercitus legionem thebeam qui VI. dc lxvi milites habebat ire iussit Fuerunt autem due thebe una in thessalia que abethione dicta qui tadhum adhuc Altera egipto quam tadmus condidit hec egipti nobilissima civitas et opulentissima C portas habuit et super nilum sita fuit Ab hac milites illi dicti thebei Baptismum orientali more suscepernnt a sancto zabda ierosolimitano

epo et apud sanctum marcellum papam ro-
me confirmauit ut ante gladys interi-
rent quam fidem xpi acceptam violarent
Hii ergo cum maximiano montes alpium
transeuntes in quadam grata planicie
consederunt Et audientes cesarem pre-
cepisse ut omnes suis ydolis immolan-
tes fidem militie contra hostes et contra
xpianos firmiter custodirent Nolentes
tanto sceleri consentire viri milites ab
octodoro ubi erat exercitus recesserunt
Quod maximianus audiens legionem
ad iuramentum et sacrificia renouari pre-
cepit Sed legio ut pote xpiana hec
se facere non posse rescribit Tunc cesar
ira succensus primam et decorem nam
vindicaturus missis militibus decimum
quemque eorum precepit decollari Sed sancti
cum gaudio capita porrigentes
quodammodo certabant ut alter ante alterum
posset mori Tunc sanctus mauricius
residentes confortans alloquitur et ut
constanter quod ceperant consummarent exemplo
sociorum et deuocione fidei adhortatur
Hiis ergo firmam sententiam cum imperatori
milites intimassent ille continuo re-
mandauit ut iterato quemque decimum
trucidarent Quo facto exuperius signi-
fer cum duce mauricio exhortacionem
replicant et validissime confortatos
reuersi milites proiectis armis nuda
corpora offerentes truncique trucidantur
omnibus ergo sic occisis dum singulis
eorum preda diuiditur ad epulandum
victores resident videntes quendam
senem nomine victorem prolocuti illum
fortuitu transeuntem causa pietatis
ad epulandum inuitant At ille re-
quirere cepit quomodo in tantis stragibus
occisorum possent cum gaudio epulari
Et audiens a quodam quod xpiani cesi
essent eo quod deorum cerimonias et
romano imperio dixerunt suspirans in-
gemuit et se tam diu vixisse con-
questus si in illorum consortio mixtus
esset se fore beatissimum iudicauit
Unde cum verum xpianus esset inimici
perscrutantes protinus occiderunt

De quibusdam eorum miraculis · iii

Post longum tempus cum sancta
corpora theodorus agaunensis
episcopus reuelassent et fideles
in honorem eorum basilicam con-
struxissent mulier quedam albi
loca filium suum erudiendum tradidit
quem iubere defunctum diebus singulis
irremediabili luctu planxit Huic tandem
apparens sanctus mauricius quesiuit ab ea
cur filium ita fleret Et illa dixit quod
quamdiu viueret a lacrimis non cessaret Cui
ille Noli inquit flere ut mortuum sed scias
hunc habitare nobiscum Quod si scire volue-
ris cras et omnibus diebus vite tue sur-
gens ad matutinas vocem eius audies
inter choros monachorum psallentium Quod
illa euigilans fecit et se sic verum esse
quod sanctus dixerat comprobauit Rex quoque gun-
trannus cum thezauris suis relictis pom-
pis seculi ecclesiis et pauperibus eroga-
ret misit illuc quendam presbiterum qui
inde sibi aliquas sanctorum reliquias appor-
taret Ille ergo rediens et sanctorum reliquias
secum ferens dum placidum lacum lausonne
cum multis aliis nauigaret et nauis
orta subito tempestate periret capsam
reliquiarum collo detrahens orando
fideliter fluctibus opposuit et statim virtu-
te sanctorum ventus ac fluctus tranquillos
ad litus deduxit

De passione sanctorum cassii et florencii cum sociis suis et gereonis cum sociis suis et helinadis · iiii

Predicta legione occisa maxi-
mianus persequi fecit reliquos
et apud veronam urbem veni-
entes inuenti sunt ardentes sancti cassius
et florencius cum vii aliis eiusdem con-
stancie viri aliique plures eiusdem agminis
sed non eiusdem interuencionis Ibi ergo prefa-
ti ix decollati sunt qui se xpianos esse
confessi sunt Inde persecutores venerunt
usque ad campos colonie ubi iam deuene-
rat sanctus gereon cum sociis suis CCC xviii
qui omnes eadem pro xpo perempti sunt et
in puteum magnum proiecti locus autem in quo
decollati sunt adhuc ab incolis vocatur
ad martires Sanctus autem victor cum cohorte
sua iam tunc ad opidum francorum quod
troiam vel xanctum nominant peruenerat
Ibique sociis vrentibus castra populat
ubi et superuenientibus prefatis carnifi-
cibus pro xpo occisus est cum ccc xxx
martiribus Quorum corpora in locis
palustribus submersa sunt Eo tempore
de mauritania que est pars affrice
et de finitimis regionibus propter frequen-
tes gallorum tumultus ab imperatore vo-
cati erant milites CCC xl Cum autem
in galliam nauigio venissent omnes
cum beato gereone ac sociis eius pro xpo
trucidati sunt Iussu autem gereonis

et soror eius honore fecit postmodum helena constantini mater ecclesiam pulcerrimam super eorum corpora miro metallorum fulgore et artificii varietate decoratam totamque deauratam constructa fuisse sine lignis vel alia materia que facile ignis cedit aut negligentie post hec autem eugesippus agripine colonie episcopus nimio capitis dolore vexatus ad memoriam predictorum martirum accessit et ingrediens ecclesiam inchoavit versiculum qui solet dici in laude sanctorum Exultabunt sancti in gloria Tunc primus co audito sanctorum cantum et letabuntur in cubilibus suis Quod pontifex audiens in laudem dei cum suis acclamans de pulvere loci ipsius capiti suo imposuit et salutem recepit Involuit autem consuetudo ut martirum sancti gereonis cum sociis suis et sancti victoris cum sociis suis et sanctorum cassii et florencii cum sociis suis memoria tribus in locis tonatorum una die celebret agrippinensis ecclesia scilicet sexto ydus octob'. Cum tamen dubium sit an die uno vel pluribus completum sit. etc.

De generali persecucione ecclesie hugo

Hoc eciam tempore / ubi supra . v. dum prosperis incrementis ecclesia ubique per orbem dilataretur et cresceret subito turbo persecutionis marepuit Anno quippe imperii xix. dyocleciani propositum est eius edictum ut ecclesie que in orbe erant usque ad solum diruerentur et sacre scripture ubique igni comburerentur omnes que qui ecclesiis preerant in vinculis tenerentur ac deinde per exquisita supplicia ymolare cogerentur. Rapiebantur omnes ecclesiarum principes et sancti clerici nec non et cum eis nobiles et ignobiles multi. brevi quoque post tempore femine et pueri. ita ut perditorum multitudine carceres estuarent Eusebius in historia ecclesiastica viij libro. Itaque alii flagris discerpebantur. alii ungulis fodiebantur. alii ignitis laminis urebantur. Ex quibus nonnulli quidem fatigati cedebant / alii usque ad finem patientiam conservabant. Ex ipsis autem persecutoribus quidam tamquam misericordia usi nonnullos invitos adhibeant ad nefanda sacrificia et quasi sacrificassent reclamabant cum non sacrificassent de aliis non cum ne appropinquassent quidem inmundis hostiis acclamabant quod iam ymolassent et abscedebant ipsi inde in eo tantum culpabiles quod cumen sibi obiectum cum silentio paterentur. Alii semivivi sublati tamquam mortui proiciebantur. Alii pedibus tractati iam eos consacrificassent deputabantur. Alii qui sane conclamabant ingenti voce et testabantur se non sacrificasse Sed xpianos esse tali gaudentes confessione sunt decorati. nonnulli etiam maiori fiducia neque ymolasse se neque ymolaturos esse unquam testabantur. Quibus abassistentibus militibus ora contundere atque occidere studebant ut tacerent et violenter expellebant tamquam acquievissent. Tantum erat impiis studii ut propositum suum viderentur implesse. hugo floriac. in v° libro. Semel autem accepta rabies persecutionis usque ad vij constantini magni imperatoris fuerit non cessavit anno x°.

De ducibus sub dyocleciano constitutis

Sed dum dyocleciani imperii vi et maximiani ista gererentur. gentes per omnes imperii romani fines subitarum perturbationum concuterent fragores carausio quin ad observanda occeani littora positus fuerat in britannia rebellante et achilleo in egipto cum et affricam quinque gencianii infestarent et narseus rex persarum oriente bello premeret. Quo periculo dyoclecianus permotus maximianum herculium ex cesare fecit augustum. Constantium vero et maximianum galerium cesares legit tradens constantino theodoram herculii maximiani filiam et priuam maximino galerio. Eusebius in cronicis hoc constancius constantini pater claudii nepos ex filia fuit / galerius autem in dacia natus quos ut dyoclecianus etiam affinitate sibi coniungeret constancius privignam herculii theodoram accepit. Ex qua postea vj liberos constantini fratres habuit. Galerius autem filiam dyocleciani valeriam duxit. Ambo uxores quas habuerant repudiare compulsi. hugo ubi supra Constancius igitur cesar in gallia primo prelio ab alemannis profugato exercitu suo vix ipse ereptus est. Secundo autem satis secuta est ei victoria nam paucis horis lx milia alemanorum cesa referuntur. At maximianus augustus v gencianos in affrica perdomuit. dyoclecianus autem achilleum obsessum per viij menses apud alexandriam cepit et interfecit. Sed immoderata victoria usus allexandriam

direptionem dedit egipti quoque persecucionibus
fedavit. Erat autem cum dyocleciano in
illis diebus constantinus iuvenis inclitus
filius cesaris constancii quem dyocle-
cianus dolis perimere galerio instigante
satagebat. Sed tamen fraude ad
patrem suum salvus divina providencia re-
meavit. At maximianus galerius cum
duobus iam plus adversus narseum
conflixisset tercio congressu victus amissis
copiis ad dyoclecianum refugit. A quo
arrogantissime exceptus est ita ut
per aliquod milia passuum purpuratus
ante vehiculum eius cucurrisse refe-
ratur. Eusebius vii libro. Cuius predicte
persecucionis ignis exordium inter solos
militares prima scintilla conflagraverat.
Cumque quereretur si qui essent inter milites
christiani plurimique cingulis milicia pro fide christi
non pauci etiam animas posuerunt.

Passio sancti victoris militis massi-
liensis. Ex gestis eius vii. sequitur.

Sub maximiano quoque passus est in
urbe massilia victor miles.
Cum enim illuc venisset maximi-
anus facta impia cede sanctorum thebeorum
decrevit ut omnes aut dyis sacrifica-
rent aut exquisitis mortibus depe-
rirent. Cumque huius decreti pavore
cuncti turbarentur beatus victor in medium
se ingerens statim apprehenditur et prefectorum
tribunalibus presentatur. Ubi cum fidem
christi constanti vultu et voce libera
testaretur primus tumultuancium clamor
attollitur. Et cum multas iniurias
ab omnibus tollerasset prefecti decre-
verunt ut causa eius ad audienciam
cesaris referretur. Cum statim eius
presencie sistitur et multis accusacionibus
undique impetitus primum terroribus
ad sacrificia urgetur. At ille fronte
robustior spiritu sancto repletus im-
peratorem et patres eius mira prudencia
confutavit evacuans ydolorum cultus
et fidem christianam certa racione confirmans. Tunc
cesar in rabiem concitatur et ad iussum
eius vinctus funibus coartatus per totam
urbem trahi precipitur ut ex ignominio-
sa eius pena et deorum iniurie vin-
dicarentur et pavore cuncti terrerentur.
Tali quoque ludibrio spectancium oculis
saciatis iterum tribunalibus presentatur
et denegando christo et diis adoran-
dis acrius iterum perurgetur. Beatus victor

ad singulas eorum obiecciones sapienter re-
spondens auctores quod ostendit reorum
pondere. Sed cum ab insensatis unum
iubetur eligere aut placare deos aut
infeliciter deperire. Si sic inquit proponitur
quod verbis doctrinis et exemplis vide-
bitis deos sperno christumque confiteor. Quecumque
potestis date supplicia cumulate tor-
menta. Et statim cesaris iussu patibulo
affigitur et torquetur. Sed ibidem orans ap-
parente sibi domino recreatur. Post hoc
in carcerem mittitur. Sed statim celesti
lumine et angelica visitacione confortatur.
Et dum consultans psalleret tres milites
alexander longinus et felicianus
eum custodientes dum hoc viderent
ad pedes eius procidunt ac penitentes
baptisari se petunt. Hoc audiens im-
perator milites quidem capitali sentencia
dampnavit victorem vero conspicionis eorum
actorum iterum suspensum et fu-
stibus et nervis taureis laceratum ad
carcerem revocavit. Facto autem triduo
dum idem poena repetit in eum nunc
et furores maledicta et iniuria de novo
revocantur et iussu cesaris coram iovis
ara deponitur. Sed vir sanctus de ipsa sa-
cerdotis manu statuam solotenus pede
prostravit et primus eius pede iussu
maximiani preciditur. Ad ultimum vero
corpus et animam deo redditurus edicto
cesaris ad molendinum ducitur et max-
ime mole suppositus crudeliter conquassatur.
Sed cum disrupta paulo post divinitus
machina spiritus aliquantulum videtur
amputato ei capite mox celica vox
auditur. Vicisti beate victor vicisti. Ius-
su autem cesaris eorum corpora marinis
fluctibus immerguntur. Sed ministrantibus
angelis natatu celerrimo in littus
oppositum transferuntur. Ibique a christianis
decenter sepulti multa petentibus be-
neficia largiuntur. Sequitur coronatis.

Ex gestis eorum vii.

Dyocle-
cianus autem perveniens pannonias
ad metalla diversa impensa de
montibus abscidenda dum omnes ar-
tifices metallicos congregaret invenit
inter eos viros arte quadrataria
mirificos claudium castorium simphro-
nianum et nicostratum. Hii occulte christi-
ani erant et quidquid in sculptura
operabantur in nomine domini nostri ihesu christi
sculpebant unde et opera eorum
lucida dyocleciano placebant. Cumque

in monte porfiretico qui dicitur igneus
cum multitudine artificum iussi lapides
incideret claudius ubi sequebatur ars
qua in nomine ihesu christi omnia faciebat
simplicius autem qui gentilis erat conue-
niencia non erant omnia quecumque facie-
bat Cui dixit nichostratus frater quo
ferramentum tuum constringitur At ille ro-
go te inquit tempera michi ut non con-
fringatur Claudius autem accepta ferri
sculptura benedixit ferrum in nomine domini
ihesu ut esset forte et sanum ad facien-
da opera et tunc cepit simplicius bene
et recte cum ferramentis suis operari
et miro studio cepit inquirere quod
esset genus temperamenti quia iniqua
argumenta ferramentorum eorum frange-
bantur Simphorianus ait Creator
omnium ipse ferrum suum confortavit
Cui simplicianus Nunquid non deus
iovis omnia fecit Respondit blasphema
sti deus cui confitemur et deus ihesus
christus et spiritus et omnia creavit Nam
que tu deum dicis sculpitur manibus
nostris Cui simplicianus ait Adiuro
te per deum solem ut dicas in quis
est iste deus qui omnia creavit in
cuius nomine vos tam bona operamini
deo inquit nescio quem oculte pre-
cantur declarate michi hanc deprecacionem
dei vestri ut amicicia mea perseverans
Cui dixit claudius fideliter tibi dico
ut credas in dominum ihesum christum filium
dei ac percipias baptismum et omnia in-
struimus At ille ego inquit Nolite
tardare ut vobiscum unanimis sim
et in arte et in religione Tunc duxe-
runt eum ad sanctum quirillum episcopum de anti-
ochia adductum cum multis aliis con-
fessoribus christi nomine catheniis con-
strictum et iam in ebus annis multis
verberibus laceratum et rogaverunt
eum ut baptizaret simplicium quo
baptizato ad opera sua redierunt etc.

De passione eorum et quatuor coro-
natorum xx

Videns vigilatorum

Idem philosophis quod sine signo crucis
nichil facerent Iratus ait hec
signum magice artis est Adam
delitate cum pertinet et persipiam a nobis
omnia prosperare agunt Accusaveruntque
eos philosophi apud augustum. At ille
delectatus in operibus eorum iussit victo-
rias et cupidines Sed non asclepii
simulacrum ipsi quod asphis deum simili

ab augusto redarguti sunt Cui inquit
claudius pietati tue semper auguste
obedimus sed ymaginem hominis mi-
serum iniqua faciemus quia scriptum
est Similes illis fiant qui faciunt
ea etc. Tunc magis excandescens
contra eos dyoclecianus cauponem
quempiam ebinio nomine lampadio et
vos nolentes adorare solem iussit
in custodia publica retrudi post
hec autem exspoliari et scorpionibus
mactari Sed in eadem hora arreptus
est a demonio et semper disrumpens
exspiravit sedens in tribunali suo
Hec cum audisset dyoclecianus ira-
tus iussit eos in loculis plumbeis vivos
recludi et in flumen proici Quod au-
diens sanctus quirillus metuere se affi-
xit et ad deum migravit passi sunt
hii autem vi idus novembris post dies
no xlii nichodemus quidam viamus
loculos cum corporibus levavit et in
domo sua posuit Cum autem dioclecianus
romam venisset et omnem milicium
ad sacrificandum asclepio compelleret
maximeque milites urbane prefecture
maior corniculari renuntiantes nole-
bant sacrificare Quos iussit ante
ipsum simulacrum ictibus plumbatarum
deficere corpora quoque eorum in plateam
canibus iactari etc. et iacuerunt
ibi diebus quinque Tunc beatus sebastianus
nocte cum melchiade episcopo collegit
ea et sepelivit in via lauicana Cum
tamen non eodem tempore sed post duos annos
evenisset et eorum corpora reperiri non
possent iussit beatus melchiades
episcopus ut sub nominibus supradictorum
sanctorum scilicet claudii nicostrati simphoriani
et castorii anniversarius eorum dies
recoleret vi idus novembris Horum
autem quatuor coronatorum nomina post eorum
passionem in ecclesiis annis domino
revelante comperta sunt Ista sunt severi
severiani carpophori et victorini

De sanctis sebastiano marcelliano
et marco et gestis eorum xx

Postquam beatus sebastianus cum
esset civis mediolanensis dyo-
cleciano et maximiano impera-
toribus ita carus erat ut principatum
ei prime cohortis traderent Milites
quoque eum quasi patrem venera-
bantur Christus igitur cottidie sedulus exhi-
bebat officium Sed agebat ut hoc

sacrilegis regibus esset occultus non pas
sionis timore perterritus sed ut christianorum militum
subclamide habitum imperii tegens christia
norum animos quos in tormentis deficere
videbat confortaret. Clarissimis igitur
viris Marcelliano et Marco geminis
fratribus in vinculis pro christi nomine constitutis
cottidie solacium exhibebat et tam eis
quam suis eorum cum quibus tenti fue
rant salutaria fidei consilia ministrabat
ut fugitiva seculi blandimenta contemp
nerent et momentanea tormentorum genera
non timerent. Cumque eum acquiescerent et
verbera carnificum pacienter suscepissent
iussi sunt subire sententiam ni sacrificiis
eorum ydolorum consentirent. Quorum pater
Tranquillinus et mater Marcia illos seque
bantur cum uxoribus eorum et filiis. Ventum
est et accusato prefecto xxx dies indu
tias impetravit in quorum spacio cum
eis ageretur ut ad thurificandum ydol(is)
consentirent. Accedentes igitur amici eorum
dicebant eis Unde vobis tam dira mens
tam ferreum pectus quod carissimum patrum
patris abicite et matri iam decrepite
novos partus afferre inconparabilis dolor(is)
vita contempnitur gloria respuitur et con
temptis omnibus pietatis affectibus mor
tis devotatis appetitur. Hiis talia dicen
tibus mater in medium se clamans adve
nit et soluto crine canos sue senec
tutis ostendens coram eis vestem qua
pectus tegebatur scidit tunicisque flec
tibus laxis pellibus mamillas quas
suxerunt ostendebat blandimenta eorum
infancie exhibita memorabat. Heu in
quit me miseram luctus undique circum
vallat. Amitto filios ad mortem ultro
properantes quos si michi hostes auferrent
per medias sequerer acies bellatorum.
Si iudicia violenta concluderent carcerem
simul irrumperem moritura. Novum hoc pe
reundi genus in quo carnifex rogatur
ut perimat optatur ut pereat mors op
tatur ut veniat. Talia matre prosequen
te pater infirmus et senex manibus
suorum adducitur et cinerem capiti pul
verem aspergens huiusmodi voces ad celum
dabat O fili baculus senectutis mee
et geminum lumen viscerum meorum que
ista repente insania mortis vos
amatores facit. Numquam ista iuve
nibus placuit. Venite huc iuvenes
et flete super iuvenes sponte pereuntes.
Accedite patres prohibete talia fieri

ne et vos talia paciamini. Dum hec et talia
senior ageret ecce amborum coniuges cum natis
parvis quos eorum aspectibus offerebant di
centes Quibus nos futuris relinqui
tis quibus coniuges in caritate editis.
Heu quam ferreum pectus quia impio
crudelitatis genere parentes despicitis ami
cos respuitis uxores abicitis filios ab
dicatis et vosipsos carnifici ultroneos
exhibetis. Tunc inter uxorum lacrimas et
filiorum suspiria ceperunt milites christi molle
scere et animos flectere ad dolorem. Huic spec
taculo sanctus Sebastianus intererat. xvi

Qualiter beatus Sebastianus in temptacione
eos confortavit. Sequitur capitulum

Hic (Sebastianus) ergo vir sanctissimus qui occulta
bat militarem habitum ubi vidit ath
letas dei in magno certaminis pondere
fatigari in medio eorum se obiciens ait
O fortissimi milites christi per nimiam virtutem
fortitudinis pervenistis ad palmam per misera
blandimenta coronam deponitis sem
piternam. Discat in vobis christi milicia
fortitudo fide potius armari quam
ferro. Erigite adversus affectibus superiores
ut eratis. Isti quos plorantes atte
ditis gauderent utique si possent scire
que nostis veram si scirent aliam esse
vitam perpetuam ignaram efficere propere
nobiscum ad illam festinarent pertinge
istam fugitivam pro nichilo computantes
que omnes in se credentes semper fefellit
omnes de se presumentes irrisit atque ut omnia
solius mendacii culpa esset obnoxia
et non pomina crimina suos cuncte cogeret
amatores. Ipsa dat edacitatem glutonibus
naufragium pudoris adulteris execrabi
lem perversitatem incestis. Ipsa admonet
furem ut rapiat iracundum ut seviat
mendacem ut fallat. Ipsa tollit iudi
cibus iusticiam castis pudiciciam moribus
disciplinam. Et ut minora que suis ama
toribus ingerit cuncta memoremus si frater
aliquid fratrem si filius patrem si amicus
amicum necavit inquid non presentis
vite amore ducti ista committunt. Dum
enim illam iusto plus diligunt in quo
se omnes odio persequuntur. Ut quid eum
pirata iugulat navigantem ut quid
latro perimit viatorem dives opprimit
pauperem. Quibus breviter ut ab infelici
similis ista carnali vite carnalibus suadetur
postquam non dei iusticia fuit sagittat
sinceros sibi tradit filie sue id est morti
eterne ... hac eam nata est mors que per

putes gule sue et oculorum libidini fruerunt Et ideo qui ad eternam vitam fuerant facti sunt in istam mortis ruinam sunt iactati sunt iterum ad inferos devoluti nichil secum nisi peccata portantes Hec est vita que nos fallit carissimi ut animos vestros ad vitam euntes perpetuam in isto exilio renovetis Hec nos instigat coniuges ut bonorum etiam virorum mentibus per pietatis colorem impietatem suggeratis Quasi non consentirent ultius pauco quidem tempore nobiscum esse possent et pecca separi et ita separi ut nunquam nos inuicem nisi in tormentis perpetuis videretis ubi edax flamma incredulorum animas devorat ubi dracones labia blasphemancium comedunt ubi serpentes morsibus suis incredulorum pectora depascunt ubi ululatus et gemitus sonat ubi clamor confusus et incendii ardor cor torqueat Hec autem tribulacio ullo sine concludit sed ad eterna supplicia qui admissus fuerit rapitur Sinite igitur et istos euadere premittite et vos ipsos eripe cogitate Nolite timere non enim a vobis separantur Sed vadunt nobis in celum preparare sidereas mansiones in quibus cum eis imperpetuum gaudeatis ubi non impediuntur occupacione delicie ubi nulla sollicitudine securitas conturbatur luctus et gemitus nunquam auditur fedum vel deforme nunquam videtur Set omni formositate et elegancia sunt in circumspicione patentes oculi perfruuntur ympnorum organa iugiter sonant que ad laudem Archangelis decantantur ibi odor aeris per delectacionem perfecta membra diffunditur et refeccio mellisflua gustu suscipitur Hec unusquisque sapiens quo sunt delectacionis statim quod concupierit anima eius concupiscencie famulantur unusquisque pacis possessionem effectum Unde si in hac mortali vita concupiscencias suas aliquis pugnavit quod qui hec eos expenderit illic eas integras creatore suo consequetur Ipse enim creavit homines ut vincerent et morte iuxta introitum posuit ut timore mortis homines refrenati alterum vitam quererent Sermo eiusdem de contemptu presencium xvj

Si quis aut interrogaret cur creatorem divicie facte sunt si eius lege contempnende sunt videmus ita divicias creatoris sic ut alloquitur quodammodo amatores dicentes Sic nos amate ut nunquam a vobis separemur sed nos morientes non possimus auertere nos possimus viventes si tu ipse iubetis Cupidus fenerator aurum tradit hominibus quod duplicatum recipiat Agricola terre semina committit ut centuplum querat Inter has debitor feneratori et reddere prevalet et terra agricole semina multiplicata restituere Deus autem divicias tuas si a te accepit amplificatas reddere non potest Inquiris nunc cur divicias dedit michi deus si ipse amore reddende sunt Tradidit eas tibi ut scias quanta sit meis requies quanta voluptas quibus luxus ut per has scias caritatem cum creatore divicias ipsi eas tradas custodiendas quia si ipsi eas nolueris tradere aut cupiditas gule eas invadet aut luxuria tibi eripiet aut certe mors aufert Inquiunt si tempore predias acies barbarorum et invenires virum forte te diligentem qui eciam sacculum pecunie tibi dedisset dicentem tibi Da michi custodiendas pecunias tuas quas tibi dedi quia barbari ibi insidiantur ut eas tibi auferent quas cum tibi abstulerint suo te gladio iugulabunt Nonne supplex rogares ut eas ipse susciperet dignus etenim esses quod etiam ampliora quam accepisset redderet et te ab hostibus liberaret Similiter delicias qui habet aures audiendi audiet dicentes sibi Si vere nos diligitis illi nos commendate qui nos nobis integras et illibatas restituet Iuvat nunc si nunquam noluntis occupare officium quod hec expense ibi nobis omnino negabuntur Dimittite nos interim fruere morituris quia ideo donati sunt dies mortalibus ut in moribus iugiter famulentur Sic enim per electos donabuntur dies ut fructus vita sit longa in iustis Quamvis quid festino cursu impiis et scelestis et turpibus non sponte sed per eum qui nos subdidit famulabimur cum a servitute corrupcionis et renovabimur ad libertatem glorie filiorum dei Nolite itaque carissimi coniuges omnia ad arbitrium quos diligitis revocare Hec est enim cum diabolo piscibus hamum tendere et ad modicam suavitatem invitare in qua latet mors intrinsecus Pius dolor levis est et tollerabiliter sustinetur preterit autem gravis et cito penam affert

dolor nõ futurus, nunquam sentiendus ag
ditur et acrius seuit qua incohauit
seuit. Ne ergo timeamus vna hora do
lorem cum corpore qui optamus cum
xpo gaudere. Matris lacrimas inextinguibiliter
sputamus et nõ quasi mortuos pla
gamus quos cum xpo regnaturos
credimus. xiij. De splendore super eum
veniente quem vidit zoe i(n)certa

Hec igitur beatus sebastianus in
dutus clamide succinctus bal
theo cum diceret subito per unam
fere horam splendore nimio de celo
veniente illuminatus est et sub ipso
splendore iuvenis pallio candidissimo
amictus apparuit iuxta eum. Hec autem
gerebantur intra domum primiterii nicho
strati cuius vxor nomine zoe ante vi
annos egritudinis innectate facta
erat muta. Hec cum miraculo stupe
retur annuebat manum omnibus
quod qui exprobrandi essent qui tam
euidenti beati viri assertioni nõ cre
derent. Cum ut vidit secreta cordis
lingua explicare nõ posse ait. Si
verba xpi sermones sunt et vera sunt
omnia que ex ore meo hec mulier
audiuit et credidit iubeat dominus
meus ad eam redire officium labiorum.
Tunc exclamans mulier ait. Beatus
es tu et sermo oris tui et beati qui
credunt per te. Ego enim vidi oculis
meis angelum ante te de celo venien
tem et libros ante oculos tuos te
nentem ex quorum lectione vniuersi
sermonis tui ratio decurrebat. Beati
qui in hijs verbis crediderint et male
dicti qui vel in vno verbo dubitauerint
quia sicut aurora superueniens omnes
noctis tenebras excludit ita lux
sermonum tuorum omnem caliginem et
ignorantie cecitatem extergit. etc.

De conuersione nichostrati primi scrinij
et aliorum plurium. xiiij. etc.

Hec videns nichostratus ge
nibus eius aduolutus pete
bat eo quod sanctos dei mar
cellianum et marcum imperiali impe
rarent in vinculis solutis illis ge
mina eorum amplexus rogabat eos
abscedere dicens. O quam felix essem
si pro salute vra possem mereri gſam
gi qui dixerunt. Si tu fidei gratiam
quam nõ dum habueras accepisti
quomodo nos quod ab infancia huius

relinquentes passionis iure tibi casti
tem damus. Cum hec audientes omnes
pariter fletibus primam oudererunt marcus
ait dicite pueri sancti quia hec tota
belli dyaboli calliditas est a suppliciis
corpus eripere et animam viciis subiungere.
Sed qua ratione mori timeant qui sciunt
hanc hominis esse vitam nõ penam. Crudelitas
crudelitas huius sic vite amatores ruina
grauis opprimit fulmine incendit naufra
gium perdidit gladius perimit et istam
insuper cum doloribus amittentes vitam
illam penitus inuenire nõ possunt. Ad illam
enim nõ durat tortura sed eterna. Eorum igitur
penam qua et innocentibus salus
eterna confertur et pena delinquentibus
irrogatur. Cum nichostratus cum coniuge
sua peteret instituj ratione religionis
Cui sebastianus ait. Audi consilium
vinctos omnes et clausos in vincula redi
ge et tunc facere legis auctistem ad
hibe ut cum omnibus qui credere volue
rint sacra suscipias sacramenta. Congregatis
autem omnibus vinctis in domum eius ait
sanctus sebastianus. Crimina dyabolica
dei cedant virtutibus reatus vra morte
concludit. Ad illum qui redemit
est qui filium suum vnicum passionibus
liberaret. Tunc omnes prostrati cum lacrimis
ceperunt prima vocibus exclamare cum
et se xpo velle credere quos sanctus arti
culis exsoluit iussit et policarpum pres
biterum qui tunc persecutionis latebat ad
eandem domum adduxit. Cum videns
turbam benedixit dominum. Sed et claudius
commentariensis supplicuit duos quos filios
vnum ydropicum et alium vulneribus
oppressum adduci fecit omnesque simul
baptizati sunt imo horum filij ante
claudij ita de fonte sani leuati sunt
ut nec sinceris morbus appareret. Tran
quillinus autem ciragrate lenigatus in
rogatus a sancto policarpo si credet in
patrem et filium et spiritum sanctum statim ut
dixit credo Solute sunt manus eius
nodose et genua et plante pedum ita
enim podagrico dolore contractus fuerat
ut nisi manibus portaretur. Omnes
itaque baptizati et per dies xv iudicij lau
dibus perdurantes die ac nocte quasi
fideles milites parabant animos suos
pro xpi nomine in martirio bellantium bapti
zatis autem romanis vrbis prefectus cum
filio suo tyburcio et ex familia eius
ccce ac quos omnes manumissionis

asimutis nodo absoluit dicens quod qui
patrem deum habuit filium hominem esse non dedit
De hiis qui ob racione sibi date in tumu-
Cum autem xa // elegerunt xv
nona fieret persecutio tunc sancti
gaii pape consilio hito hito tro-
machus omnes in domo sua la-
tenter recipiebat atque fouebat Cumque ia-
eius opinio celari non posset meruit ex
sacro recepto in memorare tur in campano
lito tributique copiam omni vano secum
re nolente ad persecutionem declinandam
Venit itaque gaius episcopus in domum eius
et ait omnibus dominus ihesus xpus prescius
fragilitatis humane duos misse credenti-
bus gradus constituit scilicet confessionis et
martirii Ut qui igitur pondus martirii se posse
sufferre desperent confessionis gratiam teneant
et cum filiis meis cromacio ac tyburcio
pergant in ecclesia que in hac urbe qui nolunt
remaneant Non enim terrarum spacia diui-
dunt quos xpi caritas nectit Tunc
exclamauit tyburcius Obsecro te pri-
nceps ne permittas terga persequentibus
dare michi enim valde iocundum est
mortem pro xpo eciam subire Tunc sanctus
gaius congaudens fidei eius flebat Re-
manseruntque cum eo marcellianus et mar-
cus et horum pater tranquillinus et beatus
sebastianus et tyburcius et nichostratus
etiam cum fratre suo castorio et coniuge
sua zoe claudius cum victorino fratre
suo simphoriano horum marcellianum et
marcum constituit episcopus dyacones tran-
quillinum uero presbiterum sebastianum uero esse
defensorem Ceteros autem subdyaco-
nos decorabat autem omnes apud castulum
quendam virum zetarium palacii latebant
die noctuque fletibus et ieiuniis oran-
tes deum ut digni haberentur consortes
sue tollerancia sanctorum martirii uno so-
lari multi eciam infirmi precibus eorum
sanabantur ceci illuminabantur demones
eiciebantur Tuscens autem tyburcius oc-
currit homini qui de alto lapsus caput
et omnia membra cassauerat sibi ita ut
de sepultura eius ageretur et dicens
super eum lente orationem dominicam incolu-
mem eum reddidit parentesque eius a
turbis segregans veritatem eis et nominis
annunciauit obtulitque eos pape qui
eos baptizauit De passione tranquillini
Beata // et nichostrati cum sociis suis
autem zoe in natali apostolorum xvi
cum ad confessionem beati petri

oraret ducta est apprehensa ad patro-
num trannmachie et compellebatur martis
statuile thus incendere Cum illa rudit
uilicem compellis marti sacrificare ut
oudas martem m[illegible] mitibus de-
lectari Sed ille impudicissime neni
potuit pudorem eripere michi non tro-
pheum fidei in fronte portanti non
potest preualere Tunc iussit eam in custo-
dia obscurissima ubi per v dies nec
lumen vidit nec cibum vel potum
sumpsit Sed tamen vox eius qui eam
clauserat audiebatur dicens in orre-
ris fame et cecitate ut te liberauit
puniens Post vi dies iussa est a collo
et capillis in arbore excelsa su-
spendi et subter fumum ex sterquili-
nio adhiberi que statim ut suspensa
est in confessione domini emisit spiritum
Tunc illi corpus eius auferentes
saxo ligauerunt et alueo tyberis in-
miserunt dicentes ne xpiani corpus
eius tollant et faciant eam sibi deam
Igitur celebrato eius martirio venit
in sompnis beato sebastiano et nar-
rauit ei qualiter martirium domini suscepisset
quod cum narraret sebastianus pre-
cepit tranquillinus et ait femine nos
ad coronam antecedunt ut quid viuimus
et descendentes octaua die ad beati
pauli apostoli confessionem accessit insidiis
et ipse passus insidias tentus a populo
lapidatus est et martirius cuiusque corpus
tyberino gurgiti mancipatum est Item
nichostratus et claudius una cum
castorio et victorino et simphoriano
cum corpora sanctorum per ora tyberina requi-
erunt tenti et ad aures prefecti ducti
sunt Erat que fabianus iudex qui
eos ad sacrificandum hortabatur
et per x dies eos minis et blandi-
ciis agens in nullo penitus potuit
commouere Tunc fecit decius sugge-
stionem imperatori qui cum eos tor-
queri iussisset illaque ratione torrentes
compulsi recederent iussit eos in medio
in medio maris precipites dari In me-
dio itaque arctati ponderibus pelagi
fluctibus dati sunt ut inter aquas
martirium celebrarent Passio sancti tyburtii
Impedabantur itaque // martiris xvii
infideles fidelibus et numquam fuere
dandi non poterant nec nomen audire
interea torquatus quidam aposta-
ta sub gaio episcopo callide se simulata

fide sociavit. Cum dum ab eo tyburtio
viro scolastico nobili ac sancto fieret quod
argueret quod capillos arte componeret
quod assidue ludendo puderet quod feminis
se libenter aspectibus daret et quod
conviviis et ordinibus et vigiliis
sic in se tolleret simulavit se monere
equanimiter accipere et egit arte quod
tenebris orantem sanctum tyburtium in-
fideles comprehenderent in qua comprehensio-
ne secum teneri fecit et simul ad
sectatum iudicis frementis perduci.
At ubi introducti sunt fabianus
ad torquatum ait Senioras quod
iusserunt invictissimi principes ut
qui sacrificare diis noluit diversis
suppliciis maceretur. Cum vidit hoc
magister meus semper docuit quod sicut
video facere necesse est ut faciam. Tunc
fabianus conversus ad tyburtium ait //
Quid ad ista vides tiburtius ait
torquatus dixit est quod se vanum esse
mentitus et credis sicut vanum esse
qui in lenocinio sui moliendo capitis
fimbrias omittit qui tonsorem diligit
qui se mollit gestit qui fluxu compositi
incessus distendit qui viros ne-
gligenter agit feminas libenter intuetur
inquid tales servos christus habere dignatur.
At hic qualis semper fuit nunc evidenter
ostendit. Reprehendebam meos tyrocinia
ebrietatem et vim potationum ac se-
pulta dum nominis sanctitatem congaudi-
ebat bibebat et comedebat et nunc
vanus accusat inermis iudicem iniu-
tet volenti gladium porrigit et ut
demonis diversis aris inclinemus
hortatur. Videmus votum tuum et vene-
na pectoris intuemur. Attingere nunc
crudelissime vite carnificis officio
vendicata tibi et ipsius iudicis necte ap-
plica eculeos suspende vanos dap-
na perditte incende omnes nobis melius
est pena ubi pura est conscientia. Fabianus
ait Restituit te germanum tuo et hic esto
quod natura dictavit. Vobis enim natus
ad tantam devolutus es sectam ut possis
et supplicium et infamiam subire et mor-
tem. At ille videns O prudentissimum
virorum et omnis insulis iudicem con-
stitutum quia meretricem venerem et ince-
stissimum iovem et martem fallacem
et saturnum filiorum occisorem colere nolo
in famia compositatis incurro et quia
unum et verum deum qui in celis regnat

adoro et venerari mereor supplicia in-
famiam. Tunc fabianus iussit ante pedes
eius carbones ardentes effundi dixitque
ei Elige tibi unum de duobus aut
thura super istos carbones adice aut super
eos nudis pedibus incede. Cum signum
crucis fecisset super eos ingressus
est nudis plantis dixitque praefecto dixisse
christum quem confiteor esse deum et
ipsum creaturis dominari. Et nunc tu mitte
manum tuam in aquam calidam in nomine
iovis et si potest faciat te non sentire ardo-
res. Nam in nomine domini nostri ihesu christi videtur
michi quod super flores roseos gra-
diar quia creatura ipsa creatori suo
famulatur. Fabianus ait Cuius igno-
rat artem magicam vos docuisse christum
vestrum. Ait ille obmutesce inquit infelix
et noli auribus meis hanc iniuriam
facere ut audiam te rabido ore melli-
fluum et sanctum nomen latrare. Tunc irati
fabiani iussu ductus est in via lavicana
et effundens orationem ad deum uno ictu
gladii liberatus abscessit ibique corpus
post modum ad laudem nominis sui multa
beneficia praestitit. Passio sanctorum castuli et
marcellini et marci ac sebastiani // xviii

Post hec egit torquatus
ut castulus zetarius palatii
hospes sanctorum altaris hic apprehensus
et tertio auditus in confessione dei per-
durans iussus est in foveam et di-
missa est super eum massa arena-
ria et sic cum palma martyrii migravit
ad christum. Post hoc marcellianus et
marcus tenti sunt et ambo ligati
ad stipitem acutos clavos in pedibus
acceperunt. Quibus dicebat fabianus
tam diu fixis plantis stabitis quam
diu diis debitum officium reddatis //
Tunc ambo fixi in ligno confixi psalle-
bant inter se dicentes Ecce quam bonum
et quam iocundum habitare fratres in unum.
Cumque transisset una dies et una nox
et illi in psalmis et in hymnis perseve-
rarent iussit eos ambos ubi stabant
lanceis per latera perforari. Sicque cum mar-
tyrii gloria ad regna sydera migra-
verunt. Hiis completis beatus sebastianus
convenitur quia prius imperatori dyocle-
ciano de eo suggessisset. Quem ille vo-
cans ad se ait Ego te inter primos palatii
mei habui et contra salutem meam in decorem
in iniuriam hactenus latuisti. Cui dixit
pro salute tua semper christum colui et pro statu

orbis Romani ipsum qui in celis est adorari considerans a lapidibus auxilium petere insanie capitis esse. Et iratus imperator iussit eum duci in medium campi et quasi signum ad sagittandum ligari atque a sagittariis figi. Tunc milites impellentes ita eum hinc inde repleverunt sagittis ut quasi ericius ita esset ictibus sagittarum insitus. Et estimantes eum mortuum abierunt. Tunc relicta uxoris Castuli Zetarum nomine Hyrenes abiit ut nocte corpus eius tolleret et sepeliret et inveniens eum viventem adduxit ad domum suam et intra paucos dies integram omnibus membris recuperavit salutem. Cumque omnes Christiani ad eum convenirent hortabantur eum abscedere. Ille autem ordine suo descendit et stans super gradum Heliogabali venientibus imperatoribus dixit: Iniquissimis subreptionibus adversus [illegible] vani templorum pontifices obsident suggerentes de Christianis falsa contraria dicentes eos rei publice adversarios quorum precibus ipsa res publica melioratur et crescat. Cumque talia diceret Dyoclecianus ait: Iste non est Sebastianus quem sagittis interfici iusseramus? At ille: Adhuc inquit dominus Ihesus Christus me suscitare dignatus est ut conveniam vos et contester coram omni populo iniquo iudicio persecutionem vestram in Christi famulos ebullire. Tunc iussit eum in ypodromio palacii duci et tam diu castigari quousque spiritum exalaret. Post hec tulerunt corpus eius nocte et in cloacam maximam miserunt dicentes ne forte Christiani eum martyrem sibi faciant. At beatus Sebastianus in somnis beate Lucine matrone apparuit dicens ei: Iuxta circum invenies corpus meum in unco pendens quod sordes non tetigerunt et dum levaveris perduces illud ad cathacumbas in initio cripte iuxta vestigia apostolorum quod et fecit.

Passio sancti Menne militis Ex gestis eius xix

Passus est et sanctus Mennas eo tempore qui sub duce Agrico militiam agens imperatoribus ita carus fuerat ut multorum animas quas videbat pro Christi nomine diversis suppliciis affici membris suis eriperet et suis eloquiis confortaret. Deinde abiecto regis militia declinans et montanis abditis locis se conferens cum imperatorum natalicia celebrarentur multitudine populi undique concurrente una cum ceteris theatrum ingressus est. Despiciens autem imperatores sedentes pro tribunali et agonem Christianorum diversis suppliciis impendi palam in medio theatri clamitans ait: Ecce apparui non querentibus me. Audientes imperatores quod tam constanti animo auderet ista dicere apprehendentes quoque [illegible] cuiusdam [illegible] in carcerem miserunt. Eum tradi Pirro duci qui sedens pro tribunali videns quod in eius confessione Christi constancia foret eum in eculeo levari et unguibus exungulari. Lampades quoque igneas eius lateribus applicari. Sed et plagas eius tormentis madidas cilicio fricari atque carbones igneos super easdem imponi. Post hec sudes ferreos iussit per pavimentum aspergi et sic eum ligatis manibus et pedibus et corpore trahi quousque omnes artus eius membratim possent dissipari. Plumbatis quoque collum eius et maxillas tundi. Tandem quod cum nichil omnibus immobilis permaneret spiculatore caput eius ablatum et igni deditum est. Sed furtim a Christianis corpus eius et incendio ignis ereptum est ac sepultum. Passus est autem in Frigia metropoli Frigie.

Passio sanctorum Dorothei et Gorgonii cum sociis suis Ex historia ecclesiastica libro viii° xx

Cum autem persecutionis flamma que a militibus sumpsit initium tota per populos et sacerdotes propagasset incendia possibile non est numero comprehendi quanti cottidie pene per singulas urbes et provincias martires efficiebantur. Apud Nichomediam unus de nobilibus simul ut vidit contra dei cultores in foro crudelia edicta pendere calore fidei ignitus publice populo inspectante iniecta manu libellum iniqui legis detraxit et coram omnibus decerpsit augusto in eadem urbe simul cum cesare constituto. Ad quos cum religiosi viri et illustris viris factum relatum esset mox in eum omnis crudelitatis genere desevientes nec hoc solum quod efficere quiverunt ut cum aliquis mestum in penis videret sed leto et hylari vultu cum iam viscera in suppliciis defecissent spiritus tamen letabatur in vultu. Ex quo

tortores sui certatim cruciabantur
quod omnia genera suppliciorum in eum
consumebant quem nec tristem vultus
reddere potuit. Post hunc unus ex do-
rotheis sodalibus qui in cubiculo re-
gis erant et massu super liberorum gtri
fuerant cum de memoratis martirum
suppliciis libius careret educi ipse
iubetur in medium et immolare compelli-
tur abnuens iubetur appendi et flagris
toto corpore laniari. Cumque remaneret
immobilis visceribus iam pelle nu-
datis iubetur aceto et sale perfundi.
Cumque et hoc tormenti genus con-
stanter ac fortiter tollerasset craticula
prunis supposita iubetur in medio poni
ubique quod reliquum fuerat in visceribus
assumpti corporis superponi et non
ad subitum sed sensim paulatimque
succendi quo scilicet pena protelaretur. Nec
quum ministris autem scelerum in hunc
modo inde corpus versantibus et sup-
plicia renovantibus cum pararent
abeo se elicere posse consensum. Ille fir-
mus in fide et orationibus ipse consumptis
iam et igne resolutis carnibus suis
ultimum spiritum in fide letus exalavit.
Talis Petrus hic erat et nomine et ope-
ribus martirii vero decoratus vere
petre constans fidei heres et nominis
que constitutus in disciplina et magi-
sterio officiis que in palacio exhibebantur.
Dorotheus erat cubili regis prepositus
habens secum officio fide et magna-
nimitate parem Gorgonium quorum
institutionibus optimis omnes sub cubiculi
ministerio in fide dei vigilanter et libere
persistebant. Dorotheus autem et Gor-
gonius cum Petrum tam inmanibus
viderent suppliciis cruciari constanter
et libere dixerunt. Cur imperator in pe-
tro punis sententiam que viget in omnibus
nobis. Cur in illo tantum ducitur quod
nos omnes confitemur. Hec nobis fides
hic cultus et vita cum eadem sua.
Quos ille cum in medium venire iussis-
set similibus penis ut priores affectos
suppliciis ad ultimum laqueo appen-
sos necari iussit. Tunc et Antimus
episcopus urbis eius in dominica confessione
perdurans martirium gladii capitis
obtruncatione suscepit. Quem tam
quam bonum pastorem viam mar-
tirii sequentem universa pene christianorum
multitudo secuta est etc. Sequitur.

De certaminibus qui passi sunt nichomedie et melotene. xxi

Accidit namque
apud nichomediam in ipsis die-
bus partem aliquam palacii
incendio conflagrare. Quod imperator
auctoris fieri esse suspicatus furore suc-
census iussit omnes acervatim collectos
gladio alios truncari alios comburi.
Sed cum ministri interrogarent singulos
si forte sacrificare vellent dimitti
tam viri quam mulieres ne interrogarent
quidem se paciebantur. Sed ultro vel
flammis irruere vel gladiis certatim cervi-
ces obicere. Cumque iam illis ipsis spec-
tatoribus immanitas crudelitatis hor-
resceret iussit scelerum partem ipsius navi-
culis in certam in medium pelagus ad-
ducunt ubique in sua fide persistentes
in profundum precipitant. Interim non apud
eos cessavit crudelitas ut etiam regios
pueros iam effectos ac sepultos effo-
derent et corpora eorum in mare proicerent
dicentes ne forte dii eorum efficiantur
et illi qui deos adorare nolebant
ipsos iam deos adorent putant enim quod
apud nos divinus honor martiribus
deferatur. Cum hec apud nichomediam
gererentur aut sequimus apud melitenam
provinciam aliam que omnis ecclesiarum
principes carceribus retrudi et vin-
culis quia edictis principalibus urgebantur
simulque cum hiis ex plebe viri ac
mulieres nobiles et ignobiles rapie-
bantur. Fiebat ubique miserabile spec-
taculum subito namque inveniebatur
in urbe silencium et solitudo luctuo-
sibus constipatio vero cum processisset
estimare ad principem carceres et pu-
niendi penas locum deesse criminosis
nova supplicium edicta mittuntur
ut eis qui clausi erant si quis immo-
lare vellet liber abscederet. Qui vero
obniteret diversis penarum generibus interiret.

De hiis qui passi sunt in palestina in
tyro. xxii

Ad pingendas provincias multitudi-
nes martirum exstitit cuius copia
comprehendere valeat. Sed nec illorum quidem
quidem agones quos apud palestinam
vel tyrum presentes inspeximus digne
memorare sufficimus. Neque enim audi-
ta sed oculis nostris inspecta narramus.
Exquirebantur diversa tormentorum
genera sibi inimicem succedencia fla-
gris primo pomie corporis carpebantur.

post haec ad bestias tradebantur. Et omnis contra eos hominum bestiarumque et elementorum crudelitas armabatur. Adducti dei cultores statim in medio denudati arene loco adduntur. ad hunc arte intra caveas bestiis furor et ita famores semetipsis efferre claustris proruunt subito replent stadium circumdant. Etiam iuxta tyrum in medio stantem circueunt sepius et oblinxerant et divine virtutis eis adesse custodiam sentientes procul ab eis abscedunt. Sed illico furor qui reprimebatur in beluis cursit in homines. Nemo potentem dei virtute ac dominum adesse pro his auxilium sentiebat. Sed mittuntur quibus haec artis erat instigare bestias contra eos quos divina gratia defendebat. Nimirum ut ostenderetur omnibus non bestiis deesse feritatem sed divinam dei cultoribus adesse custodiam. Illos ipsos qui ad instigandum mittuntur incredibili velocitate discerpunt et cum iam nullus ex eis audet accedere iubentur inermes vel commotis manibus adversum se beluas incitare. Sed nec sic quidem aliquid pati potuerant. Nam et si forte aliqua fuisset ex beluis concitata cum processisset ad proximum protinus in semetipsam quasi repedabat. Tunc stupor ingens et pavor omnes qui in spectaculis considebant invasit. Sed cum temptatur adhuc ab hominibus deus iubentur alii ferociores bestiis subrigi qui omnes in momento perierunt a bestiis lacerati discerpti. Sed nec sic quidem bestie concitate dei cultoribus aliquid gravabant molestie divino eos spiritu velud muris validissimis muniente. Iubentur ille amoveri et pecis alie admitti. Sane cum similiter nichil triste sanctis inferret amotis etiam hiis feroces feris homines in eis immittuntur gladiisque peragunt quod bestie nequiverunt. Et ut hominibus se beluis esse nequiores ostenderent prohibebant et cadavera terre mandari et iubebant fluctibus dari.

xxiij De hiis qui passi sunt in egipto c.

In egipto quoque per provincia innumerabiles non inferiori gloria tam viri quam femine ac pueri pro fide domini nostri ihesu christi presentem vitam parvipendentes futuram gloriam quesierunt. Quidam eorum post verbera post ungulas post flagella alios quoque diversi generis horribiles cruciatus flammis traditi sunt. Alii in mari precipitati. Non nulli etiam capite cesi sunt ita ut sponte cervices suas ferientibus darent. Non nulli inedia consumpti alii patibulis affixi in quibus quidam more perverso capite deorsum verso et pedibus in sublime sublatis. Apud thebaidem non omnem narrationem superat agitata crudelitas. Pro ungulis testas fictilium vasorum tortores adhibebant. Quibus omne corpus eo usque lacerabant donec totam carnis cutem eraderent. Mulieres quoque nudas arte quadam et machinis compositis uno pede in excelso suspensas et capite in terram dimissas indignissimo spectaculo per diem continuum pendere sinebant. Alias per vim inclinare sibi due arbores inveniebantur. In quadam ab utraque inflexis contra se invicem ramis eorum singulis singulos pedes martyris obligantes subito ramos quos inflexerant relaxabant. Qui cum ad situm suum impetu naturali referuntur discerptis visceribus avulsa sanctorum membra rapiebant.

Passio sancti philee episcopi cum pluribus ceteris xxiiij

Nos quoque cum in egipto partibus per idem tempus iter ageremus oculis nostris inspeximus ut sedente pro tribunali sevissimo preside offerrentur in unum fidelium christi quos ille per ordinem confessos se esse christianos iussit capite plecti. Qui cum egressi ad signum me[illegible] ribus carnificum non carnificum nexibus tracti sed fidei vinculis colligati sponte omnes immo etiam alter alterum prevenientes cervices cedentibus obiectabant. Videbant cedendo fessos carnifices respondere vires resumere gladios mutare. Nullus tamen ex omnibus ne parvulus quidem infans deterreri potuit a morte. Sed hoc solum pavebat singuli ne dum forte vespere sol urgens diem clauderet separatus a consortio martyrum remaneret et dum priores iugularentur reliqui non de specie ac corporis indulgebant sed psallentes et ympnos deo canentes locum quisque martyrii sui expectabant. Ut etiam extremos spiritus in dei laudibus exhalarent. Hanc coronam gemma nobilior adornabat. Hunc gregem pastor illustrior decorabat phileas scilicet qui urbis ipsius que thmuis appellatur episcopus erat. Hec cum plurimos propinquos nobiles haberet in urbe frequenter ad presidem ducebatur.

eius sed monitis acquiescere suadebatur tot et tantis propinquis exorantibus uxoris et liberorum respectum habere nec tanta persuasione permoveri atque ille gravi eorum dicta despiciens ad celum animo tendebat parentes et propinquos suos martires et apostolos ducebat. Aderat tunc quidam vir agens tribunatum militum romanorum nomine philoromus qui cum videret phileam circumdatum lacrimis propinquorum et iudicis calliditate fatigari nec tamen ullatenus flecti posse aut infringi exclamavit. Quid inquit constantiam viri baptizatis eumque qui fide deo servat infidelem effici vultis. Quomodo potest lacrimis vestris flecti cuius oculi celestem gloriam contuentur. Tunc auctore ira in eum versa unam ipsum cum philea sententiam suam posuerunt. Quibus libenter annuens iudex utrumque plecti capite iussit.

Qualiter idem in vinculis positus gregem scripto suum confortavit. Ieronimus de illustribus viris xxv. Sequitur.

Hic phileas de civitate thmui nobili genere et non parvis opibus suscepto episcopatu librum de laude martirum composuit. Eusebius ubi supra. Scribens ecclesie ad thmuitas post aliquanta hec refert. Horum nobis bonorum exempla beati martires prebuerunt qui una nobiscum in agonibus perdurantes mortem pro pietate reperunt. Considerabant enim divinas scripturas nos hominem sanctum [?] docuisse nos exemplo suo ut usque ad mortem obluctemur contra peccatum. Quorum nunc si velim robur et tollerantiam exponere nec michi copia tanti sermonis est nec puto aliis quam hiis qui oculis suis viderunt que gesta sunt credibilia videri. Erat enim expositi omnibus volentibus pro libitu eorum supplicia inferre et si quod aliquis potuit excogitans novum genus supplicii detulisset licebat eis inferre. Verberabantur alii fustibus alii virgis alii flagris nonnulli loris districti vel funibus appensi. Eratque studium per singulos novum genus adinvenire supplicii. Post tergum alii vinctis manibus appendebantur et trocleis distenta membra eorum divellebantur. Iam non ungulis exarari velut ac leve ducebatur quod supplicii genus et si forte umquam adhibebatur non ut latronibus et homicidis solet tantum latera fodiebantur sed et ventrem et femora et tybie et usque ad ungues ungula premebat. Sed nec facies quidem nec frons a tormentis immunis remanebat. Cumque corpora fuissent absque omni humanitate laniata exposita in publico et nudata non solum veste sed etiam cute crudele cunctis presentibus spectaculum fiebat. Quosdam vero columpnis districtos post tergum distortis brachiis vinctos relinquebant. Alii pene totum diem suspensi in eculeis pergebant et ad omne corpus vel tormentis vel verberibus fuisset assumptum trahi nudum pedibus cum pari iubebantur. Ad carcerem ibique pedibus usque conclusis recentibus adhuc terga vulneribus reiciebantur in solum testarum fragmentis subter stratum. Interea quam plurimi usque ad mortem fortiter perdurantes tyrannis pudorem non minimum conferebant. Alii recepta sanitate corporis ad recipiendos novos agones eos sponte provocabant quos illi erubescentes ipsa eorum audacia tunc capiti cedi iubebant. Hec beatus phileas in vinculis positus et ad martirium rediturus commisse sibi ecclesie scribebat. Quibus eos una secum socios martirii et consortes celestium fecit coronarum.

De hiis que passa est civitas in ytalia ceterisque provinciis xxvij recta [?]

Iam vero illud quod apud frigiam gestum est quis audeat preterire igne et comminus [?] inhumanitatis et supra omnem regum iura violata sunt. Urbem quandam christianorum sacrificare nolentium militibus iubent circumdari ipsamque cum civibus suis mulieribus et parvulis igne cremari ita ut nullus etiam cum copia daretur abscederet. Cuius incole [?] mirum [?] extitit auctor et dux vir religione et omni benignitate clarus nomine adauctus honoribus palacii per gradus singulos usque ad officiorum magisterium provectus. Quis possit vel ista repetere quibus apud arabiam sancti martires securibus cesi sunt aut que in capadocia gesta sunt ubi crura securibus [?] frangi iubebant. Vel que in mesopotamia referat cruciatus ubi xanos [?] singulis manibus pedibusque suspensos amarissimo fumo subter ingesto indignis cruciatibus necabant. Alios vero lento igni subter adhibito longioribus tormentis assumebant. Illa quoque quomodo replicem que apud alexandriam gesta etiam veterum poetarum fabulas vincunt vel obtruncatis auribus et inhonesto ... ex virgilio in vj Eneydos ubi lex loquitur dedi phebo

uulnerati naribus manibus quoque ceterorumque membrorum summitatibus amputatis tristo sinebant abire Denique dum apud antiochiam non quo recordabor craticulas prunis impositis quibus xpiani suppositi torquebantur Sed inter hec duo iuuenes nobiles comprehensi cum simulacris cogerentur ymolare dixerunt ducite nos ad aras et cum fuissent adducti manus suas igni supponentes ardenti si subtraximus inquiunt sacrificasse nos credite et quo adusque caro omnis igni deflueret immobiles perdurauerunt In regionibus autem ponti crudeliora gerebantur Arundines acute quibusdam sub unguibus digitorum infigebantur alijs plumbum igni liquefactum dorso infundebatur sustinebant tamen omnia fortissimi ac pijssimi milites cum preclari iudices in eo solo sapientiam suam omnibus futuram in admiracione censerent si aliqua noue crudelitatis supplicia inuenissent etc.

De sancto hericismo antiocheno episcopo et gestis eius xxxvij Sequitur

Cum autem in antiochia dyocletianus decretum contra xpianos promulgasset ut quicumque dijs non sacrificaret uarijs supplicijs deperiret Hoc audiens beatus hericismus episcopus heremum petijt in quo per xvij annos habitauit iuxta montem libani diuine contemplationi uacans uilibusque herbis et urticibus choruscans per quod septenale spacium extra dimitus ei ministrabat Per eorum dulce etiam ferme naturali feditate deposita mansuetas ei sese prebebant et cellulam eius frequentabant prosternentes se ad uestigia eius veneracionem ei dignam exhibebant angelico quoque sepe in eisdem locis confortabatur colloquio Quadam die vox ad eum de celo facta est ut in ciuitatem descenderet Cumque illuc descendisset multos a demonibus uexatos in nomine xpi ihesu liberauit multos etiam sacro baptismate consecratus ad deum conuertit Hoc audiens dyocletianus iussit eum teneri sibique presentari Interrogatus ab eo quid profiteretur xpianum se esse respondit Cumque monitis eius acquiescere nollet ut dijs eius sacrificaret iussit plumbo latera eius tegi deinde fustibus grauiter macerari sed nichil ei nocuit postea resina pice sulphure simul cum cera perfusus illesus apparuit Iam angelus ei astitit qui totum illud incendium refrigerauit illesumque pontificem membris reddidit Tunc uniuersa plebs antiochenorum conclamat dimittite iustum hominem ciuitatis episcopum quia deus xpianorum in illo operatur Dum hec autem fierent subito terre motus factus est magnus tonitruaque et choruscationes fere per tres horas ita ut ciuitas abira dei tota perire putaretur Imperator tanto fragore perculsus discessit // Tandem se reuocans ad populum ait Seductor iste deos meos blasphemans Ideo conturbacio talis accidit Iussitque eum in carcerem introduci et collum eius ac manus ingenti cathenarum pondere compediri penam mortis intentans si quis ei uel paxillum aque ministraret cunctosque pro carceris hostia muniuit Circa terciam uero noctis horam sanctus ad dominum conclamat Et ecce subito carcer illuxit et quasi aromatibus esset plenus flagrauit et xpistus dominus ingressus eum ut surgeret vocauit Statimque omnis cathenarum colligatio dissiluit et ferrum quasi cera liquefactum est Sanctus autem in medio carceris stabat deumque collaudans orabat Et ecce angelus domini dixit ei Hericisme surge et veni mecum in ythaliam ibique deo populum acquiras in vitam eternam Statimque quasi columba xpisti in momento lucdanum usque deportatus est Alia uero die prorumpens imperator ad carcerem annuli sui sigillacionem integram recognouit et iussis intromissis ait Educite magum istum qui deos meos adnichilauit Qui ingressi cum clamore et stupore redierunt dicentes se hominem non inuenisse ferrum uero quo uinctus fuerat in cinerem redactum esse Tunc dyocletianus confusus cepit alapis sibi frontem contundere dicens ve dijs meis quos hodie contemptui haberi perpendo Regnoque meo ludibrium insta presencia nisi cum iam ad spectaculum martiris properabant Vidue quoque et orphani episcopum exigebant dicentes Redde nobis patrem nostrum ne ciuitas periclitetur Omnisque plebs lacrimabiliter vociferabat Quid fecisti de homine iusto Redde eum ciuitati sue Dyocletianus autem nimis angustiatus licet ne sanctum spiritum proclamaret Dei tamen veritatem fatebatur dicens quod eum angeli rapuissent ut putabat

inoclis et inox tumultuantem sedavit
multitudinem **De fructu predicationis
eius in urbe lucida xxviii c°**

Cum autem sanctus Gerasimus ad
urbem lucidam angelico
ductu pervenisset signis et
virtutibus viam regni dei quam
predicabant astruebat et plurimos deo acqui
rebat. Erat quoque ibi vir nobilis anasta
sius eiusdem loci primarius cuius filius
cum lacrimis et planctu suorum tumularetur
mortuus vir sanctus obvius eis factus
facta oratione eum suscitavit. Consurgens
ergo puer exclamavit vere magnus est
deus christianorum qui per famulum dei sanctum
Gerasimum me resuscitavit. Sic usque nunc
erraveramus. Nam deos quos colebamus
vidi in inferno torqueri incendiis iehe
nalibus deus non quem predicat Gera
simus solus deus est et magnus deus.
Hoc audito anastasius credidit et domus
eius et vicinus plurimus baptizatique sunt
xl milia hominum. Ceperunt vicinus plures
aras subvertere et simulacra conterere.
Gerasimus autem plurimum in doctrina confir
mare. Maximianus autem ea que fa
cta sunt lucide ut audivit Gerasimum teneri
ac sibi offerri iussit. Cum interrogatus
abeo cuius religionis se cultorem asse
reret tacebat celumque oculis aspicie
bat. Maximianus autem eum cum alapis cedi
iussit et ait Consule tibi et attende sa
crificia diis nostris. Cum vidit Numquid
diis iubes me sacrificare? Apprehendit ille
manum eius eumque in interiora templi
deducens ostendit ei statuam xii cubi
torum dicens hic est iovis invictissimus
cui ego et omnis cetus noster deservimus.
At sanctus viso dyaboli figmento signum
sancte crucis opposuit statimque solo
tenus statua illa corruit et penitus
comminuta est et in cinerem redacta. Exivit
etiam draco magnus exinde. Cum trac
tu lubrico precipitus ferebatur in populum
qui et anhelitu simul importabili
et visu quos obvios habuit interfecit.
Imperator ergo se videns delusum ad
palacium festinus occurrit. Vir autem
sanctus draconi ne amplius in populum
deseviret imperavit. Cum statim disce
ssit quod videns plurimus civitatorum
exclamavit magnus est deus christianorum
multique crediderunt in dominum. Indigna
batur ergo sathanas cum suis et vasa
que diu possederat sibi eripi dolebat

fremitibusque et collisionibus pervalide qui
oppugnancium adversum se castrorum audie
bantur. Econtra sanctis angelis gau
dium erat ita ut audirentur voces iubila
cium et canencium Gloria in excelsis deo et
plurimus autem sustinendo respondebat amen.
Maximianus autem indignans precepit
illum cetum candidatorum trucidari sed
quod xxx circiter sustinere cohorti in
consummati sunt. Cum enim ducerentur ad vic
timam clamabant Ora pro nobis pater
Gerasime et commenda nos deo. Quod
cum fecisset obviantes angeli sancti
martyrum animas triumphantes suscipiebant
deducentes ad celi palacia. Audiebantur
que voces canencium alleluia. **De quibus tor
mentis illesus exivit xxix capitulum**

Tunc maximianus furibundus
contra sanctum iussit tunicam simi
litudinem eream statue corporis
eius adequatem exhiberi et vehementer
igniri sicque induari. Qui facto sig
naculo christi intus indutus exultande
scens illud indumentum letus et alacer
sibi circumdat psallens et dicens Tran
sivimus per ignem et aquam induxisti me
deus in refrigerium. Statimque tunica illa
adeo refriguit ac si largissimis ymbri
bus inundaret nec aliquam adustio
nis maculam beato viro prius intulit. Cum
mox imperator gratulabunda voce in
sultans ait Ecce comprobasti stultissime
hominum quia virtus christi flammis et igni
bus imperavit et deos tuos lapideos
et fictiles invalidos reddidit. Tunc
imperator iubet sartaginem igniri plum
bumque picem resinam ceram oleumque
pariter inica reliquari et athletam christi
precepit illic immergi dicens Nunc Ge
rasimus artes suas ostendet. Nunc frica
lata sibi fabricet nunquam si prevalet
contemperat impium et spacium claudat
incendium. Petiit tyrannicas preceptis et
ingens olla lignorum copia succenditur.
Cumque sanctus christi vexillo christi se mu
niens letissimus insilit dicens Hec olla
michi refrigerium prestet in nomine christi
amen. Illo talia prosequente circa corpus
innoxium fervebat incendium et velud
indignans ad iniurias eius illatas ad
ultionem eius creatura armatur. Nam
exiliens commixta sartagine cum tam
torrens scintillacio maximianum cominus
stantem non nescia quem quereret petit ei
que adeo valide infigitur ut cum eiulatu

terribili voce ferveret dicens ardeo ardeo
uror optime Gerasime ora pro me At
ille qui inter spinicos ardentium vepri
um cumulos subito residebat aspicientibus stu
pentibus cunctis illesus ibi durans persti
tit et tandem consurgens rediens ludi
bundus maximiano dixit Verus est im
perator celi dominus meus ihesus christus cui
omnis creatura deservit maleficiamenta
tua dissolvit et qui dolor quem michi
paraveras incipit tibi recidit Audite domine
decet tibi quod cum ardoribus sempiternis
potens vitare si temporaneum igniculum
sufferre non prevaluisti Et quamvis iam
tibi videat malicia tua fortior malorum
propaga paciam tu dominum ihesum qui malum
pro malo reddere prohibet imitantes in eius
nomine deprecamur ut a vexacionis huius
dolore dimittaris ut cognoscas per hoc
dei potenciam collaudans a diabolo sa
cietis resipiscat quo dicto statim ab illo
consequente omnis ustulacionis lepro Deque

De felici transitu eiusdem xxx

At ille miser putans sibi magi
cis artibus illusione inductam
iussit sanctum adalbertum deduci
et cathenis vinciri ac diligenter custo
diri ut in sequenti die novis et ma
ioribus cum tormentis dispereret At cum
sanctus incarcere vinctus teneretur noctis me
dio veniens ei splendidissimus apparuit
pulsansque latus eius et omnem catena
rum vinctionem dissolvens ait Gerasime sur
ge et apprehendens eum eduxit de ci
vitate Cum divina provisione reperta
navi transfugierunt provinciam maximi
anus vero interim eum cum requisisset
et non invenisset commagitans caput et
mirum solutus magicos inquit vincula
tus prevalet Gerasimus Set dum fuge
sapienter consulunt maiores effugit sanctus
autem dei delatus in campania ad civitatem
formianam per vii dies ibi dei laudibus
vacans cum spelonce divina refovebat
et angelica visitacione recreabat Quibus
bus completis vox de celo consolatoria
ad eum facta est dicens Gerasime serve
bone et fidelis qui bonum certamen
certasti cum maximum inde fructum
interius acquisisti veni ingredere in ga
udium domini tui Suspiciens autem vidit coronam
rutilantem desursum allabi ac super
se dimitti et inclinans caput suum
dixit Domine suscipe spiritum meum impa
ce Tunc devotissimas deo gratias agens

etiam creatori suo consignavit que in
ne candidior apparens angelico duc
tu deportata visa est celos alta
penetrare De sancto Bonefacio et
aglahe et gestis eius xxxi ro

Illis etiam temporibus erat rome mu
lier nobilis nomine aglahes filia acaci cu
iusdam proconsulis hec quoque candida erat
rome proficiscentium hebens sub se lxx pro
curatores et tres et unum qui super
omnes erat nomine Bonefacium adultum
qui eciam cum ea coniungebatur impetum
Erat tamen hospitalitatis largus et ope
ribus misericordie intentus tandem aglahes
pergratiam dei compuncta vocato illo dixit
Frater scis in quantis peccatis involuti sumus
non estimantes quia deo assistere debemus
et racionem reddere de malis que gessimus
Audivi autem a Claris quod si quis admini
straverit sanctis qui agonizant pro nomine
christi consors eorum fiet in die iudicii Perge
igitur in partes orientis ubi agonizant
ut didici et affer nobis reliquias mar
tirum Et quomodo administrantes eis et ora
torias domos edificantes per istas eorum
passiones salventur tam nos quam ali
multi Ille accipiens aurum ad comparanda
corpora sanctorum et ad ministracionem egenorum
et xij comites egrediens dixit sue autem
domine Si invenero ad comparandum corpora mar
tirum afferam nec tamen scio si non corpus meum
venerit in nomine martiris suscipies illud
At illa abire inquit absque ebrietate
et stultiloquium et sic vade ut devo
tus oracionibus et loquaris qui sanctorum corpora
portare debes Egrediens quoque puer
Bonefacius cogitavit ut quia licet
indignus et peccator sanctorum corpora por
tare deberet a carnibus et vino absti
nere debet Factaque oracione ad dominum
ambulans venit in civitate tharsis
et cognoscens quod athlete christi ago
nizabantur nimio dixit ad eos qui
erant cum eo Comites requirite hospi
cium nobis et ego vado videre eos quos
valde desidero Pergens quoque ad stadium
vidit martires in tormentis posi
tos unum suspensum a capite deorsum
et ignem subtus eum stratum Alium
inter ligna iiijor suspensum sine extensione
sum dimitissime maceratum Alium
ungulis laceratum Alium manus habente
abscisas Alium stipitem in collo eius
infixum et alta exaltatum Alium retro
manus et pedes ligatum et sic fustibus

Dum

amistris cesum accedens cepit oscu-
lari eos et voce magna clamare mag-
nus est deus Xanor magnus deus
sanctorum martirum. Obsecro vos famuli xpi
orate pro me ut ego merear vobis consors
inveniri. Sedensque ad pedes martirum
sanctorum plectebantur vincula eorum osculabatur
corpus adpaciam cohortans. Quem
intuens iudex simplicianus ait. Cuius
est iste qui deos templum meos ac deorum
numina quos gerit applicatur. Quem ante tribu-
nal meum. De passione sancti Bonefacii

Cumque adductus fuisset interroga-
tus quis esset. ca. xxxvi
Xpianum se esse constanter respondit
et ydolis ymolare penitus recusavit.
Unde iratus iudex iussit eum suspen-
di et corpus eius ungulis dilaniari
radi ita ut ossa eius apparerent. At
ille tacebat et oculos attentos ad
nubes habebat. Cumque satisfacere nolens
perseveraret iudex iussit calamos a-
cutos sub ungulis manuum eius
infigi. Quod cum fieret aspiciens in
celum dolores alacriter tollerabat.
Videns autem iudex quod nullo tormenta
sentiret iussit os eius aperiri et plumbum
bulliens infundi. Tunc aspiciens in celum
oravit et adstantes nubes ut pro ipso ora-
rent exclamavit. Qui cum complessent
orationem et dixissent amen factus est plo-
ratus a turba et vociferacio maxima
dicencium magnus deus Xanor xpe
fili dei salva nos pereant simulacra
gencium. Omnisque plebs impetum fecit
et aram destruxit. Iudex quoque
timens turbas propter tumultum recessit.
Diluculo autem pro tribunali residens cum
sibi assistere fecit vidensque eum adhuc
in fide crucifixi perseverantem iussit
afferri ollam et pice impleri et bul-
lientem pice sanctum ibi inmitti capite
mitti. Angelus domini descendens ol-
lam tetigit et terra pronus ante faciem
ignis liquefacta sunt quod molesta non
fuit consultos autem de assistentibus interfe-
cit. Tremefactus igitur iudex virtute
xpi et admirans paciam martiris
sancti iussit gladio caput eius ab-
scidi. Tunc speculatores eum deme-
dio incendii festinantes tulerunt qui
impetrata a beato hora una adorandi
cursus adorientem deum decollatus
est deinde a speculatore percussus
et factus est terre motus magnus ita

ut omnes exclamarent dicentes mag-
nus est deus Xanor. De translacione
corporis eius apud beatam aglahem. xxxvii

Famuli autem beati Bonefacii cam-
bant ubique requirentes eum
et non invenientes dicebant
adinvicem in adulterio aut in taberna
positus epulatur. Cumque obviasset eis
unus ex officialibus dicunt ei vidisti
ne forsitan aliquem peregrinum romanum.
Qui respondit heri vir pessimus pro xpo ca-
pite plexus est. Ille sicut adhuc in stadio est
ubi et passus est. At illi ei inquiunt quem
quaerimus adulter est et ebriosus. Secuti
sunt tamen officialem usque ad stadium qui
ostendit eis corpus preciosum. Aperierunt
etiam abscondito ut ostenderet eis et caput.
Quo ostenso cum illud considerarent ipsi
in spiritu sancto et cognoscentes pueri fle-
verunt amare dicentes. Ne memineris
peccati nostri quia tanta locuti sumus de te
famule xpi. Emerunt quoque ab officiali corpus
martiris quingentis solidis ungentesque
illud aromatibus et involuentes preciosis
lintheaminibus posuerunt in basterna et sic pro-
fecti sunt. Angelus autem domini apparuit
domine sue dicens quem aliquando habuisti
famulum nunc suscipe sicut dominum pro cuius intercessione
eius intervenciente peccata tibi relaxabuntur.
Omnia que confestim surgens clericos
et religiosos secum accepit et sic cum
himpnis et canticis cum omni veneracione
sancto corpori obviavit. Et reposuit
illud in spacio v stadiorum ab urbe ro-
mana latina dignam domum ei edifi-
cavit. In quo etiam loco beneficia sancti
martiris oracionibus exuberaverunt. Beata autem
aglahes abrenunciavit mundo et eius
pompis omnia sua distribuens egenis
relaxans etiam universam familiam suam
cunctis sufficienter. Deinceps cum paucis puellis
xpo famulata tantam graciam adeo me-
ruit accipere ut et demones expelleret
et diversas infirmitates curaret. Quinque
autem in habitu sanctimoniali annis xiii et
pace obdormivit in domino. De sancta Iuli-
ana virgine et martire et gestis eius

Tempore quoque maximiani xxxviii
ciborium erat senator quidam
eleusius ipsius imperatoris amicus
hic desponsare sibi puellam vole-
bat nobilem iulianam affricani filiam
Cum et ipse Xanor persecutor erat. At
uxor eius dum intencionem sacrilegam
perhorresceret neque Xanus in paganus

iniustitiam — Juliana uo virtute plenissima
venerabili consilio creatorem omnium deum
colebat et cottidie currens ad ecclesiam
orationi vacabat. Cumque vellet eleusius imp-
-rare sollempnitatem nuptiarum dixit illa:
Nunquam dicite ei. Si crediderit in deum
meum accipiam te maritum. Quod si no-
lueris nunquam michi dominaberis. Quod audiens
prefectus eleusius nunciavit patri eius. Qui
pergens ad eam primo quidem blandiens
deinde ferias et ignem comminans ut
ei consentiret. Et ab ea verba audivit: per filium
dei si debeam viva incendi nunquam tibi con-
sentio. Sed prius quam negem xpm omnia
gratis sustineo. Tunc cesam et cruenta-
tam tradidit eam prefecto sponso suo.
Qui videns eius pulchritudinem molli-
simis eam verbis alloquitur est ut eius co-
niugio sponte consentiret. Que cum penitus
nollet nisi ille patrem et filium et spiritum
sanctum adoraret. Iratus iussit eam cedi
virgis ita ut mutarentur mea vi milites
vicissim cedentes. Deinde cum nollet
sacrificare dyane iussit eam per capillos
vi horis appendi. Post hec autem eos con-
flari et expoliatam eam a capite usque
ad talos perfundi et sic eam incendi quod
sed cum nichil ei nocuisset iussit
pedes femora ligamine nutti et sic
eam in carcerem recipi. Tunc oravit
sancta iuliana et ait: Domine deus omnium
dispensator meorum defensor creatura-
rum pastor exaudi me precor et ne de-
seras me quia pater meus et mater mea
dereliquerunt me. Extinguere tyrannum
eidem contra me insurgentem et fac
erubescere dyabolum contra me resisten-
tem. De conflictu eius cum demone

Et dum fuisset oratio · xxxv ·
demon veniens in figura angeli
dicit ei: Juliana dilecta mea
parat tibi prefectus alia tormenta pes-
sima. Cum ergo te decertare iusserit ergo
adi accede et sacrifica ut salveris.
Ad hec enim ad te missus sum angelus
dei. Tunc illa amarissime ingemiscens
oravit cum lacrimis dicens: Domine ne
permittas me perire sed conforta tor-
mentum et significa in nomine tuo
confidenti quis est qui persuadet hec mi-
chi statim. Quod vox ad eam facta est. Confi-
de iuliana tene eum qui tecum loquitur
et scies quis est. Que sana facta a dolo-
ribus prius tenuit demonem et dixit:
Dic michi quis es aut unde et quis
te misit. Qui ait: Ego sum ioseph filius
niger mali oblector tormenti actor
homicidis gaudens luxuriam suadens
missus a belzebub qui totius mali
est inventor. At illa dixit: Inmunde
spiritus quomodo presumpsisti te vanus appli-
care. Tunc eius manibus post tergum
ligavit. At super terram posuit et
sumens unum de ferris ligaminis quibus
ipsa ligata fuerat eum cedebat. Illo
quoque clamante et ut infelicitatis sue
misereretur exorante dixit ei: Confitere
michi cui homini iniuriam fecisti. Qui
ait: Orbator hominum oculos extinxi
aliorum pedes confregi. Alios in igne
posui alios in ignem vomere feci. Alios
laqueos vita finivi et omnia mala que
in mundo sunt ego operatus. Nemo tamen
me tangere ausus fuit preter te. Cum
virginitas contra servos armatur. Hec
eo dicente prefectus iussit iulianam eam
decertare. Que cum duceretur trahebat
secum demonem qui rogabat eam
dicens: Domina mea iuliana noli me
amplius omnibus ridiculum facere.
Jam enim non possum ultra ad principem
meum venire quia superasti me. Alii
dicunt vanos esse misericordes. Tu
autem ferox in me nimis es. Dum quoque talia
diceret illa trahens eum per forum precipitavit
in sterquilinio locum. De consummatione ago-

Et dum nis eiusdem · xxxvi ·
perventisset in pretorium facies eius
velut ignis emittebat. Unde
prefectus metuens dixit ei: Quomodo
tanta tormenta incantationibus superasti.
At illa: Dominus inquit ihesus xpistus me con-
fortavit. Te autem erubescere fecit. O
pessima que te miserum paravit. Cum
paratus est ignis eternus. Peniteat
te miser et infelix quia dominus mise-
ricors et pius vult omnem hominem
salvari. Tunc iratus iussit rotam
ferream parari et in ea acuta ubera
fieri ac virginem super illam imponi
parvam quoque rotam circumvolvi militibus tra-
hi ut virgo superposita dirumperetur. Tra-
hentibus ergo illis machinam aqua
ex omnibus membris scindebatur
et medulle de ossibus eius exibat.
Cumque iam pene exanimata esset
angelus domini descendit et argumen-
ta comminuit et vincula soluta sunt.
Tunc illa manibus extensis ad celum
cum lacrimis et gemitu cepit gloriare

deum Ipi quoque carnifices clamauit
dicentes potens est deus iuliane nec
est alius deus preter ipsum penitet nos
preterite quia usque nunc illusi sumus et
sic sunt quingenti homines una voce
clamantes Et nos Iuliana cum que
tu colimus deum perat gens paganorum
consultet gens christianorum Fac prefecte quod
vis infer nobis supplicia insidias pa
incende ignem affer rotam Hec prefectus
renunciavit imperatori qui iussit illos
omnes captos gladio puniri Prefectus
autem iussit statim iulianam incendi Ad
cum orasset angelus domini subito
descendens ignem separavit et flammam
extinxit Deinde iussit eam prefectus
in ollam fervente mitti que facta est
velud balneum temperatum et ex ipsa
resiliunt ac viros lxxvi de astantibus
incendit hoc cum vidisset prefectus scidit
vestimenta sua cum gemitu et vitu
perans deos suos iussit eam gladio
puniri Que cum ad locum decollacionis
duceretur demon qui ab ea cruciatus
fuerat veniens clamabat Nolite p
cere ei sed quod digna est ei reddite
deos enim vituperat hominibus iniurias
facit michi quoque in una nocte mul
ta mala fecit Cumque illa paulu
lum oculos aperiret ut videret quis esset
qui talia talia diceret clamavit de
mon heu me miserum forsitan vult
me iterum retinere Statim ergo evanuit
et fugiens obmutuit Cumque ora
sset virgo cum pacia tradidit animam
deo At vero prefectus cum navigasset
in suburbanis veniens tempestas va
lida navem eius divisit et cum eo
mortui sunt viri xxxiiii^or Cumque
iactasset eos in litore desertum ab
avibus et feris eorum corpora devo
rata sunt De passione sanctorum episcoporum
felicis tubisitensis et pet alam &

Hoc etiam tempore Ex gestis eorum xxx
passus est sanctus Felix tubi vii
sacensis episcopus qui annulino pro
consule punitus et nunc sunt requi
situs respondit tum christianum se esse
libros quoque sacros vel membranas quas
habebat nolebat tradere Unde iratus
ille iussit eum romam ad prefectum
pretorii qui iussit eum in carcere recipi
ac maioribus vinculis ligari Post
dies autem xii iussit eum post imperato
rem navigare Cum navem ascendit

cathenarum duris nexibus illigatus et
sub in subsannis navis iiii^or diebus et
quatuor noctibus iacens sub pedibus
equorum panem non comedens nec
bibens aquam Ieiunus autem venit nola
quam cognitor civitatis ibidem capite plec
ti fecit xvii kl febr Eodem tempore passus
est petrus qui et balsamus apud aula
nam civitatem sub maximiano imperatore non
ianum Interrogatus cum a preside generis
vel patres dixit negavit dicens Incivo
in preceptum est omnia denegare tum ad
christi venero confessionem Postea iussus est
appendi et ungulari qui dum fieret nichil
aliud dicebat nisi hoc unam petii adiu
rem Et illud orund requiram duo co
Tandem iussus est crucifigi Huius passionem
transtulit anastasius apostolice sedis biblio
tecarius Passio sanctorum vincencii et oronci
et victoris Ex gestis eius xxx vii

Preterea passi sunt eo tempore
vincencius et oroncius fratres Cum
audientes crudelis imperii iussa pre
sidis hyspanie data ad martirii palmam
desideranti animo cucurrerunt et eiusdem
presidis iussu pro fide christi decollati sunt Vic
tor quoque levita qui eos hospicio susce
pat et creditatorum corpora collegerat
ab eodem iussus est brachia incidi et caput
auferri in eodem loco ubi et ipsi fuerant de
collati Prius autem eiusdem victoris hoc videns
fugam arripuit Sed uxor eius aclima
martirum assequtum ad se complexans
et caput eius pallio suo cooperiens ait
illi Esto in fide fortis et moriamur pro
christo Cernens gladiator aspiciens gemina
currentes amborum capita abstulit
Cumque sanctus poncius episcopus in re reve
lacione divina plaustra parari iussisset
ut corpora martirum ad proxima ytalie
loca referrentur per illud posita plostra
ducta hactenus ignota perduxerunt
donec iuxta civitatem ebradunensem
pervenirent ibique prope muros civitatis
placuit requiescere Nam boves ceperunt
iungere plaustra cum corporibus non
valentes ultra ferre De sancta lu
cia vidua et consolacione eius in carcere
ius Ex gestis eius xxxix

Sub dyocleciano quoque passa est beata
lucia in viduitate sua permanens
iam annos xxxvi Etatis an
norum lxxv oravit ad dominum igitur pro
posito contra christianos edicto imperator
et ait eripe me demonibus meis deus

mens et ab inquit mine ti me dixitque
ad filium suum cupio esse nunc tempus spacio
ad pilima delinquamus simulacra que
pdere nos possunt non liberare et ado
remus dominum nostrum ihesum xpm qui pt animam
et corpus salvare et dampnare Cui
ille innuit inquit delirans que illud deum
esse confiteris qui dicitur flagellatus et cum
latronibus crucifixus Illa increpavit
eum qui talia loquitur contra fidem suam
Tunc ille ad imperatores cucurrit et ma
trem suam accusavit misitque zabel as
ser ut eam adduceret et ad simulacrum
iovis coram ea posuit et ait Tu es
cultrix illius crucifixi que recens de
domo sua dixit fundamenta domus
mee per simulacro inca constituto corruat
nec me ultra suscipiant Sed digna
sum conscribi in numero sanctorum qui pro xpo
passi sunt Veniensque ad palacium post
multas interrogationes ait Parata sum
ad ignem ad bestias ad quascumque volueris
penas missa est igitur trahi ad carcerem
Quo cum pervenisset mox ianua carceris
contra eam clausa est et fundamenta
mota Illa cum in oratione prostrata tu
orasset mirabilis odor suavitatis fra
grancie decarcere et vox in carcere sonuit
dicens Gaude in domino semper iterum gau
de quia illud quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit meruisti accipe et nunc imple
te sunt orationes tue tunc illa flexis
genibus cepit gratias agere deinde pro
alle Cui etiam prepositum assistit Dyo
consolans eam De correptione Dyocleci

Post quorum //ani per ea sequitur xl

Post quorum dies plurimum de fundamento
carceris inundavit et media
pars civitatis intrat domusque dyocle
ciani a fundamento perijt ita ut nec
lapis in loco remaneret Cum preca veni
ens auditis que acciderant iratus ad car
cerem abijt Illaque orante exclamavit
Malefica ubi est palacium meum ubi aurum
et argentum ubi dii mei imperiales
et innumera O laudabiles deos pacia
qui tibi non dum penam restituunt
Ad hec illa laudabiles essent si te et
seipsos liberare potuissent Tunc misit
eam extra civitatem dua ubi sedes
pro tribunali nodosis fustibus contenta
fecit mactari Et ecce qui cedebat
eam factus est lapideus manus autem
eius carnea remansit usque nunc

quod notatus est ille locus ad manum
carneam usque hodie Ipse quoque imperator
pene usque ad mortem ardens factus excla
mavit deus iovis adiuva me mox ipse
iovis de loco suo cecidit et comminutus est
lucia non subridens ait Gaudet te deus
tuus iovis Cui inquit imperator tu me
inquit sanum fac At illa si credideris
faciam Et ille ait per illum crucifixum
si me sanaveris credam Ad hec lucia //
Deo inquit fallaciam tuam sed quem cru
cifixum nominasti faciam te tamen sanum
Statimque sanus factus exclamavit gratias
tibi ago iovis cepitque currere ad templum
eius et subito terra mota scissa est
et templum absorbuit ut nec lapis
in eo loco remaneret Post hec imperator
venit ad carcerem ollamque eneam pice
ac plumbo ac resina misit impleri
et in circuitu eius lignorum copiam aggregari
ac luciam nudam in eam deponi et
tribus diebus ac noctibus ignem ad
hiberi At illa nichil omnino sensit Cuta
die finito igne dixit imperator ministris
Ite et purificate locum in quo cepit
illa malefica ne quid de pulvere eius
remaneat et forte talcans aliquis
similis ei fiet Quibus exeuntibus
lucia obviavit et ait Ite dicite im
peratori noli vacare tempus est laborandi
Quibus auditis imperator percuciebat
pectus suum pugnis dicens Quid fa
ciam tunc misit eam ferro et plumbo
honeratam per omnes plateas civitatis
circumduci De conversione Gemmani per ea
et agone amborum sequitur xli ca

Que dum duceretur venit ad dominum
Quemdam hominis gemmani nomine qui
habebat in domo sua plusquam
xxx CC simulacra et dum illa co
ram pergeret ecce columba nivea de celo
descendit ac super caput gemmani in circuitu
signum crucis fecit Qui in celum re
spiciens cattharacta celi apertas et
sedem dei ex ordine vidit et mox
omnia relinquens ad locum ubi sancta
torquebatur cucurrit Ceciditque ad pe
des eius et ait cognosco mentem gene
quam dominus michi demonstravit
Nam dum ante ianuam domus mee
turpes respiciens in celum vidi in
quem oportet me credere et lemma
nerunt ambo ptridum Media autem
nocte sanctus presbiter pertharsius ebangelio
monitus surgens ad carcerem cucurrit

et ecce claustris carceris quiunctis
lux dei illum perfudit et inde odor
suavissimus exiit / fundamenta quoque
carceris commota sunt et fons aque
inundavit et baptizavit presbiter germa-
num quem sancta lucia de fonte susce-
pit Ceperunt quod unum esse animam et spiritum
unum agonem pro domino tollerantes / Die
tercia sedit dyoclecianus pro tribunali
et ante eum ambo sunt adducti Inter-
rogata lucia nichil respondit Beatus autem
germanus signans se cepit imperato-
rem acriter increpare cur mortuos et
vanos coleret Interrogatus ab imperatore
quando deos reliquisset respondit ex omnibus
quinque annis mee spiritualis illuminatus sum
Cum semper erat oratio ut non sola de
hac vita migraret Sed aliquem fruc-
tum sui laboris acquirens altius ani-
mam sua deo offerret Tunc imperator
ut leo fremens omnibus tormentis
eos affligi iussit Et sanctus germanus
ad luciam ait Beatissima virgo ne ex-
pavescas iniquis penis ut sciant culto-
res demonum quia nichil valet in infirmis
dei pena illorum Hoc audiens illa gau-
debat de fide eius Et cum orasset
angelus domini apparuit in medio eorum
imponens eis coronas ex auro et gem-
mis Cumque dyoclecianus eis dimissis
aroma discessisset et in quodam flu-
mine navigaret cum ix. ccc. xlvij
in flumine cecidit qui tamen solus evasit
Interim autem tercius pirropogon iudex
romam veniens sedit in foro fecit
sibi preconem et per preconem clamari ut
omnes venirent deos adorare Tunc
sancta lucia et germanus currerunt
per plateas civitatis usque ad locum qui
dicitur labanus Quos cum percussissent
clamabant Simulacra generacio ange-
lorum ic Quod audiens pirropogon
iussit cunctos eos comminui Interea terre-
motus factus est magnus et tremuit
pars civitatis et camera fori sub qua
iudex sedebat ipsumque pirropogonem
cum xl. ministris oppressit ac sancti dei
sub ea domo remanserunt illesi *De
translatione eorum per angelum et corporum*

Post annum ~~tercium~~ *tercium xlij* ic
circulum venerunt angeli
et apprehendentes eos tulerunt
in siciliam in montem quendam asperrimum
acutis lapidibus et directi ab ange-
lo venerunt in quodam flumine perimetrio

Invenerunt quod flumen plenum et redundantem
ad mare non potuerunt transire Et excla-
mantibus illis ad dominum aqua que
descendebat fugiens ad mare ste-
tit et ambulantes super eam quasi super
lapides venerunt ad locum qui dicitur me-
dulas Quod territorium serpentibus immundis
plenum erat clamantibus sanctis ut ad-
venit discedunt a facie sanctorum quod sic
adeo directi sunt Et orantibus sanctis
facta est vox a deo de celo dicens hic
est sedes vestra et manserunt in eodem
loco multa miracula super infirmos fa-
cientes Hoc audiens apostata precepit
decollari viros et mulieres quos cura-
verant Saxo qui illos magnificabat
super quorum corpora visus est angelus
domini fialam fundere plenam aromatibus
Hic autem scelere perpetrato equus apostatam
arreptus ad vallem precipitavit cum super lapides
et corpus eius non est inventum usque
in hanc diem Hic fama cum percussisset
ad principem pascasi consularem exiit ab ur-
be siracusana et mandans penam pac-
ientibus Cumque lucia cum germano vi-
dens fremitum penarum expavesceret
et fugiens non haberet ubi se absconderet
Illa suspirante medius mons ape-
ruit et sanctos dei tribus diebus ac
noctibus abscondit Tercia vero die magnus
estus in sole sancta lucia siciens oravit
et de medio crepidinis flumen exiit
unde potati sunt Cum illa diu
orasset ut spiritum eius qui in hac vita
predicabatur reciperet emisit spiritum cuius
corpus usque ad diem frater germanus
custodivit Tercia autem die ascendens
de crepidine in ipso ore crepidinis
ab iniquo exempto gladio vitam
finivit et de corpore unde ascendebat
corruit Transiens autem quedam muli-
dana que de emporio plucitano
maximum suavitatis odorem sense-
rat cepit inquirere unde hic odor ema-
naret Quod cum cognovisset in
crepidine descendit ibique sanctorum
corpora invenit In quorum sepultura
omnia sua vestimenta preciosa expen-
dit Et ecce angeli de celo descen-
derunt trahentes tabulas mar-
moreas in quibus sanctorum corpora
sepulta sunt De aqua vero quam deus
sancte lucie donavit infirmi potati
sanabantur Auctor Alia fuit lucia
virgo siracusana de qua dicetur

iustina que passa est sub pasthasio
compilari. Hec autem media passa est
iubente patre pasthasio ut dictum
est. Passio sanctorum cosme et damiani

C et ype. De gestis eius xlviij
passi sunt in ciuitate egea co-
smas et damianus fratres ge-
minos quos peperit mater eorum theodota. Hii a
spiritu sancto medicinalem artem edocti tam
in hominibus quam in iumentis omnem
infirmitatem curabant et nichil acci-
piebant. Quedam matrona palla-
dia cum esset clinica ab eis curata
est. Sciens quod nichil acciperent ob-
tulit occulte quoddam munus sancto da-
miano pedibus eius se prouoluens/
eumque sacris terribilibus constringens ille
accepit munus ne nomen domini contemp-
ne videretur. Pro quo frater admiratus
Quod audiens frater eius precepit ne
cum eo sepeliretur eius corpus. At cum
domum corriperet In eadem nocte ei
apparens et socium damianum excusans.
Lisias autem preses cum ab eis quereret
cuius esset fortune audiuit ab eis
fortuna quid sit nescimus. Dum ei
sunt. Et cum cederentur psallebant
anima martirum tam delectati sunt
sicut omnibus diuiciis. Igitur antho-
nius et leoncius et euprepius qui fratres
eorum erant simul cum eis cathenati in
mare missi sunt. Sed mox angelus
eorum vincula disrupit et eos adduxit.
Quibus lisias ait In nomine dei ma-
gni adriani sequar vos. Quod cum dixisset
accedentes demones eum in maxillis
percuciebant et ab eo discedebant non.
Post hec sancti missi in igne medio quasi
in refrigerio roris deambulant//
Illis autem orantibus egrediens flam-
ma incendit non paucos de impiis/
sed et mortui sunt et cessante flam-
ma aperta est terra et sancti martires appa-
ruerunt illesi. Deinde missi sunt cru-
cifigi et in crucibus lapidari. Tres
autem fratres eorum in carcerem retrudi/
At non lapides qui in eos mittebantur
dei virtute se conuertentes lapidabant
lapidantes. Postea iussi sunt quatuor
milites sagittare eos et sagitte
simili modo in sagittantes conuerse interfece-
runt eos et egrediebantur plurimos
sagittis ab eorum. Post hec missi sunt
decollari et quidam dum iacentes
eorum corpora memores quod sanctus

cosmas dixerat ne simul sepelirentur
nesciebant quid facerent. Tunc subito
cursu mirabili camelus aduenit et
humana voce loquens dixit homines
dei multa signa et miracula per istos
martires fecistis non solum vos sed
etiam nos iumenta que nobis et mi-
nisterio sumus deputata/ Ideo cum omnibus
et ego gratias agens aduenio nunciare
vobis ut sanctorum corpora non separentur
sed in uno loco recondantur. Miracula
eorum post mortem xlviij c

Cum autem quidam rusticus post
laborem messis in campo aperto
ore dormiret serpens in uen-
trem eius ingressus est. Euigilans nil
sensit. Sed sero domum rediens cum
post cenam in lecto iaceret mox aspe-
re grauiter cruciatus voce qua poterat
sanctum cosmam et damianum in auxi-
lium inuocauit. Sed cum paulatim
grauius torqueretur ad ecclesiam sanctorum
cucurrit et sic exauditus est. Quod
ipso subito dormiente serpens sicut
intrauerat exiuit. Vir quidam cum
uxore sua cum in templo sanctorum de-
uote fuisset profecturus longe voluit
et uxori sue domum redire et cum
expectare precipiens eam beatis mar-
tiribus commendauit. Post hec dyabo-
lus sciens signum quod ei maritus de-
derat se in hominem transformauit et dixit
uxori eius vir tuus misit me ab
alia ciuitate ut venias [illegible] ad eum
dixit illa nolens ne ridet[illegible]. Signa
quidem cognosco sed ne non possum
quia sanctis cosme et damiano commen-
data sum. Sed si vis ut tecum vadam
iura michi per sanctos quod michi non
nocebis. Iurauit dyabolus et cum
venissent ad secretum locum voluit
eam dyabolus de iumento eicere ut
eam occideret. At illa statim sanctos
martires inuocauit et eis confestim
apparentibus cum multis aliis timuit
clamauit et dixerunt ei sancti nos sumus
cosmas et damianus quorum sacris
credidisti et ideo festinauimus in
auxilium tuum. Rome in ecclesia martirum
predictorum cum quidam matricularius
in ecclesia dei fuisset et in tibia morbo
grauissimo incideret quadam nocte
post longas orationes gemitus obdor-
miuit. Et ecce duo viri splenden-
tes venerunt quorum alter cultellum

et pyxidem. Alii vero crus cuiusdam mauri qui nuper obierat afferentes secata in suam(?) coxam mauri loco ipsius inserunt et plagam diligenter ungentes coxam infirmam ad corpus mauri mortui detulerunt. Ille statim more solito ut pulsaret ad matutinas evigilans de tali sompnio turbabatur et se sine dolore sentiens et coxe quam prius doluerat manum et oculos et candelam apponens se non esse qui fuerat mirabatur et se sentiens(?) se sanatum dum pre gaudio tacet alii surrexerunt et audito quod ille in sompnis viderat ad eum(?) properantes coxam mauri precisam et coxam sacriste loco illius in tumulo repererunt.

De sancto blasio episcopo sebaste et gestis eius xlv

Passus est et apud sebasten sanctus blasius qui et blanius quondam presidens lysias sedebat in capo li et agricolane sebaste hic tunc omni mansuetudine et sanctitate pollens. Quem elegerunt eum in episcopum in sebaste civitate capadocie. Qui accepto episcopatu speluncam cuiusdam montis intravit. Ibique heremiticam vitam duxit. Illuc agrestes et ferocissime fere ad eum in turme et sane veniebant nec ab eo discedebant donec sanitatem et benedictionem acciperent. Corvi quoque ei alimoniam assidue deferebant. Tunc preses provincie misit venato[r]ibus omnes bestias congregare. Qui venientes in illum montem invenerunt orantem sanctum blasium et multitudinem bestiarum astantem ante eum et redeuntes attoniti nunciaverunt presidi que viderant. Qui statim misit plures milites ut illuc pergerent et quoscunque invenirent christianos adducerent. Venientes ante dixerunt ei. Egredere vocat te preses. Qui respondit bene venistis filii mei video quia deus non est oblitus mei. Pergens ergo cum eis semper eis in itinere predicavit et coram eis multa miracula fecit. Ibi quedam mulier attulit ei filium suum morientem, cuius gutture arista piscis transfixa erat et iactans eum ad pedes eius cum lacrimis ut oraret pro eo postulabat. Qui manus imponens puero oravit deum et puer ille et omnes qui in gutture sepius vel gutture quibuslibet aliqua nomine sancti blasii invocaverunt sine mora sanitatis remedium obtinuerunt et sanatus statim est puer. In ipso quoque itinere paupercula vidua cui lupus porcum unicum quem habebat abstulerat rogavit sanctum ut illum reddi sibi faceret. Cui ille subridens ait. Noli tristari porcus tuus tibi reddetur in proximo. Et ecce lupus veniens porcum suum sibi reddidit. Veniens ergo sanctus in civitatem iussu presidis missus est in carcerem. Quem sequenti die educi iussit et astantem dulcissime salutavit dicens. Gaude blasi amice deorum. [margin: Cui respondit] Gaude et tu preses. Sed ne dicas eos deos esse sed demones quia eterno igni tradentur cum hiis qui eos venerantur. Tunc iratus preses iussit eum fustibus cedi et in carcerem trudi. Audiens vetula que porcum suum receperat quod vir sanctus in carcere clausus erat ipsum porcum occidit et caput eius coctum cum pedibus cum pane et candela sancto blasio attulit. Ille gratias agens comedit eique dixit. Singulis annis offer candelam in ecclesia nominis mei et bene tibi erit et cumque hoc fecit.

De passione eiusdem sequitur xlvi

Post hec preses eductum blasium cum ad deos inclinare non posset iussit eum ligno suspendi et carnes eius ferreis pectinibus laniari et in carcerem deportari. Tunc vii mulieres hunc sequentes eius guttas sanguinis eius colligebant et inde semetipsas ungebant. Quas tenentes milites dixerunt ad presidem et cum sacrificare iuberentur accipientes deos proiecerunt in medium stagnum. Iratus igitur preses iussit caminum incendi et plumbum liquefactum fieri sive parari ac pectines ferreos insuper vii quoque loricas igne candentes et vii camisias lineas in alio loco poni et dixit mulieribus ut unum eligerent de duobus aut vestes lineas aut ardentes loricas. Et prima una earum currens camisias accepit et in caminum proiecit. Tunc preses iussit eas suspendi carnesque earum pectinibus ferreis lacerari. Et cum inter talia sustinerent advenientes angeli eas ad perseverantiam confortabant. Tunc preses iussit eas deponi et in caminum mitti. Que statim ut misse sunt extincto igne illese exierunt. Et ait illis preses. Dimittite magicas artes vestras et adorate deos nostros. Cui responderunt. Perfice quod cepisti quia iam vocate

sumus ingredi regnum dei Cumque data
sna iussit eas decollari et post hec
blasium sibi presentari Quem cum videret
adhuc immobilem iussit eum in stagnum
mitti At ille procedens aquam signat
et ambulans super stagnum quasi super
petram stetit in medio et ait Si habetis
deos ostendite virtutem eorum et venite huc
Et ingressi lxv viri mox in aqua sub
mersi sunt Angelus autem domini descendens
dixit ei Egredere sancte blasi et susci
pe tibi paratam coronam a deo et protinus
exiuit sicut intrauit Et dixit ei preses
omnino decreuisti non adorare deos Cui
respondit Cognosce miser quia non adoro
demones Et statim iussus est decollari
Cum tum duceretur ad penam orauit sicut
prius orauerat ut quicumque rogaret
deum in eius memoria pro qualicumque ne
cessitate celesti mereretur perfrui lar
gitate Et ecce vox de celo dixit quod
dominus promisit quidquid sanctus blasius ora
uit Sic ergo decollatus est cum duobus
pueris illarum septem mulierum filiis quos
inuentos baptizauerat Illarum autem septem
mulierum que decollate sunt anime de cor
poribus procedere tamquam virgines decal
uatas vise sunt omnes aureis moni
libus refulgentes et ad celos quasi
alarum remigio peruolantes Auctor Non
quod in legenda huius sancti legitur passus
fuisse iii non febr et sic in kalenda
riis annotatur sancti blasii In martirolo
gio autem scribitur eius passio xv kal
marcii quod cur fiat sit nescio Passio
sancte dorothee virginis Gestis eius

Eodem tempore passa est xlviii
apud cesaream capadocie dorothea
virgo sub fabricio preside viii
idus febr hec tradita duabus
sororibus scilicet cristen et calisten que apo
statauerant item eas conuertit que postea
sunt in cuppam misse et in conspectu eius
incense Post illarum autem passionem beata
virgo dorothea leuatur in catastam et
ait Nunquam sicut hodie letata sum
in vita mea Tandem ducta est ad de
collandum Cui dixit Theofilus sco
lasticus Eya tu sponsa christi mitte mihi
rosas aut mala de paradiso sponsi tui
Cui respondit plane sic faciam Cumque
orasset ecce puer ante eam apparuit
ferens in orario tria mala optima et
tres rosas Cui illa Obsecro te inquit
ut hec theofilo scolastico deferas Cum

ergo theophilus narraret circumstantibus
promissionem virginis ridens Ecce puer
ante eum stetit et ait Ecce tibi pete
ti mittit dorothea virgo sanctissima
quod promisit Quem accipiens statim conuersus
est ad fidem christi Eratque mensis fe
bruarius quando rose illi misse sunt et to
tam capadociam glaciale frigus te
gebat videbatur autem puer pulcherrimus
et probissimus non plusquam iiii annorum
Mox ergo theofilus in eosdem eculeos suspen
sus et acriter tortus dicebat Ecce
modo sanus factus sum qui in cruce
suspensus sum Iam eculei factum eius
similitudinem gerit Tandem gladio
consummatus est Passio sancte theodosie
virginis Gestis eius xlviii d

Passa est sub dyocleciano apud
cesaream palestine theodosia
virgo iiii non aprilis de eadem
ciuitate nobilissimo genere orta anno
xviii parentibus vincta deo consecrata
eleganti specie Dignum quippe erat
in tali fabrica christi palacium fabricari
Hec igitur nescientibus parentibus ad martires
incarceratos reclusos confugit eisque se coniunxit
et ut orarent pro ea rogauit Cum tamen
fecisset facta est vox de celo dicens Ego
eam olim athlete prouinco meoque spiritu
confirmo ad vincendos omnes cruciato
res Deinde interrogata a preside urba
no libere ac prudenter ad omnia respondebat
Post hec in stipite capillis suspensa mit
tata dixit ad circumstantes Ve qui
vult deus dici et super se deum non habere
Ve qui saturari vult et esurienti non
porrigit Ve qui vult calefieri et nudos
non vestit Ve qui requiescere vult et
alium quiescere non sinit Ve qui sum
aliquid dicit cum omnia a deo accipit
Hec igitur dicens virgo cum nuda staret
in bestes vinca apparuerunt que illam ve
lauit Urbano autem minante acriora
supplicia illaturum Illa respondit Exur
ge urbane ultimum desperato in prodio
facilium frandes In omnibus itaque tor
mentis suis quasi dolorem non sentie
bat quia anima eius in celo tota pen
debat Amator inquit castitatis in
honestis militibus hec tradat frustra quod
mihi minaris corrupcionem quia non
potest caro corrumpi nisi mens fuerit
ante corrupta Post hec ait preses
Rebellem virginem in angustum thero
nem coartate et eius collum comprimi

saxum alligate eamque in mare precipi-
tate. Quod cum factum fuisset ab angelis
ad terram reducta est saxum quod ei ad collo
dependebat in manibus reportans. Post-
quam dimissi sunt ad eam leopardus et toga-
la lenitatis sue signa monstrantes et
nichil eam leserunt. Tandem cum decolla-
retur visa est de ore eius exire columba
cum splendore pulcrior ad celum tende-
re. Eadem nocte parentibus suis cum
magno choro virginum apparuit induta
cyclade nivea cruce auream in manibus
et coronam in capite gestiens et dicens
Ecce qualis est gloria mea quam me flendo
volebatis. Passio sanctorum Agricole et Vitalis
In ytalia civita Ambrosius xlix ci-
te bononiensi passi sunt sancti Vitalis
et Agricola v. kal. decembris sub Dyo-
cleciano et Maximiano imperatoribus
et in loco iudeorum fere inter sepulcra eorum
sepulti. Ubi eos dominus mihi revelavit
ut tamquam inter spinas eligerem martiris
rosas. Sanctus quidem Agricole Vitalis ser-
vus fuit ante iste autem conservus et mar-
tirii collega precessit servus ut preuideret
locum quo illum admirum secuturi
ille iam acceperunt. Cum igitur sanctus
Vitalis a persecutoribus ut Christum negaret
urgeretur et ille amplius Christum dominum
confiteretur omnia tormenta tormentorum
in eum exercebant ita ut non esset in eius
corpore locus sine vulnere. Ille autem
orabat dicens domine Ihesu Christe iube spiritum
meum suscipi quia iam desidero coro-
nam accipere quam angelus tuus mihi
ostendit. Et completa oratione emisit
spiritum. Sanctus vero Agricola mitior mo-
ribus habebatur ita etiam ut ab ipsis ini-
micis diligeretur. Ideoque passionem
eius differebant. Sed cum eorum honorifi-
centia omni in manitate acrior esset
que mirum mundebat demque non
acquievit persecutoribus sanctus Agricola
crucifixus est. Tandem cum eos mihi
dominus in loco iudeorum sepultos revelasset
immunia detuli que manibus meis
legi crucis trophea cum gratiam corporibus
cognoscitis. Certe et demones con-
fitebantur et ab hominibus mox egre-
diebantur et multi variis egritudinibus
afflicti contingentes sanctorum sudaria
sanabantur et alia multa mirabilia
per eos dei misericordia ipsi facta sunt dum
transferrentur. Passio sancti apostoli Philomo-
nis et Apollonii exgestis eorum .l.

Tempore quoque Dyocleciani passus
est sanctus apostolus apud urbem Egipti
Antinoen sub Arriano preside qui
primo quidem atrocissime suspendio tortus
deinde lateribus flammis admotis consertus
ad ultimum precisum deo animam in flumine
precipitatus reddidit v. kal. febr. Post
mortem autem sancti apostoli iussit Arrianus
omnes vanos de eadem civitate qui invenire
possent comprehendi. Erat autem ibi Philemon
thoraula publicus plebi gratus et iudici-
bus. Qui cum abnegans ydola confiteretur
Christum iussit eum preses alapis in facie ce-
di deinde tam ipsius quam Apollonii
dyaconi talarica perforari et inductis
funibus per civitatem trahi deinde sibi
presentari. Cui dixit ei Si vis ut audiam
te audi me prius ut iubeas vas eneum
exhiberi et intus infantulum poni et operi-
ri. Tunc eo iubente infans in dolio eneo
separato positus est et ob dolium optimum est
Iussitque Philemon dolium sagittari donec
omnes sagitte sagittariorum deficerent. Et
post hec infantem illesum eductum ostendens
ait Sicut vas illud eneum ictibus sa-
gittarum transfossum est. Sed quod intus est ledi
non potuit sic et corpus meum pro fide
domini suppliciorum iaculis stimulatum in
nocenciam anime deo protegente vulne-
rari non patitur. Tunc iratus preses iussit
eum suspendi et sagittis quibus dolium
sagittatum fuerat corpus Philemonis
a pedibus usque ad verticem sagittari et
cum totis viribus tela contra eum
intorsissent nullum in eo iaculum in-
figi nec ullum iniuria venit. Sed omne
quod missum erat in aere pendebat. Cum
autem vidisset preses adstitit eum vinci stu-
puit et nolens cognoscere rem ipse ac-
cessit et cum levasset sursum oculos
ut videret una de sagittis recidit et
oculum eius excecavit. Tunc iussit eum
deponi et ait Quare tu causa ocu-
lum perdidi redde eum michi arte
magica quam nosti et dimittam te.
Cui respondit Ne estimes dominum meum
non posse curare cum mortuus fuero
vade ad sepulcrum meum et fusa luto
de terra illa aquam infundens super
unge oculum et sanaberis. Quo ille
audito iussit eum cum Apollonio
decollari viii° ydus marcii. H De
altera conversione Arriani presidis
autem et eius passione cum aliis
die Arrianus facto // quatuor

sicut predixerat ei philemon ait In nomine
ihesu christi precibus istorum martirum compleuerunt
virgo oculos meos ut videam et cre-
dam quod non sit alius deus preter ipsum
et hoc dicto illuminatus ibat letus cla-
mans se vanum esse Cumque compertum dyo-
clecianum non lateret consequenter quattuor precep-
tores qui eum corrigerent Cum venien-
tes in egiptum tenuerunt eum Sed dato
eis precio permissus est ad locum tumuli
apolle et philemonis et appollonii et
ait Benedico vobis consortes luminis
sempiterni orate pro me dominum ihesum ut con-
fortet me et confirmet in me martirium
meum Tunc vox quasi de sepulcro
philemonis egressa insonuit dicens ei
Confortare arriane ne timeas ihesus
in quem credis operabitur tecum et corona-
bit te Vade ergo cum hiis qui vene-
runt ad te et ora pro eorum conuersione
Hec ipsi preceptores cum de sepulcro
martirum audissent inuitati sunt Abyt
ergo cum illis et viii° suis familiaribus
suis Omnibus cum alexandriam venis-
sent precepit ut corpus eius ibidem ex-
spectarent dicens viii° die marcii dyo-
clecianus me iubebit in mari precipi-
tari cum sacco harena pleno Solliciti
igitur estote ut post tres dies i. xi die
marcii egrediamini supra mare circa
horam vi et inuenientes corpus meum
supra dorsum delphini tollentes illud
sepelite in monumento sepulcrorum martirum phile-
monis Cumque igitur hiis dictis processis-
sent cum quattuor preceptoribus ad dyocle-
cianum ille iussit in campo foueam
profundam fieri Cumque catheris ereis
honeratum et ferro compeditum ac ma-
nibus colligatis cum ingenti circa
collum lapide depressum in foueam
deponi totamque terram supra eum que
gesta fuerat remitti et desuper mili-
tes sedere blasphemo quoque ore dicens
videamus si veniat ihesus ut liberet
eum hiis patratis Imperator equum
ascendens abiit in domum suam et in-
gressus cubiculum quieti corpus dare
post iram vidit compedes et vincula
manuum supra reclinatorium pendere
et arrianum in lecto iacere turbatusque
putauit aliquem palatinorum in lecto
suo iacere Cui ille Noli inquit turbari
Ego sum arrianus quem suffodisti
grauatum et ferro et ere et mole
harene Sed venit is quem spiritualem
non credebas ihesus qui liberauit creden-
tes in se Cum autem iussisset dyoclecia-
nus eum in sacco cum harena mergi
iiii°r preceptores tyrannidem eius arguen-
tes et christum verum deum confitentes
in quattuor aliis saccis pariter in mare
proiecti sunt Statimque dei nutu pa-
ti delphini corpora eorum susceperunt
et alexandriam deportauerunt Serui
autem arriani cum v corpora viderunt ambi-
gebant dicentes quia deus eorum arri-
anus se solum in sacco defendere potu-
erit Unde non credebant eum v esse
Illis ergo hesitantibus vox humana est
de ore unius delphini audita et Nolite
dubitare hic est dominus meus arrianus
tollite eum et hos iiii°r qui eadem mecum
gloria coronati sunt et sepelite eos
omnes v in monumento sepulcrorum sancti apolle et
ita fecerunt

Passio sanctorum hyrenei sirmiensis episcopi et domnii De gestis eorum

Passus est autem sanctus // lii
hyreneus sirmiensis episcopus sub
dyocleciano et maximiano viii
kalendas april agente probo preside pannonie
hic primo tormentis acerrimis vexatus
deinde diebus plurimis in carcere cruci-
atus nouissime pro confessione christi capi-
te cesus est et in flumen sauum precipitatus
Sub maximiano quoque passus est
donnius martir qui cum esset cubicu-
larius primus coronam imperatoris conseruans
eamque cottidie coronans pro confessione christi
iuxta flumen fistionis in via que di-
clandia decollatus est vi° il vii ydus
octobris et apprehendens manibus caput
de terra transitum fluuium transiuit et
quantum ictus est lapidis caput suum
tulit ibique illud pausauit ubi nunc
corpus eius integrum permanet et in-
violatum ubique multi egri sanitatem
recipiunt inter quos unus aliquando
veniens et equum suum alligans dum
in conspectu sancti ingressus est fuisset
et lacrimabiliter eum rogans sanitatem
recepisset egressus equum quem dimiserat
non inuenit Iterumque ingressus lacrimabiliter
orauit post hec autem egressus hominem qui
equum abstulerat rapido cursu reuer-
tentem vidit Cui tradens eum in ma-
nibus eius corruit

Passio sancti ianuarii episcopi De gestis eius liii

Sed et sub dyocleciano passus est
Ianuarius beneuentane ciuitatis
episcopus huius cum fama cum audisset

preses tymotheus iussit eum in ciuitate
nola ante tribunal suum putari dicens
Accedes sacrifica dyis aut si nolueris
tormentis horrificis lamaberis que
etiam deus tuus cum viderit pertime
scet Cui respondit Obmutesce in
felix et noli in auribus meis crea
toris mei iniuriam facere ne blasphe
miam tantam audiat teque interficiat
Tunc iratus iussit eum incarcerari re
cipi et caminum vehementer per dies tres
succendi et illic eum proici At ille
oratione infusa cepit in medio forna
cis deambulare cum sanctis angelis
simul et deum benedicere Quod audien
tes milites qui circa erant circa cami
num rapidissime properantes nunciauerunt presidi
Cum autem caminum aperiri fecisset flamma
eructauit et gentem incredulam que
circa erat deuorauit Beatus autem in medio
ignis glorificans deum apparuit
ita ut nec vestimentis eius nec capillis
ignis dominari potuit Post hec iussit pre
ses ab eius corpore neruos concludi
deinde ipsum vna cum festo dyacono
suo et desiderio lectore et quibusdam
aliis ante currum suum in ciuitatem
puteolanam vinctos pertrahi ibique eos
in custodia recipi et sedens in spec
taculo iussit eis feras exhiberi que
dimisse quasi oues demisso capite
occurrerunt ad pedes sancti ianua
rii Tunc iudex amotis feris iussit
sanctos de amphiteatro tolli et in
forum adduci Ibique sedens pro tribunali
iussit eos capite cedi Beatus autem ia
nuarius in celum aspiciens orauit
cecideruntque nebule motulis presidis
et subito factus est cecus Cumque in va
lidis oculis cruciaretur clamare
cepit ut ianuarium ad se reuocaret
Quo facto cum ingenti gemitu cla
mans ait Ianuari famule dei excelsi
ora dominum tuum ut possim lumen
recipere quod amisi Tunc sanctus erigens
oculos ad celum ait Domine iube re
stitui oculos huic indigno vos
enim non reddimus malum pro malo Cui
aperti sunt oculi eius et multi credi
derunt circumstantibus fere v Tunc
videns preses tantam turbam quasi
turbatus est Sed ne famulus dei
corona frauderetur timens iussa prin
cipum iussit militibus ut eum celeriter
tractum decollarent Cum eum ad

martirium cum ceteris duceretur senex quidam
pamphus eius beneficia sperans se opposuit
se pedibus eius prouolutus rogans ut
aliquid de vestimentis eius accipere me
reretur Cui ait ei Post depositionem
corporis mei orarium meum quo michi
oculos ligaueris suscipies me ipsum dante
tibi Cumque peruenisset ad locum sanctus
ianuarius genua flectens orauit dicens
In manus tuas domine commendo spiritum meum
Tunc erigens se accepto orario sibi
oculos ligauit et spiculator caput
eius abscidit Cui post decollacionem
sanctus illi apparuit et orarium ei sicut
promiserat attulit Eodem vero die quo
beatus ianuarius cum ceteris martiribus
decollatus est tymotheus torqueri cepit
crudeliter et clamabat voce magna
dicens propter ianuarium famulum dei se misere
ab angelis cruciari et dum hec loqueretur
emisit spiritum xiii kal octobris. liiij passio
sancti gregorii spoletani episcopi Eoge

Passus est et apud stis eius
spoletanam urbem beatus gregorius
presbiter hoc ordine Impiissimus
flaccus a maximiano imperatore missus
ut omnia ydola erigeret ingressus spo
letum iussit sibi tribunal in medio
foro parari et omnes ciues per preconem
coram eo citari dixitque tyrannus omnes
hii dyis viuis deseruiunt Cui dicit omnes
hii colunt iouem mineruam asclepium
deos immortales qui toti mundo imperant
Quo audito gauisus iussit omnem
turbam dimitti Erat autem in eadem
ciuitate sanctus gregorius presbiter ieiuniis
et orationibus vacans qui multis vir
tutibus et signis clarens multos pa
ganorum ad deum conuertebat Templa
que et simulacra uniuersa destruebat
Quod cum flacco nunciatum esset iussit
eum ad se vinctum perduci et cum sacri
ficare nollet iussit fustes nodosos
afferri et dorsum eius verberibus rum
pi dicens hec patiatur rebellis deorum
et contemptor principum Cum ille ri
dit Quanta mala exhibes corpori meo
duplicia bona michi preparantur in celo
Flaccus dixit Reseruate illud et ven
trem eius fustibus dissipate Illo
quoque perseuerante iussit eum ligatis
manibus et pedibus in craticula
supponi et ligna subministrari At ille
de medio ignis clamauit ad deum
ut qui cum tribus pueris ingressus est

tantum est et cum eo in medio putan
ipsum ... illo dicente terre motus mag
nus factus et intra civitatem cecidit una
regia que plusquam CCCL paganos
oppressit qui ydolis fumebant hec videns
flactus territus fugit inde tyrannus autem
iussit ipsum ferro constringi et in carcerem
recludi ubi angelus apparuit ei dicens
Pax tecum ... noli timere et continuo
vincula eius disrupta sunt et cla
ritas dei circumfulsit eum Cum gratias
agenti deo de illa visitatione audit
angelus Euge serve bone et fidelis
etc et hec dicens disparuit Altera
die flacco putatus cum sacrificare
nullatenus acquiesceret precepit flactus
eum tractum in medio amphiteatri
capite truncari Cumque in amphitea
tro dum orasset respiciens in celo
audivit vocem magnam dicentem
sibi Ingredere ad me benedicte domini
parata est habitatio tua Adhuc angelo
loquente a spatario capite truncatus
est Tyrannus vero iussit dimitti feras
ut corpus absorberent Que ut ibi per
venerunt flectentes genua ipsum corpus
adoraverunt quod videntes viri clamave
runt magnus est deus xpianorum et multi
crediderunt in deum flactus vero eodem die
percussus est ab angelo et interiora sua
vomens expiravit ... autem xpiana
nomine gaudencia emit a tyranno ipsum
corpus xxx aureis et condito sepelivit
xv kal ianuarii

Passio sancti marcelli et compancii dyaconi et ... cor.

Preterea imperante maximiano lvi
... augustali ...
xpianos oculos ... requireret
... et ei fabius episcopus ...
tissimus ... assistens Illuc ergo ve
niens sedit pro tribunali in medio foro et
oblatus est ei sanctus fabius cum duo
bus dyaconibus marcello et compan
cio cui dixit Consule tibi et pollic
te diis sacrificare et vive Cui ait
si iustum est ut derelinquam creatorem
celi et terre et adorem lapides et cra
menta vel ligna et ut scias quia nichil
est colere talia afferri ... deus tuus
Tunc iussit deum suum quem habebat
in cubiculo suo ... deferri in medium qui erat mire facture ex
lapide corallio iovis et vestimenta eius
decorata cum cum adductus fuisset
cum lampadibus et apparatu magno

venustianus ait Ecce ... creatores tui
Tunc subridens fabius dixit Qua
na instancia ut creator deum relinquere
et lapis perdidissimus colatur ut autem
scias eum non deum esse dimitte me
facere quod volo Cum vidit si poteris
fac quod vis Tunc ille accepto suum
lacte ... facta eligit in pavimento
et fregit Quod videns ille tetendit
frontem suam cum furore dicens
perimus nos et res publica ob ...
ta et iussit cum furore manus eius
precidi Quod cum factum fuisset cepe
runt eius dyaconi trepidare et ille
manibus precisis eos confortare ita
ut clamaverint ... demonorum
et ... ecclesiam domini Tunc
iussu venustiani in eculeo suspensi
et diu fustibus cesi deinde iussit la
tera eorum ungulis radi igneque
qui sub eorum latera adustione assa
ret ... Quod cum diu fieret
ambo subito expiraverunt Quorum
corpora iactari fecit in flumine
Sed a quibusdam piscatoribus
et presbiteri collecta ... sepulti sunt pridie kal ianuarii Dec.

Passio sancti fabiani episcopi lvii

Fabianum vero iussit in carcerem retru
di ad quem vidua nomine sena
nocte veniebat et cum illuc
ageret manus que eius in domum suam
colligens in dolio vitreo cum aroma
tibus recondidit quas die noctuque
tangens oculos suos ponebat ad
duxit quoque ad eum nepotem suum ce
cum ... cum ut poneret pre
cium ... rogaret pro eo domini
Cui cum brachia sua truncata sup
oculos ceci posuisset et genu flexo
cum lacrimis orasset apti sunt Preter
quod miraculum omnes qui erant
in custodia videntes miserunt se ad pedes eius
et baptizati sunt eodem die xv homines
postea vero indoluerunt oculi venu
stiani ita ut pre dolore nec cibum
nec somnum capere posset nec ullus
medicorum eius dolorem mitigare
Auditoque quod fabius illuminasset cecum
misit uxorem suam et duos filios
et cum grandi gloria rogavit eum
ad se educi decenter Cumque gratias
agens fabius venisset ad domum
eius elevantes eum manibus pro
ciderunt ante pedes sancti fabiani Cui

+ videntes

ut cum vidit lacianus ait Illuminet
te xpistus cuius istas afferri fragmenta ioui
que ille in capsa argentea collocauerat
Quod cum vidisset iussit omnia qui
mi et insignium perire Cum quoque nemistra
nus vrgeretur doloribus ait Sabinus
Credis ex toto corde Credit credo Et
petiit quod inte operari michi audit
Ait ille mea dilecta hec iam fecerunt Tu
tamen si credideris et pontius saluus
eris Tunc eo petente baptizauit eum
et eleuato eo de pelue apti sunt oculi
eius ita ut nullum dolorem post bap
tismum sentiret Cum quoque maximianus
eum baptizatum esse audisset iratus
iussit lucium tribunum qui eum cum uxo
re et filiis capite truncaret Beatum quoque
fabianum tenuit et in ciuitate spoleta
nam adducens tam diu plumbatis
cedi precepit quousque spiritum emitteret
Cuius corpus senera colligens que
iam manus eius ante collegerat vna
cum corpore et sepeliuit eum vii ydus
decembris Horum tamen omnium memoria licet
diuerso tempore extitit vno tamen recolitur
die scilicet iii° kl ianuarii Lvii De sancta
anastasia et grisogono Ex gest(is) eorum

Eodem tempore passa est
et sancta anastasia que pre
textati illustrissimi viri filia
in vrbe roma Cum ita plurimum posset
ut vix parem inter matronas habere
potuisset induebat se vilissimo habi
tu et sola cum vna puelle consortio car
ceres circuibat vbi erant milites xpisti
quos aliter visitare non poterat nisi ple
beio cultu pauperem se fingeret sollici
ta satis sanctis pro dei nomine vinctis
pedes lauare vngere capita pectinare
crines quos longa carcerum clausura
nutrierant Dumque assidue hec ageret
et ad noticiam zelantis viri eius pub
licum peruenisset indignatus fideles domus
sue custodes instituit ut eam non per
mitterent nec cuiusquam fenestrelle aditum
spectare Erat autem in vinculis iussu
dyocleciani vir dei grisogonus qui
multa pressus sancte anastasie alimo
nia fouebatur Hic erat apud ruffinum
quendam vicarium quem dominus ihesus
xpistus cum omni domo sua per grisogo
num lucratus est Igitur cum nullus esset
qui ad anastasiam dirigi posset in
uenta est anus quedam xpiana que
in vicino illius quando manens curauit

ut solitum est criminalis in fauorem ac mu
lieris necessitatem agere videbatur Hac occa
sione domum illius ingressa cepit esse
media inter ipsam et dominum grisogonum Scripsit igitur
grisogonus primarius eius epistolam anasta
sie rogantis ut eius memoriam ageret
suscepit et ipse quoque consolatoriam epistolam
ad eam remisit Interea publius in sena
tu sedens legacionem suscepit in vita ad per
sidis prouinciam profecturus Tunc recepit
tristis anastasie custodiam triplicauit
ponens ei custodem vnum qui ei et lu
cem negaret et victum Agebat enim
ut illa moreretur et ipse omnium facultatum
eius dominus permaneret et ita pressa est
ut diceret vertentes si eam inueneris
viuam omnes vos perimam Hic itaque
cum ea agebatur ut aqua ei vix per mensuram
traderetur Tunc estimans se in breuia oe
deficere scripsit grisogono in hiis verbis epistolam
finis venit corporis mei memento mei ut egre
dientem animam ipse suscipiat pro cuius amore
sustineo que ex ore huius vetule recog
noscis Ad hec grisogonus inter alia conso
lationis verba que rescripsit eo quod imperitie
ipse est ut pereant qui non cogitant nec
ad portum salutis attingant Interea
transactis tribus mensibus corpus publii
renunciatum est nauis et omnes qui custo
diebant per diuersa fugerunt Egressa igitur
ad grisogonum libera peruenit et omnia
que acciderant ei cum gaudio lacrima
bili retulit venditisque omnibus faculta
tibus suis vilissimo habitu carceres circui
bat et famulorum dei necessitates parabat Lviii Passio eiusdem sancti grisogoni

Tunc dyoclecianus in aquileie parti
bus positus cum interficeret xpianos
cucurrit relacio de xpianis omnibus
vrbane prefecture Tunc rescripsit debere
omnes interfici grisogonum non ad se desti
nari Quem anastasia prosecuta est et
apud aquileiam meliora sanctis obsequia
faciebat quam rome fecerat Interea gri
sogonum nominatissimum dyoclecianus igitur
presentari iussit Cui cumque dignitatem
prefecture offerret ut deos adoraret
Et ille premissa omnia quasi lutum abi
ciens demonum cultum omnino respueret
iussit eum ad aquas gradatas duci
et ibi decollari Corpus quoque eius ad
litus iactatum est iuxta locum in quo
tres sorores xpianissime morabantur
agape thionia et hyrene cum sancto
zoilo sene presbitero qui colligens sanctum

sanctum corpus et caput corpori compagi
nans sepelivit et ipse quoque sanctus zoilus
xxx° die eius susceptionis migravit revelatione
facta eidem sancto grisogono sibi fratri
ad deum perrexit. Sancta quoque anasta
sia domum illam in qua numquam fuerat
ingressa dixit ubi sunt sorores mee
quas michi dominus meus grisogonus
commendavit et videntes se invicem
in xpo letate sunt. Ipso quoque loco ubi po
situs fuerat martir grisogonus una
apud eas nocte commorans ad urbem
aquileiensem redyt. Solliciata de hiis
qui in vinculis tenebantur. Passus est
autem sanctus grisogonus viii° kl. decembris.

De tribus sororibus agappe et thioma ..
et hyrena. lix

Sanctarum quoque agapes et thiome et hyrene
dyocletianus rumore repto
iussit eas sibi presentari promittens quod eis
maritos de palatio suo per quos illustres
esse possent si xpm negantes ydola
colerent. Cum illarum constantiae flecti
non possent iussit eas tradi custodie
carceris quas beata anastasia nec die
bus nec noctibus deserebat. Ad hanc
enim omnes xpiani indigentes confluebat
qui nimiam penuriam tempore illo susti
nebant. Cum nulli liceret possidere
vel artem aliquam exercere vel aliquid
negotium exercere agere. Illa non desinit
rogabat ut non prius de corpore exiret
quam omne patrimonium quod de patrimonio suo
vendito acceperat expendisset. Proficiscente
igitur dyocletiano macedoniam
omnes xpiani qui in vinculis erant sub
custodientibus ducti sunt inter
quos erant agappe et thioma et
hyrena. Cumque iussisset imperator presidi
dulcitio diversis tormentis agere omnes
qui sacrificare nollent tres sorores pre
sidi presentate sunt quas ille videns cap
tu oculorum astrictus turpissimo spiritu
agebatur et fecit eas apud talem offi
cialem tradi custodiendas qui libertate
eis promitteret si captive omnis animae
consensum prebuissent. lx De illusione

Igitur || presidis per eas sequitur ..
enim nec promissionibus nec terro
ribus eam commutaret. Aumis cum ipse
presses nocte cellulam ingredi v
ille orantes noctem xpo pervigilem
exhibebant in quo loco omnia coquine
utensilia reposita erant. Ingressus
ergo cum vellet ire ubi psalmos nox

cum impellebat alienatus mente cepit
ollas amplecti et sarthagines oscu
lari. Inquinibus dum ludificatus totus
niger et caccabatus talis esse cepit
in vestibus et in facie qualis a diabolo
possidebatur in mente. Tandem ad suos
egressus est qui eum cum luminaribus
expectabant. Visoque eo omnes fugie
runt videntes eum totum caccabatum
et scissum illamque partem in vestibus
eius que non esset inquinata et im
tibus missa. Stantibus enim ancillis
dei et psallentibus nullum penitus
dyablus penam potuit impedimentum
afferre. Videns ergo preses se ab officiis
suis esse contemptum ac delictum nesciens
quid de illo factum fuisset non est reversus
sus in domum suam sed cepit confesto
cursu ire ad palatium dicens presentia
me invictissimis imperatoribus et dicam
me ita ab officio meo ludibrio habitum
ac cum irrisione et clamoribus delictum.
Cumque primo mane apertum esset pa
latium et ille totus caccabatus et scis
sus ante regiam paruisset et intrare
vellet alii virgis alii pugnis alii
exsufflantes in faciem in facie eius
eum impingebant alii quoque viden
tes alii irascentes eum expellebant
et vix potuit eum sancti sui ad domum
suam perducere dicentes ei. Respice te
clauserat enim dyabolus oculos eius ne
poterat seipsum attendere. Sed videbatur
ei quod totus mundus mordens mineis
esset vestimentis indutus meus tum
meo sima erat et soli eius oculi te
nebantur cavitatiana quibus infelix
dei miles absterso mentis conamine
respexit. Interea putans ancillarum
dei maleficiis hec evenisse sibi pari
et cum adducte fuissent orantes
atque psallentes iussit eas expoliari
ut nuda earum corpora aspiceret et cum
missa manus fuisset ut expoliarentur
ita fixe erant vestes earum adamantis
ut putarentur ipsa esse coria corporum
earundem. Inhac intentione attonitus
preses dulcitius sedens pro tribunali
ita obdormivit stertens ut etiam appel
santibus non posset excitari et in
sublatus in sella dormiens. Tunc
est expergefactus cum domum suam
fuisset introductus. lxi Passio
duarum sororum scilicet agappe et
thiome. Sequitur capitulum

Audiens imperator omnia que accide
rant dedit comitem Sisinnium qui
eas audiret. Cum eum putaret
finxisset vocavit Hyrenam ad se et ait
Potentiis regali iussioni. Que cum nollet
sed ancillam Christi se diceret iussit eam
incarcerari et adductis Chionia et
agape dixit eis Hyrena. Quanto asperior
minor nobis est et exemplo nostro ac
doctrina decepta dum ista contempnit.
Ideoque eam distuli ut coniuncta nostra vita
posset absolvi. Et nunc offerte diis liba
mina sicut et nos qui devoti sumus re
gibus. Illis autem insuperabili in fide Christi
permanentibus et sacrificia respuentibus
iussit eas vivas incendi. Quo audi
to replete sunt gaudio gratias agen
tes clara voce deo. In ignem ergo misse
cum penitus nec vestimenta earum ar
derent dixerunt domine Ihesu Christe ne ab
ista hora patiaris ut nos loquamur cum hiis
qui te verum deum negaverunt. Hiis dictis
prostraverunt se in oratione et intacte ab
igne ad dominum perrexerunt ut autem ostenderet
deus incredulis quod ignis non interfecit
eas orando sed ipse orantibus suum
consortium sibi impetravit immaculatis
corporibus intactis crinibus integrisque
vestibus digesto igne reperte sunt.
Quarum corpora Anastasia iussis ecclesie
hominibus arrepta cum gaudio sepelivit
orans dominum ut earum particeps fieri mereretur.
Passe sunt autem iiii nonas aprilis etc.

Passio sancte sororis scilicet Hyrene lxvi

Altera die Sisinnius iussit Hyrenam
sibi adduci et ait sacrifica diis
nec simul incendiis pereas ut so
rores tue. Que respondit non sacrifico sed
earum particeps effici festino. At ille pu
tas inquit te pati sicut ille passe sunt
Ego iubebo in domum tradi meretricibus
ut ibi ad turpes usus posita moriaris.
Que respondit Caro mea sit patitur forni
catorem sicut canem vel ursum ut spec
tem et inquinamenta quibus anima non
consentit reatus non suscipit. Tunc tra
didit eam militibus iubens eam poni
in loco turpi et ibi ludibrio omnibus
publice haberi. Cumque duceretur apparuerunt
duo milites ante eos dicentes dixit
nos comes post vos ut quo nos ostende
rimus ibi eas ponatis. Ascenderunt
quoque cacumen montis et ibi sederunt
tunc videns Sisinnius se delusum et
se ferum esse quod ipse non duxit ascendens

equum perrexit ad montem in quo dei famula
orabat et intendens vidit eam et gyra
bat usque ad vesperam et non pertingebat
ad eam. Tunc videns se derisum ingemuit.
Tendens autem arcum unus comitum qui cum
eo venerant sagittavit eam. Que ait
insulto tibi miserabilis quia ut virum
fortem in bello aggrederis quam ut mulierem
volueris subiugare. Ecce nuda vado
ad dominum. Hiis dictis emisit spiritum. Unde
corpus eius ab hominibus Anastasie sublatum
est et cum sororibus eius positum. Pas
sa est autem in tercio nonas aprilis. lxvii De
altercatione sancte Anastasie et presbiteri prefati

Cum autem multitudo sanctorum esset
in ergastulis Dyocletianus omnes
una die iussit interfici. Quod ig
norans Anastasia cum noctu solito
more pergeret et diversas custodias cir
cuiret dum nullum eorum inveniret vehe
mentissime flere cepit. Cumque eam flentem
quidam attenderent et tamen ab ea didicissent
ipsam quod esse christianam unus eam apprehensam
duxit ad forum ubi prefectus Illirici causas
agebat. A quo sub probo prefecto interroga
ta que esset et unde illuc venisset
respondit civis sum urbica que Christi amore
heres vendidi patrimonium meum et sepul
ta sum ipsum. Christianos cum invenirem po
sitos diligenti cura suscepi. Ecce qui
bus panem ingerit et merces aliquot
dierum subito me hac nocte dereli
querunt et cum triumpho ad regna
celestia perrexerunt. Unde pia invidia
ducta sum quia illi iam regnant
cum domino et ego adhuc sto passura
pro nomine sancto. Probus dixit ut video
non sunt tibi levia tormenta servanda.
Tu enim revocasti animos eorum ad sacri
legium qui obtemperare deberent
regalibus institutis. Illa respondit
Ego doloribus fatigatis et pedes
osculabar ne quando cedentes dolore
compulsi et quorumque vitam summam
in eorum necessitatibus expendi. Tunc
autem erogatis omnibus ad passionem
et animam meam aptavi. Viam per ad
huc hereditatem quod expenderem non me
prosequentibus demonstrarem. Cui
Probus deas quorum cultor erat preterea
tuis patrimonium colere debuisti et non christianorum
inceptio que inde qui ... sunt
deceptus est. Illa respondit deos parentis
mei bis colui et eas abominans in huiusmodi
liberam viam dum eos avarice

contexerent et aures sitonaret ego eos
liberarem et consolans imperatorem Cum tibi prius
dixit hoc sacrilegium nec aures mee pos-
sunt audire Tunc illa ridens ait Con-
solor prudentiam vestram quasi sacrilegium
times lapides frangere ligna succendere
eramenta conflare | lxiii De impubertate
Vlpiani in eam et pena illius etc

Hec cum prefectus imperatori Dyo-
cletiano retulisset ille furens
querebat consilium quid ageret Cum con-
stituit quendam qui diceret Vlpianum Ca-
pitolii summum pontificem hanc uxorem
velle et ei dari debere Cum si non con-
senserit ipse facultatibus eius potiretur
et eam posset occidere Sicque Vlpianus
eam sibi traditam ducens in domum
suam Cepit ei ornamenta et gladium
ostendere lectos argenteos et carbones
ardentes cellaria plena dapibus et
cellam obscuram testacis acutis reple-
tam et ait Dabo tibi trium dierum indu-
cias ut tecum cogites Cumita dice-
re Habebo te uxorem aut habebunt
te diversa supplicia Nunc vidit Iam
puta quod elapsi sunt tria dies et stas
me magis eligere supplicia pro quo va-
dam ad eum quem diligo Dimisit
ergo eam x mulieribus que osculabantur
ei alie pedes alie manus alie gemma
alie munera offerebant Et illa oculos
in celum figens per triduum illud stans
oratione manibus expansis non man-
ducavit nec bibit nec sedit Sed nec
levit dormitavit Deinde veniens ad
eas Vlpianus interrogavit quid perfecisset
Nunc viderunt voces mirae quasi cir-
culatorum clamancium contempnens
tirdus manibus expansis sine cibo
et potu et sompnis perseverat Tunc ille
accedens et volens eam amplecti fac-
tus est cecus et curabat per totum triclinium
in quo illa orabat a tercia usque ad vesperam
invocans Iovem Iunonem numina deus
dii liberate me erubescebat autem
clamare Tandem cum eius oculi dolore
nimis torquerentur clamavit ad eos
qui foris eum expectabant Cum
ingressi viderunt eum semimortuum
et cecum et Anastasiam orantem tol-
lentes quoque eum in manibus ad domum
suam maledicebant publice impera-
torem cuius iussu ad domum eorum Anasta-
sia devenisset Media vero nocte se
ad capitolium duci precepit et ut potestatem mag-
nus pontifex cepit inter sacrificiorum
superstitiones iniquitatem vite posset evadere
Cum viderunt demonia Anastasia famula
dei contristasti ab hodie nobiscum in in-
ferno eris Tunc ille angustiatus
cum duceretur ad domum inter manus puerorum
exspiravit | Passio sancte Theodote cum

Residente tribus filiis lxv Ro-
gante Dyocletiano apud Syrmium
Anastasia domina oblata est ei Theo-
dota cum tribus filiis natione Bithinia
civis Nicea que ideo fugerat declina-
re pro ea que contra christianos illic persecucio
vehementer agebatur Comes autem Leu-
cadius qui eam tradidat peciit ab im-
peratore dicens Iubete eam mihi dari
uxorem que si non consenserit sacrifi-
care meretricem diversis eam penis inficiam
Accepta igitur potestate cum eam
diabolicis suasionibus et terroribus fa-
tigaret Illa dixit ei Si ideo peti-
sti me coniugem ut facultatem meam
invadas omnia que possideo vade occu-
pa et dum redieris accipies me uxo-
rem Quo eunte illa unanimis cum
Anastasia permanens cotidie sanctorum cu-
ram gerebat Et cum in die laudibus
permaneret adveniens comes Leuca-
dius agebat ut eius coniugio Theodo-
ta necteretur Sed cum diu blandimentis
et terroribus insisteret et illa inclita con-
tempneret ferro vincta cum tribus
filiis ad consularem Bithinie destinatur
Cui cum illa sacrificare nollet primogenitum
eius Evodium fecit fustibus
cedi Cui mater clamabat Noli timere
fili ista verbera qua perfecta pertinges ad
gaudia celi Tunc consularis quen-
dam in libidinibus famoso dixit
Comprehendens eam ducito et postquam
illusus ei fueris publicas eam in lectica
constitue ut videamus si christus eius eam
defendat Qui dum ad eam pergeret
ut teneret et duceret cepit de naribus
eius sanguis infinitus effluere cla-
mansque statim invenis pulchrum co-
ram me manu pugnum accepi in naribus
Tunc consularis iussit ignem copiosum
accendi in quo cum tribus filiis iussa
benedicens dominum martirium consummavit
apud Niceam Bithinie iiii nonas
augusti lxvi Passio sancte Anastasie

Anastasia vero tradi- virginis
ta prefecto Illirici infinitas pe-
cunias habere putabatur quia re-

temptantis eam lucius prefectus iussit eam
priuatim sibi adduci et dixit ei Si chri-
stiana esse vis precepta christi tui comple di-
centis Qui non renunciauerit omnibus que
possidet non potest meus esse discipulus
Da ergo michi omnia que possides et per-
ge quocumque volueris Cui respondit Vende
inquit dominus meus omnia que habes et da
pauperibus non diuitibus Tu autem diues
es et qui tibi dedit contra preceptum christi
agit Ego autem etiam rogo ut acci-
pias cum te indigentem cognosco At ille
In quo inquit pauper sum Cui respondit
In fide Ille non dixit Si deus tuus
crucifixus est ut quid iouem non co-
lis qui illi numquam in vrbe subiacuit Cui
respondit Jupiter iniuriam fecit christus pa-
ssus est tu imitare deum tuum et ego
dominum meum Tunc iussit eam in carcere
vinctam concludi et acrioribus terroribus
fatigari cibum non ei permodicum sero
tamen hore offerri Cum eam illa pe-
nitus recusabat Apparebat autem ei noc-
te spiritus sancte theodote cum luminaribus
et mensam honestam variis refectio-
nibus coram illa ponebat Et oran-
tes simul tota nocte et ad pullorum
cantus loquendi secum et se videndi
finem capiebant Et per dies xxx cum
gesta fuissent lucius putans eam
iam fame et tenebrarum horrore de-
fecisse iussit tunc eam sibi vinctam adduci
vidensque eam robustiorem et letio-
rem quam prius fuerat indignatus
iussit eam in nauem poni et cum mul-
tis aliis quos legis mira punierat
pelagi fluctibus demergi Omnibus
perductis in altum vbi pelagus sunt
ut preceptum erat eis illic nauem
perciderunt Ibique eos dereliquerunt
Tunc ibi sancta theodota iterum appa-
ruit et super ipsam plagam nauis
conscendens eam apertius liberauit Cumque
orante sancta anastasia omnes cre-
derent vna die et vna nocte ita
fuerunt in medio pelago ut puta-
rent se esse in terra sine estu sine
fluctuatione sine metu Tercia die
ad insulas palmarias deuoluti sunt
vbi multi episcopi et viri religiosi diuersis
temporibus relegati fuerant et de-
scendentes cum ympnis et psalmis
suscepti sunt Quod cum audisset
prefectus iussit et omnes inde deponi
Cumque essent plusquam CC viri et
lxx femine conceptis punitis sic vnus
quidem potuit amore vite presentis ad
sacrificium reuocari conuersi Et cum omnes
variis interfectionibus martirium cele-
brassent anastasia per manibus et pe-
des extensa et ligata ad palos fi-
xos circa medium eius ignibus incensa
est In qua passione orans et bene-
dicens dominum ihesum christum emisit spiritum Pas-
sa est autem viij° kl ianuarii lxvij

Passio sancte barbare virginis Ex gestis eius

Imperante quoque
maximiano fuit in nichomedie virgo
barbara nomine nobilis generis quam
ob nimiam pulcritudinem pater eius dyo-
scorus in excelsa turri collocauit volens
eam in eminenciori loco recondere Illa
vero occulte deum celi adorabat
Cumque balneum sibi propinquum quod ea ora-
te subito repletum est aqua Illaque gratias
agens iterum orauit ut aqua illa suffi-
ceret in nomine trinitatis et illuc de-
scendens seipsam baptizauit Cum autem
tunc vrgeret pater eius ut eam nuptui
traderet Illa requisita ab eo respondit
Absit hoc a me pater habeo sponsum in celo
christum qui inuiolabile custodit corpus
meum Mox intelligens pater quod
christiana esset arripuit gladium volens
eam interficere At illa fugiens abscon-
dit se in montis latere quam persequen-
tibus pater quesiuit a pastoribus an vidi-
ssent puellam fugientem Vnusque dice-
bat non alter dixit numquam non videns vbi
se abscondit tunc pater currens
et apprehendens eam tunc duxit in do-
mum suam aspexit virgo illum qui
eam indicauerat et maledixit eum
et pecora eius Statimque ipse cum
grege suo conuersus est in statuam
marmoris Altera die pergens pater
ad marcianum presidem nunciauit ei
omnia que acciderant de filia sua
Qui iubens eam sibi adduci et allo-
quens de cultu deorum et sacrificiis
tum eam in fide inmobilem inueni-
ret iussit eam nudam virgis cedi et
cum cesa deo psalleret ydolaque in-
sensibilia et inutilia esse diceret
iussit eam versis pedibus suspendi
et cum malleis caput eius tundi
vsque dum per nares eius sanguis distilla-
ret liuorem et dum iterum gratias ageret
videns preses integerrime plagas eius
sanatas iussit eam eculeo suspendi

et ad eius latera lampades ardentes
applicari. At illa in celum aspiciens et
adorans dixit ad presidem: Vide miser
quia ignis iste non dolorem sed refri-
gerium michi prestat. Tunc preses furore
commotus iussit eius mamillas ampu-
tari, deinde per totam civitatem eam nudam
circumduci. Illa non elatis oculis dixit:
Domine deus qui operis celum nubibus mitte
angelum sanctum tuum qui cooperiat corpus
meum denudatum ut non videatur ab im-
pissimis paganis. Ecce ergo angelus
domini cooperuit eam stola candida
consignans quod omne corpus eius restituit
eam ita ut nec cicatrix unica appareret.
Confestim autem eam ministri quendam
vicinum adduxerunt ante presidem qui
videns corpus eius sanatum et faciem
eius fulgentem primo furore sta-
bat stupefactus et iussit eam capite
puniri. Que gaudens adorabat
dei filium dicens: Obsecro domine ne me-
mineris peccata eorum qui devote cele-
braverint martirium meum. Et ea dicente
amen subito vox divina ad eam facta
est dicens: Veni dilectissima requiesce
in cubilibus patris tui qui in celis est.
De hiis vero que postulasti crede quod do-
natum est tibi. Et cum ascendisset
in montem percussor eius propriis manibus am-
putavit caput eius. Deinde cum de
monte descenderet subito cecidit ignis
de celo super eum et consumpsit illum ita
ut nec pulvis de eo remaneret. Pas-
sa est autem hec virgo pridie nonas decembris.
Actor In martyrologio vero eius natalis
annotatur xvij kl ianuarii. **lxviij Pas-
sio sancti floriani martiris. Ex gestis eius.**

Cum autem precepta imperatorum de perse-
cutione christianorum apud noricum
ripense delata essent Aquilinus
preses cepit christianos vehementer inquirere.
Sancti autem florentius et florianus
obviantes quibusdam olim sibi mun-
dane milicie sociis dixerunt: O fratres
et commilitones cur alios queritis cre-
dentes? Nunciate presidi quia christiani sumus
et locum etiam designate in quo
commoramur. Crudelitatis ergo ministri
apprehendentes eos duxerunt ad presidem,
qui ab eo moniti ut ydolis sacrifi-
carent responderunt: Iussionem tue piis-
sime quantum decet imitamur, hoc ta-
men nemo nobis suadebit ut de-
monibus sacrificemus. Tunc preses vehe-
menter iratus iussit eos fustibus cedi
et scapulos eorum acutis ferris con-
stringi. Illis ergo in fide christi et gratiarum
actione permanentibus videns preses
se superatum iussit eos duci ad flu-
vium nomine anesum et de ponte in illud
precipitari iij° kl may. Cum ergo vincti
ducerentur a militibus venerunt subtus
arborem ubi a cursu fatigati resi-
dentes pariter dormierunt omnes. Tunc
angelus domini primum apparuit beato
florentio dicens: Frater florenti non est
tibi data corona martirii sed consors
eris confessorum. Igitur surge et perge
ad partes galliarum et ibi ostendam tibi
locum habitacionis tue futurum. Est
autem ut in civitate thuronica a beato
martino accipias ordinationem. Illo
expergefacto dissoluta sunt vincula
eius. Tunc excitans beatum florianum
socius narravit ei visum et abiit.
Beatus autem florianus exultans cum
pervenisset ad pontem unde precipitari iussus
fuerat ligaverunt lapidem ad collum eius
quo in profundum demergeretur. Tunc de-
vote cepit rogare milites ut orandi
spacium aliquantulum sibi concederent.
Cum ergo orasset quasi unius hore spacio
tandem precipitaverunt eum et statim
crepuerunt oculi eorum. Flumen autem
martirem christi suscipiens comparuit
elevatis quod undis suis in quodam
eminentiori loco super quoddam saxum
corpus eius deposuit. Divino quoque
annuente favore aquila adveniens
idem corpus cepit alis suis admodum
protegere. Ipse autem sanctus manifestavit
se cuidam femine deo devote certis
eius locum designans indiciis ut
traderet illud sepulture quod et factum
est. Ibi egri sanantur, ceci illuminantur,
demones eiciuntur. **lxix Passio
sanctorum primi et feliciani. Ex gestis eorum.**

Pontifices ergo templorum
accusaverunt primum et felicianum
apud imperatores dicentes:
nisi hos sacrificare feceritis nulla
beneficia a diis consequi poteritis.
Inquisiti itaque et comprehensi primus
et felicianus cives romani missi
imperatorum mandato in carcerem recluduntur.
Ubi statim ab angelo confortati sol-
vuntur et post dies aliquot imperatoribus

putantes ibi eum in fide persistere ad phanum herculis educunt. Sed sacrificare nolentes crudeliter laniati et in carcerem retrusi cottidie ab angelo fouebantur. Iterum educuntur et commoto preside putati cum superari non possent ab inuicem separantur. Dixit ergo felicianus ut senectuti sue consuleret et ydolis in uicetissimus ymmolaret. Quod cum ille renueret plumbatis grauissime cesus ait. Cum lxxx iam annos uite habeam xxx iam anni sunt quod cognoui ueritatem et elegi deo uiuere qui me potest de manibus tuis liberare. Tunc iussit eum preses ligari et clauos manibus et pedibus infigi et dixit ei. Tam diu sic eris quousque diis nobis consencies. Cumque adhuc leto uultu persisteret iussit eum ibidem torqueri et sic triduo in stipite pendenti nichil ministrari. Post hec eum iussit eum flagellis cedi et sic depositum carcere recipi. Sequenti die iussit primum adduci et dixit ei. Ecce frater tuus consenciens imperatoris decretis et sacrificans magnus est in palacio eorum. Unde et tu si ita feceris socius eius eris. Respondit primus. Et si tu filius es dyaboli nesciens tu in parte non dixisti quia frater meus non hominibus uanis sed imperatori celesti consensit. Nam eum docente me angelo quid de illo fecisti et uirtutem meam ei communicaui. Tunc iratus preses iussit ut fustibus cederetur et leuari et candelas latera flatibus urerent. Quod dum fieret et ille se psalleret iussit eum deponi et plumbum bulliens in os infundi. Iussit eciam ut felicianus adesset ut quasi territus de eius passione sacrificiis consentiret. Ex templo autem sanctus primus plumbum bulliens quasi aquam frigidam totum bibit et ait. Ecce frater meus ante separatus non est quem tu dicebas quod ydolis consensisset. Iratus preses iussit eos in theatrum simul duci duos leones ad eos immitti qui statim ad pedes eorum cum impetu currentes eis se blandiri ceperunt. Quod et ursi postea immissi fecerunt. Tunc de populis qui ad hoc spectandum plusquam xii milia conuenerant quingenti uiri cum omnibus suis crediderunt. Videns preses sanctos martires non posse uinci

iussit eos extra amphitheatrum decollari quorum corpora canibus et auibus proiecta. Sed ab eis illesa nocte a christianis rapta sunt et sepulta. Horum passio celebratur v ydus iunii.

De sancto Vito puero et eius pedagogo modesto et crescencia nutrice et gestis eorum

Eo quoque tempore erat in lycia sub dyocleciano preses ualerianus de qua prouincia fuit sanctus vitus habens patrem hylam sacrilegum. Modestum pater nutricem crescenciam. Huic uito adhuc infantulo apparuit angelus domini dicens. Datus sum tibi custos ad custodiendum te usque ad ultimum diem uite tue et omnia que pecieris a domino impetrabis. Hic ergo cum esset annorum xii et in christum credens quantum poterat omnibus indigentibus ministrauit et patris eius hylas nobilis sed paganus studebat quomodo ad ydola conuerteret et nolentem sepius uerberabat. Audiens hoc ualerianus prefectus iussit patri ut eum duceret. Qui cum uenisset et ydolis ymmolare renueret preses iussit ut fustibus cederetur. Sed brachia eorum qui puerum uerberare uolebant protinus aruerunt et ipse ualerianus clamauit dicens. Ve michi manum perdidi. Respondit uitus. Sanent te dii tui si possunt. At ille. Tu ergo facies. Qui ait. In nomine domini faciam. Et statim precibus eius sanatus est. Qui dixit patri eius. Corripe filium tuum ne pereat. Tunc pater eum ducens in domum parauit omnibus deliciis et cantu musicorum et saltatu puellarum animum eius mutare studebat. Cum autem inclusisset eum in thalamo omnibus deliciis ornato uenerunt ad eum vii angeli alas habentes quasi aquilarum mirabiliter refulgentes apparuerunt eciam ante eum vii lampades et cubiculum odore suauissimo repletum est. Angeli autem cantabant Agyos Agyos Agyos. Odor quasi aromatum de cubiculo exeunte pater et familia repleti dicebant. Venerunt dii in domum. Et aspiciens per hostium uidit vii angelos circa infantem stantes et statim cecus factus est. Cumque se oculos perdidisse clamaret conturbata est lucania ciuitas ita ut ualerianus accurreret a quo interrogatus qualiter hoc ei accidisset respondit. Cubiculum filii mei aspiciens deos igneos intus uidi et uultum

eorum ferre non potuit. Igitur ductus ad
templum iouis uoluit quod si ipse recipe-
ret thure cum cornibus aureis offerret.
Sed cum nichil proficeret precatur se fi-
lio ut eum sanaret. Cui inquit filius
tuus quia non credis sed propter astantem
plebem sanabitur. Cum uidisset et non
gratias ageret querebat quomodo eum occideret.

Passio predictorum trium sanctorum lxxi

Tunc apparuit angelus modesto
pedagogo eius iubens ut puerum
tolleret et inuenta nauiculam
ascendens ad aliam terram ueniret. Quod
cum faceret uenientes ad mare inuene-
runt angelum ipsum nauclerum qui cum
ab eis quereret naulum Sanctus uitus
inquit: Ille cui nos seruimus suam mercedem
tibi dabit. Applicuerunt igitur ad locum qui
dicitur alectorius et angelus subito
disparuit. Sequentes igitur iuxta flumine
quod siler dicitur et cibus celicus per aquilam
ministrabatur. Ibi puer sanctus multa
miracula faciens diuulgatus est ita
ut demones eos proditarent et conflu-
entes ad se ipsos baptizarent. Interea
dyocleciani filius a demone uexatus
clamauit: nisi uenerit uitus lucanus non
exibo. Quem statim milites diu quesi-
erunt et inuentum ad imperatorem ro-
mam adduxerunt. Cuius uultus erat
speciosus et flammeus nimis et oculi
eius ut radii solis. Cui dixit impera-
tor: Potes ne sanare filium meum?
Vitus: Non ego sed dominus. Statimque
imponens ei etiam manum et sanat
eum. Ait illi dyoclecianus: Consule
tibi puer et sacrifica dijs ne male
moriaris. Quod cum uitus renueret
iussit eum cum modesto in carcerem
recipi. Angelus autem ad eos descen-
dit et subito ferri moles que im-
posita erat eis recedit et carcerem
in medio lumine choruscauit. Quod
uidens carcerarius cum imperatori nun-
ciauit et statim in clibanum eductus
ardentem missus est in quo resoluta
erant pix resina et plumbum et
subito angelus omnem furorem ex-
tinxit et puer inde sanus exiuit.
Post hec traditus est leoni deuo-
randus qui immissus ad eum lin-
gebat pedes eius et crediderunt usque
ad mille homines. Postea missi sunt
uitus et modestus et crescencia que
semper eos secuta fuerat in cathasta
extendi. Ibique ossa eorum dissipata sunt
et uiscera apparuerunt. Sed ecce su-
bito tonitruum magnum et terre mo-
tus et templa ydolorum corruencia
multos occiderunt. Imperator autem
fugiens se ipsum percuciebat dicens:
ve michi quia ab uno infante uictus
sum. Et statim ab angelo soluti su-
bito inuenerunt se iuxta flumen
qui dicitur siler. Ibique pausantes
orando migrauerunt ad dominum. Quorum
corpora per diu ab aquilis custodi-
ta illustris femina florencia per mare
nauigando persistans indicio sancti
uiti recepit et honorifice sepeliuit.
Horum passio recolitur xvii kl iunij

Passio sancti albani Gestis eius

Tunc etiam passus est lxii
sanctus albanus in britannia
x kl iulij iuxta ciuitatem
uolamium que ab anglicis nunc dicitur
Vlamcestre tempore uel clanga cestri-
h' quidem adhuc paganus xpianum quen-
dam clericum persecucionem maximiani
imperatoris fugientem hospicio recepit.
Quem cum orationibus et ieiuniis per-
studere conspiceret exemplis et exhor-
tacionibus eius conuersus est. Ideo au-
diens iudex britannie quod in albani
domo clericus latitaret tunc albanus
hospitis sui habitum induens a militi-
bus ad iudicem uinctus ductus est.
Qui tamen cum uidisset et quod pro hospi-
te suo se obtulerat cognouisset cum
sacrificare renueret iussus est primo
uerberari et deinde decollari. Cumque
ad locum duceretur uenit ad
quendam flumen cursu rapidis-
simo transitum prohibentem. Volens
ergo properare ad martirium orauit
et statim diuisus fluminis uiam ei
prebuit. Quod uidens miles qui eum
decollare debebat ense proiecto peni-
tens ueniam postulabat. Deinde cum
eo ad montem qui prope erat ascendit
ubi sanctus albanus fontem perhenniter
affluentem precibus obtinuit. Pro-
tinus quidem miles ambos decollauit
et oculos amisit. Nam cum sancti
albani caput in terram caderet absciso
simul et sui percussoris oculi ceciderunt.

Passio sanctorum donaciani et rogaciani
et panacij Gestis eorum

Eo quoque tempore flore- lxxiii
bant in urbe nanctica duo

fratres iuuenes donatianus et rogatianus
quorum donatianus adhuc in iuuentute
positus iam migrauerat in senectute. Do-
ta autem persecutione rogatianus qui
natu maior erat cucurrit ad fratrem suum
petens ut baptizaret, sed quia persecutor
appropinquaret quod cupiebat ille tunc non
est consecutus propter absentiam sacerdotis
tenti autem simul in carcerem missi sunt
ubi sanctus rogatianus contristatus eo quod
baptizatus non esset suffecit sibi credidit
si osculum a fratre acciperet. Sanctus autem do-
natianus rogauit pro eo dominum ut esset
ei pro lauacro martirium quod et factum est
Nam in eculei cathasta suspensi ac la-
niati deinde lancea militari perfossi
nouissime capite cesi sunt ix kalendas
iunii. Cum tamen dies in eorum passione
non determinatur. Sanctus quoque pancracius
filius cleonii et quiriue nobilium in
frigia ciuitate defunctis parentibus tunc
omne patrimonium suum pauperibus eroga-
ret et xpm pie colens deos gentium
contra blasphemaret punitus est dyo-
cleciano augusto cum in etate xv annorum
esset. Cumque coram eo de vanitate
deorum subtiliter disputaret et impatien-
ter euidenti ratione confunderet iussu eius de-
collatus est. Adeoque sepulcrum ut dicit
Gregorius turonensis quicunque falsum
iurare voluit antequam ad cancellum
chori veniat aut statim a demone cap-
tus insanit aut cadens in pauimento
protinus vitam perdit. Huius passio cele-
bratur iiii ydus maii. lxxiiii. De sanctis
marcelliano et petro et arthemio. Ca-

Ea quoque tempestate gestis eorum
passi sunt rome iiii nonas
iunii marcellianus presbyter
et petrus exorcista sub iudice sereno
Huius enim petrum arthemius carcerarius
pro fide xpi multotiens tentum in vincu-
lis detinebat. Cuius filia dum a de-
mone vexaretur et a patre cotidie pro
plangeretur. Dixit ei petrus quod si in xpm
crederet statim eius filia sanitatem
reciperet. Cui arthemius miror consilium
tuum quia deus tuus te liberare
non potest tu illi credas et pro eo tanta
sustineas et quomodo filiam meam si
ei credidero liberabit. Respondit petrus
potens est deus liberare me sed
vult ut per temporalem passionem perueniam
ad gloriam sempiternam. Si me inquit
uis credere [illegible] tuo cathenas et claustra
super te duplicabo et si te deus liberauerit
credam illi si tamen prius filiam meam
sanam videro. Quod cum fecisset ait
petrus vade in domum tuam quia ibi
videbis me loquentem tecum. Cum ergo
abiisset et candide uxori sue hec diceret
affuit sanctus petrus indutus vestimentis
candidis et tenens in manibus signum
crucis. Cuius statim pedibus prouoluti vir-
tutem dei confitentur et sanata est
filia eorum omnesque qui erant in domo
arthemii baptizantur. Cumque ad domum
plurimi conuenirent ut acta videntes
miracula baptismum peterent. Abiit pe-
trus ad marcellinum presbyterum et omnes
ab eo baptizati sunt. Tunc iniit arthe-
mius ad illos incarceratos promittens
ut exirent liberi quicunque vellent fi-
dem quod dum fieret et rumor ad serenum
iudicem peruenisset qui per xl dies in
fines huic operi vacare non poterat misit
omnes incarceratos adduci quos omnes
arthemius conuocauit et eorum manus
deosculans dixit eis ut si quis ire
vellet ad martirium veniret intrepidus
et si quis nollet abiret illesus. lxxv
De passione eorundem sanctorum cetera.

Cum ergo audisset iudex quod marcelli-
anus et petrus illos qui erant
in carcere baptizantes et abire per-
mittentes ipsi sponte in carcere reman-
sissent iussu iudicis introducti
separatim in carcere retruduntur. Marcellinus
quidem nudus super vitri fractum prosternitur
et ei lumen et aqua negatur. Petrus vero
in alio carcere in cippo artissimo constringitur.
Tunc venit angelus ad marcellinum
soluensque et induens duxit ad petrum
Ipsum quoque soluens ambos duxit ad
arthemii domum iubens eis ut vii die-
bus populum confortarent et viii die se
iudici presentarent. Cum ergo marcellinus
et petrus in carcere non essent inuenti
iudex arthemium cum uxore sua et fi-
lia adductos adesse et sacrificare nolen-
tes misit eos tunc obrui. Cum tamen veni-
ssent ad locum sanctus marcellinus in illa
cripta missam celebrauit protegentibus
se aliis xpianis. Et post hec ait mar-
cellinus ad credulos: Ecce nos ledere
potuimus et arthemium cum uxore et
filia liberare nosque ipsi liberi abscedere
sed neutrum fecimus. Quod nos ad hec
Tunc irati gentiles arthemium gla-
dio percusserunt uxorem vero cum filia

precipitantes lapidibus obruerunt. Martel-
lum autem et petrum ducentes ad plateam
nigram que hodie in honore eorum silva
candida appellatur ibi eos decollaverunt
quorum animas vestibus splendidis et gem-
mis indutas is qui eos decollavit nomine
dorotheus vidit angelorum manibus in
celum deferri. unde ipse christianus effec-
tus demum in pace quievit. Passi sunt autem
rome arthemius et uxor eius candida
cum filia paulina anno domini ducentesimo

lxxvi Passio sancti sergii et bachi. Ex
Ea tempestate passi gestis eorum
sunt etiam sub maximiano sancti
sergius et bachus qui cum essent
pallacii principes apud eundem imperatorem de chri-
stianitate sunt accusati. quod ille non cre-
dens duxit eos secum ad templum iovis
cui sacrificans vidit quod illi extra templum
remanentes pollui noluerunt ydolatria.
Unde comperto quod christum colerent primis di-
stinguntur. Et veste militari deposita
cathenis honustos per totam civitatem duci
et sic ad pallacium reduci. christum plenissime
confitentes et cathenis constrictos alli-
gatos longe ad ducem antiochum desti-
navit. Cum vero ante quam ad eum in-
trarent ibi ab angelo confortati fuissent
et sequenti die cum ipso de ydolorum
erroribus disputarent. Sergius in car-
cerem mittitur et bachus extensus nervis
crudis usque ad fluxum sanguinis et dis-
ruptionem ventris a lictoribus laniatur. Ma-
gis quam torturam provocans et tandem
ad vocem dei vocantis expiravit. De
vorandus a bestiis precipitur extra castra
iactatur et advolantes volucres illesum
eum a bestiis servaverunt. donec fideles
eum in tumulo sepelierunt. Eadem die
cum se sergius a socio destitutum lugeret
apparuit ei sanctus bachus indutus militiae
et vultu angelico monens eum ut ne
merore deficeret sed forti animo sequens
ad patriam sibi gloriam promereretur. Igitur
sequenti die antiochus sergium multis
verbis sacrificare monuit sed ille non
acquiescens se potius tormentis expo-
suit et clavatis sotularibus calciatus
ante currum eius xx miliaria cucurrit.
Sequenti vero nocte in carcere ab angelo
sanatus et confortatus. Mane facto
ante antiochum sanus stetit. Volens
quod consentire ydolis rursus eisdem
sotularibus calciatus ad aliud castellum
per xx miliaria ante eum cucurrit et sic

adhuc immobilis data in eum sententia cum
magna multitudine hominum et etiam fe-
minarum que de latebris suis exierunt
ut cum eis mortem sancti sergii
fleant veniens ad locum et voce ange-
lica confortatus flexa cervice decollatus
occubuit cuius sanguis per terram de rupe
absorptus ut nullus gentilium ad locum pre
timore miraculis appropinquaret. In ipso autem
loco a christianis diligenter sepultus est.
post longum vero tempus cum christiani
corpus eius furtim auferre ac transferre
vellent nolens beatus sergius furtim
tolli qui dudum in ipsis fuerat publice
per verbum demandatum tantam circa locum
claritatem ostendit ut castelli custo-
des ignem ab hostibus accendi puta-
rent prorumpentes cum armis eos
in sequendo impedirent premissum tamen
militem corpus sanctum in plumbeo tumulo
posuit donec xv episcopi convenientes ad
locum condignam sibi cum basilicam con-
struxerunt. Horum passio celebratur nonis octobris

lxxvii De sancta eufemia virgine
Eadem quoque // Ex gestis eius
tempestate passa est sancta virgo
eufemia in civitate calcedonia
filia phisophronis senatoris et theodore. Sub
prisco proconsule cum hac erant in carcere
xlix numero sancti per xx dies ibidem
a spiritu sancto inuncti qui simul cum ea
prisco presentati et ab eo interrogati cum
fidem christi constanter profitentes supplicia
se offerrent iussi sunt singuli tormentis
puniri. Cumque per singulos dies torque-
rentur mutuo se ad sustentationem certa-
minis hortabantur. Sic autem prisco presentati
et ab eo commoniti ut deo sacrificarent
marti. Cum quasi ex uno ore errorem
arguerent iussit eos alapis cedi donec
ministri cedentes quasi mortui deficerent
sed cum cederentur facies eorum magis
albescebant. Priscus autem habito consilio
cum appelliano zophista xanorum accusa-
tore iussit eos recipi in carcerem donec
mitterentur ad regem et cum ducerentur in
carcerem prius sanctis quasi fera currens gre-
gem arripuit beatam eufemiam estimans
quod sicut ipse vas infirmum et invalide
erat infirmum vas inveniret et ait
ei honora tempus et formam tuam generis
ne amittas nec notitiam et si corrupta
es verbis in nullo recede et immola deo
marti. At illa cum precibus erectis in celum
oculis deum ihesum auxilium postulasset

Rudit nec mira corporis est fortitudo
christianis sed in virtute spiritus sancti Igitur
corpore quidem mulier constans spiritu autem virili

De passione eiusdem lxxviii co

Tunc proconsul iratus quod annichilare
vinceretur iussit argumentarum sta-
re rotarum et illam in medio
poni ut extensa et contrita
cito redderet spiritum Ipsa autem tormento
rotarum imposita pectori suo Christi signa-
culum imposuit et tyranno insultare ce-
pit Cumque corpus eius per singula mem-
bra constringeretur spiritus eius convalescebat
et benedicens deum orabat tunc confestim
angelus de celo descendens argumenta
rotarum confregit et ministros impalisium
dissolvit Illa autem bona castitate sine
macula et hylari vultu coram omnibus
consuluit eam cum prefectus miraretur intendens
dum nisi sacrificaret et illa diceret eius
nomine tunc se dicere eo quod adiutorem christum
haberet prefectus iussit fornacem cuius flam-
ma per xlv cubitos extenderetur accendi
et intus eam iacere At illa stans hylari
vultu deum benedicebat et ut eam sicut
tres pueros de camino eriperet exora-
bat Cumque ministri eam strenue tenerent
iubente preside ut eam in ignem preci-
perent unus ex hiis sostenes habens
cultellum ad cingulum respexit ad con-
sulem et ait Si gladio me interfici iubes
quia impossibile est michi super istam
manus mittere video enim ante oculos
exercitum candidatorum illam expectantium
Victor autem alius iussit zonam eufemie
solvit et ait Oro te proconsul solve me
abiecta necessitate quia grave est in eam ma-
nus extendere video enim more forna-
cis stantes viros qui ignem dispergunt
et expectantes sanctam immaculatam
conservare volunt Tunc proconsul hos con-
custodiri et alios constitui iussit Cesarius
autem barbarum quidem illam apprehendit
et in ignem proiecit quam angeli sancti
confestim susceperunt ac flammam disperse-
runt Cesarius autem combustus fuit
et virgo stans in fornace media
quasi in platea regem deum honeste
conspiciens expansis quoque manibus eum
benedicens tandem exivit Tunc indignatus
proconsul et appellianus inserunt
asseri serras acutas et sarthagi-
nes ignitas ac pargmenta artis
serrare membra virginis dissolvi per
partes et in sarthagine interponi
ut tamquam pulvis fieret quam serras
posita serre constricte et sarthagines ex-
tincte sunt nichil quoque ei nocuerunt post
hoc in stadio posuerunt et missi leones
duas quoque bestias contra eam dimiserunt
At illi insilientes vestigia eius oscu-
lati sunt Sed ut compleretur eius marti-
rium unus ex bestiis eam momordit
sine more tamen ullum ei fecit et vox de
celo facta est Eufemia ascende et
palmam tuam recipe post vocem sonus
etiam factus est ita ut commoveretur locus
ille et tremuerunt omnes populi Ipsaque virgo
facta oratione tradidit spiritum Cuius corpus
pater eius et mater sepelierunt in loco nomi-
nis complevit autem martirium suum xvi kl octobris

lxxix passio sancti firmini ambianensis

Preterea sub dyo- // De gestis eius
cleciano et maximiano erat in
urbe yberiensi que dicitur pampilo-
na senator in ordine primus et nomine
et opere firmus qui filium suum firminum ho-
nesto presbitero tradidit divinis litteris imbuendum
qui firminus annorum xvii in sanctitate et doc-
trina proficiens ac per honestum a sene predi-
cans ab ipso ad honoratum tholosanum episcopum
missus est ut ab eo ordinatus episcopus christum
ubique gentibus predicaret quo facto firminus
episcopus rediens ad honestum magistrum suum
Anno etatis sue xxxi relictis omnibus
ad gallias pergens andegavis urbem
venit Ibique anno et mensibus tribus
multos predicando convertit et belvacum
contra valerium presidem pugnaturus
pro fide perrexit ubi multociens flagella-
tus usque ad mortem sergii successoris
valerii in carcere clausus fuit Sed tandem
a populo solutus ibi predicavit et bapti-
satis omnibus ecclesiis quoque constructis inde
ambianis perrexit et in xl diebus
tria milia hominum baptisavit Audien-
tes hoc longulus et sebastianus presides
ab urbe treverensi ad ambianensem venerunt
et iussu eorum querentibus cunctis fir-
minum coram se venit accusatum deum
firmissime confitetur christum preses timens
sedicionem populi precepit in carcere de-
collari Faustinianus autem senator qui
eum receperat et quem ipse cathecisa-
verat domumque eius ad baptismum converterat
ad nocturnalem nocte corpus eius rapiens
in cimiterio suo sepelivit Hic faustinianus
fuit pater sancti firmini episcopi de quo
infra dicetur Sebastianus vero preses
post modicum acribus benefactoribus

otiosus est. Hujus sancti passio celebratur vi° kal. octobris. lxxx. Passio sancti Felicis et Adaucti. Ex gestis eorum.

Sed et cum Dyocletianus et Maximianus christianos occiderent duos fratres Felices nomine et presbiteros sibi oblatos ad diversa perfectum miserunt quorum senior cum iussu prefecti ductus esset ad templum Serapis ut sacrificaret exsufflavit in faciem statue et statim cecidit. Item cum ductus ad statuam Mercurii similiter sufflavit et similiter corruit. Tercio quoque ductus est ad statuam Dyane similiter fecit. Tunc reductus ad prefectum in eculeo ponitur et in quibus maleficiis hoc fecisset inquiritur. Qui cum respondisset se non hec fecisse diabolicis maleficiis sed omnipotentis dei beneficiis. Iratus prefectus iussit eum duci ad locum secundo miliario ab urbe Maeotiensi (?) Ibique ad sacrificandum cuidam arbori sacrilege que illic excelsa stabat compelli. Quod cum fieret sanctus Felix genua sua figens oravit et post ab orbe surgens atque in arborem ingentissimam exsufflans eam a radice subvertit et templum eius et simulacra et aram ea corruente penitus contrivit. Quo etiam audito prefectus iussit eum ibi decollari lupisque atque canibus derelinqui. Tunc quidam christianus occultus repente prorumpens in medium palam se confessus est esse christianum. Statim quoque simul ad arboris predicte locum venientes et se invicem osculantes decollati sunt. Illius quoque nomen christiani ignorantes adauctum eum appellaverunt eo quod sancto Felici auctus sit ad coronam martirii. Quos cum quoque sepelissent christiani in fovea quam fecerat arbor eversa pagani volentes eos effodere a dyabolo sunt arrepti. Quicumque eos manum inmittere temptaverunt passi sunt. A iii° kal. septembris. lxxxi. De sancto Adriano et eius uxore Natalia. Ex gestis eorum.

Cum autem Maximianus imperator esset in Nichomedia civitate et sue ydolis ymolaret iussu eius omnibus locis ad supplicia christiani trahebantur. Nam et vicini vicinos et propinqui domesticos pertrahebant. Alii invene (?) pene alii amore pecunie. Inter quos xxxiii in spelunca latitantes et a persequentibus comprehensi sunt. Ferro vincti ad Cesaream pertrahuntur. Sed christianos esse libere profitentes ostenduntur et cedunt et minas eius irridentes ora eorum lapidibus contunduntur et annotata uniuscuiusque responsione ferro vincti per totum corpus in carcerem retruduntur. Tunc Adrianus prior officii militaris ex eorum constantia compunctus dixit eis: Adiuro vos per deum vestrum ut pro quo tanta patimini ut dicatis michi que sit remuneratio vestra quam expectatis pro ista tormenta. Dixit illi inquiunt que oculus non vidit nec auris audivit etc. Hoc audiens Adrianus statim exiliens in medio eorum dixit: Annotate me cum istis quia et ego christianus sum. Quod cum iussor (?) celeriter imperatori nunciasset iratus nimis adductum respiciens monuit et nolentem ei acquiescere ferro vinctum cum prenotatis eum in carcerem tradi iussit. Natalia vero uxor eius cum primatum hoc didicisset scissa veste plorans et eiulans interrogavit pueros cur dominus suus in carcerem reclusus esset. At ille dixit inquit quosdam christianos nolentes sacrificare torqueri. Et cum illis annotari se faciens dixit se cum eis velle mori. Tunc illa que hactenus propter persecutorum celaverat quod esset christiana gaudens mutata veste cucurrit ad carcerem et vincula viri sui deosculans cepit eum monitibus confortare rogans eum ut nichil quod tepat (?) permane (?) inutile de eterna gloria respice sed semper ad celestia et eterna suspirare illa transitoria tormenta time sed infinita maiora inferni supplicia que cunctas exultare post hec vincula sanctorum et pedes deosculans quantum potuit ut virum suum confortarent rogavit et sic omnibus vale faciens iuxta condictum viri sui die passionis eorum notanda ad domum suam perrexit. lxxxii. Quale (?) scelerate rogens vocat eam ad suam passionem recitatur (?)

Post modicum igitur audiens Adrianus diem passionis adesse diem unam a custodibus accipiens pergere notare Nataliam sicut ei cum iuramento promiserat dans quoque unum custodibus egressus est. Cumque ad domum pervenisset audiens Natalia quod Adrianus absolutus veniret estimans eum fugisse de carcere amarissime flere cepit et

surgens contra eum hostium clausit et
ait Non michi contingat colloqui ori
eius qui deum suum negavit Quomodo cum
te separavit a sanctis quibus te seduxit
ut recederes a conventu pacis Cur fu
gisti ante pugnam Heu me non est
concessum michi viri ore spacium
ut vocaretur uxor martiris sed uxor
transgressoris Nunc exultatio modi
ca et michi semper erit obprobrium
Hec et huiusmodi audiens adrianus vehe
menter gaudebit vimque verba fere
iuvenis et ante xiiii menses nupte
propter hoc ardencior factus ad martirium
libentissime ambiebat Cumque videret
eam gravissime tribulari dixit Aperi
michi domina non enim ut putas mar
tirium effugi Sed veni vocare te sicut
promiseram tibi presentibus eciam me
passionis At illa non credens vi
de inquit quomodo seducat me transgressor
quomodo mentitur alter iudas Cui adrianus
Aperi inquit citius quia vadam et
me ultra non videbis et postea lu
gebis eo quod me ante obitum me??
non videris Nam fideiussores dedi
sanctos martires et si ministri me que
rentes non invenerint tormenta pro
simul et mea sustinere habebunt qui
pene iam expensis illatis mortui
sunt Tunc illa statim aperuit et
sibi invicem prostrati cum lacrimis simul
abierunt ad carcerem Discurrens
autem natalia per singulos martires
preciosis lintheaminibus eorum vulnera
putrefacta detergebat et membra
lintheis colligabat lxxxiii de pas
sione eiusdem sancti adriani etc.

Statuta autem die iussit eos im
perator educi qui penis reso
luti quia ambulare non poterant
portabantur Adrianus non vinctis
retro manibus sequebatur Cumque ca
rcere imperator ne putrefacta pene
ante sparsa tormenta subito morerentur
Adrianus eculeum sibi portans
ei presentatur et in confessione permanens
aggravatur multitudinibus diris liguris
gravissime verberatur Itaque ab
eisdem usque ad effusionem viscerum
laniatus et sic in vinculo extensus
in carcere cum aliis recluditur Erat
autem iuvenis delicatus annorum xx
viii Beata vero natalia que singulas

eius responsiones ad martires referebat
ipsum ferro vinctum et supinum iacen
tem quantum poterat confortabat Sed
quoque impacimento iacentes ad eum
manibus irrepebant et osculo ei
eum suis nominibus offerebant Audiens
autem imperator quod multe mulieres eis sedu
le ministrarent iratus ne ultimus ad
eos introirent imperavit Tunc se sancta
natalia tonsoravit et se eis in habitu
virili ministrans ad hoc alias exemplo
suo roboravit Hec autem virum suum pe
ciit ut cum esset in gloria pro ea preces
perfunderet et quemadmodum eam dominus intactam
custodiens absque seculo citius educe
ret Rursus audiens imperator quod
sic mulieres fecissent iussit incudem
afferri ut confractis sanctis cum cruribus
sancti martires interirent Videns autem
natalia ministros venire timens ne
vir suus ex aliorum suppliciis terreretur
Rogavit eos ut ab illo inciperent prius
quam alii perimerentur et sic abscisis
pedibus et cruribus confractis na
talia rogavit eum ut manum sibi
abscidi permitteret quatenus aliis sanctis
qui plura passi fuerant compar esset
Quo facto cum adrianus reddidisset
spiritum ceteri sancti ultro pedes ad carnifi
ces extendentes simul in domino migraverunt
Addunt quorum corpora cum iussisset cremari
iussit imperatorem comburenda portas
sent et inguinem pieceret factus est su
bito terre motus tantaque aeris tem
pestas ut multi ministrorum relinquentes
ea fugerent et multi expirarent fide
les autem cum mulieribus ibi stantes
ab extincto plumbis igne corpora sanctorum
illesa rapuerunt et in navem quandam
davam qui volebat ire constantinopolim
que tunc bisancia dicebatur posuerunt
ut illic intime permanerent donec pace
ecclesie reddita cum ibi cum honore re
ferrent Horum passio celebratur vi ydus
septembris lxxxiiii de vita et transitu
sancte natalie

Natalia vero domi remansit et habens ma
num sancti adriani quasi solacium
vite sue ad caput lectuli sui in illo sancte
te reposuit Non multo post tribunus
quidam rogavit imperatorem ut na
taliam sibi daret in coniugem Erat enim
pulcherrima et nobilissima ac diviciis
cumulata At illa maritus de hoc sibi

loquentibus gaudere se dixit et quia adse-
quandum re autem via ad fugiendum indu-
cias triduanas impetravit et interim
in lectulo pro deum cum lacrimis ne pol-
lueretur rogavit prae maerore et tristicia
obdormivit et ecce unus sanctorum martyrum
ei astans dulciter eam confortavit quaerenti
quod decimo pro dixit quod primus omnium ante
Christum apparuit Sed surge inquit et ascen-
de in naviculam et navigans veni ubi
sunt corpora nostra Ibi cum visitabit te deus
et perducet ad nos Evigilans itaque sola
manum sancti adriani secum ferens navem
cum multis christianis fugientibus ascendit
et navigantes cum multis mili-
tibus insecutus multis eorum fluctibus
repulsis vento contrario vix evasit Ex-
dia vero nocte diabolus in specie naucleri
in navi fantastica clamans naviga-
tes cum sancta natalia unde essent
inquisivit et quo tenderent quibus re-
spondentibus de nichomedia bizantium
navigamus Erratis inquit ad sinistram
pergite ut recte navigetis Cumque
iam vela mitterent apparuit eis sanctus
adrianus qui in navicula sedens et
monuit eos navigare sicut prius
ceperant ne perirent Natalia vero
valde gavisa est cum sanctum adrianum
antecedere cognovisset Cum ergo con-
stantinopolim ante diem appulissent
et ad domum in qua sanctorum erant corpora
introissent Natalie post orationem pre
labore itineris dormienti sanctus adria-
nus apparuit eamque salutans in
eternam requiem adesse venire precepit
que cum evigilans astantibus indica-
sset et valefaciens eis spiritum emisisset
Accipientes corpus eius fideles
inter sanctorum corpora sepelierunt multique
venerantes omnibus deo in perpetuum
fuerunt lxxxv passio sanctorum
simplicii faustini et beatricis sororis
eorum

Eo tempore simplicius et
faustinus fratres rome multa pro
christo supplicia pertulerunt tandem
quod capitalem sententiam subire iussi sunt
et corpora eorum ligato in collo saxo
in tyberim precipitata sunt que sub eorum
corpora soror [illegible] virgo nobilis-
sima beatrix nomine et opere cum quibus-
dam presbiteris et aliis christianis inventa
levavit et ibidem sepelivit in loco qui
vocatur sextum philippi via portuensi
iiii° kal augusti Hanc beatricem prefectum

quod fuerat ei commune cum fratribus eius
vicinus possessor nomine lucretius
ambiret tenere eam fecit ut ydolis
immolaret quam constanter resistentem
iussit per manus interfici quousque cogitaret
de illa nocte non fecit eam a servis suf-
focari quam sancta lucina sepelivit cum
fratribus suis in sexto philippi iiii°
kal augusti Post hec lucretius ambiti-
osus possessor predium sanctorum intravit
et quasi sanctis martyribus insultans amicis
suis convivium fecit Dum autem epularentur
quedam illic mulier erat que filium suum
lactabat qui sub infantulus pannis in-
volutus vocem emisit in medio coram
omnibus dicens Audi lucreci occidisti
et invasisti ecce datus es in possessio-
nem inimici Statim lucretius timens ac
tremens a demone arripitur et per tres
horas ita vexatus est ut in ipso convivio
moreretur Unde timentes omnes qui
aderant ad christianos confugiebant et chri-
stianis omnibus narrabant sancte beatricis
passionem in medio vindicatam lxxxvi
De bona indole sancte christine virginis et rege

Passa est etiam eodem sub eius
tempore in civitate tyro christina virgo
que cum esset infantula non dum
annorum xij. virginitatis patri suo nobili nomine
urbano magistro militum pater eam in turrim
quam fecit excelsam cum xij puellis
induxit deos quoque aureos et argenteos
illic statuit ut eos adoraret et quia
magni decoris erat nunquam ut ab hominibus
conspiceretur inde descenderet que in dilec-
tione dei etiam posita cum thure ad
offerendum in altari ydolorum accipiet
in fenestra adorientem illud pone-
bat stans quod ad fenestram et celum
intuens stellas aspiciebat orans
quod deum in corde suo ingemiscebat
et flebat quam cum ancille prociden-
tes ad pedes eius obnixe rogaverint
ut diis sacrificaret et non deum alie-
num coleret ne pater eius hoc audiens ipsas
cum gente sua quasi seductrices filie
disperderet Illa non constanter resistens
eas pocius a dyabolo et ydolis eius
seductas diceret intravit urbanus
ut videret filiam suam et deos suos
adoraret Cum cum ab ancillis audi-
sset quod filia per vij dies diis incensum ob-
tulisset filiam blande corripuit
et illi deo celi sacrificium offerre se di-
xit At ille verbis eius decipiebatur.

putans quod de sacrificio deorum loqueretur
et accurrens eam osculari voluit Sed
illa exclamauit et ait Non polluas
os meum quia munda oblacionem offerre
volo regi celesti deo Cumque pater eius
adhuc in hostiis eius circuiret putans
quod de ydolis diceret Illa in cubiculo se
recludens celesti deo sacrificium offere-
bat et cum fletu orabat qua orante
angelus ante faciem eius stetit
eamque confortauit Illa autem quasi
in dextris panem candidum et dul-
cem inuenit quem ab angelo benedicta
peciit dicens Ecce enim xii diebus sum
ex quo panem non gustaui Tunc
angelus accipiens panem benedixit
et fregit eique dedit et illa gusta-
uit Facto autem vespere accipiens ydo-
la patris sui confregit et pauperibus
dedit lxxxvii de agone eius sub
patre suo vrbano sequitur

Die autem facto veniens vrbanus
et querens quid de dijs esset
factum cum audisset ab ancillis
quod Xpina eos confractos in plateam
proiecit Iratus eam palmis in faciem
cedebat et interrogabat vbi deos ab-
scondisset Que cum se non adorare
diceret nisi celestem deum et filium eius
ihesum xpistum et spiritum sanctum iratus precepit
eam alligari et in plateis cedi et
iterum boiam in collo eius mitti manus-
que eius et pedes ligari et eam in carcerem
duci Audiens autem vxor eius de fi-
lia sua quod tanta perpessa esset scidit
vestimenta sua ac imposito cinere ca-
piti abiit ad carcerem ceciditque ad pe-
des eius cum fletu dicens Filia mea
viscera uteri mei que mamillas meas
suxisti Quod factum est tibi ut alienum
deum colas Xpina Vidit quod me
filiam tuam vocas cum cognomine tuo
illam que xpina vocetur habeas Nescis
quia nomine dei xpisti saluatoris mei
ipse est qui me ad celestem miliciam
probauit qui me adiuuet eos quia
non nouit eum clamauit Mater hec au-
diens domum rediit et hec omnia viro
suo nunciauit Cum iratus sedit pro tri-
bunali et iussit in familiam sibi pu-
tari nolentemque adorare deos iussit
expoliari et membra eius tenera
cruciari donec xii defecerunt qui eam
cruciabant Que cum adhuc incolume-
te perstiterit et pater suo iniquo impul-
taret Ille non sufferens iniurias iussit ro-
tham afferri et in ea virginem infantulam
alligari ac sub rotha incendii flammas
fieri oleumque desuper infundi Cumque
rotha giraret corpus infantis conquas-
sabat Sed illa orante subito ignis
exiuit et homines mille d. interfecit Ipsa
autem quasi super lectum stratum repausabat
super rotham et erant angeli dei conforta-
tes eam Vrbanus quoque eam deponi iussit
et vemente ante tribunal interrogauit
dicens Dic michi venena quis te docuit
ista maleficia At illa nonne dixi tibi
carnifex in munde quia xpistus me do-
cuit hec faciam ipse me docuit omnem
iusticiam et dei viui timorem propterea te
confundo et sevissima tormenta tua de-
spicio omnesque virtutes tuas vinco cum
patre tuo diabolo Ille victus et confusus
iussit eam ad carcerem duci vbi cum illa
sederet meditans in gloria dei venerunt
in conspectu eius tres angeli afferentes
illi panem et mittentes manus sana-
uit corpus eius totum Illa autem gracias
agebat deo Vrbanus non cum cogitasset
qualiter eam exterminaret noctu iussit v
pueris iussit in collo eius lapidem alligari
et sic eam in mare precipitari quo facto
susceperunt eam angeli Itaque cum angelis
super aquas deambulabat et eleuans
ad celum oculos dominum ihesum xpistum orabat
vt baptismi eius signaculum in eis aquis
reciperet Denique vox de celo dicens quod
eius oracionem dominus exaudisset venitque
super caput eius nubes lucida et vidit
gloriam xpisti sicut se venientem et super
caput suum coronam ac stolam purpuream
angeli quoque cum suauitate odoramen-
torum ante ipsam erant et ympnos psal-
lebant Illa autem cum complesset oracionem
reuersa est ad carcerem glorificans deum
pater non eius vrbanus ea nocte adeo per-
cussus cum multis cruciatibus et tormen-
tis animam reddidit lxxxviii de agone
eius sub iudice dyone

Post hec Palmis iudex nomine dyon aduenit
cum gesta beate xpine offitium obtulit
et cum eam ante tribunal adduci pre-
cepisset videns vultum eius decorum
vocauit eam intra se et blandiebatur
ei ut hominem crucifixum relinqueret
misericordes deos coleret Sed cum nec
blandicijs nec minis posset flecti ira-
tus ille propter iniurias quas ei ingerebat
iussit eam virgis cedi deinde iussit

caminum ericam fieri ac subtus valde incendi picem quoque resinam et oleum mitti / Miseruntque eam milites intus et quatuor ex eis ericina agitabant ac sanctam virginem verberabant qua vivit persistente ac tyranno insultante penas quoque eius ubi tractabatur urbanus dominante iudex ira repletus iussit caput eius radi eamque nudam torqueri ac per publicum de pompari ita quod mulieres omnes videntes clamarent Iudex iniuste erga infantem agis et mulierum genus confundis Iudex autem dixit Virgo tuas veniamus ad templum et adora deum magnum deum magnum celestem ac virgo quia multum te sustinuit que respondit Vndixisti impie et adeo celesti aliene ut offeram oblacionem creatori celi et terre qui me custodiet ab omni tua operacione Cumque de verbis eius gaudet iudex putans quod ad appollinem orandum accederet illa oracione facta clamavit et ait Tibi dico ydolum sine anima in nomine domini mei ihesu christi exi de templo et hic sta Quod cum fecisset intuens hoc iudex Tirtus in faciem cecidit et iterum cum tremore surgens ad virginem clamavit dicens In omnibus prevaluerunt male ficia tua et per virtutem tuam invocacionem moruisti deum omnipotentem appollinem Sed quia multum tibi miseretur et habet super te pietatem obaudivit te et exivit ut videret creaturam suam Illa ad verba eius contristata cum eum dure redarguisset eo quod virtutem celestis dei non cognovisset oravit deum ut statim ydolum illud caderet et harena fieret quod et factum est et crediderunt in illa die tria milia virorum Iudex autem Tirtus ait Si audierit rex prodigia que facta sunt in appollinem per maleficia Vnde male me habet pro hoc et statim in semetipso angustiatus mortuus est Cuius assessor iussit Iulianam incarcerem mitti lxxxiv de extremo eius agone

Post hoc et alius / subiuliano

index nomine iulianus advenit qui gestis eius auditis statim eam sibi presentari fecit que cum ad sacrificandum non posset induci iussit per tres dies fornacem incendi et eam intus usque ad dies v. mitti ac illa cum angelis in fornace deum laudabat et magna vox inde exibat Cumque milites iuliano retulissent se magnos strepites de fornace exeuntes audivisse iussit eam aperiri et invenerunt virginem tamquam de lavacro procedentem deum quoque laudantem deinde iussit Iulianus serpentarium adduci et duos serpentes ac duas aspides super eam dimitti Quo facto duo serpentes accurrentes colligaverunt se ad pedes eius et lingebant plantas eius due quoque aspides accurrentes suspenderunt se super mamillas eius quasi lactantes infantes Item due vipere dimisse colligaverunt se in collo eius et lingebant sudorem eius que in celum respiciens dicebat gratias ago tibi domine ihesu christe qui dignatus es me serpentibus istis notam facere et sudorem laborum mei extergere Iulianus ad serpentarium dixit Iungimus et tu magicatus es excantando bestias irritans ut non tangant eam Serpentario non illas irritante impetum in eum fecerunt et ipsum occiderunt et ad eum nullus audebat accedere et serpentes tollere Sancta virgo oracionem faciens iussit eos in nomine domini in loca sua abire nemini quoque ledere et statim abierunt Illa iterum oracione facta serpentarium a morte suscitavit qui surgens ad pedes eius cecidit et deo eius gratias egit Iulianus ait Virgo iam nunc sufficiat tibi omnes artes tuas magicas ostendisti At illa insensate inquit non viderunt oculi tui virtutes quas deus celestis fecit qui iratus mamillas eius abscidi iussit et pro sanguine lac exivit Deinde linguam eius abscidi precepit quod illa audiens deo gratias egit et ut cicius vitam finiret oravit et vox insonuit virgo immaculata aperti sunt tibi celi et regnum celorum repositum est tibi omnis chorus sanctorum benedixit deum propter te quia in infancia tanta sustinuisti propter me Et vox iterum facta est Veni virgo coronam eternam accipe et bravium confessionis tue Hanc vocem de celo factam audiens Iulianus iussit cicius abscidi linguam eius que prius lingwe sue porcionem accipiens in faciem Iuliani proiecit et oculum eius percuciens excecavit et magna vox de ore eius exivit dicens Iuliane immunde contempnate in tenebris organum corporis mei mandicare desiderasti et linguam meam

que celestem deum benedicebat abscidi
sti. Ideoque iuste et hunc tum perdi
sti. Hanc in iniuriam illians non fe
rens misit iacula duas sagittas unam
contra cor eius et alteram per latus
sicque martirium suum complevit ix kl au
gusti. Venit autem quidam de genere eius
qui etiam peccatum in ipsum crediderat
et martirium eius in templo appollinis
celebravit eamque ibi collocavit. xc

De sanctis cucufato et felice et gestis eorum

Ea quoque tempestate
passus est sanctus cucufatus qui in s-
cillitana civitate nobilissimis
ac ditissimis natalibus ortus
una cum sancto felice eiusdem civitatis
eque illustrissimo cesaream maritimam
licet liberalium studio inservit quo
cum nantes scolis promulgati fama
compissent persecutionem paganorum morientes
patribus efferbuisse. Mox cum inclitum
spiritu varietate non paruco etiam
navium uno se contulerunt occidentali
plage sub negociatorum specie ac nomine
sicque barcinonam appellentes repererunt
etiam memoratis partibus impietatem
persecutionum usque quaque grassari. Unde
tempus in imminere intelligentes quo illa
timus brevi tempore seminaret centum
in gaudio pretio meteret. Ceperunt
operibus pietatis et elemosinis quibus
sedule fuerant assuefacti largius in
sistere nec non verbum salutis privatim
et per domos ad se confluentibus predi
care donec universa que attulerant
officiis minime potuissent impendere
et sic demum publice christum confiten
tes et predicantes se ipsos ut contra
rei demonstrarent superimpendere. Quo
et unanimi condicto beatus felix ad ge
rundensem civitatem transmeavit ubi
divinis muneribus se exercens gloriosum mar
tirium consummavit. Beatus autem cucufa
tus in barcinona urbe perplus re
manens una cum constantissima et
aptissima fide predicatione et mi
raculis resplendere cepit et totam
terram circa civitatem. Exivit demones
solo verbo expellebat et virtute dei
confitentes etiam credentium finibus
perturbabat. xci

De agone sancti cucufati

Hoc audiens persecutor
galerius directis militibus eum
sibi offerri iussit. Cui tribunali
pro assistenti dixit. Cur numinis
insanissime rebellio proclamat contra
lis qui principum iussa contempnis et
deorum maximorum cultum refugis. Ad que
sanctus constanter. Quibus ius inquit impie
tissime cultum impias exhibere qui non
dei arbitrio. Sed arte fraudis dyabolice
et stultissimorum hominum tibique similium
soliditate adinventi sunt atque compacti.
Hac iussione galerius nimis furore
succensus et se ipsum abire non capiens
tortoribus eum tradidit dicens. Ta
diu torquete eum quam diu extorqueatis
ab eo spiritum. Cumque xii milites cum massis
plumbeis et exquisita crudeliter eum ipse
torquerent intantum ut eius interiora
dirissima flagellorum torsione disrup
to corpore paterent clamavit dicens domine
ihesu christe ostende virtute tua super incredu
los ut videntes aut credant et con
vertantur aut pereant et destruantur.
Impiissimum autem galerium qui se rapide
insaniuit in furorem suum. Sic non est per
destinatus adinvicem gladio tuo trag
intime. Hac eius oratione completa viden
tes milites qui eum torquebant in
testina eius intrare perfusa cecati
sunt. Galerius quoque cum omnibus
ydolis suis est repente contritus. Sed
non inter visceribus malum receptis
deo tuens et divina operatione sanatus
suis gratias agente omnis quoque populi
laudaverunt deum dicentes. Tu es verus
deus quem cucufatus colit. Ut autem
hec ad presidis maximiani notitiam perlata
sunt iussu eius viri crudeles carthenarum
cum ponderi fatigatum ad ipsum galerium
perduxerunt. Qui interrogatus ab eo quem
deum colet. Respondit quare sub dubie
tate de deo interrogas quasi aut plures
dii essent aut ipse qui deus est diminu
sit ego enim deum alium nescio preter
verum deum qui fecit celum et terram
quem corde credo et omni studio predi
co. At ille: Si verus deus est tuus
quem tu dicis nunc eripiat te de
manibus meis et de speratis tibi tor
pientes capita firmo rectoque gradu ad
hospicium beati genciani de quo educti fuerant
redierunt ut quem eum exhortando convicte
fuerant tum eos simul in requie dormi-
rent passi sunt autem tercio ydus decembris

C.xlii. Passio sancte macre virginis Ex gestis

Rictiovarus autem veniens in eius
remis civitate augustana comperit macram
virginem xpisti mirabiliter predican-
tem quam sibi exhiberi iubens ait Con-
sule tibi ne florem iuventutis tue amit-
tas Si autem consiliis meis acquieveris et diis
invictissimis ymolaveris multis sumptibus ab im-
peratoribus ditaberis Cui virgo Pecunia
mea xpistus est pecunia autem tua tecum
sit in perdicionem Tunc furore accensus iussit
eam torqueri eiusque mamillas amputari
et post hec eam in carcerem omni luce pro-
clusam mancipari Panem quoque et aquam
ei denegari Circa noctis vero medium
subito celestis lux magna carcerem totum
replevit et ecce vir canicie aspersus attu-
lit ei unguentum miro odore refectum
dicens Ego missus a domino ihesu xpisto hoc
unguentum attuli ut pectori tuo mamil-
le reintegrentur que virgo ait Absit a me
ut per mamillarum restitucionem coronam michi
a deo preparatam admittere negligam Cre-
ator tamen omnium carnium et restitutor sa-
nitatis si vult michi incolumitatem
geminam exhibere exhibeat potens est
enim utrasque salutes spirantes in se salvare
Tunc oracioni incumbens cum diu lacrimis
terram madefaciens orasset restitute
sunt mamille eius ut prius Iuxta crastino

non preses eam sanatam vidit ea sanitati
reddita dixit ei Quis te incolumitati red-
didit Cui virgo dominus meus omnipotens
xpistus ihesus At ille adhuc insaniens quia
non times xpistum nominare Tunc iussit acu-
tissimas testas expandi et prunas in-
mitti corpusque virginis desuper volutari
quod cum fieret ignis sue virtutis oblitus
est Et cum illa gratias ageret et oraret ad
celum perrexit iiii° ydus ianuarii In territorio
remensi et prope locum suo corpus eius
sepultum est Post multos annos apparuit
eadem virgo per visionem cuidam bubulco nomine
leodulpho et ostendit ei locum ubi condita erat
iuxta quandam ecclesiam beati martini et corpus
eius honorifice levavit quod ille narravit
incolis. Postea vero vir quidam venerabilis
dangulphus nomine tempore karoli ecclesiam
ei miro decore construxit et corpus eius
ibi collocavit iiii° kal iunii C.xliii. De sancto
puero iusto et eius peregrinacione Ex gestis eius

Passus est etiam sub rictiovaro sanctus
Iustus adhuc puerulus qui apud
urbem antisiodorum clara satis pro-
sapia in tenera etate virtutum maturitate
floruit inter alia etiam pluresque sanctitudinis
preconiam obtinuerunt huius pater iustinus
mater felicia dicebatur digni qui talem
generassent ut iustus anticipari mereretur
huius iustum frater iustinianus furtim de civi-
tate illa puer iam dudum fuerat sublatus
et ambianis deductus est cuidam negocia-
tori nomine lupo in servum venundatus Cum
ergo puer iustus xv annorum esset hec eius
de primo suo diutius in visione revelatum
est quod ambianis homo bone nomine lupus
eum ad servicium suum detineret quod cum puer
suo revelasset et ille nolens illuc pergere
solum itineris quereret Iustinus ait Ego
tecum vadam Cumque iter simul cum patre
obsisteret et puer apud patrem insisteret
pater animadvertens rem divinitus agi tandem
filio suo non invitus consentit Perrexerunt
ergo simul et cum ad militonem se castra
pervenissent ceci et claudi in introitu por-
te ambes elemosinam vociferando petebat
quibus ecce refocillatis benignus puer
sibi tunicam detraxit et unum eorum quem
veste carentem aspexit eius inopie com-
paciens induit quam ob rem cum argueretur
a patre quod alteram non habens vestem suam
erogasset eius indignacionem prophetico te-
stimonio mitigavit dicens Beatus qui
intelligit super egenum et pauperem etc.
Cum autem ambianis pervenissent accessit

ad lupum negociatorem dacium quendam fratrem pro
victionarium meticulosum occultum. Cum enim pecunias
obtulissent et fratrem suum captivum recipe-
rent lupus cognito quod dacii essent
precepit ut ad eius hospicium illa nocte de-
clinarent pollicitus se eis totam domus
sue familiam ostensurum ut si inter eos quem
querebant admiratio (?) precio reducendi eum
copiam haberent. Introgressis igitur domum
omnes famulos suos exhibuit et quis
eorum propinquus esset inquirere cepit. Cum-
que puer sanctus oculos circumferret vidit assi-
stentem cum accensa lampade quendam
puerum et hunc esse quem querebat re-
cognovit germanum. Unde vehemens stu-
por omnes qui aderant invasit quali-
ter illi revelatum fuisset. Cum etiam pater eius
qui provecte esset etatis hunc ignoraret.

Cxliiii De passione eiusdem sequitur.

Interea qui forte aderant exploratores nun-
ciaverunt prefecto venisse in domum lupi
peregrinos vincentes (?) urbi dacios. Quo audito
tyrannus ille cuius crudelitas nichil magis
quam dacorum sanguinem sitiebat observate
inquit ne ab urbe discedant donec
obtutibus meis puniendi offerantur. At
lupus de salute hospitum sollicitus nocte
concitatos secreto ut fugam maturarent
admonuit et propinquum quem poscebant
absque redempcione cum eis repatriare
concessit. Mane autem milites observatores
lupi domum irrumpentes eos iam non
invenerunt et confusi hoc prefecto retu-
lerunt. Tunc missi sunt pueri impii
in equis velocibus ut fugientes redi-
re facerent aut nolentes occiderent.
Illi vero dum iuxta quendam fontem pran-
derent et quievissent puer sanctus sacro
spiramine afflatus quod sibi immineret
presensit. Licet enim in sectatoris carnifi-
cum latere poterat qui cuncta videntem
corde gerebat. Totusque iam in celesti-
bus membra mox lucitura corporis no-
lunt refice esca. Dixit quoque parentibus ut
cito comederent eo quod tortores eos
sequerentur. Et ipse interim in eminenciori
loco quasi in specula stans aspiceret
contra eos qui veniebant. Cumque in-
venes (?) appropinquarent et parentes ad mitum (?)
prius in nemore se celarent puerum in-
terrogatum et respondentem se esse dacium
occiderunt. Amputato autem eius capite
truncatum corpus sumens illud ma-
nibus immobile perdurabat et lingua
palpitans ac si integro vigeret in corpore
deo supplicans ut se respiceret eloquebatur
quod intuitum persecutores ut viderunt
cum timore magno reversi prefecto re-
tulerunt.

Cxlv De translatione capitis eius

Comites etiam absconditos eius
et ultra quam dici posset admi-
rantes lingua pueri sic palpitans
postquam horrore miraculi persecuto-
res abegerat ut eum sepelirent edocuit
et ut caput pro consolatione matri deferrent
monuit. Eique diceret ut si filium cernere
cuperet eum sequi ad supernam urbem stu-
deret. Confestim autem lux eum circumfulsit
et cum ea pariter ad celos migravit.
Sepulto igitur corpore in territorio belua-
censi in quodam spelunce edificio ede-
ra cooperto sicut eos docuerat antisio-
dorum regressi sunt quibus etiam mater
pueri felicia gaudens obviam processit
et filium quem non vidit requirit. Cumque
rem ei gestam enarrassent nimio se pre
gaudio ferens sumpto retinent (?) capite
lacrimarum inundacione perfusa xpo grates
agebant et filium ut sui memor esset
exorabat. Tunc sacrum pignus sin-
done obvolutum et cera repositum
a laquearibus domus inclusum (?) suspen-
derunt et accensis nocte luminaribus fra-
tres in (?) persistebant vigiliis. Cum repente
fulgor nimius de celo lapsus domum
illam illustravit et insuper totius am-
bitum urbis. Unde sanctus amator episcopus
tres presbiteros illuc mittens audi-
ta passione sibi insti (?) cum processione
caput eius in ecclesiam detulit et in
secretario ubi ipse sepeliri decreverat
collocavit. Ipsa autem hora puella
xvi annorum ceca nata ad tumbam
eius accessit et orans lumen oculorum
recepit. Julosco (?) autem sepulture eius
in territorio beluacensi basilica nominis
eius constructa est et longo post tempore
ut maiore populi frequencia celebra-
retur ossa eius beluacum deportata
sunt et in secretario beati petri honori-
fice reposita. Huius passio celebratur
xo vo kalendas novembris

Cxlvi Passio sanctorum crispini et crispiniani etc.

Sancti autem crispinus et crispinia-
nus qui cum quintino et ceteris
de roma in gallias venerant
successionis sue civitate peregrinaci-
onis hospitium elegerunt ubi sequen-
tes doctoris gencium magisterium
ut necessaria vite labore manuum sibi

prudent artem sutoriam que quiete operari possit didicerunt et cum omnibus pene artificibus operarentur elegancius cultiori decore operis tractata explebant. Unde etiam plures gentiles eorum amore devincti non tam utilitate artificii quam amore verbi dei ad eos frequenter veniebant et relicto errore deum vivum credebant. Deinque hii sancti viri a Rictionaro comperti calciamenta pauperum sarcientes repti sunt quos post multas infragationes contentos ad Dioclecianum iussit fustibus cedi deinde sudes in ungulis eorum immitti et corrigias singulas de dorso tolli quibus inter acrimos dolores orantibus sudes de ungulis eorum exilierunt et ministros penetrantes quosdam interfecerunt quosdam vulneratos cruciaverunt. Deinde iussit Rictionarius molas ad singulorum colla suspendi et yemis tempore in fluvio Axona vel sub glacie demergi. Sed eos aqua ingere nec petra premere nec frigus stringere potuit quinymo quasi estivis lavacris delectati protecto mola molari honore ad alteram fluminis ripam devenerunt. Postea missi sunt in plumbo liquefacto demergi quibus in plumbo orantibus exiliens gutta plumbi fervens in oculum Rictionarii graviter illum dolore cruciatus excecavit. Postea picem et oleum et adipem simul bullire iussit et sanctos martires ibi precipitari. Sed mox eos orantes angelus ab igne illesos eduxit. Tunc videns Rictionarius se adversus milites christi nichil illatis prevaluisse suppliciis se se contra furens in ignem precipitavit sicque morte pessima consumptus est iusto dei iudicio agente ut qui multos milites igne interemerat ipse ad ignem eternum descenderet igne consumptus.

Cxlviii De morte eorum et sepultura

Hec videntes sancti diu precabantur ut eos ad terminum ereptos ad se venire iuberet. Precibus eorum eadem nocte revelatum est quod illucescente die premium suum in crastinum reciperent et sic factum est. Nam Maximianus mox audita satellitis sui perdicione Crispinum et Crispinianum gladio puniri iussit. Actum est hoc viii° kalendas novembris. Corpora autem eorum a carnificibus bestiis et avibus voranda sunt derelicta sed christo custodiente ab eorum morsu manserunt intacta. Fertur autem ab angelo senem quendam esse commonitum cui germana erat contracta cellule vetula ut sanctorum corpora colligeret diligenter humanda qui mox assumpta germana ad locum properat ubi decollati iacebant et quia ipse Axone flumini erat ad cellulam pauperum duo naugio facillime poterant. Sed nec navis in promptu erat nec navigandi ingenium nec virum contra fluminis impetum pauperibus et infirmis fiducia suppetebat. Pervenientes tandem ad locum sibi ab angelo ostensum corpora repererunt a bestiis et avibus intacta et in amplius nante divina providencia. Tunc cum fiducia tollentes singuli corpora singulorum quasi liberi ab oneribus gradiebantur ita inoffenso vestigio ut putares eos non honera ferre sed ab honoribus ferri. Ingressi quoque receptam naviculam velociter pergebant absque remigio et gubernatore et sic contra fluminis undam et hoc consultantes miraculo ad vicinam tellule sue ripam pervenerunt deportataque sanctorum corpora clam in tugurio suo cum gaudio sepelierunt. At ubi persecucio cessavit honor eorum devotis plebibus sermone indicio patuit ac miraculis coruscavit.

Cxlix Passio sanctorum Rufini et Valerii. Ex gestis eorum

Eadem tempestate passi sunt in territorio Suessionensi Rufinus et Valerius sub Rictionario Galliarum prefecto xviii° kalendas iulii. Hic enim prefectus Remorum civitatem ingressus dum ibi residens christianos urgeret ut ydolis sacrificarent. Aliquando cum per aggerem publicum iter carperet erat ei in quodam loco congrua res publica conservanda iuxta Vidulam decursum ubi Rufinus et Valerius recta viam iudicis conservabant. Cumque audisset sanctorum religionem in illo loco nimis pollere statim frendens dentibus ut canis precepit ut quos dei famulos inquiri quos vinctos ministros tenuerunt et catheis constrictos ei obtulerunt. Cui dixit eis quos deos colitis aut cuius sacre religioni intenditis iovis an dyane. Cum viderint iovem in adulteriis generatum corporum suarum molatorem cognoscimus et dyanam inertem silvarum compita tenentem non colimus. Sed deum vivum et verum ihesum christum cum sancto spiritu adoramus. Tunc ille vociferando dixit eis Infelicissimi omnium hominum infestam nos dum affirmatis proinde virtutem qui in potestate sua continua devenerat

multis civitatibus intimavi vos et vide-
bo si deus vester de manibus meis eripiet
vos. Tunc catthenarum ligamine sancti con-
stringuntur, ita ut astantes increduli mi-
rarentur qualiter tam vasta pondera portare
possent. Sed illi in Christi nomine confortati
tamquam levissimas plumas omnia por-
tabant et benedicentes deum orabant.
Cumque nec promissis nec minis flecte-
rentur, iussit eos prefectus ceruleis contendi
et plumbatis cedi. Cum autem torquerentur
dicebant: Multe tribulationes iustorum etc.
Iamque multis flagellis omni compage dis-
rupta mox ossa cedebant, solo tamen spiritu
palpitabant. Ieiuniorum quoque abstinen-
tia macerati erant. Sed mente robu-
sti in domino permanebant. Tunc ait pre-
fectus ministris: Tollite eos hinc et in er-
gastulo recludite donec excogitare
possim qua morte crudeliter eos de-
beam consummare. Reclusi itaque iucunde
psallebant, et in ipsa nocte propinquante
iam luce cum se sopori dedissent, angelus
domini claustra carceris fortissima perforator
irrupit et cum magna claritate loco
illi refulsit ac super capita eorum coronas
illapsas mirandi colore et quasi sma-
ragdini lapides resplendentes deposuit
et ait: Ruffine et Valeri viriliter agite,
dominus vos inter electos sibi milites celerius
iubebit adesse ibique perpetuis coronis
a domino vobis preparatas. Mane autem facto
prefectus iussit eos sibi presentari. Vidit quod fa-
cies eorum roseo perfusas rubore et reli-
quam corporis partem ut liliorum candore
fulgentem. Tunc dicens eos in arte magica
confidere iussit eos decollari super litus in-
dole fluminis. Nec multo post dum ad Ire-
morum opidum ducuntur, cum sacerdotum
choris et populorum turbis feretris impositi
in loco ubi nunc ossa quiescunt assignati
ne moveantur perpetuo ibique nutu dei
quiescere voluerunt ubi pauperibus elemosinam
larga manu porrexerant. Cxlix De
passione sancti Demetrii thessalonicensis. Anastasius.

Cum autem imperator Maximianus
in thessalonicensium degeret civi-
tate, pie religionis auditores
persequebatur et interficiebantur. Ab eo
inter quos erat beatus Demetrius mani-
festum faciens semetipsum sine timore
quia a iuventute et bona egerat opera
et alios docuerat. Docebat enim qualiter
dominus noster descenderat ad terram
de celo et hominem qui mortuus fuerat
peccato vivificaret sanguine proprio. Cum hec
et alia multa predicaret, quidam minister
imperatoris qui ad capiendos christianos fuerat
deputatus tenentes sanctum Demetrium im-
peratori Maximiano obtulerunt. Contigerat
enim eum ire ad stadium civitatis propter eos
qui ad singulare certamen fuerant con-
gressuri. Illic enim parabatur per quasdam ta-
bulas circulus circumseptus, unde suscep-
turus erat eos qui ex adverso in medium
theatrum se impugnarent, quia delectatus
erat ei aspicere humani sanguinis effusione.
Cumque ita fuisset congressio, Liens quidam
gladiator qui ad magnitudinem virium
et frequentiam victoriarum imperatori carus
habebatur mortale suscepit ictum et fecit
extrema ei confusione. Cum autem imperator
ad palatium reversus esset et ei quidam
de Demetrio suggessissent, statim per-
motus in proximo loco in quo fuit retentus
iussit eum lanceis perforari. Ita beatus
Demetrius bone confessionis martirium con-
summavit, corpusque eius religiosi noc-
tu sumentes ne lesionem aut iniuriam
sustineret absconderunt. Cum autem
iam fuisset multum martirium divulgatum,
multa eius virtutis ac sanctitatis insignia
facta sunt hiis qui fide eum invocabant.
Leontius quidam deo amabilis homo
qui continebat sanctissimi martiris corpus pre-
dibus amplioribus dilatavit et erexit
ibi oratorium in honore sancti martiris Deme-
trii. Cl De quodam eius miraculo etc.

Marianus autem cum quidam prefectus thessa-
lonicensis cum esset deo et ho-
minibus acceptus, dyabolus invidens
bonis operibus eius ut temptaret expe-
tit sicut Iob quem diversis vicijs temptavit.
Sed dei gratia suffultum reperit insuperabi-
lem. Postmodum non mundi divitias
ei auferens ad ultimum etiam gravi eum
percussit infirmitate ut solus lin-
gue quasi assidue deum laudabat
ei relinqueretur. Cumque dyabolus in specie
hominis eundem furor eius inebriaverat
ordinet dicens: Si dominus tuus super te
hanc voluit sanabit, et mox egressus
fuisset eadem dominus suos replicaret
dicens quia mea pars audiat nova
decorum et angelorum. Respondit Marianus:
deus absque cuius nutu nichil fit potest
me salvum facere, sed certa habeat quod
sive sic sive demum fiat voluntas dei.
Tum confestim sompno correptus
audivit beatum Demetrium iubentem

ut mechaniam suam desereret ibi eum sa-
naret. Quo cum delatus esset item
obdormiens dixit In visu beatus mar-
tinus xpistus te sanat qui erigit elisos Evi-
gilans igitur cepit narrare visionem
et cum ad id ventum fuisset ubi martinus
dixit xpistus te sanat qui erigit elisos
sanus surrexit gratias agens deo. Hic
tor huius martini sollempnitas qui multis
preter hec claruit miraculis celebratur
viiii ydus octobris cuius vita Anastasius
de greco in latinum transtulit et imperatori
Karolo transmisit. Cliii De conversione affre
per sanctum narcisum et gestis eius etc.

Eadem quoque tempestate qua dyo-
clecianus fuebat insania apud
Retiam in civitate augusta sup-
veniens Narcissus episcopus nesciens quo
introiret profugus ad meretricem ingressus
affram nomine cum dyacone suo fe-
lice. Illa autem videns honestos viros
advenisse estimans impudicos pat-
teriam et omnia que solito more cum
tribus puellis suis parare consueverat
Episcopus autem veniens librum cepit orare
cepit et psallere. Affra autem audiens
et videns que numquam audierat nec
viderat stupore ducta cepit inquirere
quis esset et dixit hunc esse episcopum xpistia-
norum. mox ad pedes eius cecidit et
ait Domine indigna sum et misera quoniam
nulla me turpior invenitur potest. Cui nar-
cissus episcopus ait Salvator in cuius pres-
sentia tactus inquinari non potuit Ca-
ritas illius omnes sordes diluit
atque mundavit Nam et sol luce sua
cuncta cloacas et lutulentas aquas
sine sui coinquinacione fundit Unde
et tu filia ~~tua~~ suscipe iste lumine fidei
ut purificata ab omni peccato possis de-
monio fugato introitum perpetue claritatis
gaudere. que cum verba eius puellis
suis retulisset Responderunt Digna
eminencia et cupia Tu nostra domina es
et si secute sumus te ad inquinamenta
facinorum quomodo non sequimur ad indul-
genciam peccatorum. Deinde episcopus cum dya-
cono suo totam orando et psallendo
pertransiens noctem simul affram cum suis
puellis convertit ad fidem. Mane autem
dicto cum ab ea inquireretur ubi esset
qui introivit ad eam Fudit eos abyis-
se ad sacrificandum. Tunc abyt ad
matrem suam et dixit ei. Episcopus xpia-
norum venit ad me nesciens quo in-
traret et per totam noctem expandit ma-
nus suas ad dominum sursum nobis que fecit orare
secum. Circa nos gallorum cantus extincto
lumine cum illud accendere vellem non possem
dicente episcopo veni lux mea de celo ostende
faciem tuam et salvi erimus venit fulgur
de celo sicut sol venit ut tonitruum et non
recessit sed tam diu stetit quamdiu au-
rora inciperet et dum ille finisset oracionem
iussit nos videre amen lux autem illius
fulgoris paulatim recessit ab oculis nostris.
In crastino autem se ostenderunt in qui inquiri-
ebant ei ut excomitem tenerent et occide-
rent Ego autem eos abscondi in fastinas
hos deliros timens ne scrutaretur locus
si iubes mihi hunc eos transire facio quia
promisit me sanam fieri et peccata mea de-
leri Adhuc mater eius gaudens ait preter
deus ut et in hec convertat Vespere autem
facto narcisus ab affra rogatus ad ma-
trem eius migravit et illa gaudens
per tres horas placatas illius tenuit obse-
crans ut et eam faceret aspectus mundari
qui indicens eis vii dierum ieiunio pre-
cepit eam ut id quod voluerat ei eiudent
exponerent hylaria videt parentes mei
genere cypri fuit et venerunt inde cum
sacris veneris et colui veneris non potest in ab-
hus feminis que meretrices fuerint Deinde
ego filiam meam sacris veneris consecravi
quasi dee neu futuram et demetrio
placaturam in prostibulo manere permisi et
credens hoc quo in esset propiciatura venus
si filiam meam dominus eius imitacionibus
occupassem Nam quanto plures amato-
res potest habere mulier que veneri sunt tan-
to plus veneri placere posse a sacerdotibus
veneris affirmatur. Cliiii De manifestacione
demonis et morte sancti narcissi etc.

Audiens hec vir dei narcissus episcopus
ingemuit et lacrimas fudit dixit-
que ad felicem dyaconum suum surge
frater et demus lamentum super istam talem
cultricem et rogemus dominum ut ubi habun-
davit iniquitas superabundet et gracia
Factum est autem cum orassent apparuit
egipcius quidam nigrior corvo nudus
et undique elephantinus toto corpore
plenus et cepit dare mugitum et
dicere O sancte narcisse quid tibi cum
ecclesia mea quid tibi cum ancillis meis
quas ego semper de familia mea habui
deus tuus mundas amat et munda cor-
diligit iste iam mee sunt altius esse
non possunt Tunc sanctus narcissus dixit

et dic michi dampnate, scis ihesum xpistum
dominum meum nazarenum tentum flagel
latum affixum cruci et mortuum
et sepultum dic sciam resurrexisse
Scis hoc sciam Respondit demon utinam
michi hoc nescire licuisset. Illa hora
qua crucifixus est princeps meus fugi
eius a facie eius in templum dei se
misit Ideo velum templi scissum est
quia virtutem persequentis ferre non po
tuit qui et cathenis igneis est re
ligatus Sanctus ait Quid peccavit
dominus meus ihesus xpistus ut tanta pa
teretur Cui demon Non pro suis peccatis
passus est sed pro alienis. Et sanctus dixit
de quo abissus mulieribus in munde spe
quia dominus meus passus est et pristis
que ad eius fidem et gratiam conuertunt
Cui demon Jube me manere ista noc
te Cui episcopus Si potes inquit manere
mane Tunc demon dire vocis ulu
latum terribilem emittens inferius comput
Rogauit autem antea sanctum episcopum dicens
fac pietatem super me et da michi vnam
manum in pietate. Cui episcopus et tu michi
iura in nomine dei mei quia statim
inficias quem dedero. demon quod dixit
ei periurium qui nos cum principe meo vi
cit mos dixit ei episcopus. Vade et nunc
fontem alpium vitiare vnde nemo potest
aquam bibere non homo non pecus non
fera aliqua quia draco ibi habitat et
flatu eius omnes qui ad fontem accesse
runt moriuntur. Hinc inficite et manum eius
in tuam redige potestatem. Tunc exclamat
demon dicens Septem medio sunt insuper et
ligauit me iuramento ut amicum
meum occidam quem si non occidero
compellar ire in abyssum. Tunc demon
abscessit et occidit draconem et liberatus
est fons ad usus hominum. Predicans autem
plurimos episcopus docuit eos verbum dei
et baptizata est hylaria cum filia sua
affra et cum puellis suis et cum omnibus
ceteris suis. Fecit autem hylarie domum
ecclesiam et ordinavit zizinum auunculum
affre presbiterum. Ipse autem sanctus narcisus
presbiteris in ordine rebus post menses ix
ad hyspaniam est profectus ad ciuitatem
quandam in qua multum populum deo per tres
annos acquisivit palmam cum sancto
dyacono suo felice attingit. Cuius passio

Apud acta sancte affre sub notate
bo persecutione commota contra
christianos sancta affra comprehensa
et a iudice commonita ut sacrificaret ne
inter tormenta deficeret. Respondit. sufficiunt
michi peccata mea que ignorans deum ges
si. Quod autem iubes nunquam faciam. Xpistum ad
oculos meos habeo. ipsi cuncta et peccata
confitebor. Et quia non sum digna ei sa
crificium offerre ego ipsa pro nomine eius
cupio sacrificari ut corpus in quo peccaui
dum penas sustinet passum abluatur. Iu
dex dixit Ut quid ut audio meretrix
es Sacrifica quia aliena es a deo tuo.
Affra respondit. Dominus meus ihesus xpistus dixit
se pro peccatoribus descendisse de celo. Nam
ewangelium eius loquitur quod meretrix ri
gauit pedes eius lacrimis et indulgen
tiam accepit et meretrices et publicanos
numquam despexit quibus etiam secum
eos manducare permisit. Iudex dixit
magis sacrifica ~~ut diligaris~~ ut diliga
ris ab amatoribus tuis et sicut es di
lecta ab eis amicus et conferant tibi mul
te delicie Affra respondit. pecunias execra
biles iam nunquam accipio. Nam et quas
habui proieci quia non fuerunt de bona
conscientia. tamen pauperes coortum ut eas
dignarentur accipere et precibus meis orare.
Tunc iudex nequissimus dictavit sententiam
dicens. affram publicam meretricem que
se xpistianam professa est religione et no
luit sacrificiis participare viuam incen
di precipimus. Statim quod rapta carnifi
ducta est ad insulam fluminis que dicitur
lecte. Ibique eam expoliantes stipiti
colligauerunt. At illa eleuans oculos
suos ad celum cum lacrimis orabat
dicens. Domine deus omnipotens ihesu xpiste qui
non iustos venisti vocare sed peccatores
ad penitentiam Accipe in hac hora passionis
penitentiam meam et per hunc ignem corporalem
qui corpori meo paratus est ab igne eterno
me liberans qui et mansit simul et corpus
concremit. Cocius dicens et expletis fecundata
sarmentis igne supposito vox eius audie
batur dicens Gratias ago tibi domine ihesu xpiste
qui me dignatus es hostiam habere pro nomine
tuo qui pro toto mundo solus hostia obla
tus es in cruce iustus pro iniustis bonus
pro malis benedictus pro maledictis dulcis pro
amaris mundus a peccato pro peccatoribus vnus
tibi offero sacrificium qui cum patre et
spiritu sancto regnas in secula seculorum. Amen.
Et hec dicens emisit spiritum. Eius passio

Stabant sancte hylarie matris eius
autem ... cum tribus puellis eius
ripam fluminis digna eminencia

cuspia que fuerant ancille eius et sil
typito et simul cum martino episcopo baptizate
et rogauerunt milites de barcha ut eas
ibi tumularent. Cumque ibi tumulassent eas
inuenerunt corpus integrum pueri ante
qui cum ipsis erat tumulatum. Et nunciatum
autem hylarie matri eius que venit noc
te cum sacerdotibus dei et tulit corpus
eius et posuit in iuliano ij° a ciuitate
augusta in monumento quod sibi prius con
struxerat. Quod factum intimatum est iudici
et misit ad ipsum monumentum dicens
Ite et comprehendite eas et si consenserint
vobis ad sacrificandum cum honore eas
adducite. Euntes autem milites blando
sermone eas prouocabant postea terro
ribus compellebant. Ubi viderunt simul
contempnere sacrificia repleuerunt monumentum
sarmentis feno et stipulis et spinis et
clauserunt super eas et supposito igne ci
bicerunt et ita factum est ut eodem die quo
sepulta est affra simul etiam mater eius
hylaria et puelle eius supradicte nuper
iam in xpo sorores ... dedicate sunt.
Eadem vero die apud prefatam vrbem alii
xxv passi sunt scilicet ginuratus largio
crescencianus iucunda iuliana leon
de euticiarius dyodonia taurito phi
ledelphus agape petrus et alii xiij qui
pro nomine domini nostri ihesu xpi decollati
sunt. Capitulum passio sancte fauste virginis
ac eulasii et de gestis eorum recta

Cum autem ad aures imperatoris
maximiani peruenisset quod
virgo quedam fausta nomine
que erat infantula xiij circiter annorum
filia gemelli protectoris orbata parentibus
militaret xpi in sanctificationibus misit tribunum
palacii nomine eulasium misit eam regi
et ad ymolandum ydolis suadere. Veniens
igitur eulasius cepit fustigare cum ab hora
prima usque ad sextam eam serra secari
fecit et ei nocere non potuit.
Tunc dixit eulasius induxisti me fa
ciens opera magica et conuertit cum fausta
per gratiam dei. Post quem misit maximianus
prefectum fecit etiam eum iurare quod non
crederet in xpum. A quo dum suspensus
iuberetur eulasius torqueri ait fausta
columba xpi inuocata sponsum tuum pro
me qui te uultum vocauit. Accipe et erige
me intus humeros et da michi vbera
sicut filio. Et Eusebius autem dixit car
nifex quidam prefecto da michi potestatem
meam et accepta potestate adduxit cla

narium cum mille clauis et fecit ei cla
uari caput et frontem et faciem et pectus
et tybias et clamata est sicut trepide mu
lier. Illa vero orabat iterum pro anima prefecti
ut conuerteret eum deus. Post hec misit Eu
sebius sartaginem incendi et impleri
pice bulliente et in eam faustam et eu
lasium. Omnibus intrantibus et psallen
tibus refrigerata est sartago. Quod
videns prefectus ait Deus qui animasti eu
lasium cum columba tua fausta et me
computa cum duobus ut ego trinitatem comple
am. Et hec eo dicente statim aperti sunt
celi et visus est filius dei et omnis exer
citus angelorum et iusti splendentes sicut
lumine. Et videns prefectus clamauit Accipe
me sicut eulasium missum sponse tue domine.
Et currens venit in sartaginem et ele
uans oculos in celum ait In nomine patris
et filii et spiritus sancti et ego vobiscum
sum. Fausta vero extendens manum astrin
gebat eum sicut eulasium et non tetigit
eum dolor. Et illa etiam clamabat Ecce
ego in medio sum sicut vitis fructifera
Sicut dominus ait ubi duo vel tres congregati
sunt in nomine meo ibi sum in medio
eorum. Triplex funis non disrumpitur. Et hec
ea dicente venit vox de celo dicens Ve
nite opus nostrum hoc perfecimus. Et hec audientes
cum gaudio magno reddiderunt spiritum
xij kalendas octobris. Tunc maximianus male
dixit deos suos qui non potuerunt liberare
homines suos. Maximus eulasius lxxx
annorum erat quando conuersus est. Capitulum de
sancta benedicta virgine et de gestis eius

Fuit etiam rome quedam virgo
venerabilis nomine et actu bene
dicta romani senatus ut dicitur
filia exorta religione xpiana hec fidelium
turba se atque instruebat deo cottidie
orationum vota et laudum preconia persol
uebat. Habebat etiam secum in sancte conuersa
tionis habitu xij virgines gloriosas quas
multis quibus virtutum erudierat et spi
ritualium sacrarum documentis. Cumque de
patria sua nichil concupisceret sed soli xpo
militare quereret. Audito itaque sanctorum
virorum quintini et aliorum qui a roma per
gressi in loca diuersis galliarum prouinciis veri
tatis predicando palmam martirii sunt
adepti. Una cum supradictis virginibus nullo
persecutionis deuicta timore per longa
terrarum spacia deo duce dicitur aduenisse.
Cetis autem diuino instinctu ac inuicem
separatis quo vna quaque passim multiplicem

fructu deo acquireret. Erat Benedicta tum qua
dam collactanea sua nomine Leobena
Laudunum venit. Ibi aliquanto tempore commorata
toto affectu deo servivit. Tandem angelico
ductu pervenit Auriniacum locum super
ripam fluminis situm arboribus nemoro
sum. Sed adhuc persecutorum spurciciis re
pletum. Cum multa sanctitate floreret
fama increbescente per loca contigua
convolabat ad eam plebs invalida cui
pectus multum anime et corporis medela
divina concessit gratia. Audiens hec Matroc
lus iudex ad locum accessit eamque sibi
presentari iussit. Que nomine interrogata
Xpianam se esse respondit. Matroculus dixit
Expedit tibi meis parere consiliis ut
tormenta possis evadere et mea ami
citia perfruare. Nam et ego ut tecum
loquar secretius confiteor quod quondam
fuimus iudeus ut crucifixi nomine cuius te
famulam asseris unquam amavi nec eius deum
meis auribus inferri permisi. At illa Au
di inquit Matrocule deum infelicissime
Nemo potest in bona eadem querere deo et ho
stibus eius contubernio residere. Negat enim se
amicum deo qui eius placet inimico. Ita
quod magis parata sum pro nomine dei mori
quam tue placere voluntati. CLVIII De

Tunc ille fu// passione eiusdem
riens iussit eam expoliari et virgarum
plagis admodum cedi. Cum tamen in
confessione Xpi perseveraret et ty
rannum precepta contempneret iussit eam alapis
cedi palmarum alapis deinde eculeo
extendi et plumbatis cedi postea in
carcere recludi donec inveniret quibus
eam tormentis crudelius laniaret.
Illa vero in obscuro carceris orante an
gelus domini ingressus apparuit totiusque cellule
spatium luce perfudit. Et ait Benedicta
virgo constans esto. Ipse est dies quo
te deus cum martyrii palma ad se susci
piet et superiorem tuum principem faciet.
His et aliis eius sermonibus confortata
vehementer ad eam undique populo verbum
dei predicavit. Ergo eos per exhortationem
suam firme CLV convertit. Hec cum audisset
impius carnifex maiori furore exar
descens iussit eam iterum sibi exhiberi et
ait illi. Ego parata meis obedire preceptis
ne te turpiter illusam hanc vitam amittere
per tormenta faciam. Cui hec vidit Noli
tibi sit deum iniquorum sceleratissime qua
perfidelium cruciatibus paratis tibi et infer
nalis interitus. Vero ergo adiectas tuorum

mediatus iudeorum qui pro Xpo postolant
antixpum. Nam de vobis et nobis legitur
Melior canis vivus leone mortuo.
Canis etiam vivus sumus nos Xpiani con
fidentibus qui deum cognoscimus, leo vero
mortuus iudeorum tuorum populus est qui in
bonum stat, quia dei filium venisse non
credunt. Tunc videns in oculis eius con
stanciam irrevocabilem fecit eam acrius
virgis cedi. Item iubens eam ligatis at
que manibus carceri mancipari. Ubi cum
illa multis doloribus afflicta deum suppli
cem exorasset angelus domini descendens de
celo vincula omnia quibus erat nexa
disrupit et illa coram omnibus sine
macula exivit. Quo viso crediderunt
in deum plurimi de populo. Tandem iudex
iniquitatis data sententia contra eam ut gladio
interiret. Ipse met manu Lena virginis
cesariem accepit et in eius tempora fer
rum dextra intorsit. Cuius anima gloriosa
angelicis manibus suscepta ad celum
translata et Auriniaco sancta virgo vero
Idus octobris. CLIX passio sancti Matu

Fuit et / rini miris gogestis eius
pius Maturus dyocesis Senonensis
accola cuius pater Marinus exercep
to Maximiani paganos persequebatur. Hic
filius aparicia occultus Xpi discipulus
deputatum predicatione dolens pro eorum con
versione deum exorabat et audivit
in sompnis vocem dicentem sibi. Matu
rine famule meus Ecce que petisti
fideli efficacia impetrasti. Cum consur
gens gratias egit et mox eius divino in
stinctu admonita supervenit dicens
O fili quid nobis erit quando si ut se
quent postulas credam in Xpm Mag
inquit cum et corpus in novatum fuit
gloria virtus et anima peccatorum baptis
agnitione veritatis. Cumque illam patrem
suggestionem filii viro retulisset ille ait
vidi et ego hac nocte in visione quod
hic filius meus ovile quoddam ingressus
esset et multitudinis omnium grex ei tra
ditus fuisset. Ambo itaque a quodam
sancto Policarpo episcopo susceperunt
baptismum a quodam aquis. Ipse Maturinus
xx. agens annum ordinatus est in
presbiterum hic ut fertur cum post beati
Mauricii sociorum quod eius iam non ro
mus plus diversis cladibus affligeretur
filia quoque Maximiani in mundo spiritu
agitatur et per magicas artibus ageret
ut eam liberaret clamante demone

pos puelle o imperator deficiens ma-
iestate tua donec ex partibus gallie ma-
ximinus servus xpisti veniat qui precibus suis
spiritum et filiam tuam saluti restituat
accersitus ab imperatore cum militibus
romam perrexit sed tamen ab eis recepto
sacramento quod si in regionibus illis eum
migrare contingeret corpus eius terre sue
mandandum ad locum suum referrent Roma
quoque pervenienti obvia turba cum gloria
susceptus imperatoris filiam a demonio
liberavit Alios autem omnes infirmos
sibi oblatos curavit et tandem ipso die
kl novembris letus deo spiritum reddidit
Cuius corpus aromatibus conditum cum sepe-
lissent et sudarium reliquissent mane
revertentes invenerunt illud super terram reiectum
et stupefacti nesciebant quid agerent
Tunc unus militum qui eum de gallia
adduxerant pacti sui reminiscens tamen
retulit ut ad locum suum corpus cum ho-
nore relatum est iussu imperatoris ubi ad
eius sepulcrum deus multa miracula
declaravit *Clx De ceteris qui sub eisdem
imperatoribus passi sunt Actor acta*

De sancto piatone qui et pia-
tus dicitur quod ab urbe roma re-
gressus a beato dyonisio officium
presbyteri assumpsit et ad tornacensem
urbem predicaturus intrepido cursu pro-
peravit ubi sub dyocleciano passus
legitur eodem ordine quo et beatus lucianus
apud belvacum preter hos etiam passi
sunt plures alii quorum gesta ad ple-
num non repperi Sed ex martirologiis bede
collegi in hunc modum xii kl marcii
celebratur natale sanctorum martirum maxi-
mi claudii et uxoris eius prepedigne cum
duobus filiis qui cum essent preclaris-
simi generis iubente dyocleciano sunt tenti
atque in exilium deportati deinde in medio
concremati Item iiii ydus iunii in aquilea
passio sanctorum felicis et fortunati sub
persecutione dyocleciani et maximiani
qui cum essent duo germani fratres in
eculeo sunt suspensi atque ardentes
lampades circa latera eorum apposite
Quibus mox dei virtute extinctis per
ventrem fervens oleum sunt perfusi atque
ad ultimum in confessione de capite trun-
catur Item vii ydus septembris apud
nichomediam natale beati Iohannis mar-
tyris qui nimio calore fidei ignibus librum
iniquis continebantur crudelia edicta
adversus christianos iniecta manu detexit
ac descerpsit Cumque hec relata essent dyo-
cleciano et maximiano augustis in eadem
urbe constitutis nimia crudelitate fre-
mentes omnia suppliciorum genera iusserunt
expendi in eum que vir nobilissimus tam
tanta alacritate vultus ac spiritus pertulit
ut nec tristis quidem paulisper videri potuisset
et gladio necatus perrexit ad xpistum
Item viii non octobris apud nichomediam
natale sancti eleutherii martyris cum aliis
innumeris quorum iubente dyocleciano alii
gladiis obtruncabantur Alii ignibus cre-
mabantur Alii in mari precipitabantur Sed
horum primus eleutherius diu cruciatus
per singula tormenta validior reddebatur con-
summata victorie sue ignibus velud aurum
examinatus complevit Item iiii kl eiusdem
rome via salaria natale sanctorum sancti
saturnini martyris et sisinnii dyaconi sub ma-
ximiano principe quos macerate diu ma-
ceratos iussit prefectus urbis in eculeo le-
vari et attrahi nervis et fustibus ac scor-
pionibus cedi deinde iussit eis flammas
ad latera apponi et depositos de eculeo ca-
pite truncari Item iiii ydus decembris
apud civitatem ypolitanam sanctorum martyrum
carpofori presbyteri et habundii dyaconi
qui persecutione dyocleciani primo fustibus
crudelissime cedi deinde in carcerem ne-
gato cibo et potu recludi rursum eculeo
extendi novissime gladio percussi sunt
Item xi kl ianuarii rome via lavicana
inter duos lauros natale xxx martyrum
qui omnes uno die persecutione dyocle-
ciani coronati sunt Item x kl eiusdem
apud nichomediam sanctorum martyrum xx quos
dyocleciana persecutio crudelissimis crucia-
tos tormentis martyres xpisto fecit
hec de martiribus huius temporis ex diversis locis
usquequaque pro possibilitate mea collegi
*Clxi De nimia sevicia eorum et depositione
imperii Eusebius in historia ecclesiastica*

Cum neque aliquid iam non *libro viii*
ratione aut humanitate crudelitas
a tanta immanitate saciati respice-
re ad inmanitatem sceleris sui cepissent
desolatas urbes civibus et optimis
iura nudata cultoribus orbatos filiis
patres et parentes liberis ad clementiam
humanitatemque converterunt credentes princi-
pale proponunt qui fas non esset tot cives
in quibus fidei sue esset obstinata per-
suasio morti tradere placere derelinque-
re hoc genus hominum nequaquam quod
subiret interitum omnis tamen qui haunt

spem confessionis tenent dextris ocu-
lis ferro effossis eisdem cauterem adustis
etiam sinistro poplite inhabilem cautere
debilitato per singulas quasque provincias
terre sive vel metalla vel operis vel pene
gracia deportandos. Qualis fuit clemencia prin-
cipalis qua optimis civibus consulendum est
et qui diis tradiderat quando famulam piam
castigavit paucis eiectis non in inanitatis
iussu deseruerunt in multis adest continuo
ultrix dei dextera et illos qui primo / deum
patrem servarent certe cum omni prosperitate
imperium gubernabant in tantam rex primitus
tonem deduxit ut augustus ille in id
vanitatis atque amencie perveniret quo de-
positis cum collega pariter augusto regi-
is insignibus privati et plebei per imperium
viveret. Hugo ubi supra. Igitur Dyocle-
cianus a bimuito coegit maximianum ut
simul purpuram imperium que deponeret cum
in omnibus iure publica constituit ipsi in
privato habitu consenescerent. Clxij De divisione
imperii inter constantinum et galium recitat.
Itaque sub una die Dyoclecianus apud ni-
chomediam maximianus vero mediolani
deposuit imperium. Tunc galienus maxi-
mianus et Constantinus augusti in
duas porciones orientis scilicet et occi-
dentis primum romanum imperium diviserunt
et galienus maximianus illiricum asiam
et orientem tenuit. Constantinus vero
vir summe mansuetudinis et civilitatis
gallia tantum hyspania que contentus
galio ceteris partibus cessit. Deinde tamen
galienus duos post se cesares legit
maximinum quem in oriente posuit
et severum quem in ytaliam constituit
ipse in illirico constitutus. Eusebius
in cronicis. Galienus autem cepit anno
domini CCC. mundi v. iiij CC lxx. Solus
que biennio tenuit imperium. Ex hystoria
ecclesiastica. Ille quoque qui augusto ijo in
honore postmodum eciam in primis prec-
sor fuit qui et inventor ac signifer
hostie persecucionis extitit cum multi-
variisque morbis et corporis tabe atque
insania mentis affectus est ut post
longos atque inexcitabiles languores
scelerum suorum furiis agitatus sponte
vitam nephariam perderet sed et primus.
Tunc vero mortuis partibus que maximianus
qui et herculius deposuerat constantinus
regebat imperium. Iudeas namque pannones
ne romanum regnum fuerat dimissum
sed hijs multa clemencia circa homines

circa deum vero maxima religione ute-
batur. Sozomanus in hystoria tripartita. Hic
quosdam in suo palacio probare volens
an boni ac solidi essent viri precepit
ut siquidem ad sacrificandum venirent et
deos eius colerent circa eos essent et in
suo cingulo permanerent. Si vero refugerent
egrederentur de palacio contra agentes quod
nunc prohiberent. Cum igitur in utroque appa-
rerent. Alii quidem religionis desertores
alii vero divina presentibus proponentes de-
liberavit illis amicis et consiliariis
uti qui fideles in melioribus constantes
que permanserant. Alios autem velud effe-
minatos adulacionis expulit a suo collegio
credens eos numquam circa principem fore
devotos qui sic essent dei sui patrissimi
proditores. Eusebius ubi supra. Itaque neque
de temporum rabie regum suum prior sa-
guinem maculavat neque domum domus
et quenticula morum imitatus maximiani
vesaniam hostili vastacione destruxerat
qui pocius cultores dei veneratum sunt
et honore vide et multo religiosius pri-
religiosiorem filium constantinum regem
bene patri reliquit heredem. Hugo libro
multi constitutus est imperator in britannia ad-
huc regnante maximiano galio
in partibus orientis. xxxiiij. Sequitur

Continencia decimi quarti libri etc.

Quartus decimus liber continet
hystoriam xxxj annorum quibus
constantinus magnus tenuit
imperium. Et anno vij imperii pace ecclesiis
reddidit. Continet ergo fine persecucionis
et inicium tranquillitatis et inde etiam
quorundam agones sanctorum quorum repe-
rire non potui certitudinem temporum
continet et baptisma constantini et hy-
storiam concilii niceni et alia multa.
Habet autem capitula Cx.

katherine

quam postmodum in x annos reliquit
xiii De sanctis martiribus siluano et petro
et luciano antiocheno xiiii De opusculis
eiusdem luciae et philee xv De sancto
petro allexandrino xvi De visione
facta super arrio et decem martires xvii
De sancto romano martire xviii De fine
agonis eius et barule pueri xix De
sanctis quinto et pamphilo martiribus xx
De impiis edictis galerii contra xpianos
xxi De ulcione diuina in galerium et ipsos
xxii De pietate xpianorum in paganos
xxiii De eusebio papa et dissonancia
heresione xxiiii De martiribus quorum tempora
ignorantur et primo de sancto xpoforo
xxv passio sanctorum uitete et aquiline
xxvi passio sancti xpofori martiris xxvii
Passio sancte margarethe virginis
xxviii finis agonis eiusdem xxix
passio sancte regine virginis xxx Con-
summacio agonis eiusdem xxxi pas-
sio sancti iuliani et sociorum xxxii Mira-
cula eiusdem sancti iuliani xxxiii pas-
sio sancti genesii martiris xxxiiii passio sanctarum
virginum iuste et rufine xxxv passio
sancti anthonii martiris xxxvi pas-
sio sancte marciane virginis xxxvii
Consummacio agonis eius xxxviii
passio sancti martini pueri xxxix De
agone eius multiplici xl De morte
eius et supplicio tyranni xli De ceteris
qui in martilogio scripti sunt xlii Item
de eodem xliii De victoria constantini
per signum crucis xliiii Qualiter ipsi impera-
tores honoraverunt signum illud xlv De
miserabili fine galii xlvi De sancto
papa siluestro xlvii De pietate consta-
tini in pueros xlviii De baptismo eius
et penitentia xlix De quaestione senatorum
et populi et pio edicto constantini l
De mutuis epistolis helene et constantini
super legibus moysi et xpi li De eodem
congregatione concilii super hac questione lii De
conflictu et victoria beati siluestri liii
De draccone perimendo superato liiii De pla-
cita constantini de quaestione sua lv
De exaltacione romane ecclesie per ceteras
lvi De imperio et imperialibus collatis
sancto siluestro lvii De translacione
sedis imperialis apud constantinopolim
lviii De dilatatione ecclesie sub constan-
tino et impietate luciani lix passio
militum xl. subliano lx passio
sancti theogenis lxi De ceteris sub eodem
passis et de morte eius lxii De sancto

ciliio niceno super arrium congregato et de statu-
tis beati siluestri lxiii De libellis episcoporum
a constantino combustis lxiiii De pso que
in generali vir simplex vincit et convertit
lxv De viris sanctis qui interfuerunt con-
cilio et de gestis sancti spiridonis lxvi
De statutis eiusdem concilii et de simbolo
lxvii De sancto nicolao et eius origi-
ne et infancia lxviii De infamia virgi-
num trium per eum redempta lxix De electione
eius in pontificem lxx De naufragantium
liberatione et frumenti multiplicatione lxxi
De falsa dyane per eum revelata lxxii De
tribus militibus quos necem iam oblatos
accurrens liberavit lxxiii De tribus prin-
cipibus cesaris quos absens a morte
eripuit lxxiiii De obitu eius et de
fontibus eius ex tumba profluentibus lxxv
De barbaro per imaginem sancti nicolai quaeso
lxxvi De puero cum vase in mari submer-
so et per eum restituto lxxvii De falsa xpiani
iuratione in iudeum creditorem lxxviii
De fallacie revelacione et iudei quaeso
lxxix De puero a deo dato per sanctum nicolaum
obtento lxxx De liberatione eiusdem a
barbari servitute lxxxi De puero iterum
liberato per hystoriam sancti nicolai cantanda
lxxxii De sancto iacobo nisybeno episcopo
lxxxiii De sancto eunuco et adventu
eius aurelianis lxxxiiii De electione eius
in episcopum lxxxv De igne extincto et
thesauro invento ab eo lxxxvi De duo-
bus fratribus eius receptis et a captivitate
redemptis lxxxvii De fabrica basili-
ce et miraculo in hostie fracte bn dixit
lxxxviii De obitu sancti eunurcii lxxxix
De lactancio et scriptis eius xc De
eusebio cesariensi et scriptis eius xci
De sancto anthonio et bonis eius initiis
xcii De vita eius heremitica xciii De
visionibus ei divinitus ostensis et eius
obitu xciiii De inquisitione sancte crucis
ab helena facta iherosolimis xcv De inven-
tione eiusdem ac divisione xcvi De fru-
mencio et edisio pueris in india captivatis
xcvii De quaestione indorum per frumencium
et hyberorum per christianam captivam xcviii De reno-
vatione arrii ab exilio et eius falsa xcix
De sancto maximo confessore c De sancto
florencio confessore ci De priada per
ipsum a ferreis nexibus soluto cii
De quibusdam incidentibus et de omnibus
constantini. I. De imperio Constan-
tini et licinii et morte dyocletiani
et maximiani Eusebius in Cronicis

De signo crucis



Constantinus ergo ex helena constancii concubina procreatus imperator persecutoris anno invasit imperium qui fuit annus domini ccc xv condite urbis mi cc et lxxxvii regnavit xxxviii annis et x mensibus. Ut in historia ecclesiastica viii° libro. Sed et licinius quidam sua astutia in imperium augustus pronunciatur que res maximinum vehementer satis offenderat quod is tunc adhuc solum cesar orientis partibus habebatur. Licet adulteria faciens vi raptum sibimet nomen augusti assumit. Maximianus vero qui et herculius quem paulo ante collegam fuisse dyocletiani et cum eo imperii insignia deposuisse memoravimus cum a filio suo maximino in urbe roma tyrannidem tenente fuisset expulsus ad constantinum tamquam ad generum infractionis ea confugiens insidias ipsi a quo religiose susceptus fuerat molitur. In quibus tamen deprehensus turpius periit. Ita ut post interitum statue eius atque ymagines auferentur et in edibus publicis vocabula nominis eius mutarentur. Hugo in v° li°. Maximianus ergo herculius persecutor imperium quod abiecerat iterum arripere volens a constantino iam dum imperatore massilie oppressus et extinctus. Galerius autem augustus generum cesarem ad ytaliam cum destinavisset ut cum urbem obsideret multum suorum scelere destitutus et proditus revertens interfectus est. Dyoclecianus quoque privatus iam diu regia dignitate deposita salone defunctus est.

vi De sancta lucia virgine

Eo tempore // Ex gestis eius

passa est beata lucia. Nam cum per totam siciliam beate agathe fama crebresceret contigit nobilissimam luciam syracusanorum virginem cum ceteris ad sepulcrum pergere virginis in civitate ea cum matre sua que quatuor annis fluxum sanguinis paciens nullo medicorum potuit remedio curari. Dumque mater et filia ante sepulcrum orantes iacerent lacrimis flagitantes suffragium lucia sompno arrepta vidit agatham in medio angelorum gemmis ornatam stantem et dicentem: Soror mea lucia virgo deo devota quid a me petis quod ipsa poteris continuo prestare matri. Nam et matri tue fides tua subvenit. Et sicut per me civitas cathaniensium sublimatur ita per te syracusana decorabitur quia iocundum christo intra virginitate habitaculum preparasti. Hys auditis expergefacta dixit matri: Sic precibus te deprecor que te orationibus suis sanavit ne michi sponsum carnalem nomines. Sed omnia que michi cum iam ad corruptionis mee auctorem datura eras hominem mortuum da michi cum iam ad integritatis mee auctorem dominum ihesum christum. Cui mater inquit: Omnia que mea sunt tua esse possunt. Tu melius nosti. Tege oculos meos et quecumque tibi placuerit de hys facultatibus facito. At illa non satis inquit deo cara est que dat ei quod secum ferre non potest. Sed si tibi vis eum gratum esse ergo ei da quod potes uti dum vivis. Cum hec simul tractarent virgo cottidie cum matre fiebat rerum distractio et cottidie in necessitatibus pauperum expendebantur.

vii De passione eius

Quod cum ad sponsi noticiam pervenisset proposuit litem in iudicio paschasii consularis dicens sponsam suam christianissimam contra leges augustorum vivere. Quam paschasius corripiens cepit ad sacrificia demonum invitare. Cui illa ait: Sacrificium immaculatum hoc est visitare pupillos et orphanos in tribulacione eorum. At illa: Cessabunt verba cum perventum fuerit ad verbera. Illa inquit: Verba dei cessare non possunt. Cui ille: Ergo tu deus es? Illa inquit: Vos estis qui loquimini sed spiritus sanctus. Paschasius ait: Ergo in te est spiritus sanctus. Ego te faciam ad lupanar adduci ut cum ibi fueris violata fugiat a te spiritus sanctus. Cui illa: Numquam inquinabitur corpus nisi de consensu mentis. Nam si invitam me violari feceris castitas mihi duplicabitur ad coronam. Tunc tradidit eam lenonibus dicens: Invitate plures ad eam et tamdiu facite eam illudi quamdiu mortua nuncietur. Volentes autem eam movere trahere ad lupanar tanto pondere fixit eam spiritus sanctus ut penitus moveri non posset. Accedentes autem multi simul trahentes deficiebant sudore. Iniecerunt quoque funes in manibus eius et pedes et ceperunt omnes pariter trahere. Sed illa quasi mons immobilis permanebat. Multa quoque paria boum adducta sunt ut ab eis traheretur et omnino moveri non potuit. Tunc angustiatus paschasius et more deficiens ignem copiosum circa eam fecit accendi ita ut picem resinam et fervens oleum super eam iactarent. At illa stabat immobilis dicens: Ego rogavi dominum

ut ignis iste non ducetur michi et petiui
indutias mihi mei ut credentibus timorem
tollerem passionis et non credentibus vocem
consultationis. Tunc angustiante eum non
ferentes amici gladium in eius gutture inge-
cerunt. Et percussa quam diu voluit allocu-
ta est turbam circumstantem dicens Annuncio
vobis pacem datam esse dei dyocleciano
de regno suo deiecto et maximiano ho-
die mortuo. Illa hec dicente et quedam
alia visibus eius gladio patefacta ante
oculos eius ferro vinctus ducebatur pas-
chasius. Cucurrerunt enim relationes plurimorum
quod fuisset depredatus provinciam. Cum Romam
perductus a senatu auditus accepit sententiam
capitalem. Virgo enim de loco in quo passa
est penitus non est mota neque corpus
spiritus eius nisi venientibus sacerdotibus
et iustitiam ei dantibus omnibusque dicen-
tibus Amen. Illa emisit spiritum. iiij. De
imperio et flagiciis maxencii. hugo

Rome non a pretorianis militi-|bus vo-
catus maxentius maximiani herculii
filius imperator erat institutus et
in orientis partibus regnabat maximinus
galerius. Eusebius. Igitur maxentius qui
in urbe roma tyrannidem tenebat primo velud
invitande erga se plebis gratia fidei nostre
veneratorem se esse simulabat et ob hoc
persecutiones respiri omnes quoque iniurias christia-
nis arceri iubet. Sed nichil reliquis acti-
bus suis nichil invita vel moribus quod
probum videtur. In tantum et enim
flagiciorum et scelerum fece versabatur ut
nichil facinorum pessimorum ab eius actibus
esset alienum. Deinde senatorum et maxime
nobilium matronas publice abstrahi atque
ad suam libidinem deduci imperabat et post
contaminationem viris suis reddi iubebat
non tamen completa adulterii libidine quam
inmutata. Tantus non metus patres
plebemque oppresserat ut ne hec ipsum quidem
quod in metu erant palam conderent audent
sed ferebant infractam servitute gemen-
tes et aliquid pro libertate cogitare metu
inhibebantur. Cum ille iam non ira sed
libidine crudelis agitaretur. Deinde qua-
dam die imperat militibus suis ut
per plateas totius urbis et omnes qui
occurrissent cuiuscumque etatis et sexus
gladiis cederent innumereque multitudines
romanorum populi non hostium sed civium telis
deiecte sunt. Senatores vero et hii ma-
xime qui honoribus vel opibus claro-
res in curia iubebantur confictis criminibus

tamquam rei puniti proscripti sunt. Addit non
etiam hic fastigium sceleribus suis et ar-
tis magice industria summis studiis con-
colit adque iustitia complenda per quiren-
tibus nobiles gravide et adhuc sine-
stris facies medie scindebantur rapiebantur
et parvuli infantes eorumque extra visceribus
evulsa perscrutabantur iugulabantur et leo-
nes et nephandis quibusdam comitis
ac incantationibus demoniaca arte compo-
sitis bella per hec dicebant arceri et redeban-
tur fas quoque regni prosperitatis posse firmari
hiis non malis omnibus et illud addit
quod omnes qui preter eas urbes vel agros
fuerunt tyrannica crudelitate deterriti
dum nichil sibi adversum tutum putant
relictis agris perloca abdita et latebras
eunt. v. De conflictu sancte katherine
cum eodem tyranno et gestis eius

Sub hoc passa est sancta katherina. Nam
repentino eius impio ad edictum
plurimorum omnis omnis divites et pa-
uperes ad urbem allexandrie ubi tunc ipse
residebat cum diversis pecoribus et avibus
ad deorum sacrificia convenerunt. Cumque post
imperatorem ceteri subsequentes ydolis
immolarent et ob favorem eius in famis
plausibus consultarent. In eadem urbe erat
puella quedam nomine katherina annorum
xviii unica filia quondam costi regis. Qui
eam ab infantia studiis liberalibus imbuen-
dam tradidit. Post obitum patris hereditatis
paternam gubernans sit in suo palacio re-
sidebat. Audiens autem quod de templo gen-
tilium quidam tumultus animalium et vox
cantantium resonaret misso illuc nuncio
iussit inquiri celeriter quid hoc esset. et
audiens festum esse et sacrificia paga-
norum signo crucis armata prorupit in
medium ubi inter alios imperator maxencius
eminebat. Dumque cum decertaret de eorum
corrumperet ille vultu de suo insigne cla-
ritatem vultus eius et verborum constantiam
attonitus intendebat. Videns autem ma-
xencius quod verbis sapientie eius obviare
non posset mandavit occulte per litteras ut
omnes gramatici et rethores ad pretorium
allexandrie festinaret venirent in
mensa munera percepturi si virginem suis
blasphemiam irrogantem arte oratoria
superarent. Adducti itaque sunt viri omni
sapientia mundi ultra omnes mortales edocti
quinquaginta qui de causa dictam remotis
ceteris partibus fuerunt evocati. Vidit ma-
xencius est apud nos puella sempi-

incomparabilis que etiam viros confutat disputando et quod me magis movet deos nostros non deos esse sed demones asserit. Quam si superaveritis copiose remuneratos ad propria vos remittam. Aut si magis eligitis in palacio meo precipuos vos concedam. Tunc unus eorum vehementer indignans. O magnum inquit imperatoris consilium ut ad unius puelle conflictum sapientes de mundi finibus invitaret quam unus ex nostris clientulis levissime confutaret. Tamen quantulacumque est puella veniat ut unquam preter hodie se vidisse vel audisse sapientem cognoscat. Interim virgo discens preparatum sibi contra se in crastino conflictum nichil mota se totam domino commendavit. Et ecce angelus domini oranti apparuit monens ut constanter ageret quia non solum ab oratoribus non vinceretur sed etiam ipsos per eam conversos ad palmam martirii postmodum sequeretur.

VI De L^ta oratoribus quos illa superatos ad celum premisit

Sequenti igitur die cum ante cesarem oratores adessent puella signo crucis se muniens ad eos educitur et confluentibus ad hoc spectaculum cunctis se primo imperatorem alloquitur. Tu quid imperator quali iudicio contra unam puellam L^ta oratores opponis quos etiam pro victoria remunerandos promittis et me sine spe mercedis sic pugnare compellis. Erit tamen mihi premium iesus christus qui est spes et corona pro ipso certancium. Sed multa dum ad obiecta queque virgo prudentissime respondet confusi oratores quid contra dicerent nesciebant. Unde contra eos vehementer iratus maxencius increpare eos cepit. Cur sic ad vocem unius puelle tot et tanti debacatis sensibus muti essent. Tunc unus magister eorum sic inquit. Noveris imperator quod nullus se nobis ante diem hanc in mundi sapiens comparuit quin confestim vinceretur. De puella non ista longe alia est racio in qua non homo sed spiritus dei loquens sic nos in admiracionem convertit ut contra christum de quo loquitur aliquid dicere aut omnino nesciamus aut penitus formidemus. Unde constanter fatemur quod nisi sentenciam deorum validiorem ostenderis ecce omnes conversi ad christum et eum dei filium confitemur. Audiens hoc tyrannus iussit omnes in medio civitatis incendi et statim flammis iniecti sic animas reddiderunt ut etiam vestibus et capillis eorum illesis putarentur vincentes postquam extincti.

VII De tormentis eius et carcere sequitur

Cum igitur nocte ardentes sepulti fuissent tyrannus virginem adesse blandiens et promissis inclinare putavit. Sed videns eam immobilem expoliatam et scorpionibus cesam in obscurum carcerem trudi iussit et eam ibi fame et siti diebus XII cruciari. Nec tamen inclusa angeli defuit qui plagas eius aromatibus et unguentis curantes ipsum quoque carcerem splendore nimio repleverunt. Columba quoque reinnanti fulcivit que cibum celeste defferens ei diebus singulis ministravit. Ipse etiam dominus post XII dies ei cum angelis et multis virginibus apparens eam ut constanter ageret plenius confortavit. Expletis denique tantis temporibus cesar interim extrema regionis adierat. Reversus alexandriam iussit educi de carcere katherinam et videns eam splendidiorem quam tanto ieiunio estimabat afflictam putavit quod aliquis in carcere sustentasset et furore commotus carcerarios cruciari precepit donec faterentur quis ei cibos in carcere ministrasset. At illa in ista custodum ego inquit ab homine cibum non accepi. Sed qui suos in tribulatione non deserit ipse per angelum suum me nutrivit. Cum igitur maxencius ei mortem crudelissimam inferre cogitaret quidam prefectus urbis presens furente regem vehementius instigavit et dato sibi triduo spacio fieri iussit imperator rotas quatuor ferreis et clavis acutissimis circumseptas ut et hoc penale tormentum illigatam virginem discerperet et ceteros christianos tam dire mortis exemplo terreret. Tunc beata virgo deum suppliciter oravit ut illam machinam celesti igne confunderet ad laudem sui nominis et conversionem populi circumstantis. Nec dum oracionem compleverat et ecce angelus domini molem illam cum tanto impetu divellendo concussit quod multos gentilium uno verbere simul stravit.

VIII De martirio regine et ipsius katherine

Regina autem que desuper hoc aspexerat et que usque tunc se pre timore celaverat subito ad imperatorem veniens cum de tanta sevicia increparet statim maxencius contra eos qui propter hoc in iracundiam conversi sunt et contra reginam magis indignans iussit eam extortis mamillis decollari. Quam cum ad martirium

ducerentur katherinam rogaverunt ut pro se ne
deficeret dominum precaretur. Cui virgo ne time
as inquit o regina et deo dilecta vene
randa quia hodie pro transitorio regno
commutabis eternum et pro mortali sponso
tibi immortalem acquires. Tunc illa ro
bustior tortores hortabatur ne quod iussi
fuerant facere morarentur. et sic eam extra
urbem ducentes ferreis tunc illis eius ma
millas evellunt et sic percussa gladio mi
gravit ad dominum. Cuius corpus porphirius
noctu rapuit et conditum aromatibus se
pelivit. Postera die katherine tyrannus
sic ait. Quamvis regine necem sub quadam ar
te magica desperatam mori fecisti. si
tu resipuis nobiscum feliciter regnans
in palatio meo prima eris. Dic ergo breviter
quod proponis quia hodie aut diis sacrificia
afferes aut caput amittes. At illa: fac
inquit quecumque animo concepisti. et statim
data sententia iussa est decollari. Educta igitur
spacio orandi dato cum orasset dominum pro
omnibus memoriam sue passionis agen
tibus et in quacumque tribulatione nomine
eius invocantibus vox ad eam de celo
descendit. Veni carissima. Si quid quod postu
labat promisit. et sic decollata martirium
consummavit. de corpore vero eius pro sanguine
lac emanavit. ipsum quoque corpus ab an
gelis mox assumptum est et ab illo loco
in monte synai xx diebus itineris sub
portatum atque ibidem in magna miraculorum
gloria requiescit. Nam et ex tumba eius
oleum manat et cuncta debilium membra
sanat. Sed imperator maxencius diu vi
vere non potuit impunitus. xx De crude
litate et libidinis maximiani galerii

In orientis vero et ¶ Eusebius ubi supra
egypti partibus maximinus simili per
omnia crudelitate et vesania tyrannidem
gerebat ita ut alter alterum in sceleribus
videretur imitari et nescires cui potis
simum dare flagitiorum palmam deberes.
Itaque maximinus deditus luxui atque
omni dissolutioni que flagitiis turpis
sima suis militibus prebebat exem
pla ita ut nullum vel breve opidum
absque adulteriis nobilium matronarum que
plerumque fuissent rapte vel corruptione
virginum preteriret talis vero tantusque vir
ginum pudicicie honestatis iusticie ac
totius equitatis hostis publicus erat.
Cum vir et sanorum hostis et persecutor
existeret adversum quos tantum crudeli
tatis exercuit ut predecessores suos
vincere festinaret in scelere ignes lamnas
cruces bestias marium profundum et obtrun
cationem membrorum effossiones oculorum et
singulis membris specialia inferre suppli
cia gestiebat. Sed tamen illi constantes
invenerunt intollerando quam iste in
geniosus et callidus inquirendo.

xx. De sancta dorothea quam idem delusit

Verum cum maxencius cum duobus crudelissimis dominis
libidine et crudelitate superius ageretur
apud alexandriam dorothea virgo
quedam satis nobilis orta familia
ingentibus divitiis et propinquis nobilibus
pollens sed mea ingenii atque industrie
bonum certatim quam honestatem christianam studia
magis quam hec ingerebant. Forme vero
et decoris gloria tanta fuit ut mirum
ac speciale mea dei figmentum crederetur.
Sed illa que religione animi et honestate
vite pulchrior quam vultu corporis esse
studebat equissimo mentis iudicio quam
pulcritudinem et decorem inter homines videbatur
id potius deo consecrare quam usui
humano statuit indulgere ut virgo deo
sacrata persisteret. At ille qui divina atque
humana libidine simul et crudelitate
fedaret. Cognito plenius forme non eius
ingenii ac proposito bono ad temerandam
virginem ac polluendam eius castitatem
animum intendit. Comperto vero quod christiana esset
et sub pena condita pene magis quam libidinem
subiciendam videretur in ambiguo po
situs estuare cepit et in quam partem
se converteret ignorare. Sed ubi dubios
animos libido que ei lacius dominabatur
obtinuit et expectantem virginem
pro martirio ad supplicium rapi pocultos (?)
[illegible] de stupore interpellavit. Illa
eque nephas sibi esse vidit templum
corporis sui quod semel deo consecraverat
ydolorum cultu aut libidinis contagione
polluere proinde se quidem ad mortem pa
ratam esse crudeli vero tyranno non
decere blandum aliquid aut molle pro
ferri nec esse dignum respondit. Erga se
cruces animos quos cottidie mundatum
sanos professus crucem duraret adque
rursum cum ille libidine accensus acri
us inealesceret et in urbis acquievisset
in agere deserens omnibus virgo pudi
cissima facultatibus suis domo quoque ac
familia delictis noctu clam cum paucis
fidelissimis et cum amicissima sibi co
niuncta castitate discessit atque illusum
tyrannum vanum amentem quoque dereliquit

sed et alias plurimas nobiles mulieres
simul ac virgines exemplo illius ad
ductus sed eo inexplebilius illius pa
ratiores ad mortem quam ad fruitionem
libidinis nactus crudelibus suppliciis
affici iubet. Hoc modo maximinus et
maxencius morientes simul atque in
occidente velud duo demonis spiri
tu animati et pariter eis hec quasi viris accensi
desaeviebant tyranni. xi. de flagello
divino quod eum ad modicum interire
coegit Eusebius ubi supra etc.

Cum autem maximinus per x annos
erga christianos fuisset grassata
crudelitas ipsum auctorem scelerum
ultio divina corripuit et ille qui letus
ac saginatus carnibus incedebat
superbus inflatis subito visceribus
suppuratisque distenditur. inque fundo
ribus dehinc pectoris partibus obortum
vulnus totus viscerum intus secans se
cus tabo repente depascitur post ea
fistulis quibusdam in superficie purulen
tis meatibus adaptis de intimioribus vul
neris venis ebullire undatim cepit
innumera vermium multitudo fetor non tam
intollerabilis erat ut nullus omnino
nec medicorum quidem proprius posset accedere
quod carnes sunt lete et nimium luxuria
multe in morem ex corruptione in dolorem
putredinis exalabant denique plures
quoque medicorum quod nec morbo aliquid me
deri nec vim fetoris tollerare possent
interfici iubet inquibus cum quidam in
genuandus potius quam medicatus
assisteret inspiratus adeo Erras inquit
imperator erras et quod deus fecit ab ho
minibus putas posse revocari hic quasi
est iste morbus nec a medicis curatur.
Sed recordare quanta in suos dei egis
quamque in religione divinam impius et
prophanus extiteris et intelliges unde
tibi sunt poscenda remedia. Nam et
ego quidem cum ceteris mori potero tu
vero a medicis non curaberis. Tunc se
primum maximinus hominem intellexit
esse et scelerum suorum immanitatem
recordatus primo omnium errasse se et
impie egisse profitetur et velud satis
facere incipit deo deinde vocatis
hiis qui in officiis publicis sibi parebant
legem scribit et continuo cunctis iubet
quia non solum christianos desinat persecu
tio et arceatur omnibus in iniuria verum
et reedificari eorum permittantur ecclesie
ut solitis cultibus et observationibus
vacantes et pro ipsius salute orationes
supplicent deo. Id. x° li°. Tunc vero
post nimiam tempestatem si solis splendor
celo redditus fuisset ac tenebris
ceperunt duces ipsi nostri per singulas
quasque urbes frequentare conventus
ecclesias instruere et cetera agere sacerdo
cia reparare. Inde stupor ingens gen
tilium detrahit tamquam subita conversione
rerum ita ut admiratione ipsa facti coge
rentur magnum et solum verum deum esse
christianorum. xii de persecutione quam post
modum in christianos iteravit recta

At vero maximinus sex non amplius
menses passus est nos in pa
ce persistere et primus quidem ad
obturbandam eam nacta potuit mo
liri. Querit primo prohibere nos conventiones quas
dam temptat ne ad cimiteria conveniret.
Interea repperisse se occasionem maxima
est ratus ex eo quod apud antiochiam
simulacrum quoddam iovis amicabilis in
consecratum artibus quibusdam magicis
et impuris consecrationibus ita compositum
est ut falleret oculos intuencium et
portenta quedam emittere videretur
et iussa proferre id omnibus et ipsis impera
toribus pro certo confirmatur quod postquam
ab universis creditum est affirmatur. Id
deus ille dedisse iussa ne christiani habitarent
in urbibus. Tunc non ad primam nobis cursus
persecutionis rabies instauratur et ma
ximinus interim instituit primum per ur
bes singulas et provincias sacerdotes
simulacrorum ac pontifices statuit insuper
que eos honoribus et muneribus affi
cit et omnia prius diligenter agit quo
tenus cunctos beneficiis suis preveniat
ut per hoc promptiores eos efficeret in odium
et necem christianorum. Confinguntur acta
quedam velud apud pylatum de salva
tore nostro habita in quibus adversus christum
omnis blasphemia conscribitur que acta
per omnes regni sui provincias prelatorum
edicto cunctis porrigit et per urbes sin
gulas per vicos pagosque eciam per omnes pre
ceptoribus quoque puerorum tradi iubet
ut pro hiis que ad meditandum vel ediscendum
dictare solent hec tradant pueris memo
rie commendanda. xiii de sanctis mar
tiribus silvano et petro sequitur

Igitur cum apud tyrum fenicis ur
bem tres quidam iuvenes correpti
se christianos esse confiterentur bestiis

subiciunt. Cum quibus et Silvanus
episcopus xl annis functus sacerdotio vir ma-
gnitudine animi et ipsa iam senectute vene-
rabilis. Eodem tempore etiam Petrus
de quo supra memoravimus Alexandrie
urbis episcopus Romana insignis et omnibus
prestans ut sacerdos et hostia dei subito
rapitur et tamquam ex Maximini precepto
capite obtruncatur. Cum quo simul et
alii plures ex Egypto episcopi et traduntur.
Lucianus quoque vir moribus continentia
et eruditione precipuus antiochenus
presbiter cum ad tribunal iudicis fuisset
adductus. Tu inquit ad eum preses
vir venerabilis ac prudens sequeris sec-
tam cuius rationem reddere non potes. Veniens
aut si est aliqua audiamus. Tunc ille
data sibi facultate dicendi ordinem de
fide ita contexuit. Deus qua singula addidit
astipulatur. Cuius ipse in Ierosolimis locus
et Golgatha rupes sub patibuli onere
disrupta. Antrum quoque illud quod avulsis
inferni ianuis corpus denuo reddidit
animatum quo purum inde ferret ad celum.
Aut si adhuc vobis minus digna videntur
que in terris gesta sunt accipite et
de celo adstipulatorem fidelem solem
vobis ipsum horum produco testem. Qui cum
se fieri impios videret in terris in terris
lumen suum in die abscondit in celo.
Requirite in annalibus vestris in temporibus te-
poribus Pylati Christo paciente fugato so-
le interruptum tenebris diem. Sed si t-
re si celo si signis eorum a quibus vitate
tormenta perculsis fidem non accomo-
datis quod in eis verbis allegationibus quos
credetis. Et cum pene iam hiis verbis
auditoribus suadere cepisset abripi iu-
betur in carcerem ibique absque tumultu ipse
necatur. XIII De opusculis eiusdem Luciani. Ieronimus De illustribus viris.

Lucianus vir disertissimus antiochene
ecclesie presbiter tantum in scripturarum stu-
dio laboravit ut usque nunc quedam
exemplaria scripturarum Luciana nuncupen-
tur. Feruntur eiusdem de fide libelli et breves
ad nonnullos epistole. Passus est Nichome-
die ob confessionem Christi sub persecutione
Maximini sepultusque Helenopoli Bi-
thinie. Phileas quoque de urbe Egypti que
vocatur Thmuis nobilis genere et non parvis
opibus suscepto episcopatu librum de marty-
rum laude composuit et de disputatione auc-
torum habita adversum iudicem qui eum
sacrificare cogebat pro Christo capite
truncatur. Eodem in Egypto persecutionibus ac-
tore quo Lucianus in Nichomedie. Auctor.
Iam tunc huius Philee passionem super tempore
Dyocletiani posuimus sub quo ponit
Eusebius. Sed potuit eius passio sub
Dyocletiano inchoari et sub Maximiano
passus est etiam imperante Dyocletiano
quia sub eo etiam Maximinus militavit.
XV De sancto Petro Alexandrino. Ex

Sancti gestis eius. Sequitur etc.
Iste vero Petrus Alexandrinus episcopus
de quo paulo ante dictum est tempore
episcopatus sui nunquam in cathedra sua voluit
sedere sed super scabellum ipsius kathedre
residebat. Propter quod frequenter clerus et
populus contra eum conquerebatur. Sed neque sic
acquiescebat quia quociens accedebat
splendor igneus de ipsa sede egrediens
ei apparebat tamquam aspectu virtutis ita accen-
debatur ut in medium se niteret in corpore.
Cum autem quadam sollempnitate clerus
et episcopi qui aderant de tam singulari eius
sessione quererentur ille coactus vere celare
non valens. Vere inquit afflictus cor meum.
An non videtis virtutem igneam que emi-
cat in ipso solio et spiritum coruscare non cer-
nitis. Cumque omnes demisso capite tanta
rem audientes contremuissent subiunxit.
Credite michi filioli si videritis que
video non cognoscetis quid est sacerdota-
lis virtus et que gratia in ipsis sitat ad
tam presentiam maiestatis ego tremens in ea-
dem kathedra sedere non audeo. Hic quoque episcopus
inter papas egregius xii annos in episcopatu
illius urbis exegit quorum tres ante perse-
cutionem reliquos non ex induciis tempta-
cionum quibus duxit. Cumque se sp-
inosum agone persecutionum positus car-
ceribus vinculis continentie distringeret
et ad utilitatem atque instructionem ecclesie
verbo dei nobiliter insisteret ad hunc Ma-
ximinus comprehendendum tribunum quendam
direxit qui ingressus Alexandriam
repit eum cum multitudine populi sanctorum
apostolorum commemorationem celebrantem. Qui
eum comprehensum et vinculis alligatum
posuit in custodia carceris et post dies
aliquot Maximinus litteris tribunum
ut quam celerius eum puniret. XVI
De visione sua super Arrio et [illegible]

Interea dum in carcere siccaretur et universus
populus Alexandrie foris carcerem obser-
varet amore sui pastoris Arrius in-
felix qui a beato Petro excommunicatus et de-
gradatus propter dogma errorum fuerat

no xxvi Arrii

cognita fama maximini adversus beatum
petrum festine perrexit ad ecclesiam obse-
crans ut pro eo apud episcopum clerus et po-
pulus intercederet putans quod post de-
cessum eius ipse levaretur episcopus Deme-
tres igitur qui rogati fuerant ceperunt
patrio beato episcopo supplicare quibus sanctus
episcopus cum magno suspirio inquit quod iam
arrius deo mortuus et a facie dei pro-
iectus esset eo quod contra inessenciam
deitatis blasphemasset dogmatizans
patrem et filium et spiritum sanctum non esse unius
nature et essencie et apprehendens duos
presbiteros achillam et allexandrum
de turba seorsum ait illis secreto Ego
quidem et si peccator sum tamen scio me vota-
tione celesti ad huiusmodi agonem martirii
esse vocatum vobis quod est pius confiteri
misterium dei quod michi revelatum est
quia vos post me meam sedem et
spatium meum consecuturi estis et tu quidem
primus achilla post vero allexander meus Hac
hora denique noctis ut vobis totum declarem
capiam cum sollempni consuetudine deo
sacrificium orationis consummasse ecce subito
apparuit in habitu pueri christus dominus meus
adeiens puellam splendore nimio illustrem
vultum maiestatis eius non valebam aspi-
cere Erat autem indutus collobio lineo
candido nimis scisso a summo usque ad deorsum
et ambabus manibus coniungebat eum circa
pectus suum quodam modo cooperiens
nuditatem suam Quem ut vidi timore
nimio correptus tandem confortatus aio
ad eum quid est domine quod video tunicam
tuam desissam a summo usque deorsum
Cui respondens dixit michi cottidie videbis
tractus et vestis quomodo scissa est arrius
hoc fecit qui separavit a me populum hereditatis
mee comparatum sanguine meo proprio nunc
et moneo ne recipias eum in communione
nec rogantibus hiis qui venturi sunt
ad te quos ille duxit veniam ei pre-
stes Hec que tibi manifesta duobus presbite-
ris nota facies ut ipsi post eum te ana-
thematizando abiciant ne illius error
populus decipiat Eo hortationibus igitur
sermonem faciens et katholice fidei
unitate maneant commendans eos domino
requiem tradidant dimisit eos in pace
Nimio quoque amore illius cum populi circa
carcerem detinerent et apto carcere educi
non posset noctis medio tribunus una
cum militibus rupto pariete carceris per
medium foramen adductum ubi decolla-
tus erat cum perduci fecit Beatus itaque
sancta ad sepulcrum beati marci evangeliste et
sanctorum successorum eius ante demetry
theconie inclinans genua sua et grates
agens deo qui eum meritis suis asso-
ciasset extendit cervicem suam gladia-
tori atque ita percussus martyrii palmam ad-
eptus occubuit.

xvii De sancto romano martire

Cum autem galerius edictum
ubique misisset ut christum nega-
ret quicumque vivere vellet hoc
cognito romanus vir actus excellen-
tie parentum animos confortabat et ne ce-
derent turbini suadebat itaque conspirat
uno spiritu confederatus grex christianus fide
tueri ac libenter emori Cumque relatum
esset ad auditorem plebis rebellis roma-
num ad minime esse ducem preceps iube-
rapi et solus tamquam incitator et fax
omnium eam dire pro contumaci plebe dat
ille non resistens se quoque vinciri precepit
et ultro flexas in tergum manus torsit
Cui tyrannus astanti ait Infame monstrum
tu ventilator urbis et vulgi procella
levis inertes nobiles inquietas equum
est ut ni fallor ut mox future cedis
primus exitum luas et feras ipse quod
fecundum suaseras Cui ille Sic libens inquit
amplector offerre nec me subtraho ut
pro fideli plebe solus inmoler dignus
subire quecumque ira crudelitas iusserit
tunc scindunt milites utrumque viri
latus mucrone sulcos longa parte
tractum vulnera sulcant obliqua recta
recta tumsistis secant ut iam retectis
ossibus albesceret pectus Inter hec quie-
tus manens romanus ait hoc totum
quod perfecte laceras non dolet dolet quod
pectori tuo error insedit et quod
populos istos perditos teneam templis Dux
ira ordinem pergat cum sinceras aspe-
rides ingerit Vetat ictum carnifex
inos loquentis et in maxillas manus
sultosque acutos acutos et fidiculas
inferat verbo pietatis ipse rumpat loca
ut spiramentes auras perforatis folli-
bus perdat implet iussa lictor impius
carpebat genas scindentibus unguibus
et circuitis faciem secat notas hir-
sutam barbis carptim cutis solvitur
et usque ad mentum vultus omnis scinditur

xviii De fine agonis eius et barale pueri

Martir autem inter fluctus
sanguinem fatur contestes tibi op-
fecte magnas debeo grates

pandens ora iam christum loquor christi
pectus et gloriam. Ecce tot laudant ora
quot sunt vulnera. Sed quia luctari
tecum non licet verbis profunda Consu-
lamus proxima interroget ipsa naturam
sensum simplex et sine arte fuci
inspicta sua. Da septennem circiter vel
infra puerum innocentem ut perimatur
quid recens infancia sequendum dicat
quid novus victor sapiat. Hanc vocem
prefectus amplectens unum de turba infan-
tulum iam ablactatum adesse precepit. Cui
Romanus ait Quid tibi filiole videtur
esse verum et congruens unum ne christum
colere et in ipso patrem, aut mille formis
deos adorare. Tunc infans arrisit et
miratus retulit Quod homines dicunt
unum oportet esse deum et unum unitum. Cum quis
sit christus Christus est verus deus. Ea
deorum quia multa nec pueri putant. At
tyrannus stupuit pudore fluctuans. Hic
cum deberet innocenti etatule veniam le-
gis inscie, nec furor sinebat loqui
talia puerum. Quis tibi inquit auctor est
vocis huius. Respondit ille mater et mater dei
ergo ut de fontibus gemellis uberum
lac primus hausi christum et hausi credere.
Illa imbibit cooperante spiritu docta quod
me pascet inter ipsa cunabula. Tunc
exclamans asclepiades Ergo inquit assit
ipsa mater et discipline sue testem contra
spectet. Statim quod iussit infantem remo-
ta veste virgis verberari, tenerumque duris
ictibus tergum secari. Demumque precepit
utrumque perdi, sed puerum gladio decollari
magistrum igne cremari. Puerum tamen
fex poposcit, mater dedit nec fletibus
immorata tantum osculum unum impressit.
Vale inquit dulcissime et cum beatus
christi regna intraveris memento matris iam
ex filio patrone. Tunc dum percussor ense
cervicem ferit docta pusillum mater hym-
num canebat carminis davitici. Preciosa
sancti mors sub aspectu dei. Cumque lic-
toris brachiis ignibus urgetur ro-
go. Cras inquit ille non futurum ut [illegible]
tremens nec huius passionis genus est michi
datum, sed restat ingens ut fiat mi-
raculum. Cuius dicta sequitur. Pluvius
fragor nubibus ruentibus et nimbus
preceps undantium ignes obruit. Quod
audiens iudex huius magice artis lu-
dibrio virtutis attribuit. Tunc iussit
martyrem foris protrahi et in tenebris
noxialis carceris trudi. Cuius collum
fune lictor nephandus elisit et sic

eius parta passione anima vinculis absolu-
ta celum petiit. **xix De sanctis Quirino et**
Pamphilo martiribus ex martilogio ro.

Preterea pridie nonas iunii celebratur
apud illiricam civitatem sciac na-
tale sancti quirini episcopi qui pro fide
christi ut prudencius scribit ligato ad
manum molari saxo in flumine precipita-
tus est et cum circumstantibus diu collo-
cutus ne eius terrerentur exemplo vix
precibus ut mergeretur obtinuit. Ieronimus
de illustribus viris. Pamphilus presbiter
eusebii cesariensis episcopi necessarius
tanto bibliothece divine amore flagravit
ut maximam partem Origenis voluminum
sua manu descripserit que usque hodie in
cesariensi bibliotheca habentur. sed in xii
prophetas xxv exegeseon Origenis volu-
mina manu eius exarata repperi que tanto
amplector et servo gaudio ut cresi opes
me habere credam. Si enim leticia est unam epistolam
habere martiris quanto magis tot milia versuum
que michi videtur sui sanguinis signasse vestigiis.
Scripsit autem quoniam Eusebius scribet apologe-
ticum pro origene et passus est cesaree palestine
sub persecutore maximino. **xx De impiis**
edictis galieni contra christianos Eusebius

Tanta autem in brevi ad- **nono libro**
versum nos crudelissimus tirannus
excitavit ut longe feriora potioribus
et duriora parentur. Quando cum adversum
nos legationes provinciarum et urbium quod
tot et tanta imperialia edicta venerunt
ita ut et ereis tabulis incidi leges que
adversum nos date fuerant iuberentur. quanto
pueris scolarum meditacio de pilato et ihesu
hiis continuatis vite gesta inserta est et gestis
referta blasphemiis per totam diem decan-
tari. Iubentur in legibus quas adversum
nos ereis incisas singulis civitatibus proposue-
rat velud metuendi mansuras iactavit
et superbe descripserat quod cunctis christianis
[illegible] pellentur et aeris leta esset tem-
pies et terre fecunditas habundancior. Ideo
quia vere compulit ad deorum immortalium gratiam
ut adversum hoc hominum genus ex omnibus
locis in quibus eos maiestas colitur pellere-
tur. Iniuria dei prudencia dum adhuc
paliquas longius positas civitates civi-
tates impia mitterentur edicta arrogancia
tyrannice vocis refrenans qua letas sege-
tes pro amore fuga et uberes frugibus
descripserat campos ymbres restringit im-
bribus et estas aridas sterilitate segetes
dereliquit arescit et herba camporum et non

solum hominibus fructum verum etiam pecudibus
pabulum negat. Fames quoque terre et ob
scena ubique grassatur. Aeris quoque temperies
quam prius impiis actibus dehonestaverat fami
liari in tantam corruptionem versa est ut huma
na corpora ulceribus pessimis que ignis
sacer appellatur necnon et hiis qui dicuntur
carbunculi replerentur ita ut hora hominum
atque oculos occuparent ut si quis forte
ex hiis effugisset mortem luminibus orbaretur.
Sed et aliis nichilominus pestilentibus
morbis virorum ac mulierum innumere multitu
dines et precipue in famem catervatim cade
bant. xxi De ultione divina in galerium et [in suos]

Additur etiam illud hiis
malis ut armeniorum gens olim et
amicissima et annexissima populo ro
mano dum ab eo christiane religionis ritu
cui devotissime venerata tradita est in y
dolorum cultum mutare cogeretur et de
mones venerari pro deo inimica pro amicis
et pro sociis adversarii effecti se manu ad
versus nepharia eius edicta defendere
parent ac sponte bellum inferunt. Que
simul omnia coadunata stulte ab eo per as
arrogantie deponebant pro quo perfugam
persecutionis christianorum pacem sibi et rerum
copias atque etiam aeris temperiem
deferre iactaverat. Igitur cum ipse et
exercitus bello armenico vehementer et
acriter urgentur per vicos et per urbes
quibus divina atque humana per se cuncta
cesserant legum suarum auctoritate prius
serat fames dira atque illa miseratione
vastabat morbis tante per vices singu
las multitudines cedebant ut nec lo
ca ad sepulturas invenirentur quia plurimi
non ita exhausti incedebant ut simulacra
magis carne carentia quam homines
putarentur. Colore tetro luminibus in profundo
demersis huc atque illuc corpore nutabun
di et iam iamque lapsuri incedebant.
Interea per plateas omnes et angiportus
erant omnia repleta cadaveribus mortuorum
nec erat omnino qui sepeliret dum et ipsi
qui sani esse videbantur adhuc morbo in
validi essent et quasi continuo morituri
ex quo fiebat spectaculum miserabile ita
ut quam plurima canibus devorarentur.
Hec constitit legum maximini atque eius
iactantie et elationis eius et indicii
de christianis huius terminatio. Licet illius in
dicium pietas et religionis ut assere
bat celitus tradite manifestatum ut
supra diximus cum et inhumata mor
tuorum cadavera quos fames consumpserat
in plateis iaceret et quos lues usque ad
unum interemerat nichilominus insepulti in do
mibus manerent. Cum non sani esse videbantur
urgerentur in media clamare ceperunt omnes
et sponte christianorum pietatem et unam
ingestam quosque paulo ante extortores
patria et domo egerunt nunc supplicare co
orare ut more sibi solito viventibus
alimonie auxilium deferrent. xxii De pie
tate christianorum in paganos sequitur.

Cum non inmemores ipsi quibus venera
pro dei gratia quod maxime omnibus
admirabile fuit neque fames tam aliquos
neque lues fugavit donata in nullo prius
in iure memores more sibi solito ad
iniuriam inimicorum preceptis divinis institutam
conferre statim unusquisque prout poterat
cibos et sustentare et ac reficere pauperes
et non solum cibos cum eis sed et assum
preparare ceperunt ex quo indigentibus
etiam propria pura sufficere videbantur
eo quod cum magna pietatis affectione
prebebant. Illos quoque qui morbi con
tagione laborabant ad quos nullus
gentilium neque propinquorum quidem intro
ibat sedula et frequenti visitatione cura
re et pati omnis aliquid per contagium quippe
quos divina gratia circumdaret. Cadave
ribus quoque mortuorum sepulturam deferre
et conferunt. Hec nostri complere ita bene ipsi
solo christianorum pueres et viros maiorum
facies immutata rebus ipsis atque operibus
verum esse et piam religionem christianorum
incredulis omnis senserit multo tenacius
quam tabulis eius eam falsam esse
tyrannus incidat. Tunc ergo videtur
completum illud quod scriptum est in Exodo
quod egyptus erant tenebre palpabi
les et crasse, filiis autem israel erat lux
in omnibus habitationibus suis. xxiii De
Eusebio papa et dissonantia hystoriarum

Temporibus Eusebius ubi supra
constantini Eusebius natione
grecus in imperatu sedit. Hic hereticos
invenit in urbe Roma quos per
manus impositionem reconciliavit. Huius
temporibus inventa est crux domini
v non. maii et baptizatus est iudas
qui dictus est quiriacus. Sedit autem annis
vi et sepultus est in cimiterio calixti
pape via appia vi non. octob. Post
hunc melchiades natione affer sedit
annis iiii. Hic constituit nulla ratione die
dominica aut v feria ieiunium a fidelibus

agi quia eos dies pagani quasi sacri
diem celebrabant, et manichei inventi
sunt in urbe roma. Sepultus est autem et
ipse in prefato loco ydus decembris. post
hunc silvester natione romanus sedit annis
xxiij. qui exilio fuit in monte siraptis et
postmodum rediens cum gloria baptizavit
constantinum augustum quem curavit
dominus a lepra. Cuius persecutionem primo fugiens
exilio fuisse cognoscitur. Auctor vero
quo liber iste de gestis romanorum
pontificum a damaso papa conscriptus
ab aliis hystoriographis dissonat in pluribus.
Nam Eusebius cesariensis qui fuit
scriptor eorum que prius vidit et audivit
fuit enim temporibus constantinis, dicit in
cronicis suis quod eusebius temporibus
galerij tantum sedit mensibus vj. et post
eum melchiades annis iij. Rufinus in
hystoria ecclesiastica x. libro post concilium
nicenum quod constat a constantino iam
christianissimo et religiosissimo imperatore
cum multis episcopis fuisse celebratum narrat
crucem domini a matre eius helena fuisse
quesitam et inventam. Quod autem con
stantinus post adeptum imperium christianos
persecutus sit in quadam legenda legitur. porro quia in
actibus beati silvestri videtur eiusdem papa
in monte siraptis latuisse ut persecutiones
constantini declinaret. et in martirologio
etiam ita legitur. xviij kal. augusti apud
antiochiam syrie natale beati eustachij
episcopi et confessoris sub constantino principe
qui ob catholicam fidem in traianopo
lim civitatem syrie pulsus exilio ibidem
requievit. Cyprianus quoque iam dampnatum est
rabiem persecutionis non cessasse usque
ad xv annum constantini magni, Solvit
enim idem imperator pacem ecclesiis reddidit.

xxiiij De mirabilibus quorum tempora ignorantur et primo de sancto Christoforo

Quoniam ergo passiones martirum
quorum certa tempora reperimus
supinus abbreviatas suis locis
posuimus, nunc completis x persecutionibus
restat ut eorum quoque de quibus incertum
est quibus temporibus passi sunt glo
riosos agones deo iuvante describa
mus. Christoforus vir procerissime
stature et vultu terribilis cum in
samon civitatem lycie fortuitu ad
venisset et rex urbis nomine dag
nus servos dei nolentes sacrificare
cum inter tormentorum interrogatus est
si fuit decreta principum sacrificeris
consentiret. At ille non intelligens
linguam eorum valde prostratus est et pro
stratus oravit dominum ut ei illius lin
gue concederet intellectum. Dumque persisteret
in prece iudices eum insanire putantes
sic eum reliquerunt et venerunt ad locum
ubi christiani penis variis torquebantur.
Subito christoforus dato sibi quod peteret
divina voce confortatus venit ad locum
et videns servos torqueri cum tortores
et iudices increparet suum vultum
clamide cooperuit ut agnosci non
posset. Quem statim unus ex iudicibus
alapa percussit. Et ille vultum discoopi
ens protinus ei dixit Nisi essem christianus
et videres tormenta et iniurias pati
vellem illatam michi iniuriam iam te
protinus retorsissem. At ille vultum viri
intuitum non sustinens confectus
venit ad regem. Cum cuncta omnia se
riatim dixisset et rex christoforum prodere
cogitaret. Interim christoforus confluente
populo allocutus per predicationem suam ba
culum quendam aridum fixit in terram
et ad honorem dei et conversionem populi
ut flores et frondes produceret impetravit
ad quod miraculum multi sunt conversi
et a pectore presbiteris baptizati. Hoc iam rex
audiens iratus misit milites qui eum
ligatum adducerent. Quem cum ad eum
accedere non auderent ait eis christoforus. quid
vultis aut quid queritis. Rex inquiunt
misit nos ad te ut te vinctum duceremus.
Quibus ille. si voluero nec solutus nec
vinctus duci poteris. dicunt ei milites.
ergo si non vis nobiscum venire vade quo
cumque volueris et nos dicemus quod te non in
venimus. Non ita inquit sed ego ibo vo
biscum. Quos cum predicando in fide
convertisset et baptizasset, fecit se vinctis
post tergum manibus ad regem deduci.
Cuius magnitudinem rex admiratus quesivit
eius inquirit. Genus inquit meum facies
mea indicat ex regione cananitide
a parentibus regibus dicor. sed hoc nomen
in baptismo suscipiens christoforus nunc appel
lor. Rex ait Quam stultum nomen tibi
imposuisti christi scilicet crucifixi, qui nec se iuvit
nec sibi ita nec tibi prodesse poterit.
Nunc tamen dico tibi quod si diis sacrifi
caveris magnos a me honores et divicias
consequeris, aut certe si oblata respueris
diris suppliciis consumeris. nolente ita quod
misit rex in carceres suspendi et misit
ad inductionem castitatis virginibus lauran

Passio sanctorum Nicete et Aquiline. xxv.

Tunc suggestum est regi ut duas
formosas mulieres ad eum faceret
introduci. Quo facto vir sanctus
orationi prosternitur et cum meretricibus
blanditiis manuum et amplexibus urgetur
surrexit et ait illis: quid vultis et cur
inducte estis. At ille vultus eius claritate
perterrite dixerunt: miserere nostri sancte Christofore
ut in deum quem predicas possimus credere.
quia huc introducte sumus ut sicut mul-
tos decepimus ita et te ad ydolatriam
traheremus. Tunc Christoforus blande eas erudiit
et eas ad Christum predicando convertit. Quod
cum rex audisset iussit eas sibi quam
citius presentari et ait illis: nunc et vos
adhuc recessistis illius maleficiis. per deos
iuro quod si non sacrificaveritis morte pes-
sima peribitis. Que dixerunt: Si dii sunt
ymolare debemus. Sed iube per universas
plateas ut omnes ad templum deorum con-
veniant quia Nicea et Aquilina ibi sa-
crificare sunt. Quo facto cum per plateas
ornatas ad templum venissent dixe-
runt astantibus ut ad eas intenderent
et ascendentes ad ydolum Iovis dixe-
runt: Si deus es iube quid faciamus
quia rex precepit ut sacrificemus. Cumque
ydolum nihil dixisset alligantes omnia
ydola zonis suis deiecerunt ad terram et in
pulverem confregerunt et dixerunt astan-
tibus: Vocate medicos ut curarent
deos vestros. Tunc rex iratus dixit eis:
Ego monui vos deos adorare non contem-
nere; testor autem virtutem eorum quod perimam
vos per diversas angustias tormentorum. At
ille dixerunt: Stulte si erant dii astra
gilli seorum se puniscerent contemnentes. Tunc iussu
regis Aquilina suspenditur et ligato
ad pedes eius ingenti saxo membra eius
omnia disrumpuntur. Quo facto cum iniecisset
ad deum soror eius Nicea ligata manus
et pedes in ignem proicitur et inde exiens
illesa postremus decollatur. Passio sancti Christofori =

Post hoc Cristofori martiris xxvi
Christoforus educitur et confluente ad-
populus se confortans regi celeriter
presentatur qui videns populum multum ad
Christum conversum iussit omnes cives decollari.
Christoforus non ferreis kathenis liga-
tus virgis cedi deinde super sellam ferream
clavis et vinculis alligatum succenso
igne et iniecta pice in medio civitatis
usque ad cineres cremari. Sed repente
sella sicut cera confringitur et Christoforus
in medio ignis incolumis ad fidem populum
adhortatur. multis ergo credentibus rex in
malicia permanens iussit molarem lapidem
in collo eius alligari et per plateas civi-
tatis distractum ligari ad stipitem et a
militibus sagittari. Cum cum sagitte
nocere non possent et rex milites eum
occidere se putaret expendentes in eo sa-
gittas ei preter insultabant. At ille
dum imminentem eis penam et sibi gloriam
predicat insultantibus reinsultat et
sic iussu regis ad decollandum ducitur
et ibi finito orandi spacio decollatur.

xxvii Passio sancte Margarethe virginis

Sancta Margaretha nata in Antio-
chia parentibus gentilibus nutrici
traditur aqua dulcet et studiose
nutritur. adulta se sponte baptizari
fecit et defuncta matre apud ipsam ho-
nesta oves nutricis sue pulcherrima
puella pascebat. Tunc accidit quendam
seneschallum imperatoris transire per Antiochiam
qui cum puellam vidisset et iam in amo-
re eius vehementer arderet iussit eam
ad se venire et cepit ab ea nomen et
genus et religionem inquirere. At illa
constanter respondit se esse nomine Marga-
retham genere nobilem religione Christianam.
Tunc prefectus prima inquit duo tibi conveni-
unt. Sed tercium nimis discordat ut
puella tam pulcra tam nobilis cre-
dat crucifixum qui nec sibi nec aliis
ferre potuit auxilium. Tunc Margare-
tha recte et tam prudenter de fide nostra
et infidelitate paganorum respondit quod
prefectus eius rationibus superatus erubescens
se victum iussit eam carceri mancipari.
Sequenti die iubetur aut sacrificiis con-
sentire aut diversis suppliciis deperire. Re-
nuens convertitur suspenditur et virgis acri-
ter usque ad fluxum sanguinis et de-
ferri scindendam clamatur. At illa virtute
dei nec supplicavit nec gemuit nec sal-
tem vultum tristem exhibuit et cum adhuc
deum predicaret putans se prefectus vinci
pectinibus iussit carnes eius usque ad
ossa sulcari quod dum fieret et ipse cum
populus astans fleret dum etiam ipse pre-
fectus quasi pie ei consuleret et illa in no-
bilis perseveraret ait prefectus: Jam non
parcam iam non misereor. consulentes sibi
deludit deos blasphemat tormenta
contempnit. In carcerem ergo mittitur ut
excogitatis suppliciis crudelibus singula
diucius puniretur. Sed statim tenebre
carceris in medio luce radiante fugantur

Sed dyabolus ut eam terreret subito ei in draconem mutatus apparet Cum cumque eam quasi devoraturus impeteret signo crucis opposito protinus evanuit Sed tunc ille adhuc ut ei quocumque modo suaderet in hominem se mutavit At illa demonem esse intelligens eum per caput apprehendit et sub se ad terram deiciens coegit ut diceret cur tantos multipliciter attemptaret Qui videns tale sibi esse odium contra virtuosos viros et quamvis sepe repellatur absens fit et desiderio seducendi semper infestus consistit et quia invidet nobis felicitatem quam perdidit et si hanc recuperare non potest eam aliis auferre contendit Et hiis dictis dum virgo pedem sublevavit ille statim evanuit velud fumus evanuit / xxviii Finis agonis eiusdem sequitur rubrica

Illa ergo spem concipiens quod iniustum seviciam vinceret que iam caput impiorum dyaboli superasset sequenti die convenientibus populis virgo inducta presentatur et sacrificare nolens exuitur et appositis ad latera facibus eius laceratur usque ad intima concrematur ita ut mirarentur quomodo tam fragilis puella tanta posset tollerare tormenta Et insensatus preses dolium aqua frigida iubet impleri et ligatam in eo dimanibus detineri ut commutatio tormentorum pena esset gravior non refrigerium et novum dolorem afferret supplicium novum Sed dum ligata tanquam mergeretur facto terre motu omnibus qui aderant perturbatis virgo illesa egreditur videns ergo preses quod quinque milia miraculo ipso ad fidem converterit timens ne dimanus vincens plures converteret eam decollari precepit Et illos autem qui crediderant variis mortibus consumavit Margaretha igitur impetrato orandi spacio oravit prius pro se deinde pro omnibus suis et postea pro persecutoribus suis et ut aliter legitur pro parturientibus ut quecumque in partu nomen eius invocaret statim edita prole periculum evaderet Ibi est xiii kalendas augusti martirizata fuisse legitur Unde mirum est quod aliquas viii ante diebus scilicet iiii ydus iulii eius festivitas celebratur

xxix Passio sancte regine virginis rubrica

silentio ad Ihesum Christum petebat auxilium.
Deinde petito silencio ascendens in
eminentiori loco dixit clara voce:
Dominus Ihesus Christus quem ego predico cum
aliis miraculis que fecit etiam mor-
tuos in nomine suo suscitavit. Unde
apparet sic nomen dyaboli esse non dei quod
vivente thaurum occidit sed occisum susci-
tare non potuit. Viam vivente occidere
post et latrones et serpentes et leo-
nes et ursi. In Deuteronomio autem ipse
deus loquitur dicens videte quod
ego sum solus et cetera. Ego occidam et cetera. Tunc
iudices cum augusto urgebant Zam-
bri ut thaurum suscitaret et cum se
illum suscitare non posse dixisset
addit: Suscitet hunc Silvester in nomine
de illo galileo ut eius deitatis eius
assertorem recipe valeamus. Tunc
devotare se cepit et pro salute augu-
sti asserere quod si Silvester a morte thaurum
erigeret omnis iudaicam legem dimit-
terent. Hanc quoque religioni se traderent.
Tunc petente beato Silvestro iudices
dixerunt iudaice assertionis actoribus
ut sigillatim edicerent an illi sine
cordis assensu proberat. Cumque singuli
pacto consentirent ut posse quod thau-
rum nullomodo suscitari posse asse-
rerent beatus Silvester omnes incredulos
a fidelibus segregari fecit. Tunc
facta oratione fere per unam horam omnibus
qui orantibus et flentibus inclinavit
se Silvester ad aurem thauri inquiens:
nomen illud dyabolicum Zambri et alii
nomen maledictionis et mortis.
sicut intrasti in aurem thauri sic
ita egredere iussu domini mei Ihesu Christi
in cuius nomine dico tibi: thaure sur-
ge. Sic dicto thaurus recuperato flatu
surrexit cum omni mansuetudine.
Cuius vincula manu sua sanctus Silvester
solvit, eumque tamen cum omni mansuetudine
ad armentum suum ire precepit. Tunc

omnes iudei ad pedes eius provoluti fate-
bantur se credere Christo rogantes ut orarent
pro eis. Helena quoque preciosis aureis vesti-
bus gemma eius deosculans rogabat
sibi prius locum dari. Credidit quoque cum omnibus
filiis et filiabus suis. Sed et ipsi iudi-
ces et amici eorum amplius quam tria
milia iudeorum ad fidem Christi qui sunt

lin de dracone pemm impato sequitur

Post aliquod dies pontifices qui
fuerant templorum augusto di-
xerunt. Plus centum invictissimi
draconis pestilentia afflatu solebant
esse virgines sacro sancte dee veste
post kalendas diem abire ad eius de-
tensum et cibos et simulaginis misterie
ex quo autem pietas tua legem accepit
vanam sunt nichil fert ideo indig-
natus flatu suo cottidie plurimos vexat.
Calphurnius quoque urbis prefectus ait
per singulos dies moriuntur plusquam
trium milia homines et non est aliud re-
medium genus nisi ut placatur. Iudices
sanctus Silvester ait: Unde michi vel vi-
derim oculis qui moriuntur. Perfectus dixit:
Si draco non invadit descende quod
ad eum tu et fac illum in nomine dei
tui vel uno anno abiurat faciendo homines
cessare ut credamus deum tuum Christum
virtutem deitatis habere. Tunc Silvester
oratione facta iuxta revelationem beati Petri
ipse et cum eo presbiteri quidam et dyaco-
ni descenderunt solo Christi sacramento
refecti. Pontifices autem miserunt post
eos Porphirium et Torquatum magos
ut sibi intimarent illos ad draconem
pervenisse. Orans igitur Silvester cum suis
per gradus CL descendit. Magi vero
sacrificantes et invocantes demonia
descendebant post eos. At ubi perve-
nerunt ad flatum draconis comprehendit
eos angustia et ceciderunt. Silvester autem
cum suis intraverunt ad draconem in quo
habitabat sathanas et dixit ei: Ihesus
Christus natus ex virgine crucifixus et
sepultus resurrexit et ad celos ascen-
dit inde venturus est iudicare vivos
et mortuos. Expecta eum fixus
in loco isto donec veniat. Tunc apprehen-
dens eum ligavit os eius filo canabi-
neo tripliciter torto quod secum portave-
rat et imponens super terram signavit
anulo ferreo qui signum crucis habebat
sculptum. Apprehensis quoque portas ereas
que ibi egrediens ad se adduxit et

incredulos carcerem induxit cathenam quam
secum portabat et cum clausisset eos
dixit hec dixit apostolus christi petrus. Iste la-
cus non aperiatur usque ad diem iudicii. cla-
vem nos cathene substituit et cum omnia
sibi a beato petro precepta complesset ascen-
dit inde. Cumque invenisset magos volu-
tantes se intra sanguisugia facta oratione
elevavit eos et secum eduxit. Qui
mox cursu rapidissimo pergentes secum
detulerunt codices maleficiorum suorum
et iacentes eos ad pedes beati silvestri
incenderunt eos dicentes. Sic ardeant
qui non credunt in christum filium dei quem
silvester predicat. Transacto autem anno in-
ter draconis probantes apud se quod
vere superatus draco prosternentes se pedi-
bus beati silvestri crediderunt omnes
in christum. Sicque factum est ut populus romanus
a duplici morte liberaretur. scilicet a cultura
draconis et a veneno eius. In ipso autem
anno baptizati sunt xxxvi milia vi-
rorum exceptis mulieribus et parvulis. Victor
Constat epistola constantini qualis ad omnes
episcopos quam inter decreta prius ysido-
rus collocavit. In qua idem constantinus
modum sue conversionis exponit et ecclesiam
romanam omnibus ecclesiis preesse diffinit
in hunc modum. Sequitur epistola qualiter
constantinus de conversione sua scripsit

In nomine sancte et individue trinitatis
imperator cesar flavius constantinus
sanctissimo patri patrum silvestro omnibus-
que eius successoribus urbis rome
episcopis ac ceteris omnibus katholicis
episcopis eidem sacrosancte romane ecclesie
per hanc nostram imperialem constitutionem
subiectis nunc et in posterum temporibus
gratia pax caritas gaudium cum omnibus
nobis. Ea que salvator noster altissimi
filius per suos apostolos suos petrum et pau-
lum intercedente nostro patre silvestro
mirabiliter operari dignatus est ad agnitionem
omnium populorum liquida enarratione pa-
gare studuit nostra benignitas. Nam
cum validissima squaloris lepra totam car-
nem meam invasisset nec aliquis
medicorum curam adhibere posset ad-
venerunt sacerdotes capitolii dicentes
michi fontem in capitolio debere fieri
atque innocentium sanguine compleri meque
calente eo loto posse mundari. Itaque
secundum eorum dicta aggregatis pluribus innocen-
tibus dum vellent sacrilegi paganorum
sacerdotes mactare et eorum sanguine
fontem repleri cernens serenitas nostra lac-
rimas matrum eorum illico facinus exhor-
rui. Misertusque illis proprios eis restitui
filios precepi. Datis quoque vehiculis et do-
nis concessis gaudentes ad propria relaxavi.
Eadem igitur transacta die nocturno nobis
facto silentio dum somni tempus ad-
venisset assunt apostoli petrus et paulus
dicentes michi. Quoniam flagiciis imposu-
isti terminum et effusionem sanguinis innocen-
tis horruisti missi sumus a domino ihesu christo
dare tibi sanitatis recuperande consilium.
Audi ergo et fac. Silvester episcopus civitatis
ad montem seraptim persecutiones tuas
fugiens in cavernis petrarum cum suis
clericis latebram fovet. Hunc cum ad te
adduxeris ipse tibi piscinam pietatis osten-
det in qua dum te tercio merseris omnis te
valitudo ista lepre deseret. Quo cum
factum fuerit hanc tu vicissitudinem salva-
tori tuo compensa ut omnes iussu tuo
per orbem totum ecclesie restaurentur.
Te autem in hac parte purifica ut omni ydo-
lorum superstitione relicta deum unum
qui solus est verus adores et exco-
las. Exsurgens igitur a sompno advocato
magnifico patre et illuminatore meo sil-
vestro omnia dixi verba michi ab
apostolis precepta percunctatusque sum eum
qui essent isti dii petrus et paulus.
Ille non ait non eos vere deos dici sed
dei apostolos salvatoris ihesu christi. Rursum
interrogavi utrum eorum ymagines ha-
beret expressas ut ex pictura discerneremus
eos esse quos revelacio docuerat. Et
tunc idem pater ymagines apostolorum per dya-
conum suum exhiberi precepit. Quas dum
aspicerem et illorum quos dum in sompno
videram vultus in eis figuratos ad-
noscerem ingenti clamore coram omnibus
satrapibus meis confessus sum eos esse
quos in sompnis videram. Adhuc sanctus
silvester indixit nobis penitencie tempus
intra palacium nostrum lateranense in uno
cilicio ut omnia que que a nobis impie
et iniuste pacta et disposita fuerant vi-
giliis ieiuniis lacrimis et orationibus
apud deum relaxari impetraremus.
Deinde ad ipsum presulem veni ibique ab-
renunciavi sathane pompis et operibus
eius credere me in deum patrem et filium
et spiritum sanctum sponte coram omnibus populis
professus sum. Benedicto quoque fonte illic me

certe[?]

trina mersione unda salutis purificavit positoque me in fontis gremio manum de celo me contingentem vidi oculis de qua mundus exurgens me ab omni lepra squalore mundatum agnoscite. ut s(upra).

De exaltacione romane ecclesie super omnes ecclesias. lv

Igitur senatus decreto so... te utile iudicavimus una cum satrapibus meis et universo senatui amplius quam nostram imperii et terrenum thronum sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltari tribuentes ei potestatem et honorificenciam imperialem decernentes quod sancimus ut principatum teneat tam super quatuor precipuas sedes scilicet Antiochenam Alexandrinam Constantinopolitanam et Ierosolimitanam quam etiam super omnes in orbe terrarum dei ecclesias et qui pro tempore pontifex eiusdem romane ecclesie extiterit excelsior et princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat et quecumque ad cultum dei vel christianorum fidei stabilitate procuranda sunt disponat. Iustum quippe est ut ibi lex sancta teneat caput principatus ubi sanctarum legum institutor ihesus beatum Petrum apostolatus obtinere precepit cathedram ubi et crucis patibulum sustinens beate mortis poculum suscepit suique domini et magistri imitator apparuit et ibi gentes pro nomine colla flectant ubi doctor eorum beatus Paulus apostolus pro Christo extenso collo martirio coronatus est. Ibi pui et humilitati celestis regis famulentur officio ubi superbi terreni regis serviebant imperio. Interea quoque nosse volumus omnem populum per orbem terrarum construxisse nos intra palacium nostrum lateranense salvatori nostro ecclesiam a fundamentis cum baptisterio et de fundamentis eius scimus nos xii cophinos terre honeratos propriis humeris asportasse, ad quam sacrosanctam ecclesiam caput et verticem omnium ecclesiarum in universo orbe dici et coli ac predicari sancimus. Construximus itaque ecclesias beatorum Petri et Pauli primorum apostolorum quas auro et argento locupletavimus ubi et sacratissima eorum corpora cum magno honore recondentes thecas eorum ex electro cui nulla prevalet elementorum fortitudo construximus et crucem ex auro purissimo et gemmis preciosis per singulas eorum thecas posuimus atque clavis aureis confiximus.

lvi De insigniis imperialibus collatis sancto Silvestro ut sequitur.

Igitur sanctis apostolis dominis meis et per eos et beato Silvestro patri nostro et universali pape omnibusque eius in sede beati Petri successoribus pontificibus imperii nostri palacium lateranense contradiximus quod omnibus in orbe palaciis prefertur atque precellit, deinde dyadema capitis mei simulque frigium et superhumerale quod imperialia circumdare assolet colla verum et clamidem purpuream atque tunicam coccineam et omnia imperialia indumenta et omnem processionem imperialis culminis et gloriam potestatis nostre et quo ad nostrum imperialis potencia diversis officiis cubiculariorum et hostiariorum et omnium excubitorum ornatur, et ita sanctam romanam ecclesiam decorari volumus, et ut amplius pontificale decus prefulgeat decernimus et hoc eiusdem ecclesie clericis ex lintheis candidissimo colore equos eorum decorari et ita equitari decernimus, et hoc ut venerabilis pater Silvester et omnes eius successores pontifices dyadema quod ex capite nostro illi concessimus ex auro purissimo et gemmis preciosis uti debeant et cum capite ad laudem dei pro beati Petri honore gestare. At ipse beatissimus papa super coronam clericatus quam gerit summo ipsa ex auro non est passus uti corona, frigium vero candido nitore splendidum resurrectionem dominicam designans eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus et tenentes frenum equi ipsius pro reverencia beati Petri stratoris officium ei exhibuimus statuentes eodem frigio eius successores omnes uti in processionibus ad imitacionem imperii nostri. Et ut pontificalis apex non vilescat sed amplius quam terreni imperii dignitas et glorie potencia decoretur, ecce tam palacium nostrum ut prelatum est quam rome et omnis ytalie seu occidentalium regionum provincias loca et civitates patri nostro Silvestro eiusque successoribus decernimus disponendum atque iure romane ecclesie permanendum. Unde congruum prospeximus nostrum imperium et regni potestatem orientalibus regionibus transferri et in bizancie provincia in optimo loco nomini nostro civitatem edificari et illic imperium nostrum constitui, quoniam ubi principatus sacerdotum et christiane religionis caput ab imperatore celesti constitutum est iustum non est ut imperator terrenus habeat potestatem. Denique coram deo qui nos regnare precepit et coram tribunali eius iudicio obtestamur per hoc imperiale

nrum constitutum omnes successores nostros
imperatores et cunctos optimates et uni-
versum populum in nostro imperio nulli quoque
modo licere hec que a nobis imperiali
sanctione sacrosancte romane ecclesie et eius
pontificibus concessa sunt refragari
aut confringere vel in quoquam convellere.
Si quis autem vel contemptor ac teme-
rator extiterit eternis condempnacionibus
subiaceat innodatus et sanctos dei prin-
cipes apostolorum petrum et paulum sibi in
presenti vita et in futura senciat contrarios
atque in inferno inferiore concrematus
cum dyabolo et omnibus impiis deficiat.
Huius vero imperialis decreti nostri paginam
propriis manibus roborantes super
corpus beati petri posuimus eidem apostolo dei
inviolabiliter observare spondentes et
nostris successoribus imperatoribus conservan-
da et in mandatis relinquimus. lvii

de translacione sedis imperialis apud con-
stantinopolim hugo ubi supra c.

Tunc edificavit sibi bizancium
maritima civitate et vocavit
illam constantinopolim de nomine
suo ornavit itaque illam diversis fabri-
cis et construxit ibi tres ecclesias quarum
unam appellavit hyrene et aliam apostolorum
aliam vero dedicavit agyosophye
id est sancte sapiencie que christus est et aliam
michaeli archangelo. Transtulit etiam
eo omnes pene nobiles romanorum or-
dinem senatorum cum uxoribus et li-
beris eorum. Urbem vero romanam cum
palacio suo quod lateranense dicitur concessit
apostolis christi petro et paulo et sancto
pape silvestro. Edificavit etiam et insti- ad
tuit testo ut omnia que ecclesiasticum
ordinem pertinent romani episcopi iudicio
dispositionem accipiant. Sed et preterea romani
imperii privilegia singulis civitatibus
dedit ut omnis populus romanus sub
episcoporum ordinacione libero dono deser-
viret. Heli° de cosmographia. Hic ergo
dignitatem imperii constantinopolim
transtulit instituens ut tocius caput
esset orientis et ad imperii romani
memoriam nova roma diceretur. Urbs
postmodum tum burdegalis civitas
obsidetur et ecclesiarum sua provincia
gentilibus opprimitur. Gregorius iunior
papa infestacione paganorum non susti-
nens metuens ne ulteriores romane
gentis partes gentilis furor invaderet
karolum regem francorum missis ei cla-
vibus sepulcri sancti petri et vincu-
lis eius cum muneribus tantis invitat
ut romanorum senatus princeps efficiatur.
Quod humiliter ac devote suscipiens
karolus in romanum erigitur patriciatum
strenuissime pro fide pugnans et ro.
r. pu. curam gerens. Huic successit
pipinus filius eius karolomanno mo-
nacho facto. Cui successit karolus eius
filius qui duos habuit filios karolomannum
et ludowicum. Urbanus papa karolomannum
pipinum adrianus nominavit. Karolus
autem pro re publica pugnans tandem in ul-
timis vite sue temporibus imperii nomen suscepit
ut qui ro. imperii defensor extiterat
pro tantis meritis acciperet nomen augusti
et inter celestes milites milicie fortissimus
predicaretur. Nomen quod apud latinos est
grecorum post translata religio roma magis
infesta est quam imperatori suo. Duos do-
minos habere contendit et inter pontificium
et imperium posita alterum excludit alterum
contempnit. Anno igitur domini dccc.i° cum
apud grecos nomen imperatoris vacaret
karolus rome moram faciens accepit
a leone papa et omni populo ro. decretum
ut karolus nomine imperatoris induceretur
et augustus eo quod romani imperatores
olim in urbe ro. sedem habuissent. Ab
eo igitur tempore imperio grecorum apud
occidentem evanescente nomen redyt
imperatorum ad quasdam partes occidentis
ex quo quedam ro. imperii scissura est con-
fusio de duobus nomen unum tenentibus
diviso cum minuit potestatem et sicut
a solo deo grecorum dependet imperium
ita a sede tantum ro. papa asserit imperium
occidentis pendere. Apud principes quidem
allemanie imperatorum est electio. Apud
papam electi confirmacio nova discordie
nominatur ut dominus consecratur. Non vero dux
nempe imperialia iura accipit insigniaque
que sibi soli collata papa conservat. Ad
altare modicum iuxta basilice beati petri
consecratur a solo papa cum eidem papa
imperatoris insignia in sui consecracione
teneat et ad altare maius sancti petri acci-
piat unccionem. lviii de dilatacione ecclesie
sub constantino et impietate licinii hu-
go ubi supra

Eiusque marc di le

Dest memoratum quam bene constan-
tini studio sancta late per totum orbem
crevit ecclesia et quanta cura erga super-
edificandarum ecclesiarum fuit ardens. Nam
cum edicto publico edificarentur ecclesie

protinus eius imperium ipse adhuc paganus
ex regijs thezauris pecunias affluenti
ssime conferebat Scribebat insuper singulis
ciuitatibus sui regni ut plures ecclesias
instauraret de regali fisco unde sed
perficerentur ecclesie. Eusebius ix° libro Igitur
cum tali simplicitate ecclesiarum gloria apud
deum hominesque conficeret et imago
quedam celestium haberetur in terris religiosus
princeps Constantinus per dies singulos
fide et religione crescens inexplebili
gaudio ecclesiarum profectibus replebatur.
Sacerdotibus etiam dei non credebat suffi
cere Si se equalem preberet eos et longe
preferret. Cumque pre hijs omnibus non iam
ut imperator sed ut pater coleretur. actutis
non tulit infelix inuidia vel inimicorum pa
cem letis successibus crescere vel illius
erga nos studia inquassata durare
Et enim Licinius qui primo quasi probitate
morum non solum ab eo in societatem regni
fuerat ac sororis viri et propinquitate
cognationis susceptus sororem namque
Constantini in matrimonium acceperat videns
imperatorem non tam vi et metu quam
amore et religione omnibus imperare
et in summa veneratione cunctis esse mor
talibus precipue christianis inuidia percussus
et occultis insidijs eum decipere parat
at ille totus confidens ad omnia se
illo signo quod ei celitus monstratum fue
rat muniebat nec illis periculis insidijs
fieri obnoxius poterat. Cum Licinius
iratus quod ille christianorum precibus muni
retur. et ideo tutus maneret stulta
iracundia permotus imperatori quidem
apertum bellum indicit regnique fidem
societatem contaminat. Nos non priuato
et speciali odio persequi parat hec querela
denotans quod non ita ipse sicut Con
stantino christiani in sollempnibus et con
ceptis sibi traditis orationibus excuba
rent. Ista igitur mente hijs qui paulo ante
acriter in eos vindicauerat qui tyrannorum
tempore aduersum christianos aliquid cru
dele moliti sunt nunc in illos tela
contorquet primoque omnium de palacio suo
si quis christianus esset expellere iubet
Deinde et ex omni milicia post hec precipitat
pestis et tyrannicas edictis statuit
omnes qui se christianos profiterentur in carceres
trudi. Statim non inuenit aliquid
iniquos priores crudelitate superaret
addidit edicto ne quis aliquam misso
incarcerato cibum vel potum deferret
denique omnes qui contaminatis sacrificijs acq
uiescere noluissent non tortoribus ut prede
cessores sui tyranni faciebant neque crucia
tibus aut supplicijs tradi iubebat sed
lanionibus dari ut eos porcorum more
suspensos despicatosque et codicibus sup
positos per frustra cederent et in partes diui
sas in mare ad pabulum piscium proicerent
Ecclesias quoque quas sub iam temporibus
quibus edictis destrui fecerat ruinam et ipse
prohibuit erigere et penam satagens quatenus
cunctos qui ante se fuerant tyrannos
crudelitate superaret. Preterea et leges
si que apud romanos bene et honeste a ma
ioribus late fuerant in barbarum ritum
commutare. auaricie quoque insaciabiliter
studens census innouare et agros cul
toribus vacuos tributis replere. Preterea
si quos iniquis factionibus circumuentos
in exilium misisset horum uxores clientis
uilis cuiuslibet suis ac satellitibus
iungere. Ipse non etiam contra etatis sue
vires adulterijs et corruptionibus virginum
delectari. **Ex passione militum xl sub lici**

Sub **nio ex gestis eorum etc.**

Licinio passi sunt vij° ydus mar
cij apud Sebasteniam ciuitatem mili
tes xl sub Agricolao preside quorum
precipui erant Quirion et Candidus Qui
Candidus ait Agricolao digne hoc nomen
tibi impositum est agrestis cum blandito
res. Quirion autem ait ad socios
Sepe pauci multos in fugam conuertunt
Nunc non tres sunt qui nos impugnant
sathanas et dux Lisias et preses Agrico
laus et hij tres unum sunt Absit autem
ut hec unus xl vincat Iussi sunt deinde
lapidibus cedi sed instar leuantes la
pides altius recedebant Exardescens
autem dux Lisias et tollens lapidem aliquorum
sanctorum percuteret in faciem presidis adduxit
lapidem et comminuit faciem eius Stan
tibus autem sanctis ante faciem presidis appa
ruit eis dyabolus tenens dextera manu
gladium sinistra non draconem qui dice
bat ministri presidis mei estis. Erat autem
in Sebaste stagnum habens aquam multam
quod tunc vehementer frigidum erat
tempore hyemis positi sunt sancti hunc
dio nudi ad vesperam positum est balneum
iuxta stagnum ut si quis vellet resipi
scere fugeret ad balneum et ibi positi sunt
iuxta custodes milites et cancellarius
Unus autem ex illis xl pusillanimis effectus
refugit ad balneum qui mox ut attigit

calorem resolutus est quod videntes alii
dixerunt quasi ex uno ore Ve miserabilibus
magistris dixe. Claviclarius autem vigi-
lans et auscultans ceteris custodibus dor-
mientibus vidit de celo descendentes co-
ronas xxxix et expergefaciens custodes
proiecit vestimenta in facies illorum et ex-
hibuit in stagnum unde clamans et ego
christianus sum. Victus autem Sathanas et tur-
figuratus se in virum ligans manibus
gemina dixit in conspectu domini Ve michi vic-
tus sum ab istis et factus sum ridiculum
omnibus quia non habui machinas instrue.
Unius autem mater perdurat cum ipsis cuius cetis
erat iunior que timens pro filio suo confor-
tabat eum cuius nomen erat Melicon. Ius-
sum est igitur omnium crura confringi et simul
omnes preter illum iuvenem animas reddiderunt
quorum corpora super bigas sunt missa ut post
ut comburerentur. Iunior autem relictus est
ad horam flens quem mater suscipiens in hu-
meros portabat post currus qui eos porta-
rent. Letus emisit spiritum. Cuius corpus im-
ponebat super sanctos et omnes combusti sunt
quorum cineres iactati sunt in amne. Sed
in loco principibus et vadoso restiterunt
et congregate sunt et nichil earum in-
venit fluminis. Post tres dies revela-
te sunt episcopo civitatis Abipis sanctis qui
accipiens clerum et populum perrexit illuc et
viderunt reliquias in aqua fulgentes
tamquam luminaria super quas aqua decurre-
bat illarum nil secum trahens et si quid
alicubi relictum fuerat a splendore demon-
strabat. Isti omnes iuvenes milites fuerunt
natione Capadoces et in passione ipsorum
scriptum est passi sunt vo ydus marcii.
Sed in martilogio passio eorum annotatur
vii ydus marcii quare factum sit nescio
forte eo die sepulture tradite sunt
eorum reliquie. Ex passione sancti Theogenis.

Sub eodem tyranno. Egregius civis
comprehensus est Theogenes qui
filius erat episcopi sed cuius episcopi non
legi et productus est ad legionem que di-
cebatur Triana que residebat in Cizi-
co que est prima civitas Hellesponti. Iu-
ssus quod est extendi a quatuor palis in ter-
ra fixis et cedi quod fustibus militatique
sunt super eum xviii centuriones et
omnes fustes confracti. Hic autem passus est
quia militare nolebat. Deinde publice
extensus est in media civitate circa
horam nonam. Tribunus autem illarum op-
tio legionis dicebat ei insultans Ubi

est deus tuus et rex cui militas si he-
rem potatem gladio dette preces facem.
Ad quem sanctus Tu michi nichil potes facere.
Sed venient dies cum tua et tribuni tui
crura frangentur et rex tuus per immodicas
continuo persequentibus et omnes omnibus
qui regi meo non credunt peribunt. Tunc
precepit eum tribunus vinctis manibus et in
nervis extendi et quatuor clavis configi
et consignavit carcerem ubi sanctus a sancto
spiritu pascebatur. Nam astitit ei dominus
dicens Theogenes confortare ego tecum
sum et non accipias escam ab hominibus.
Hec est enim incorruptibilis esca in celis
et recedente domino psallere cepit et cir-
cuierunt custodes ad hostium et viderunt
illud clausum et populum multum in albis
vestibus psallentem cum eo et renuncia-
verunt tribuno qui iussit multitudinem arma-
tam stare ante carcerem cum eo multos
putans esse christianos et neminem invenientes.
Post eum iussit ei dari panem et aquam
qui noluit accipere dicens me pascit rex
meus et alimonia eius accipio cottidie
et respexit hec tribunus Licinio qui iussit
illum iactari in mare et corpus eius
non colligi. Cum eductus ad mare elevabat
vultum et omne corpus suum et in no-
natum quasi a balneo exiret. Venientes
autem ad mare petivit spacium orandi et
oravit per tres horas et facta est lux magna
super eum cuius fulgore oculi nautarum
et militum excecati sunt ne viderent
angelos sibi colloquentes quorum tamen
voces audiebant et admirabant eos di-
cens quod iussum est nobis facite.
Vim pro credite iudicem et habebitis
vitam eternam. Qui miserunt eum in mare
tristes et rursus crediderunt in Christum
et cum eis multi post dies ix facta est
pugna contra Licinium et ex illa legio-
ne quicumque non crediderunt gladio ceci-
derunt per quos sicut Licinius iussit tribunum et
optionis crura confringi sicut sanctus Theoge-
nes predixerat. Collegerunt autem fideles vi-
ri corpus martyris et posuerunt illud in loculo
et tulerunt nocte et sepelierunt iuxta
muros civitatis in villa Adamati fidelis
viri nepotes. Fecit autem sanctus Theogenes
in mare dum expectarent relatores
dies ix nichil omnino cibi vel potus
accipiens. Hunc martirum annotant iiio
nonas ianuarii. De decretis sub eodem passis.

Preterea. Et de morte eius annotati
Pannuo nonas ianuarii celebratur. logio

tum sicut imposito civitate thomis pas-
sio argei marcelli et marcellini pu-
eri qui sub licinio principe inter tyrones co-
prehensus cum nollet militare ductus
ad mortem et diu necatus maceratus
ac in mare missus martirium consummavit
Item xvii kl septembris in nicea bithi-
nie natale beati ursacii confessoris
qui sub licinio persecutore milicia relic-
ta solitariam vitam agens tantis cla-
ruit virtutibus ut et demones expul-
se et ingentem draconem orando interi-
misse legitur Hugo ubi supra. Et postquam
huiusmodi arrius percussus tyrannus
cepit agitare licinius constantinus
veris virtutibus adornatus tot tantis-
que flagiciis nec obviam pat nec aliqua
fuit difficultas victorie ubi causa in-
ferior et fides prior et virtus erat emi-
nentior Hugo ubi supra facta est con-
gressio in bithinia circa crisopolim et
victus est licinius atque comprehensus et apud
thessalonicam capite truncatus Sicque de-
iecto licinio et extincto constantinus mira
bellorum felicitate soliditatem romani reg-
ni solus obtinuit Periit autem licinius regni
sui anno xiiii° vite non sue sed lx° vir aco
eunuchis spadonibusque et aulicorum vehemens
domitor appellabat quippe eos tineas
sorices que palacii lxii de concilio niceno
propter arrium convocato et de statutis beati
silvestri rufinus in hystoria ecclesiastica li° x°

Cum autem apud allexandriam post
achillam qui petro martiri successerat
allexander sacerdocium suscepisset
quia pax nostris et quies a persecucionibus
erat et ecclesia confessorum virtutibus gaudebat pro-
speritas eius domestica contencione turbatur
et cum presbiter quidam apud allexandriam
nomine arrius specie quidem religiosus
sed glorie ac laudis et novitatis inplexe cu-
pidus prava quedam de fide christi proferre
cepit et a substantia patris filium separare Hugo
ubi supra predicabat enim filium creaturam
esse et spiritum sanctum ab eo creatum addebat etiam
erat quando non erat et cum hac faceret cumque
inter patrem et filium et spiritum sanctum divisas allex-
andrinus urbis episcopus ei resistebat Sed cum
illum ab eodem errore revocare non possit
expulit eum ab ecclesia sua Ille non contra
eum sedicionem excitavit quod audiens pius
princeps constantinus convocari fecit
sanctam synodum apud nicheam bithinie ur-
bem anno incarnacionis dominice ccc° xvii°
Convenerunt quoque ibi ccc xviii episcopi et hec est
prima synodus universalis Nam silvester papa
defunctus fuerat et illi marcus successerat
marco non iulius iste tunc in apostolica sede
residebat Vir tamen hic non interfuit con-
cilio propter senectutis sed affuerunt pro eo vitus
et vincencius romane ecclesie presbiteri affuerunt
etiam ex apostolicis sedibus macharius Ierosso-
limitanus et eustachius antiochenus
et allexandrinus honorabiles patriarche
Auctor Aliquando plures invenitur ibi affuisse
Nam in libro pontificali sic legitur Temporibus
silvestri factum est concilium cum eius precepto
in nichea bithinie et congregati sunt ccc
xviii episcopi qui fidem integram catholicam
exposuerunt et arrium ac fotinum et sabellium
dampnaverunt Sed in urbe roma congregavit
ipse cum consilio augusti cclxxvii episcopos
et iterum calistum et presbiteros hereticos dampnat
Constituit etiam ut nullus laicus crimen
clerico audeat inferre Hic constituit ut dya-
coni dalmaticis in ecclesia utantur Hic constituit
ut nullus clericus propter causam quamlibet in cu-
riam introiret nec ante iudicem causam
diceret nisi in ecclesia Hic constituit ut sacrificium
altaris non in serico neque in panno tincto ce-
lebretur nisi tantum in lineo ex terra procreato
sicut corpus domini nostri ihesu christi in sindone
linea sepultum est lxiii de libellis episcoporum
a constantino exustis sozomenus in hystoria

Ingressus autem princeps ultimus // tripartita
incomitatus cum paucis in minori
sede quam episcopis sibi posita in medio nec
resedit nec episcoporum iussione hoc sibi pe-
ciit concedi Rufinus ubi supra Et cum
ex omnibus fere locis episcopi congregati diversis
ex causis inter se quedam iurgia detu-
lissent frequenter interpellabatur et a singulis
libelli offerebantur At ille videns quod
per huiusmodi iurgia causa summi negocii frustra-
retur diem statuit qua unusquisque episcoporum
si quid conquerendum habere videtur deferret
et cum resedisset suscepit a singulis libel-
los quos simul omnes in sinu suo conti-
nens nec quid in eis contineretur aperiens
ait ad episcopos Deus vos sacerdotes constituit
et potestatem dedit vobis de nobis quoque
iudicandi et ideo nos a vobis recte iu-
dicamur vos autem qui nobis a deo dati
estis dii non potestis ab hominibus iudica-
ri quia non est conveniens ut homo deos
diiudicet Sed dei solius inter vos exspec-
tate iudicium De quo scriptum est Deus stetit
in synagoga deorum etc. Hiis ergo omissis
iurgiis ea que ad fidem dei pertinent
sine ulla animi contencione distinguite

Cumque hec dixisset omnes simul conuinos libellos iussit exuri ne innotesceret ulli hominum simultas sacerdotum. Actor. Ita prorsus iniquitatis vitia uelut quedam publicare et etiam reprobi filii intimere maledictum qui patris verenda non texit. Ideoque Constantinus alibi dixisse legitur. Vere si vidissem sacerdotem aut aliquem eorum qui monachico habitu amicti sunt peccantem clamidem meam explicarem ad operiendum ne ab aliquo posset videri. lxviii De philosopho quem in concilio uir simplex vicit et convertit. Ubi supra.

Cumque per multos dies inter episcopos CCCtorum xviii residentium concilio questio uerteretur opinione, quidam philosophi quoque et dyaletici opinatissimi conuenerunt. inter quos quidam insignis cum episcopis uiris etiam in dyaletica eruditus conflictum cotidie mouebat summo certamine nec concludi aliquo quam poterat aut constringi. Tanta enim dicendi arte obiectis questionibus occurrebat ut ubi maxime putaretur astrictus velud anguis lubricus laberetur. Sed ut ostenderet deus quia non in sermone est regnum dei sed in uirtute, quidam ex confessoribus simplex uir et nichil sciens aliud nisi ihesum christum et hunc crucifixum videns philosophum insultantem poscit ab omnibus locum cum philosopho sermocinandi. Viri nostri qui simplicitatem uiri et imperitiam sermonis nouerant et quasi pudorem pati timebant ne forte apud callidos homines risui efficerentur. Sancta simplicitas perstitit tamen senior et sic sermonis mouit exordium. In nomine inquit ihesu christi philosophe audi que uera sunt. Deus unus est qui omnia que videntur virtute non videntur verbi sui creavit et spiritus sui sanctificatione firmavit. Hoc verbum quod nos filium dicimus humanos miseratus errores ex virgine nascitur et morte sua nos a morte liberavit perpetua. Quem expectamus iam resurrectum iudicem omnium que gerimus esse venturum. Credis hec esse ita philosophe. At ille ac si nunquam illum sermonem contradicendi didicisset ita obstupefactus virtute dictorum mutus ad omnia hoc solum potuit respondere ita sibi videri nec aliud verum esse quam dixerat. Tunc senior si hec inquit ita esse credidisti surge et sequere me et huius fidei signaculum suscipe. Ille autem conuersus ad discipulos suos uel ad eos qui videndi gratia conuenerant. Audite inquit o eruditi. Donec verbis mecum gesta res est verba verbis opposui et que dicebantur dicendi arte subuerti. Ubi vero pro verbis virtus processit ex ore dicentis non potuerunt resistere verba virtuti nec homo deo potuit aduersari. Et ideo si quis vestrum potuit in hiis que dicta sunt sentire que sensi credat christo et sequatur hunc senem in quo locutus est deus. Itaque philosophus christianus effectus tandem se fuisse victum gratulatus est. Cassiodorus in tripartita hystoria. Volentibus etiam quibusdam philosophis cum alexandro constantinopolitano episcopo disputare iussit imperator ut certamen susciperet. Qui quamuis simplex esset suspiciens iussit omnes prius verbum tenere silencium. Cum et ait. In nomine domini ihesu christi impero tibi ne loquaris. Qui statim mutus factus est. lxix De viris sanctis qui interfuerunt concilio et de gestis sancti spiridonis. Hugo.

In eodem quoque concilio ut supra aderat athanasius alexandri episcopi alexandrini concilii senem quam plurimum iuuenis. Sunt preterea ibidem et pafnucius homo dei episcopus ex egipti partibus confessor ex illis quos maximinus dextris oculis effossis et sinistro poplite succiso in metalla dampnauit. Sed nichil in tanta erat virtutum gratia ut signa per eum non minus quam dudum per apostolos fierent. Nam et demones verbo tantum fugabat et egros sola oratione curabat. Sed et cecis visum reddidisse et paraliticos ad stabilitatem corporis renovasse. Quem constantinus in tanta veneratione et affectu habuit ut sepius eum intra palatium euocatum complecteretur et illum oculum qui in confessione fidei fuerat euulsus auidioribus osculis demulceret. Rufinus ubi supra. Horum in numero fuisse dicitur etiam spiridion cyprius episcopus qui pastor ouium etiam in episcopatu positus permansit. Quadam vero nocte cum ad caulas fures venissent et manus improbas quo aditum cedendis ouibus facerent extendissent, invisibilibus quibusdam vinculis restricti usque ad lucem velud traditi tortoribus permanserunt. Cumque oves duceret ad pascua matutinus senior videt iuuenes absque humanis vinculis tantis pendere districtos. Cumque causam noxe cognovisset absolvit sermone quos meritis vinxerat et ne eis inanis nocturna cederet

occupacio tollite inquit iuvenes vobis unum arietem ne sine causa venisse videar quam melius sponte quam furto acquisisse quesierat. Habuit enim filiam nomine Hyrene que cum ei bene ministrasset defuncta est. Deinde venit quedam dicens se ei quoddam depositum commendasse. Rem vero gestam ignorabat pater sed illius lacrimis motus cum in tota domo quod poscebat quesitum esset nec inventum ad sepulcrum filie properat eamque nomine clamitat. Tunc illa de sepulcro respondit: Quid vis pater? Commendatum inquit illius ubi posuisti? At illa locum designans: illic ait defossum invenies. Regressus itaque ad domum rem repertam sicut illa prodidit tradidit reposcenti. Cassiodorus ubi supra. Quas autem circa peregrinorum susceptiones fuit hinc apparet. Instante iam xl quidam ex itinere venit ad eum quibus diebus consueverat cum suis continuare ieiunia et die certo comedere, medios dies sine cibo consistens. Videns itaque peregrinum valde defessum, perge inquit filie sue, lava peregrini pedes et cibos appone. Cumque virgo dixisset nec panem esse nec alphita, quarum rerum solebat intra domum reconditum propter ieiunium, orans primum veniamque petens filie sue iussit ut porcinas carnes quas domi salitas haberet coqueret; quibus coctis sedens cum peregrino positis carnibus comedebat et rogabat ut una cum eo ederet peregrinus. Eo refutante et Christianum se profitente, propterea magis inquit refutare non debes. Omnia enim munda mundis. Hec de Spiridone dicta sufficiant. **lxxvij De statutis eiusdem concilij et de symbolo. Rufinus ubi supra et cetera.**

Igitur discussis assercionibus Arrij diu multoque tractatu placuit omnibus et velud uno cunctorum ore decretum est omousion scribi debere, id est eiusdem cum patre substantie filium confiteri. xvij tunc soli fuisse dicuntur quibus fides Arrij magis placeret, quorum sex soli se pariter cum Arrio expelli. Reliqui non xl concilio inter se habito acquieverunt malum sola non mente. Cuius simulacionis auctor precipue fuit Eusebius Nicomedie episcopus. Exemplum autem expositionis fidei illorum qui affuerunt catholica hec est. Credimus in unum deum patrem omnipotentem omnium visibilium et invisibilium factorem et in unum dominum nostrum Ihesum Christum filium dei de patre natum unigenitum, hoc est de substantia patris deum ex deo lumen ex lumine deum verum ex deo vero natum non factum omousion patri, hoc est eiusdem cum patre substantie, per quem omnia facta sunt que in celo que et in terris, qui propter nos et propter nostram salutem descendit de celis et incarnatus est, homo factus, passus est et resurrexit iij die et ascendit in celos, inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt erat aliquando quando non erat et antequam nasceretur non erat et quia ex nullis substanciis factus est aut ex alia substancia vel subsistit esse aut convertibilem aut immutabilem filium dei anathematizat katholica et apostolica ecclesia. Statuta preterea observanda esse in ecclesiis ne quis eorum qui semetipsos impacientia libidinis absciderunt veniret ad clerum, et ne quis nuper assumptus ex conversacione gentili accepto baptismo antequam diligenter examinetur clericus fiat. Et ne quis episcoporum ceterorumque clericorum cum extraneis mulieribus habitare possit, cum matre vel sorore vel amita vel si que sunt huiusmodi necessitudinum persone. Et ut episcopus si fieri potest ab omnibus provincie episcopis ordinetur; si hoc difficile est certe non minus a tribus, ita tamen ut metropolitani episcopi maxime vel presencia vel auctoritas hec absque quo ordinacionem ratam esse noluerunt. Et ne quem alius episcopus ab ecclesia expulerit sive clericum sive laicum suscipiat alius, sive autem hoc iracundia aliqua aut contencione ut fieri solet iniuste factum remedium non haberet, decreverunt per singulos annos in singulis quibusque provinciis semel ab omnibus episcopis provincialibus concilia agi debere et de huiuscemodi negociis iudicari, ut si forte ab uno iniqui aliquid gestum est necessitas emendetur, si recte ab omnibus confirmetur. Et ne quis clericus qui delicta ecclesia sua nulla existente causa probabili navigatur et oberrat per alias ecclesias suscipiatur in communione, et ut nemo eum qui ad alium pertinet subripiens in sua ecclesia ordinet clericum absque consensu illius ad quem pertinet, et ne dyaconi presbiteris preferantur neve sedeant ingressi presbiterorum aut illis presentibus eukaristiam dividant sed illis agentibus solum ministrent; si non presbiter nullus sit in presencia, tunc demum eciam licere ipsis dividere. **lxxviij De sancto Nicholao et eius origine et infancia et cum laude. Beati Nicolai et cetera.**

Sicut autem in nostra scriptura repperitur Grecorum historia sanctus quoque Nicolaus episcopus Mirreorum in synodo Nicena fuisse legitur, iam senex postea

paucis quod supervixit diebus. De gestis eius

[B]eatus Nicolaus ex illustri prosapia ortus
civis fuit Patherae urbis, quae in provincia
Liciae quondam nobilissima nunc peccatis
exigentibus ad instar pusilli oppidi
redacta raro incolitur habitatore. Est etiam
penes eam locus quidam campestris
qui ita totus crebrinis incendiis sicut
vetus vestimentum scinditur et exhyulcas
meatibus per eadem fumum emittit teterrimum.
Per noctem vero quasi fervens fornax igni
incognita vaporat flammas, cumque non esse di-
cit si quis exspiciendo eam manum prius ad
hibuit ardorem quidem sentiat, sed nullam
patiatur adustionem. Sic praedictae urbis in
felices incolae, quia omnem luxuriae prae
diti sunt omnibusque se subdiderunt illecebris,
ad emendationem inferiorem adeo signum
tremendae vindictae acceperunt. At praefata
urbe adhuc multa plebium quantitate
referta, parentes beati Nicolai locupletes ni
mis et inter potentum catervas honorati
magis caelestis quam terrenae dignitatis gloriam
appetebant. Et miro modo cum in primaevo
flore iuventutis hunc solum filium ge
nuissent, cunctis voluptatibus abdica
verunt et inter preces quas frequenter in templo
domini fundebant hunc solum superstitem et
non tantum divitiarum comitem et morum fla
gitabant heredem. Quorum vota deus ex
alto prospiciens qualis futurus esset puer
in ipso nativitatis eius primordio monstravit.
Nam cum lacte matris aleretur coepit bino
in ebdomada die iiii et vi feria semel
bibere mamas et hac in re more contentus
tota die sic permanebat. Cum autem pueri
libus annis semper domi tum factis bonae
indolis adolescens esse coepisset, non ut
illa aetas assolet lasciviam complexus est
mundi, sed nunc cum parentibus nunc solus
ecclesiae frequentabat limina et quod ibi de scriptu
ris capitulo addiscebat auditu non sine
mora armariolo pectoris recondebat.

lxviii De infamia virginum auro penitus redempta est

[U]bi autem utroque repente orbatus est, illud evangelium
saepius ante mentis oculos du
cebat: Nisi quis renuntiaverit omnibus
quae possidet etc. Quod cum facere vellet
timebat ne quod propter Christum facere disponebat
favorabilis aura perderet. Talia eo co
gitante accidit quod quidam convicaneus
eius locuples nimis ad tantam veniret
inopiam ut tres virgines filias suas
quas nuptias spondebant etiam ignobiles
viri constitueret formam ut earum saltem
quaestu infelicem ageret vitam. Quod vir sanctus
comperit, intimo cordis condoluit. Nota quod
cumque quadam noctis hora fumens aurum
non modicum ligavitque in panno proiecit
ad domum viri et per fenestram clam intro
iectis clamque discessit. Mane cum sur
rexisset homo auro reperto deo gratias
egit et prae magnitudine gaudii lacrimas
fudit. Celebratis igitur primogenitae filiae
nuptiis coepit inquirere diligenter quis
esset qui eius inopiae tanta humanitate
praestitisset. Cumque diu talia volveret, nichil
loquens Christi famulus non multo post tempore
quo prius simile peregit opus, quod
mane percipiens homo gaudens vehe
menter oravit dicens: Domine absque tuo
nutu nec passer ad terram cadit, nec
arboris folium; clementia tua praetor
ut michi peccatori ostendas quis ille sit
qui tanta erga me bona exhibere
non desinit. Cumque sollicitus excubaret
vigilansque praestolaretur si forte dominus
famulum suum ei ostenderet, paucis evolutis
diebus certe cultor pietatis advenit
et iterata massam auri duo cupiens sup
plere numero aequale duobus iactavit,
cuius sonitu excitatus homo statim egressus
fugiente subsequitur spatioque correp
to Nicolaum procul vibratus agnovit. Mox
humi prostratus osculari satagebat
pedes eius, quod sanctus pio ut erat
pectore renuit. Exegitque ab eo ne
dum viveret se huius rei actorem indica
ret.

lxix De electione eius in pontificatum

[H]ys itaque transactis Mirae metro
polis orbatur suo antistite. Con
venerunt igitur episcopi vicinarum civitatum clerici
... ut illi ecclesiae secundum statuta canonum ydo
neum praesulem annuente deo providerent,
et tractione facta inter erat quidam
pontifex magnae auctoritatis ad cuius
nutum pendebat omnis sinodus. Hic cunctos
ieiuniis et precibus insistere monuit
ut ille qui Mathiam induxit numerum sup
plere apostolicum solita clementia pandere
dignaretur quem vellet fungi sacerdo
cio. Quibus summa cum devotione o
rantibus vocem de caelo audivit praedictus
pontifex dicentem sibi ut excubiens
ante portas ecclesiae staret et quem primum
matutinali venire conspiceret ipsum con
secraret antistitem addens eum quod
Nicolaus vocaretur. Quod cum fecisset et
Nicolaus ante omnes ad matutinam ecclesiae

propinquasset iniecta manu apprehendit
eum episcopus blandiens quod nomen eius sci-
scitatus est. Ille columbina ut erat
simplicitate inclinato capite Nicolaus
inquit famulus vestre sanctitatis. Quid plura
pontificali cathedra licet plurimum re-
nitens sublimatus cum omni carismatum
virtute corroboretur et nichil sibi sed
totum gracie dei tribuens cepit ita co-
ruscare miraculis ut non tantum suis
sed etiam alienis quibuslibet angustiis
oppressi invocato nomine eius statim se-
tirent levamen. lxx de naufragium li-
beratione et frumenti multiplicatione

Quadam die cum quidam nau-
te subita maris tempestate
periclitarentur dissolutis fri-
gore nervis clamitabant Nicolae
famule dei si vera sunt que de te
audivimus nunc ea periculo constituti
experiamur ut erepti a sevientibus maris
fluctibus deo et tue liberationi gratias
agamus. Talia referentibus apparuit
quidam vir dicens eis vocastis me
ecce assum et cepit eos iuvandentibus
et antempnis aliisque navis armamentis
adiuvare. Nec multo post omnis pelagi
recedit fragor omnisque cessavit tempe-
stas. Tunc leti naute cum optatum su-
bissent portum ecclesiam sciscitabantur ubi
vir dei Nicolaus esset et cum indicatum
eis esset in ecclesia e vestigio ingressi quem
numquam noverant sine indice agnoverunt.
Mox prostrati ad pedes eius ceperunt
ei gratias agere dicentes qualiter quali-
[illegible] mortis ipso suffragante li-
berati essent. Quibus ille non mee
inquit possibilitatis arbitrium esse
quod factum est. Solita dei misericordia est. Quodam
tempore cum eandem licie regionem atro-
cis provincias penuriosa fames oppressisset
famulo dei naves triticeis vectibus
honuste in littore adriatica portus
adesse nunciantur quo velociter pergens
ait vos rogaturus accessi quatinus huic
populo fame laboranti ad subsidium ex
isto frumento impertiamini. Non audemus
inquiunt pater quia publica taxatione
mensuratum de alexandria sicut defe-
rimus triticum ministrorum manus
in augustalia stipendia recepture. Quibus
sanctus saltem inquit per unam quamque navem
C mihi prebete modios et ego in dei
mei nomine virtute spondeo quod nullam
mensurationem habebitis apud regium ex-

actorem. Tandem invenientes eius dicta
fecerunt sicut preceperat et venientes
Bizantium integram mensuram quam
Alexandrie susceperant ministris impe-
ratoris invenerunt mirandis plus mira-
da succedunt. Tanta enim largitate
dei sicut ipsum patrem frumenti quod vir sanctus
unicuique pro indigencia sua distribuerat
auctum est ut non solum eodem sed etiam
altero pene exacto anno singulis advic-
tum sufficeret. Multos quoque spe credula
deinde serentes expectatam segetem uberibus
fecit redditibus. lxxi de falsa dyane
specie revelata

Preterea cum
usque ad tempus illud sicut dicitur regio
illa simulacra dyane coluisset ille
dux suffragatus cunctis de finibus
illis penitus eiciendam expulit culturam.
Unde dyabolus fallacia facta contra eum
succensus quosdam adiit maleficos
eisque confinxit oleum quod indignatione dei proprie
quo effecto demon in speciem religiose
femine se transformans quibusdam navi-
gantibus quorum devocio ad sanctum dei
tendebat medio se se mari obtulit
et quasi aliorum lembo invecta ait eis vi-
deo vos proficisci ad dominum Nicolaum
mallem nunc et ego venire vobiscum
quia votum habeo tanti patris perfrui bene-
dictione. Sed quoniam nequeo rogo vos ut
oleum hoc ad ecclesiam nostrorum feratis et
ob memoriam mei sinuatum deinde parietes
ipsius linatis. Quod cum illi libenter
suscepissent inde statim informe velud
umbra tenuis velocius evanuit remigio.
Nec multo post illis comparuit sa-
gemolam insignibus hominibus referta
inter quos conspicantur quidam simillimus
beato Nicolao qui sic eos adorsus est
heu inquit que vobis mulier illa vos locu-
ta est vel quid vobis attulit. At illi seria-
tim cuncta narrantes ostendunt et oleum.
Cui ait quod vos deceptata est ad sanctum por-
tare ecclesiam. Quibus ille nolite ait
scire que fuit illa hec est impudica dyana
et ut verum me dicere comprobetis sic vasculum
experiendi olei in fluctus istos proicite.
Quod cum fecissent mox ut oleum illud
equoreas undas tetigit illico accensus
est ignis et contra naturam olei prolixo maris
spacio ardere visus est. Sic diu naute stu-
pent et defixo obtutu intuentur. Erat
prodigio utreque naves magno divise
sunt intervallo unde nec interrogare
valuerunt quis esset ille perque callidi host-

frustratas insidias agnovit. Remeantes
autem ad famulum dei dixerunt: Vere tu es ille
qui nobis in illo pelago horrendo audisti
prodigium. lxxii De tribus militibus quos
neci iam oblatos a tribunis liberavit. R[ubrica]

Preterea cum in Frigia gens quedam
a Constantini imperio discessisset, missi
tres principes milites militum ab
augusto ut rebelles subiterent cum
Licie portum subintrarent orta tempesta-
te iactis anchoris stabilierunt classes
optata quoque portus littora repetunt. Ali-
qui huc et illuc deambulare iuvenes
ac vitacionis causa ad locum nundinarum
accedentes rapinas infligunt quibus cum
accolarum vulgus omne ruens obsisteret illis
confligentibus tumultus presbyter pacifice
urbi principio fuit que cum ad auditum
cum seditionis tota conturbaret hac vir
dei commotione perculsus ad prefatum portum
festinus perrexit. Inventis quoque principibus
illis post salutationis officium monuit
eos ut milites suos ab hac seditione
compescerent et ad urbem proficiscentes dig-
narentur eius benedictione potiri. Hiis itaque
sedatis relatum est ei cives valde do-
luisse eius absentiam eo quod consul inimicitie
excecatus tres milites iniuste neci consen-
sisset. Quibus auditis vir dei pietatis
inflammatos prefatos rogavit principes
ut cum illo rapidis passibus festinarent.
Cumque ingressi urbem fuissent interrogat
si adhuc viverent qui capitale acciperent
sententiam et audiens quod asportati essent
suburbio ubi dampnati puniebantur
licet tanto fatigatus itinere currens
ad locum cepit eos flexo poplite vela-
ta facie atque se extimum ictum expectantes
iam vibratum speculatoris ensem nec
minatione territus totum se audacter in
littore ingessit ac demum eius gladium
repellens non prius abscessit quam eos
solutos a vinculis secum reduceret repetens
hic iniqua perversis innocentem condempnatis
patris sum reddere leto favore ... ipsi pre-
cursus ad pretorium consulis accessit. Cui ille
festinus occurrens eum salutavit. Sed
qui probata veritate corripit insipientes appel-
lans eum sic ait: Inimice legis dei
prevaricator tuus ob innocentiam cruciatus
exultans ebibit velle qua temeritate presumpsisti
tanti reatus conscius vultum
meum conspicere. Cruentissime quare non
attendisti preceptum domini cottidie into-
nans innocentem et iustum non occides.

Auri argenti quod cupido te illexit ut ad
patrandum tam facinus consentires. Cer-
te de pravitate mee qua regimen tuum quo
disponis ymo predaris hanc prius prius
augusti insinuabit auribus qui factis
tuis dignam retorqueret ultionem. Tandem
accedentes prefati militum principes obse-
crabant ut sopito furore consuli vehementi
rubore suffuso veniam daret. Quorum po-
stulacionem vir dei clementer accipiens ducem
quem coram omnibus infamaret coram
omnibus humiliter indulgere studuit. Dicti vero
principes post celebritatum convivium ponti-
ficis benedictione percepta iter ceptum agressi
ad Frigiam pervenerunt. Cumque
sedatis seditionis fautoribus sub imperii
iura redegissent Constantinopolim redie-
runt quibus congratulabundus occurrit plurima
et preclara multitudo. Sed et ipse imperator
triumphali eos in suo recepit pallacio.
lxxiii De tribus principibus captivis quos
absque mora morte eripuit. Sequitur.

Attendentes autem prefatos quidam
dolosi ad ... in militibus eos
accusabant et presertim contra augu-
stum conspiratores suadere nitebantur.
Ceperunt quoque muneribus cum viri illicere
ut eum in perniciem armarent innocentium
qui exemplo correptus intrant ad augustum
ut hoc ei quasi verum crimen suggereret. Cre-
dens augustus falsis eius ut potestate pre-
fecti sui iratus iussit eos comprehendi et in
carcerem retrudi ut tandem et absque inqui-
sicionis respectu occidi. Cumque custos carceris
compaciens eis confessam iam ab augusto sententiam
enunciarat ut sequenti nocte interirent
hortatus eos ut de rebus suis disponerent.
Illique dum multum quod tristi gemerent unus
eorum recordatus est qualiter sanctus Ni-
colaus tres iuvenes mirabiliter liberavisset
et suspirans cum ceteris. Tandem hanc pre-
cem fudit: Deus rex excelse superne miseri-
cors per famulum tuum Nicholaum sicut et comites
eius supplicabant sancte Nicolae adiuva
nos famule dei licet absens memor nostri
ut erepti capita ingulo tuam devoti
inde faciem tuosque sanctissimos pedes
osculari mereamur. Nocte igitur sequenti
qua plectendi erant cum se augustus
sopori dedisset apparuit ei quedam effi-
gies sancti Nicolai dicens: Constantine cur
principes illos sine crimine morti addixi-
sti? surge eosque dimitti quam citius
iube. Quod si nolueris celestem de te orabo
regem ut tibi indurato bellum suscitet

coniunge te qz ibi perempto caro tua
bestijs auibusqz cibus sit Cum augustus
Cuius tu es cum auctis es ut hac hora
palacium meum ingressus audeas talia
loqui et ille Ego sum peccator nicolaus
mirree metropolis episcopus Sic dicens
abijt et eparcho quoqz simili visione
et increpacione comminauit Mane autem
imperator accersitis imaginantibus suis
et de eodem eparcho cum iam antea viso
nes suas sibi in vicem dicendas certum
fuisset fecit sibi principes illos putans
quibus astantibus torvo aspectu ita
eos affatus est Quas magicas artes
nostis ut tantis nos fantasijs illudatis
et cogitationis inopinijs illis attonitis
nullum qz rursum dantibus demo au
gustus dicite nobis que sunt male
ficia vestra Adquem visus peccatum
nostre se vidit Absit domine ut doctrinis
artis nepharie simus instructi confitetur
quoqz nos perferimus non illius es commissi
ut capitali subiciamur sentencie Tunc au
gustus nostis inquit aliquem hominem
cui nicolaus nomen eius Vox illi au
dito tanto nomine tendentes ad sydera
palmas clamabant Benedictus es deus
deus sancti nicolai qui non derelinquis
sperantes in te augustus non ardenter
inquirente quis iste quantus ne sit virus
eorum ait Iste est vere pomma patris cuius
nos iniustis crimi tradimus absente eo
extero et continuo prosequens qualis
et quante humilitatis et bonitatis esset
et peccatum qz inveniri sibi memoriter
per ordinem pandit Quibus cesar
auditis Ite inquit ac famulo dei
gratias agite vno deo qui nos perimi
liberauit Comites autem donauit hac
euangelium codicem mirifice auro coop
tum et vas sic aureum et gemmis deco
ratum et sic alia munuscula ei desen
tes dicite ut ista dignanter suscipiat
ut qz libentissime preceptis eius obediemus
non minari sed orare studeat atqz pro
pace regni mei et magis pro totius
orbis dei deposcat lxxiiij de obitu
eius et fontibus et eius tumba pro
fluentibus etc Sequitur capitulum

Beatus autem nicolaus cum mortem
sibi adesse putem tunc cepit
orare indesinenter et psallere
videns qz angelos ad se venientes
inclinato capite signis crucis ornat
se deinde humiliter se prosternens psalmum
xxx[m] inchoauit dicens In te domine speraui
non confundar in eternum usqz ad versum illum
In manus tuas domine commendo spiritum meum
etc quo dicto tradidit preciosissimam animam
deo in manus sanctorum archangelorum qui
ei apparuerunt Positusqz est corpus eius
in domum sancte syon in sepulcro excelso
de quo duo fontes exorti sunt qui usqz
meum emanare non desinunt Unus
cum meatu a parte capitali sancti tumuli li
quor olei lucidissimus effluit qui in f
mis multa beneficia prestare videtur si co
pruncti fuit Alter vero que est ad
pedes delectabilis aqua profluit atqz pro
spicua cuiqz egrotis in potu data salu
tem corporum operatur Quodam tempore cum episcopus
mirree ciuitatis a sede in qua positus desti
natus fuisset statim aqua et oleum sua
fluere cessauit donec episcopus de exilio
reuersus est lxxv de barbaro per ymaginem
sancti nicolai conuerso sequitur etc

Prefecta tunc de caffi pertibus vandalorum
exercitus applicuisset ad regionem
calabriae de eamqz igne succenderent
ibi reperta a quodam barbaro in domo
cuiusdam xpicole ymago sancti nicolai
in tabula honesta depicta quam in sinum
abscondens cum peruenisset ad xpicolas
qui captiui ducebantur ondit eis tablam
interrogatis cuius esset figura tam nobil
mea pulcre depicta quam tuentes xp
ani cum gemitu et lacrimis dixerunt
ymago hec sancti nicolai dei esse Cum
multis virtutibus apud deum et homines
clarus manifeste se viue docet eciam
post sepulturam Quo audito mox barba
rus eam apud socios suos abscondit Cum
qz exercitu cum captiuis et spolijs taffi
cam redeuntes redisset et ipse in domum
suam quodam die cum esset theolona
rius posuit yconiam ante theoloneum
suum ubi erant omnia que habebat aurum
et argentum et vestes dicens ei Nico
lae hec tibi custodiam super theoloneum istud
Nam alium habes preficisti sicqz apertum the
loneum relinquens securus profectus est
quasi plurimos custodes ibi dimitteret Cum
autem latrones secus idem theoloneum tran
seuntes vidissent illum apertum neminem
qz custodem dixerunt ad inuicem ut nocte
venientes et omnia que intus erant diri
perent qz ita factum est omnibusqz ablatis so
la ycona de foris pendens superstes
remansit Veniens ergo barbarus cum
illum vacuum repperisset ploris et gemens

et torvo aspectu conversus in faciem ymaginis sic locutus est quasi ad viventem hominem: O Nicolae, bonum thesauri mei custodem te posui, quid fecisti? Redde michi res meas, alioquin cedam te. Accepto ergo flagello cedebat ymaginem, et cum iam fatigatus esset ait: Certe in ignem te proiciam nisi reddideris rem meam. Tunc piissimus confessor ad locum accessit ipsius ubi latrones omnia que abstulerunt dividebant et ait: Miseri, quid agitis? Numquid ignoratis quod ego ibi eram et videbam oculis meis quando has et illas res abstulistis? Scitote quia nisi relocetis cuncta que tulistis, ego illud manifestare curabo et crastina die vos morti tradi faciam. Nam sub custodia mea posita erant omnia et ideo propter ea vero ego innocens quibus flagellis cesus sum. Tunc illi estimantes aliquem fuisse de populo qui eos explorasset, vehementer territi proxime noctis silencio reportaverunt omnia et in thesauro reposuerunt. Mane ergo videns barbarus cunctam substantiam quam amiserat flere cepit pre gaudio, et apprehensa ergo ymagine deosculabatur eam dicens: O sancte Nicolae, fidelis et pie, qui a potentiis sanctis es et familiaris deo immortali, qui talia facere potuisti, non michi credere impossibile ab ista die: credo in Christum. Credidit ergo et baptizatus est ipse cum domo sua et fecit ecclesiam in honore sancti Nicolai. Hec fuit prima occasio qua apud Affricanas regiones sanctus Nicolaus agnitus est, et paulatim ita nomen eius apud barbaros succrevit ut magnis obsequiis etiam ab hiis qui carent baptismate frequentetur assidue.

Exemplum de puero et vase in mari submerso et patri restituto. Capitulum sequitur.

[.]etes quidam vir dives et potens annuatim conveniebat ad ecclesiam sancti Nicolai navigio perveniens eiusdem confessoris tumbam post fusas orationes et ... honorare. Quodam igitur tempore ... morem illuc veniens voto se astrinxit aureum vas se facere et ad eius sanctuarium perpetuo delaturum. Domum ergo rediens artificem peritissimum ad se accersiri iubens, ob octo talentorum ei libravit et quid de eo fieri vellet indicavit; qui diligentissime vas illud fabricans ymaginem sancti decebat Nicolaum et variis gemmarum ordinibus mirifice decoravit, mirum ut ergo ipse

ingenium michi sibi collatum opere miraretur. Quod cum patrifamilias reddidisset, ille continuo admirans opus ceteraque cum cupiditate plenus tenuit secum vas suis usibus ad vinum propinandum retinuit, et rursus aurifabrum vocans similis ponderis aurum protulit et quantitatem obsecrans ut inde aliud vas in similitudinem sancti sculperet Nicolai. Quod ille libenter annuens aurum tulit, et sepius fundendo et tundendo illatenus fere nullo studio aliquid efficere opus. Unde prevaluit ergo cum vino retulisset, ille insuper cupiditate permanens decrevit illud aurum et gemmas sancto preter deferre Nicolao. Igitur tempore congruo navigationem aggressus cum uxore et filio, at cum in altitudinem cum in medium maris devenissent, nimia siti ardescente precepit filio suo vinum sibi haustum propinaret cum vase predicto. Tanto enim illud amplectebatur amore ut nemini illud excepto filio et coniuge liceret contingere. Adolescens autem cum illud aqua refrigerare vellet, subito e manibus eius lapsum corruit in mari. Cumque iuvenis illud conaretur arripere, brachiis in tantum porrigens delapsus est in gurgitem profundum maris. Tunc vir mestus et lugubris residuum navigationis peregit, et tandem littoris statione potitus ad tumulum sancti evolavit, aurumque quod pro vase detulerat super eius altare posuit. Sed protinus quasi cum magna indignacione repulsum est. Quod ille cernens ante sancti ymaginem prostratus se reum clamitavit, et qualiter vas quod sancto Nicolao spoponderat se daturum fraudulenta cupiditate sibi retinuerat coram omnibus intimavit, nec non et amissione filii vasisque lamentacione lugubri professus est. Et post longa orationum suspiria cum adhuc infortunia sua lacrimabili querimonia defleret, repente filius eius quem fluctibus absorptum deflebat, vas illud quod amiserat in manibus baiulans limina templi ingressus est, et clara voce referre cepit qualiter venerandi vultus senex cum in mari cecidisset ei apparuit, cumque ulnis sustentans usque ad littus deportavit, et ei iter quo ducebat ad sancti Nicolai basilicam insinuavit, et sic subito recessit. Hec pater eius et mater et omnes qui astabant considerantes et audientes pre magnitudine

gaudii lacrimas lacrimis addentes deo
atque nicolao retulerunt Circa vir-
tota sua proiciens et vas quod prius
absconderat reddiens ad propria cum
filio et omni comitatu gaudens re-
meavit lxxxvii de fesla vani mercator-
is qui in iudeum traditorem

Alius quidam vir mercator et dives diuque
annis peregre vivens cum tandem
ad gloriosam paupertatem devenisset
quendam divitem iudeum adiit oravit
ut ei aliquid commodaret unde lucran-
do penuriam suam relevare posset
Cumque ille vano munere ardens cautionem
bone commodato peteret ille subintulit
quod tibi cautionem bonam valeam dare non
habeo Sed si velis accipe sanctum nicolaum
pro me tibi fideiussorem delegabo
Tum iudeus Nicolaum multis intima-
tibus eius miraculis coruscanti-
bus non ambigo bonum et fidelem dei
famulum esse nec cunctabor ea que
postulas sub eius fidei pollicitatione
commodare Cum igitur quantum oportunum ora-
torium sancti nicolai comperissent tenens
vanus coram altare sic eum affatus
est Sic altare tibi trado ipsum quod sanctum
nicolaum pro me fideiussorem prebeo
ante eum et aspectum promitto quod ea
que mihi nunc in tali angustia prestite-
ris tibi reddam die nominato Accep-
ta itaque auri non modica quantitate deo
favente et sancto nicolao opitulante
ad pristinam habundanciam redit brevi
tempore Igitur tempore finito iudeus
sua repeteret ille quasi inducias pe-
tivit et iudeus libenter gessit viri tum
induciarum spacio cum transisset et iudeus
redisset ille dyabolo receptus astutus
dixit Omne debitum se illi reddidisse
Quod audiens iudeus obstupuit
Cumque seniores et iudices civitatis
audissent iudeo tamquam sua reposcen-
te et vano omne debitum illi fuisse
redditum asserente tandem consulti ar-
bitrorum decretum est ut illi quod requi-
rebat reddendum fore aut iuramento
fidem ei faceret omne quod exigebat eum
recepisse Tum sine iudeus annuit
dicens Deo tu aurum meum credidi
et certus sum non illum aliqua fraude
decipi Igitur constituto die simul ve-
nerunt cum iudeorum et vanorum comita-
tu Fecerat autem vanus ille callida ma-
chinatione lignum concavum in modum
baculi manualis Iniecto quam summa
tate posuerat pecuniam que repetebatur
et cum ad sancti nicolai monasterium venis-
sent vanus baculum illum iudeo de-
dit petens ut illum usque ad basilicam
sancti secum deferret ut videlicet dum
baculum cum auro acciperet se illi quod
exigebat in manum dedisse iurare posset
Iudeus autem falsitatis ignarus baculum
tulit et cum vano ad templum pervenit
Tunc quod iniquissimus ille manum super altare
ponens sepe periurans intrepidus iuravit
et ab altari letus discessit At iudeus per-
stabilior inquit quod de tanta falsitate
intelligis iste cui credidi me faciet
vindicare lxxxviii de fallace revelatione et
iudei compositione

Cumque vanus
iudicium suam alacer rediret
in itinere tanto sopore depressus
est ut ultra ire non posset Et cum baculo
iuxta se posito sompno depressus in bivio
iaceret vehiculum honustum bobus trahen-
tibus percurrens viam veniens usque ad
locum ubi iacebat pervenit Cumque bubul-
ci non possent eum excitare ut in aliam
partem currum deflecterent bobus super eum
trahentibus impetu valido super-
ab[illegible] venientem eius transivit cumque mox
exanimem reddidit et baculum con-
trivit Tunc omnibus qui aderant aurum
quod in baculo reposuerat apparuit quanta
quod calliditate adversus iudeum usus
fuit omni populo civitatis claruit Cumque
ad spectaculum undique convolarent iudeus
quoque occurrit et iudicibus illic astan-
tibus aurum suum recepit Tunc citato
cursu adoratorium sancti nicolai per-
venit et coram eo astans dixit Gratias
tibi ago bone vir nicolae quod fideli-
ter mihi aurum restituisse quod mutua fi-
de commisi Amodo te venerabor ut
deum et ut sanctum dei amicum verum
si tante pietatis vir resuscitando
mihi virtute tua nostris propalares
cum omni familia nuris mei deo tuo
crederem et omnes quos possem reli-
gionis mee viros ad vanorum sectam
converterem Denique cum admirancium de
re que acciderat confabularentur ecce
ille qui mortuus fuerat limina templi
ingressus coram altari sancti ni-
colai procidit et delicta que commiserat
se culpabilem reddens ad dominum
redit quod iudeus ut vidit
confestim cum domo sua baptizatus

xpo sanctoque nicolao fidelis permansit

lxxix de puero adeo dato per sanctum nicolaum

Affuit quidam homo *obtento re(gis)* nomine ieteron qui sacerdotes et clericos cum lacrimis et suspiriis rogabat dicens Ego presbiter et domine et domini mei veniam a domino nicolao benedictionem accipe sed concessum michi non fuit cum eo loqui vel videre Obsecro benignitatem vestram ut michi vel de vestimentis eius presbiteratus ut hoc tamen pro honore eius ac mei munimento beatus qui petitionem viri ac desiderium amplectentes dederunt ei unum de lintheaminibus sancti Ille letus ad ciuitatem suam rediit et uxori sue effrosine dixit Ecce reliquias sancti nicolai archiepiscopi quem vide desiderasti deprecemur ergo deum ut tantorum astipulatione pignorum capiat uluam tuam et det nobis dominum desideratam prolem Illa gratias agens deo rogare cepit virum ut in honore sancti nicolai constitueret ecclesiam pernis ordines domus desiderium suum adimpleret qui per ceteris fauens ecclesiam fabricauit in qua lintheamen illud cum sollempni veneratione recondidit Quod cum in loco competenti collocaretur tum de se odorem cepit emittere ut usque ad duo stadia expanderetur odor fragrancia Extunc cepit locus ille mirabilis splendere Ceci illuminabantur surdis auditus et infirmis sanitas reddebatur Cumque ieteron deuotius et obnoxius dominum suum que nicolaum exoraret ut desiderium suum compleret eufrosina concepit et ipsa die sancti nicolai scilicet viij ydus decembris peperit filium Cui sicut eis rei euidencia dictauit nomen imposuerunt adeo datum *lxxx de liberatione eiusdem a barbari seruitute sequitur*

Cum autem post annos vij parentes cum filio ad festiuitatem sancti nicolai cum propinquis et vicinis conuenissent superuenerunt predatores agareni qui totius terre depredati sunt homines inter quos eciam euadentibus parentibus captus est puer adeo datus duxerunt que in babilone illis que inter se captos diuidentibus remansit puer in manum cuiusdam nomine marmoreum Ieteron vero et uxor sua cum ad ciuitatem confugissent et filium suum diu quesitum non inuenissent ceperunt vestimenta sua scindere et capillos euellere et pugnis pectora cedere. Uxor quoque miserabiliter lacrimans agebat heu heu dulcis fili mi quid de te michi misere accidit Sancte nicolae xpi famule quia propter illud videam Tunc cepit tribus diebus ebdomada ieiunare et semper in oratione filium apud nicolaum repetere Euoluto autem anno ipsa cum viro ad sancti nicolai festum conueniens ingressa ecclesiam expansis manibus orauit dominum ut per merita beati nicolai redderet ei filium suum Deinde cepit preparare conuiuium clericis pauperibus et laicis qui ad festum conuenerant sancti conuenerant Ipsa autem hora qua cominantes cibum sumere ceperunt Rex marmoreus obsequio infans adeo datus erat dixit militibus suis parate michi cito quo vesci debeam quia nunquam fuit michi comedendi necessitas talis ex quo natus sum usque ad hanc horam Paratis itaque regalibus obsoniis cum cibum sumere cepisset rege mox potum simul flagitante adeo datus ei parauit mox que octo die et rei memoria se alta trahere suspiria cepit Rex vero cum causam audiuisset sciscitatus est causam suspirii Rursum que est ei ab illo pueriliter tremefacto Recordatus sum domine subito quia hodie completus est annus quod ego huc captiuus adductus quia parentes mei et mei hac die sollempnitatem magnam celebrant memoria beati nicolai Quo audito rex ait Miser ecce ego te captum teneam quis est ille qui te de manu mea tollere possit dimitte ergo frustra suspirare et talia cogitare et satage michi potum propinare Infante autem ad impiendum regis cum cypho et retentura ad puteum proximum extra ciuitatem causa lauandi tendente subito sanctus nicolaus affuit eumque per capillos mirabiliter apportauit coram parentibus suis comedentibus statim Qui videntes eum subito coram se stantem cyphum ac retentaculum in manibus tenentem cum ab ipso rem que sibi contigerant admiratione primus stupefacti tandem respirante intellexissent tectum liberationis sue in laude dei et sancti nicolai leuauit uoces Mater quoque amplexata filium insatiabiliter osculabatur cum summo gaudio lacrimas madefacta

deo gratias agens et sanctissimo nicolao. ref
De priore illo verberato pro hystoria sancti
Nicolai cantanda
Cum autem nova sancti nicolai hystoria
de vita et miraculis eius per
totam pene latinitatem in ecclesiis christi
longe lateque devotissime cantaretur
in quadam ecclesia que crux nominatur
sancte marie de caritate subiecta nondum fuerat inchoata tandem eiusdem
loci seniores ante dominum priorem
suum pariter convenerunt humiliter postulan
tes ut eis beati nicolai historiam can
tandi licentiam daret Cum ille tamen
eorum peticionibus acquiescens rudit
omnino fore ingerunt in tali negocio
morem pristinum quibuslibet novitatibus
immutandum Cumque illi multis precibus
atque persuasionibus eum urgerent Ille com
motus in talem fertur erupisse blas
phemiam Recedite fratres numquam enim mihi
erit concedetur ut relicto pristino usu
nova scilicet cantica clericorum immo
ioculatoria quedam in ecclesia mea deo
iubente de cetero admittantur Sicque pro
sua repulsa rubore confusi conquieverunt
Ultra destipuli Imposcimente autem fe
stivitate vesptinam synaxim ac ma
tutinalem non sine quadam tristicia
sicut consueverant peregerunt Peractis itaque
vigiliis ad propria strata quiescendi gra
tia reversi sunt Cumque prior se in lectulo
sicut ceteri collocasset ecce beatus nicolaus
ei visibiliter terribilis apparuit ipsumque vibis
sevissimis increpans et per capillos a lecto
abstrahens dormitorii pavimento
collisit Incipiensque antiphonam O
pastor eterne per singulas vocis distinctiones duas
virgas quas in manu tenebat gravissimos
sinos ictus super dorsum pacientis inge
minans per ordinem morose canendo
antiphonam ad finem usque perduxit.
Hys autem tantis flagris et tanta impo
sita visione turbatus clamare confusis
vocibus cepit suisque clamoribus omnes fe
fratres adiunavit. Quem prostratum solo cunc
tis quid vidit quid ne passus fuit
requirebant At ille ut pote amens
effectus nullum potuit dare responsum.
sublatus autem fratrum manibus in cellam
infirmancium deportatur. multisque diebus
correptus languore diligentissime custoditur.
Tandem divina inspiratione et beati nicolai
intercessione salvatus congregatis fratribus
ait Ecce filii karissimi quia vobis obedie

contempsi diras pro cordibus mei divicias pe
nas consolui Quomodo quod petebatis con
tanter inno et ad canendam hystoriam
patissimam ero lxxxii De sancto iacobo
nisebeno Gennadius in libro de illustribus viris
Iacobus quoque cognomento sapiens
nisibene persarum civitatis episcopus fuit unus
ex numero sub maximino persecutore confessorum
et eorum qui in nicea synodo arrianam
pravitatem homousion oppositione dampnavit
Hystoria tripartita Nisibis que dicitur antiochia
migdonie posita est in terminis persidis et
romanarum provinciarum hanc obsidens sapor
iam per dies lxx impetu migdonium re
tinuit utrasque ripas faciens celsiores
quantum impleri vidisset subito demisit
contra murum Cum pondus aque non fe
rens cecidit illa non sapor dic convenit
ut fluvius purgaretur et posset ambulari
prius Iacobus vero episcopus ordine milites
coarmavit et populum qui subito murum
cum propugnaculis restituunt quod saporem
valde terruit qui eciam cum vidisset que
dam sub specie imperatoris stantem
supra murum putavit esse imperatorem
constantium Quem cum audisset antio
chie commorari dixit deum pugnare pro
romanis et iratus sagittam iecit in
aerem quasi deum percussurus Effrem vero
dyaconus supplicabat episcopo ut veniret
ad murum et persis malediceret qui ascendens
turrem oravit super eos venire cinyphes
et culices que statim impleverunt elepha
torum tramas proboscides et aures et nares
equorum et iumentorum que sessores suos
excusserunt et disruptas acies confuge
runt continuo quod relinquentes sinus im
petu fugavit Quo viso confusus sapor
recessit Actor hunc quoque Ieronimus co
mendat dicens d. iacobus nisibenus agno
scitur ad cuius preces sepe urbs est discrimine
liberata Scripsit quidem libros multos id est
de fide contra omnes hereses de caritate ge
nerali de oratione de dilectione erga proximum
spali de resurrectione de vita post mor
tem de humilitate de penitencia de satisfactione
de virginitate de censu anime de circumcisione
de acino benedictione pro quo in ysaia legitur
non exterminabitur botrus de christo quod filius
dei sit et consubstantialis patri de castitate ad
versus gentes de constructione tabernaculi
de gencium conversatione de regno persarum
de persecutione christianorum et cronicon mi
noris quidem curiositatis sed maioris
fiducie quia divinarum tum scripturarum

auctore firmatum. Comprimens ora eorum qui
presumptuosa suspicione de adventu antichristi
ad diem nostri Jhesu Christi manere affirmabat. Moritur
igitur vir constancie temporibus et iussu precepti
patris eius Constantini intra muros urbis
bene sepelitur ad custodiam civitatis
lxxxiii De sancto Evurtio et adventu eius
Aurelianis et gestis eius

Eo tempore floruit sanctus Evurtius
Aurelianensis episcopus. Nam post obitum
sancti Desiniani Aurelianensis episcopi cum
de successore ageretur non secundum dei inspira
cionem sed secundum carnalem delectacionem
duo a diversis partibus electi sunt, quorum
ambitu talis in populo orta est sedicio ut
eciam sanguis christianus funderetur et horror
ubique et luctus appareret. Quorum imperatorem
Constantinum non latet. Misit Porphirium
prefectum qui sedicionem ipsi sedaret. Qui sa
pienti usus consilio episcopos gallicane regionis
ad deliberandum dei negocium secum assump
sit et Aurelianis adduxit, qui universe
plebi triduanum ieiunium indixere ut certis
signis dominus ostenderet quem vellet assumi
in cunctis urbis episcopum. Eodem autem die tercii
ieiunii beatus Evurtius romane ecclesie sub
dyaconus qui causa duorum fratrum suorum cap
tivorum qui in hostium predam devenerant
ab urbe Roma egressus fuerat. Urbe Aure
lianis similiter ingressus est. Et cum in
ecclesia dum orasset resedit, et paululum
circumspectans quis eum hospicio recipe
dignaretur ab hostiario ecce requisitus
causam itineris enarravit, dicens se predatorum
suorum sollicitudine provincias peragrare. Ille eum
hospicio invitans in cellulam suam duxit
ac religiose consuetudinis morem obtinens
ei pedes manu propria lavit et excepit, eum
que secum cibis pauperibus ornatis reficit. lxxxiiii
De electione eius in episcopum sequitur etc.

Cumque postera die valedicens ho
stiario iter carpere cepisset, hostia
rius annuente domino post tergum
eius ut reverteretur clamavit. Cumque reversus
fuisset ait ei: Nescis quid actum sit in
hac civitate hiis diebus? Quo respondente nescio,
ille processum rei a principio electionis
enarravit et addidit: Ecce iam tribus diebus
est ex quo letanias celebrant. Ideo certo
sed sustine paulisper, forsitan innotesceret
deus fratribus tuis quem sibi ad honorem
episcopatus elegit pontificem et tu ubi ambu
laveris admiracionem enarrare tante actionis.
Cum voluntati eius annueret ad ecclesiam
cum eo venit et nusquam ut potuit recogitans

nisi cum eo ad ianuam stetit. Igitur episcopis pa
vimento incumbentibus cunctisque populis orantibus
et flentibus ac pro ne digne noticiam
exposcentibus, ecce columba ex instinctu
dei cursim per subtiliam fenestram quasi
lux nivea fulgebat, que ingressa vo
litare cepit per totam ecclesiam more perso
nam investigantis. Demum speculata sanctum
Evurtium incedentem iamque illico super caput
eius insedit. Ille vero manibus suas exten
dens abigebat eam. Deprecato vero hoc sepius
plus admirans tanto amplius deum ora
bat ut illum spiritum mitteret qui per columbam
ad manifestandum dei filium in capite eius
descendit. Columba autem ministerio impleto
unde egressa fuerat regressa est. Tunc fra
terne strepitu in populo ceperunt inquirere
quis ille esset in cuius capite talis ostensio
facta fuisset. Videntes autem sacerdotes ora
vulgi variancia, aliis dicentibus hostiarium
esse, aliis vero aliud, denuo rogaverunt deum
geminari sibi miraculum. Quod et factum est.
Tunc preceperunt episcopi sanctum Evurtium sene
tati eorum et pro medio coram altari assistere.
Cumque sciscitantibus ab eis narrasset unde
et quis et qua causa venisset, preceperunt
ei una cum eis ad oracionem inclinare et
sub altario caput mittere. Illis autem ora
tibus ecce columba plausu ingenti alas
reducens ad locum ubi vir dei stetit
devolavit, et cum eum ibi non invenisset
more explorantis totam omnium oculis
vestigare virum probatissimum cepit. Tunc
episcopi ad invicem dixerunt: Adducamus
eciam illos quos electos [illegible] tota civitas
voluerant. Cumque pro ne tres scilicet sanctus
Evurtius et alii duo electi cum episcopis
adunati fuissent, columba cepit sicut
prius volitare circumcirca et super capita
eorum leta illius caput tetigit scilicet beati
Evurtii. Ita ut omnes uniti voce clami
tarent: Dignus est, iustus est, fiat volun
tas dei. lxxxv De igne per eum extincto
et thezauro per eum invento sequitur

Transacto autem ordinationis eius
anniversario die civitate igne ca
suali flagrante cives currerent
ad eum clamantes ut urbi succurreret.
Quo audito episcopus cito ad ecclesiam convo
lavit. Illoque orante restincta est vora
citas flamme. Et quia adhuc simpla erat
ecclesia in qua cum populo deum exorabat,
ait illis: Ecce dominus fratres mei manum suam eri
puit vos de ardentibus flammis in medio.
Ideo votivam collocem facite ut ampla

reddantur spacia huius ecclesie et quisque unus-
quisque secundum modum facultatis suae ad
suum speravit edificium. Die ergo indicta in-
tulit episcopus in manibus suis fossorium
et vexillo crucis facto cepit fodere.
Iamque pene tres pedes foderat et
ecce obtulit se obtutibus illius olla
clausa et bituminata quam cum apperuisset
invenit thezaurum non minimum nexionis
nota pulcherrime signatum dispensatione
dei ad fabricam ipsius ecclesie reservatum.
Tunc gratias agens deo vocavit archi-
diaconum suum dicens. Accipe hunc inventum
et defer in conspectu principis imperantis
Non enim decet nos celare maxime qui
sumus propositi plebis. Quo accepto ille
romam profectus est et imperatori putatum (?)
cum thezaurum obtulit et de omnibus que
in civitate aurelianensi gesta fuerant
animos eius edocuit. Tunc denunciatur
subito per romanas regiones dei mira-
culum in romanis tale ostensum quod omnibus
erat in gaudium. Iussit autem imperator archi-
dyacono omnia que detulerat restitui
et episcopo suo deferri. Cum inquit operatio
est dei non viri impii. Volumus autem adhuc
super duplam dare pecuniam ad ecclesiam
fabricandam quam invenimus Clxx cu-
bitis in longitudinem extendi, et in latitu-
dine cubitis xlii et in modum crucis
fabricari. Ad ministerium quoque eius offe-
rimus lances auri purissimi vii et calices
eiusdem metalli vii in quibus domini divini
peragatur ministerium nostre quoque memorie
sit adiumentum. lxxxvi de duobus
fratribus eius repertis et acceptione redemptis

Accidit autem eodem tempore ut
episcopus secessione civitatis ad tumu-
lum beatorum martirum Crispini et Cri-
spiniani quadam die profectus dum se in
oratione prostrasset huiusmodi voces audiret.
testes et amici christi prestate nobis ante
diem obitus mei fratrem meum euurtium
subdyaconum videre et amplecti. Tunc
elevatis episcopus oculis vidit presbiteros in re-
ligiosa veste sacros tumulos ambientes.
quos cum vocasset sciscitatus est a quibus
qui essent. Qui responderunt cives romani
sumus tres quidem fratres eramus et nos
duos in predam hostium venimus. Frater vero
noster in urbe remansit quem summo de-
siderio videre optamus. Nunc autem in servi-
cio religiosissime vidue sumus. Cog-
nita ergo omnia episcopus per archidiaconum suum
leonem beato euurtio episcopo aurelianensi
scripsit. Utque omnipotens deus prestitit ut in
uno die duorum negociatorum civitas letaretur
eventu. Hinc cum mancipiis archidiaconus cum im-
perialibus muneribus urbem ingreditur. Illinc
leo archidiaconus cum confirmatione inventionis
suum episcopi deferens mittitur. Illico pretium redemp-
tionis et educuntur. Deinde frustratis (?) utque
fratres mutuo sibi presentati et osculantes se
invicem complexi sunt [illegible] multo fratri gau-
dio. lxxxvii de fabrica ecclesie et miraculo
de hostie sacre benedictione sequitur.

Quid plura tanta celeritate edificatur
ecclesia ut cum factis tribus annis vii ydus
may eius dedicacio fieret. Sicut in
mundo crucis invente celebritas generalis.
Tunc capsa reliquiarum divisi in omnes partes
missi sunt qui omnibus desiderium afferunt et
et ad urbem regressi deo gratias egerunt. Beatus
autem euurtius et ceteri episcopi cum eo congregati
prefatas reliquias ad ecclesiam cum tremore
et exultatione perduxerunt. Invitati episcopi depre-
cabantur pontificem ut ipse in primis altari
hostiam domino ymolaret propter vetustum presbiterum et
senectutis atque ordinationis gradum. Cum diu
diu restitisset crebris eorum exhortationibus
compulsatus obedientiam prebuit et ecce in hora
consecrationis panis celestis cum more sa-
cerdotali hostiam manibus elevatis deo
benedicendam offerret. Apparuit super caput eius
manus splendida sicut nix. Porrectis digi-
tis oblatam benedicens sacrificiis rite per-
actis quesierunt ab hiis qui aderant incipiens
a presbiteris et perveniens usque ad novissimum plebis
utrum aliquod miraculum dum missa celebra-
retur vidissent. Qui viderunt nullum. Bladinus
tamen subdyaconus hoc ipsum quod viderat
miraculum ei enarravit. Ipse postmodum cum
quesisset duos inventi sunt qui finaliter
tanti misterii digni videndi participes. Ce-
lerius penitens et propagata sanctimonialis
quibus ait episcopus. Beati estis vos quia caro
et sanguis non revelavit vobis, sed deus qui
est in celis. Pagani autem viso miraculi
sincerum mundum eius odore pagani illecti
concurrebant ad percipiendam gratiam dei et
baptizati sunt in triduum vii milia paganorum.
Fere pene quoque episcopum cotidie christi gloria
decantatum [illegible] plenitudine splendescebat.
Nam surdis auditum, cecis visum, mutis
loquelam, claudis gressum reddebat. Re-
lxxxviii de obitu sancti euurtii sequitur.

Quadam die fraternitate convocata
quoniam finem vite sue sibi reve-
latum exposuit, suadens ut post
transitum suum albem [illegible] anianum civibus

vitam continentis cognouerant sibi episcopum
ordinaret ne rursum sicut ante aduentum
suum oriretur sedicio. Sed dum quinque pene
ante annis sibi quereret opitulari re
perit istum presbiterum sibi aduersari. Tunc enim
in urbe maxima nobilium florebat propago
tam in clero quam in populo. Cumque tres essent
ex quibus orta sedicio videretur. beatus enim hic
hec audiens de consensu omnium in oratorium si
gillatim indagarunt que subaltari tota
nocte delitere uoluit. volens preualere negocio
consule dum. Igitur celebrarentur vigilie misse
paguntur in nocens puer adducatur per quem
dei reuelatio monstratur. Cum ad contrahen
das cartulas manum extendens. cum vnam
eorum tangeret. quasi propheta clamare cepit
Damianus a. a. in hac ciuitate plus honore
dignus est episcopatus. Tunc febricitans episcopus
corpus terre et animam deo reddidit. Hoc tamen
tempore beati siluestri pape. qui infulas episcopatus
accepit et dimicat die ... ydus septembris
obyt sicut fuerat ei reuelatum. lxxxix de
lactancio et scriptis eius libro Ieronimi de illustribus viris

Hoc tempore floruit firmianus qui
et lactantius arnobij discipulus sub
dyocleciano principe accitus cum flauio
gramatico. cuius de medicinalibus versibus compositi
ti extant. Nichomedie rethoricam docuit
ac penuria discipulorum ob grecam videlicet ciuitatem
ad scribendum se contulit. habemus eius
symphosium quod adolescentulus scripsit affri
ce et odeporicum de affrica vsque ad
nichomediam exametris scriptum versibus
et alium librum qui gramaticus inscribitur et
pulcherrimum de ira dei et institutionum diuinarum
aduersus gentes libros vij de persecutione
librum vnum ad probum epistolarum libros quatuor
ad seuerum epistolarum libros duos ad demetrium
auditorem suum epistolarum li. ij et ad eundem
de opificio dei vel formacione hominis li. j. hic
in extrema senectute magister cesaris crispi
filij constantini in gallia fuit qui postea
a patre interfectus est. Actor. Cum istorum li
brorum opusculorum nichil reperitur apud nos
preter vij libros aduersus gentes xc de
Eusebio cesariensi et scriptis eius Ieronimus de illustribus viris

Floruit etiam tempore
constantini Eusebius cesaree pale
stine episcopus qui in scripturis diuinis studio
sissimus et cum pamphilo martire dilige
tissimus peruestigator edidit infinita vo
lumina de quibus sunt in ysaia l. x. contra
porphirium qui eodem tempore scribebat
in sicilia ut quidam putant scripsit libros
xxv. pro origene li. vj. commentarios erudi
tissimos s. cl. psalmos de vita pamphili
li. iij. et de martiribus alia opuscula ecclesia
stice hystorie l. x. cronicorum canonum
omnimodam hystoriam et multa alia. Actor.
Eo libri hystorie ecclesiastice et cronicorum Eu
sebij multa in hoc opere suis locis inserui.
Scripsit enim cronicorum hystoriam a primo anno
abrahe usque ad annum domini CCC xxx quem
Ieronimus ex greco in latinum transferens vltra
prosecutus est eam usque ad annum domini
CCC. lxxx. exinde sigibertus gemblacensis
monachus usque ad annum domini M. C. xiij.
hystoriam quoque ecclesiasticam texuit Eu
sebius in li. x. ab ascensione domini usque
ad victoriam constantini. tunc. s. ia vac
religionis fautor. itaque dei venerator
us dum tamen baptizatus processit ad bellum
contra maxencium vrbis rome tyrannum
ostenso ei celitus signo in quo vinceret. Hos
libros rufinus presbiter aquileie transtulit de
greco in latinum quos decimus quia per
parum habebat in rebus gestis omissis que
superflua videntur si quid habuit hystorie no
no libro coniunxit et ipse duos libros sequentes
s. x et xj. conscripsit et addidit prosequens
hystoriam a temporibus constantini post
persecutionem usque ad obitum theodosij augu
sti. Preterea idem Eusebius ut legitur. omnium pe
ne prouinciarum passiones martirum et episcoporum
et confessorum et sacrarum virginum ac mulierum
in xx libris comprehendit. deinde seriatim
ab apostolo petro omnium episcoporum et nomina et ge
sta conscripsit et earum vrbium que ante pon
tificatus apostolicas sedes tenere noscuntur
scilicet rome antiochie Ierosolime ephesi alle
xandrie preterea omnium episcoporum nomina usque
ad tempus suum et gesta conscripsit ex quorum
numero vnus est sanctus siluester romane vr
bis episcopus cuius vita ex isto quo ex greco
translata est continens l. duos. Fertur
autem idem Eusebius minus fuisse in lau
dibus origenis Ieronimus ad cromacium et
heliodorum. Constantinus Augustus cum
cesaream fuisset ingressus et diceret eiusdem
vrbis antistiti ut peteret aliqua
beneficia cesariensi ecclesie profutura legitur
rendisse Eusebium episcopum opibus suis di
tatam ecclesiam nulla petendi beneficia
cesariensi ecclesie necessitate compellit sibi tamen
desiderium immobile extitisse ut quid
quid vnquam in re publica romana gestum
est erga sanctos dei a iudicibus iudicibusque pre
cedentes vniuerso orbe romano sollicita
perscrutatione monumenta publica discu
tiendo perquireret et quibus martirum a quo

Sigibertus

indicet in qua provincia vel civitate qua
die qua vel passione pervenientes se obti-
nuerunt palmam de quibus archivis sublata
ipsi Eusebio regiones sue dirigentur unde factum
est ut ydoneus relator consistens ecclesiasticam
hystoriam pene omnium martirum texeret xii

De sancto anthonio et bonis eius virtutibus
Jeronimus de illustribus viris sequitur

Regnante autem Constantino floruit an-
thonius monachus cuius vitam athana-
sius alexandrie episcopus insigni volumine
prosecutus est. Hic misit egiptiace ad diversa
monasteria apostolicis sensus sermonis epistolas
vii que in grecam linguam translate sunt
quarum precipua est ad arsenotas. Floruit
constantino et filiis eius regnantibus.
Athanasius. Hic anthonius in domo x annorum
parentum in egipto simpliciter enutritus post eorum
obitum in etate annorum xx quadam die
sicut solebat ingressus est ecclesiam et audiens
legi illud ewangelium Si vis perfectus esse etc.
statimque omnia sua vendidit et pauperibus
tribuens non longe a villa sua heremiti-
cam vitam duxit ibique tanta dyaboli
invidentes temptamenta occulta et aper-
ta sustinuit ut nullus ambigeret quod an-
thonius contra dyabolum dimicaret. Nam
cum dyabolus in forma pueri nigri an-
tonium prostratus se victum confessus fuisset
eo quod anthonius spiritum fornicationis
virtute fidei et abstinencie superasset
post modicum in quodam tumulo latitan-
tem multitudo demonum ita cedendo lania-
verunt ut minister eius de villa veni-
ens eum quasi mortuum propriis humeris
ad ville hospicium deportaret quo au-
dito convenerunt vicini et cum post planc-
tum sinus media iam nocte dormi-
rent anthonius subito reviviscens
vocato ministro fecit se in silencio ad tumulum
reportari ibique corpore loco volnerum do-
lore prostratus cum constanti virtute ad
conflictum demones provocasset et sta-
tim illis variarum ferarum formas mu-
tatis a beccorum dentibus cornibus un-
guibus laceratus fuisset subito radius
quidam lucis et demones et tenebras
effugavit. Statimque sanatus christum
presentem intelligens dixit ubi eras
Jhesu bone ubi eras quasi a principio
non affuisti ut curares vulnera mea
et vox ad eum Anthoni inquit hic eram
sed expectabam videre certamen tuum
nunc autem quia viriliter dimicasti in to-
to orbi te faciam nominari etc.

xiii De vita eius heremitica sequitur etc.

Cum iret anthonius annorum xxxv perfectus
in heremum discum argenteum in via
reperit et intelligens dolos dyaboli
secum dixit unde hic argenteus discus
ubi hominum vestigia nulla videntur. Si cum viatori
cecidisset utique pre sui magnitudine latere
non posset. Hec dyabole artificium tuum est. Sed
voluntatem meam non impedies. Dehinc in-
gentem auri massam reperit. Sed ille
aurum quasi incendium fugiens ad montem
usque cucurrit. Ibi flumine transvadato in antro
quodam per xx annos manens concurrentibus
ad se multis miracula multa fecit. Huic
dyabolus autem in tanta proceritate apparuit
quod quasi capite celum tangens querenti
quis esset sathanam se esse dixit et ad-
didit Cur me sic frustra impugnant monachi
Cur monachi omnes christiani maledicunt. Dixit
anthonius iuste quidem hoc faciunt tuis enim
frequenter molestantur insidiis. Et ille nichil
ego facio sed se illi invicem conturbant
Iam ego nichil sum christus ubique reg-
nat ubique christi nomen personat. Statimque
anthonius deo gracias reddidit et ille vero
evanuit. Anthonius autem tanti
fervoris erat quod cum maximianus imperator
christianos occideret ipse martires secutus ut cum
eis martir fieret satagebat et vehementer
contristabatur quod volenti pati pro christo martirium
non dabatur. Ipse tamen agressorum vestigiis
non recessit sed multis modis corpus affi-
ciens et gloria miraculorum choruscans
propter cautelam glorie ad locum ignociorem
discessit ubi cum diversas demonum susti-
nuisset insidias rogatus a fratribus ut
eos inviseret dignaretur deficientibus
siti comitibus fontem oracione produxit
et sic refectis sociis ad monachos qui se in-
vitaverant letus venit

xiiii De visionibus ei divinitus ostensis et eius obitu sequitur

Quadam die hora nona ante cibum
in sublime ab angelis raptus cum
demones transitum prohiberent et contra
eum peccata a nativitatis exordio replica-
rent sed in probacione deficerent liber quidem
cum angelis ascendit sed statim in se re-
diens hic ubi prius quod fuerat se invenit
Alias autem cum fratres de situ animarum que-
sissent sequenti nocte anthonium vox vo-
cavit dicens Surge exi et vide. Et ecce
vidit quendam longum et terribilem caput
usque ad nubes tollentem qui quosdam
pennatos ad celum volare cupientes ex-
tensis manibus prohibebat et alios libe-

provolantes retinere non poterat et maximum
gaudium mixtum cum dolore immo a
vitiis et victoribus Anthonius audie
bat et intellexit autem illum esse con
sensum et dyabolum prohibentem qui sibi
obnoxios retineret et dolorem volatu
quos retinere non poterat sic doleret. Aliquando
etiam dum cum fratribus operaretur suspi
ciens in celum cum tristem visionem
vidisset provolutus ante deum rogavit
ut futurum scelus averteret. Unde cunctis tre
mentibus qui astabant et rogabant
ut visionem exprimeret singultu et lacri
mis preventus dixit eis quod magnum ne
phas et inauditum scelus immineret. Vi
di inquit altare dei innumerorum circumdatum
multitudine qui calcibus omnia dissipa
bant ac per hoc magna turbine fides ka
tholica subvertetur et homines iumentis
similes christi sacra diripient. Hec est causa
gemituum meorum. His auditis facta est
vox domini dicens Abhominabitur altare
meum. Quod et factum est. Nam etiam post
annos erumpentibus arrianis ecclesia tan
ta direptione subiacuit ut pollutis omnibus
non solum virgines et matrone et ipsum
baptismum pollueretur. Sed etiam bam gi
ones iuxta altaria necarentur. Quidam
arrianus nomine balatius dux egipti
cum ita ecclesiam infestaret ut virgines
et monachos nudatos publice verbera
ret. Scripsit Anthonius video iram
dei venientem super te. Iam desine perse
qui christianos ne ira te occupet que pro
ximum minatur. Irritatus legit infelix literas
et risit et in eas conspuens nuntia pre
cit portitores quoque multis afficiens
iniuriis anthonio talia remandavit
quia tuum curas de monachis ad te quoque
veniet nostra disciplina vigor. Sed con
festim minatorem supplicium sic oppressit
Quod cum inter v dies cum aliis equum
mitissimum equitaret morsu equi sui
in terram decussus corrosis et laceratis
cruribus delatus ad urbem post triduum
expiravit. Multa quoque et alia mi
racula anthonius fecit et indiscre
tione spirituum gratiam magnam habens
tandem anno vite sue centesimo v° mo
riens et de opusculis fratres suos impa
ce quievit. Auctor hic de gestis sto(rum)
illius temporis in ferming nunc ad hi
storiam constantini et helene redeamus.
Item de inquisitione sancte crucis ab helena
facta Ierosolimis Ruffinus libro decimo

Per idem tempus helena divinis
admonita visionibus Ierosolimam
petiit atque ibi locum in quo sacro
sanctum corpus christi patibulo affixum pe
penderat ab incolis perquirit. Cum ideo
ad inveniendum difficilis erat quia ab anti
quis persecutoribus simulacrum in eo veneris
fuerat defixum ut si quis christianorum in eo
loco christum adorare voluisset venerem
videretur adorare et ob hoc infrequens
et pene oblivioni datus fuerat locus. Ex
hystoria inventionis sancte crucis. Igitur
helena convocavit peritiores qui erant
Ierosolimis quasi de lege sua iudeos
quos cum multis verbis detractare ar
guisset et ex dictis prophetarum fidem christi
probasset ait illis adhuc euntes eligi
te meliores et doctiores qui mihi tenuit
inter se dicebant pro qua causa putatis
hunc laborem facit nobis regina. Unus
autem ex eis iudas nomine dixit Scio quia
questionem vult facere ligni in quo ihesum su
spenderunt patres nostri. Nam pater symeon
cum moreretur annunciavit michi dicens
Vide fili cum inquisitio facta fuerit ligni
in quo dampnaverunt messiam qui ante
nos fuit manifesta illud antequam
cruciaris. Iam enim hebreorum genus amplius
non regnabit. Sed regnum eorum erit qui
crucifixum adorant. Ipse autem regna
bit in secula seculorum quia ipse filius dei
vivi. Ceteri autem dixerunt Nos talia nunquam
audivimus usque hodie. Si ergo inquisitio
facta fuerit de ligno crucis vide ne
ostendas. Vocati ergo a regina et sciscitati
cum nichil verum vellent dicere iussit
sunt omnes in ignem tradi. Qui cum
vidissent tradiderunt ei iudam dicen
tes Hic est viri iusti et prophete filius qui no
vit legem cum acribus. Quem vocans
helena dixit Elige quod vis vitam an
mortem. Si vis vivere indica et michi
dic michi ubi est absconditum lignum
dominice crucis. Locum non novi inquit
iudas quia nec ibi etiam cum crucifixus
est. Beata helena dixit per crucifixum fa
me te interficiam nisi michi dixeris
veritatem. Iussit ergo eum mitti in la
cum siccum usque in vii dies sine cibo
manentem. Omnibus transactis clamat
iudas de lacu dicens Obsecro vos edu
cite me et ego ostendam vobis crucem.
Cum de inventione crucis et di
vinis eductus visione sequitur
pervenisset ad locum ubi iacebat

crux leuauit uocem addens et ait
dne deus si voluntas tua est regnare
filium marie qui missus est a te sicut eum
fuisset a te non tantas uirtutes fecisset
nec enim a mortuis suscitasset fac nobis
prodigium hoc ut sicut audisti moysi ossa
patris uiri ioseph ita nunc nobis audias
thezaurum istum facienus exeat de loco fumum
odoris suauitatis ascendet ut ego cre
dam crucifixum quia ipse est rex israel
nunc et in secula seculorum Statimque motus
est locus et multitudo fumi aromatum
ascendit de loco ita ut admiratus iudas
plausis manibus diceret In ueritate tu xpe
es saluator mundi gratias tibi ago domine
qui cum indignus sim non me fraudasti
gratia tua Tunc accipiens fossorium pre
cinxit se et cepit uiriliter fodere Cumque
fodisset passus xx inuenit tres cruces
absconditas quas attulit in ciuitatem
Interrogabat helena que esset crux xpi
Sciebat enim alias esse latronum qui cum
eo fuerant crucifixi ponens igitur eas
in media ciuitate expectabat gloriam
dei et circa horam nonam ferebatur mortuus
iuuenis ingrabato Judas autem gaudio
repletus posuit duas cruces super eum
et non surrexit Imposita autem tercia cruce
dominica statim surrexit omnesque qui ad
erant glorificabant deum Sed omnium
bonorum semper inuidus dyabolus cum fu
rore uociferabatur in aere dicens O ihesu
nazarene omnes traxisti ad te et ego qui
prius proditorem iudam feci nunc proditorem
iudam perdidi
Tunc beata helena preciosam
crucem in loculo argenteo collocauit
et celliam in ipso caluarie loco construxit
demandans omnibus xpicolis diem in
qua inuenta est sancta crux celebrare v
nonas maii Rufinus in ecclesiastica hystoria li
x Tunc regina uoti sui compos ~~effecta~~
effecta templum mirificum in eo loco in
quo crucem reperit erat regia ambicione
construxit portatis ad filium clauos quoque
quibus corpus dominicum fuerat affixum
ex quibus ille frenos composuit quibus
uteretur ad bellum et ex aliis galeam
nichilominus bellicis usibus aptam fertur
armasse. ligni uero ipsius salutaris partem
detulit filio. partem uero thecis argenteis
conditam dereliquit in loco qui et nunc
ad memoriam sollicita ueneratione seruatur
xviii De frumencio et edesio primis in india
captiuatis
In ea diuisione orbis terre
que ad predicandum uerbum dei sorte per
apostolos celebrata est thome parthia et matheo
ethiopia eique adherens citerior india Bartho
lomeo dicitur sorte decreta inter quam parthiam
et mediam sed longo interior tractu india
interior iacet multis uariisque linguis et
gentibus habitata quam uelud longe
remotam nullius apostolice predicacionis uomer
impresserat que cum temporibus constantini
tali quadam ex causa semina fidei proxima
suscepit metrodorus quidam philosophus inspi
ciendorum locorum et urbis et orbis perscru
tandi gratia ulteriorem dicitur indiam penetrasse
Cuius exemplo inuitatus etiam metrinus
quidam tyrius philosophus simili ex causa adire
indiam uoluit habens secum duos pue
rulos quos literis sibi propinquos imbuebat
quorum minor edesius alter frumentius
uocabatur. mos autem est ubi barbarorum
ut si quando fedus sibi cum romanis tur
batum uicine nunciauerint gentes omnes
qui apud eos ex romanis inuenti fuerint
iugulentur inuaditur nauis philosophi cuncti cum
ipso pariter perimuntur. pueruli reperti sub arbore
meditantes et lectiones suas parantes
barbarorum miseracione seruati ducuntur
ad regem horum ille alterum id est edesium sibi
pincernam fecit frumentio uero quem quasi
perspicaciorem comprehenderat et prudentem
rationes suas scriniaque commisit Ex quo
et in honore magno apud regem habiti
sunt et in amore xviiii De conuersione indorum
per frumencium et hibiorum per quandam captiuam
At uero moriens rex uxorem cum
paruulo filio regni reliquit heredem
Adolescentibus autem quid uellent
agendi dedit liberam facultatem quos tamen
regina suppliciter exorat tamquam que nichil
haberet in toto regno fidelius ut secum usque
quo adolesceret filius regendi regem regni
sollicitudine parciuntur et precipue frumen
tius cuius prudencia ad moderandum
sufficeret regnum. nam alius fidem puram
et sobriam mentem simpliciter exhibebat
Idque dum agerit et regni gubernacula
frumencius haberet in manibus deo mentem
eius atque instigante requirere solli
citius cepit Si quos inter negotiatores
romanos xpianos esse et ipsis potestatem
maximam dare ac monere ut conuen
ticula per loca singula facerent atque roma
no ritu orationis causa confluerent et ipse
multo magis eadem facere et ita ceteros
cohortari fauore et beneficiis inuitare
prebere quidquid oportunum fuisset
loca edificiis aliaque necessaria prebere et omni

modo gestire ut uxorem inibi semen coniungeret. Sed cum adolevisset regius puer cui procurationem regni gerebant, completis omnibus et fide tradita, multum detinentibus et rogantibus ut manerent regina et filio, ad orbem tamen nostrum demum redeunt. Et Edisio festinante Tyrum parentes propinquosque revisere, Frumentius Alexandriam pergit dicens equum non esse occultare opus divinum. Igitur rem omnem ut gesta est exponit episcopo ac monet ut provideat virum aliquem dignum quem congregatis iam pluribus christianis et ecclesiis constructis in barbarico solo episcopum mittat. Tunc Athanasius qui nuper sacerdotium susceperat in concilio sacerdotum Frumentium ipsum tamquam spiritu dei plenum attencius considerans ei sacerdotium tradidit eumque redire cum [illegible] domini gratia unde venerat iussit. Qui cum episcopus pervenit ad Indiam tanta ei data esse a deo virtutum gratia dicitur ut signa per eum apostolica fierent et infinitus barbarorum numerus ad fidem converteretur. Hec nos a Rufino Edisio Tyri presbitero postmodum facto qui Frumentii comes fuerat didicimus. Per idem tempus etiam Hyberorum gens conversa est per quandam captivam Christianam apud eos receptam, apud quos moris est egrotans circumferri atque per singulas domos si quid forte remedii in aliqua domo possit invenire. Cumque mulier quedam parvulum suum per omnes circumtulisset tandem venit ad captivam que sola oratione illum sanavit, que pervenit ad reginam quam similiter egrotantem sanavit. Rex autem dum quadam die venaretur obcecatus solus in locis obscurissimis ait: Si verus deus est Christus ille quem uxori mee predicat captiva, nunc me de tenebris istis liberet et ipsum cum omnibus michi subiectis colam. Quod ita factum est. In ecclesia vero nova facienda columpnam cum illis viribus erigi poterat ipsa captiva sola oratione erexit et in locum suum constituit. xcviij De revocatione Arrii ab exilio et eius fallacia sequitur etc.

Post quam autem Helena ex hac luce discessisset, Constancia tunc Licinii derelicta fratris augusta solaciis utebatur. Hinc accidit presbiterum quendam venire in noticiam latenter partibus Arrii faventem. Sed is primo nichil omnino de hiis apud sororem principis voluit aperire. Ubi vero multa familiaritas copiam tribuit, paulatim sermone cepit aspergere invidiam dicens Arrio generatam et pro simultatibus privatis episcopum suum rem contenciose excogitasse emulationis stimulo confixum quod Arrius apud plebem satis carus haberetur. Hec atque huiusmodi alia frequentans suggerens animos Constancie sibi efficit. Que cum diem obitura visitaretur a fratre atque ab eo blande religioseque compellaretur, continua dicitur ab eo germanum poposcisse ut presbiterum in familiaritatem reciperet et que sibi ab eo pro fide et salute suggererentur audiret; se quidem iam e luce discedentem nichil curasse preter hoc non statu esse sollicitam ne forte per innocentium penis regni sui pateretur excidium. Hiis ille monitis a sorore susceptis et fidelem se germane sollicitudinem credens accomodavit aurem presbitero et interim accersiri de exilio Arrium iubet ut quidem de fide sentiret exponeret. Tunc ille fidem conscripsit que non quidem sensum nostrum tamen verba nostra continere professionem que videatur imitari. Quid est imperator et putavit unam eandemque in sensibus et concilii Nicheni gesti exponere firmam continere. Tamen Constantinus in illo relaxat animi vigorem sed rursus eum ad concilium remittit examen, que ad dedicationem Jerosolimorum ex toto orbe congregati sacerdotes invitabantur, et fallaci quidem receptus est a fautoribus suis. Sed ubi Alexandriam pervenit omne eius inceptum frustratum est, quia dolus apud ignorantes locum habet, scientibus non dolum intendere nichil aliud est quam risum movere. Interea dum hec apud Alexandriam frustra agitarentur, venerabilis augustus Constantinus in urbana villa Nichomedia xxxi° imperii sui anno defunctus est, liberis de successione romani orbis testamento heredibus scriptis. Quo in tempore cum quidem Constancius tunc orientis regimini deserviret, presens non erat. Dicitur secreto accepisse presbiterum quem a sorore commendatum supra diximus et eidem familiariter tradidisse ei testamentum quod scripserat et obtestatum sub sacramento ne illud nisi Constancio cum venisset in manus traderet. Cum etiam quod eunuchi qui erant in palatio favebant arte mediante de imperatoris morte suppresso usque ad Constancium imperatoris perfidiam nullis nova temptantibus conatibus restitutam integreque mansisse. Cum vero Constancius

affuisset depositum presbitero restituit. Cum
bonifacius graviter imperator regni cupidus
ita ei deceptus est ut qui impetrare cun
tis ambiret ab illo sibi imperatori equa
nimiter pateretur. Consilio demum sibi im
peratore cepit de archarum restitucione sugge
rere et nolentes acquiescere sacerdotes ut
cogeret persuadere. xcix De sancto vincen
cio confessore. Gesta eius sequuntur.

Eo tempore floruit sanctus vincencius
qui quondam iuvenis samarita
nus paganis parentibus ortus
in christum credidit ad predicacionem beati geor
gii qui apud antiochiam predicaret. po
stea vero per gradus ordinis ascendens
usque ad sacerdocium. Reversus ad parentes
suos convertit eos ad fidem christi et bap
tizavit. Relictis que eis recessit. Cui in
itinere dormienti apparuit angelus domini
ut reverteretur thessalonicam et ydola
daciani signo crucis ibi contereret
eiusque filiam cleopatronam a demonio
liberaret. Quod et factum est. Baptizavit
que eam cum CC fere hominibus. Illa
vero de suo patrimonio misit duo cande
labra beato petro et alia utensilia per
beatum benedictum episcopum et presbiterum vincencium.
Quibus romam euntibus cum deficeret
victus convenit de mari piratis magnus
et insultore stetit qui captus ab eis
per totam ebdomadam adductus fuisset.
Etiam sancto vincencio abstulit aliquid
quidam miles raptor cum sociis suis
vestimentum suum de quo factum est tale mi
raculum. Numquam vendari potuit
et ubique in nocte erat ipsi de claritate
ipsius magna lux erat. Cum autem
in asya rex quidam victionarius sur
gens contra romanos exarsisset et
secum deferens nazareth deum suum
romanas partes vastaret dum esset in
longobardia longobardis nimis
timentibus tulit prefatus miles vesti
mentum illud ad ecclesiam beati petri. Ecce
cum venisset victionarius facto de celo
magno tonitruo et ignitis catapultis
volantibus interfectus est cum omni ex
ercitu suo, et hoc factum est post xxx annos
postquam idem vestimentum sancto
fuerat ablatum. Abstulerat autem idem
miles eidem sancto cum illo vestimen
to quasdam reliquias de sancta cruce
et de sancto bartholomeo. Vixitque
beatus vincencius usque ad tempus sancti
hylarii pictaviensis. Cum de consilio re

verenti obviam pictavis venit. A quo eciam
castellum gramonte peciit ad manendum
cum sociis et accepit. Hic aliquando in vi la
tronis incidit quorum primus arrepto
gladio ut eum perimeret semetipsum truci
davit. Secundus ad quercum se suspendit.
Tercius a demonio arreptus exspiravit.
Quartus oculos amisit. Quintus rabie plenus ma
nus suas et brachia dentibus laceravit.
Sextus ad mare currens in mare se precipitavit.
Mortuus est autem annorum CXX. ydus ia
nuarii apud gramonte castrum. In mar
tilogio cum dicatur sancti viencii confes
soris forte illuc de gramonte translatus est.
Sepelivitque eum beatus maxencius ab
bas. Cui eciam revelatum est quod dominus sanctus
michael animam eius deferret in celum
cecinerunt [illegible] demones dicentes hic
homo vir est [illegible] qui a perfuga timidus
martirii coronam amisit cum scriptum sit
beatus vir qui suffert temptacionem etc. C
De sancto florencio confessore sequitur

Floruit et eo tempore beatus confessor
christi florencius qui quondam post
beati floriani martiris confessionem de
quo supra sub dyocleciano tempore dictum est
angelo revelante commonitus cum ad gal
lias pergeret venit ad portum fluvii ro
dani qui dicitur lugdunum, invenitque ibi
navem sine gubernatore. Erat enim con
fracta undique. Volens igitur ad iussionem
quamtocius festinare, erat enim dies
dominicus, intravit in eam et facto signo
crucis ait: deduc me domine in volun
tate tua. Moxque sine gubernatore flumen
transmeavit. Angelus quippe domini eum cu
stodivit. Et cum ad ripam venisset in
venit ibi hominem demonio vexatum
et obligatum ab aliis invectum, et simul dolore
tactus oracioni incumbens expulso demo
ne hominem sanavit. Multa quoque alia
miracula per eum in itinere dominus ostendit.
Angelus autem quo duce iter agebat
beato martino turonensi antistiti ad
ventum eius adesse revelavit, eique faciendum
eius ostendens ut eum in ordine sacerdota
li constitueret precepit. Itaque beatus mar
tinus gaudenter suscipiens multum eum
dilexit et die congruo sacerdotem ordinavit.
In quo ordine degens dominum assiduis
precibus exorabat ut ei locum ostenderet
quo habitare deberet. Quod et fecit dominus.
Perrexit itaque iuxta revelacionem sibi factam
ad locum super ligerim cui nomen erat
glonna in quo spelunca erat et ibi super terre

multi quos de loco illo vir sanctus orando fugavit. Ibique oratorium in honore sancti Petri et aliorum sanctorum plurimorum fecit. Habebat autem consuetudinem ut quolibet anno tribus (?) orandi gratia veniret. Cum igitur ex consuetudine illuc ad oratorium pergeret venit ad locum qui dicitur Condata ubi flumen transire volens invenit in portu mulierem tertiam sedentem et plorantem. Interrogata quid haberet ait: Domine unicus filius meus qui michi terre viam prebebat iam nonus dies est ex quo in aquam istam mersus est et nemo eum invenire potuit qui michi saltem sepeliendum redderet. Tunc sancto genu flexo orante ait angelus domini: Ille de quo rogas non est mortuus sed vivit. Mox quoque locum ubi ille erat ostendit. Tunc piscatores iubente sancto laxantes illuc retia sua statim invenerunt eum quem sanctus deo gratias agens matri sue reddidit. Ipsa quoque permissu sancti orationem in eodem loco hunc recipere (?) meruit. Vixit autem sanctus Florencius postquam ab sancto Floriano separatus est annis lxiij. Cumque vixisset cxxiij annis x kal. octobris migravit ad dominum. Post cuius etiam obitum multas virtutes in loco requietionis eius operatus est dominus per eum.

¶ De pirata per eum a ferreis nexibus so[luto]

In nationis Francie partibus olim luto (?) mos inoleverat ut si quis propinquiorem sibi parentem iugulasset decernente pontifice corpus gladio ferri nexibus sicut qui collum pectori et ventrem brachia stricte innecterent. Sicque de propria patria pulsus donec eadem vincula perumperet per Romam diversa loca sanctorum veniam postulando peregre pergeret. Hac sententia quidam clericus qui avunculum suum necaverat a Kanemensi (?) episcopo dampnatus erat. Iamque diversa sanctorum loca lustraverat cum ad monasterium sancti Florencii divina revelatione pervenit. In ipsa vero die nocte dum fratres officium nocturnale pagerent ille retro secus cancellos consistens se paululum sopori indulsit, et ecce subito persona ei candidissima avis apparuit a tumulo sancti progrediens brachijs suis incedisse visa est quod ferros nexus quasi cum impetu magno perrupisse qui illico expergefactus vocem terribilem emisit clamoris, ita ut chorum etiam psallentium interrumperet omnesque astantes nimio terrore attonitos redderet. Statimque ut oculos levi sompno oppressos aperuit avis predicta minime comparuit. Sed illi ferrei nexus ad tactum eius invisibilem cum impetu magno tam valide crepuerunt ut longius resilientes in circuitu (?) vix inveniri possent. Ipse autem pavore solutus in terram corruit ibique prostratus donec consummaretur officium quod agebant permansit. In crastino autem omnibus hoc sciscitantibus ille ordine causas culpe sue et nexionis edidit. ¶ De pirata per eum a ferreis nexibus soluto sequitur.

Temporibus quoque Constantini iuxta Ieronimum Arnobius rethor in Affrica claruit. In Antiochia dominicum quod aureum (?) edificari cepit. Iuvencus presbiter natione Hyspanus evangelia heroicis versibus explicavit. Pestilencia et fame inmirabilis multitudo in Syria Cilicia quoque periit. Porphirius misso ad Constantinum insigni volumine ab exilio liberatus est. Hic Porphirius primo gentilis deinde christianus rursum apostatavit. Nam in Cesarea Palestine a christianis cesus in tantam indignationem non ferens christianitatem deseruit sicut eum Eusebius redarguit cuius eius verba destruxit. Hic enim Porphirius contra nos scripsit. Cui responderunt Eusebius et Apolinaris. Augustinus vero in libro De civitate dei forcius retulit qui eum vocat enim philosophorum doctissimum sed christianorum acerrimum inimicum. Ipse quoque Constantinus ut dicit Ieronimus cum libris suis honorificas ad Anthonium litteras direxit. Crispum autem filium suum interfecit crudelissime et uxorem suam Faustam. Extremo autem tempore vite sue ab Eusebio Nichomedie episcopo baptizatus arrianum dogma declinat. A quo inquit usque ad presens tempus ecclesiarum rapine et tocius discordia secuta est. Sed huius verbis Ieronimum manifeste contradicit liber de actibus sancti Silvestri nisi forte bis baptizatus sit Constantinus presertim ab Eusebio Nichomediensi episcopo fautore arriane signifero et ei Constantino valde familiari. Admirandum quoque est valde quod inventionem sancte crucis Ieronimus in cronicis suis annotare vel noluit vel neglexit que eo tempore celebris fuit. Ceterum cur Constantinus uxorem suam et filium suum iuxta Ieronimum interfecerit, huius namque facinoris honestam causam invenire non potui. Sed (?) ...

constantini facinora certi historiographi
dissimulant et silencio tegunt xxxv
Continencia decimi quinti libri sequitur

Titulus decimus liber continet histo-
riam xli annorum per tempora iiii or
imperatorum scilicet ab imperio constancii
tercia et fratrum suorum constantini atque
constantis usque ad mortem valentis
deo odibilis et impii graciani. Hic autem
continet gesta et dicta sanctorum antho-
nii et utriusque macharii ceterorumque patrum
egipti deditos et morales quosdam flos-
culos sanctorum doctorum illius temporis
hylarii scilicet athanasii effrem et basilii gre-
gorii quoque nazanzeni. Sunt autem capitula. C.
i De imperio constancii et dispu-
tacione athanasii contra arrium ii
de ignominiosa morte arrii iii De bo-
na indole athanasii et eius promocione
iiii De persecucione arrianorum in atha-
nasium v De fuga eius et exilio vi
De scriptis eiusdem vii De sancto ma-
ximino treuerensi viii de persecucione
saporis in katholicos ix De conciliis
mediolani et ariminensi x De tri-
partita secta arrianorum xi de libero pape
exilio et de felice papa xii de sancto
eusebio presbitero et ceteris martiribus
sub constancio xiii de gallo cesare
et milicia beati martini xiiii de mor-
te anthonii abbatis et dictis eius xv
De paulo simplice xvi De aliis
egipciis xvii De duobus machariis
et dictis eorum xviii De eodem xix
De sancto hilarione xx De quibusdam
eius miraculis xxi De fuga eius et
peregrinacione xxii de victorino affro
et eusebio emisseno xxiii de sancto
hylario pictauensi xxiiii de scriptis
eiusdem hylarii xxv de morte
constancii et successione iuliani xxvi
De imperio iuliani apostate et eius ~~perm~~
~~vta~~ pueritia xxvii de moribus eius
xxviii De superstitione illius et seui-
cia in sanctos xxix de lucifero heresi-
archa xxx De impiis legibus et
persecucione athanasii xxxi De se-
pulcro babille martiris et theodori sup-
pliciis xxxii de malis factis sub iu-
liano et reliquiis baptiste xxxiii
de passione sancti gallicani xxxiiii
passio sanctorum iohannis et pauli xx-
xv de sancto donato aretino episcopo
xxxvi de quibusdam eius miraculis
et transitu xxxvii de passione sanctorum

gordiani et epimachi xxxviii de ceteris
martiribus eiusdem temporis xxxix
De via iuliani in persidem xl De
passione sanctorum quiriaci et matris eius
et aliorum xli de consummacione martirii
sancti quiriaci xlii de licencia reparandi te-
mplum iudeis concessa xliii de miserabili
nece iuliani imperatoris xliiii de mira-
culosa missa sancti basilii et confusione
libanii xlv de adriano pseudo episcopo
et peregrinacione sancti hylarionis xlvi
de consummacione vite eiusdem xlvii de
imperio iouiani xlviii de imperio valen-
tiniani et apolinaris laodic xlix
de damaso papa l de valente
imperatore li de obitu sancti hylarii
et eius miraculis lii de sancto
eusebio vercellensi liii de constancia
eius contra arrianos liiii de passio-
nibus eius et obitu lv de didimo
allexandrino lvi de studio et scriptis
eiusdem lvii de petro allexandrino
et lucio arriano lviii de exilio duorum
machariorum lix de sancto moyse
sarracenorum episcopo lx de abbate pasto-
re et dictis eius lxi de ceteris patribus
illius temporis et de operibus lxii de
abbatibus ysidoro et pambo lxiii
de ammonio et heleno et appelle
lxiiii de serapione theone eulogio
et dorotheo lxv de piamone be-
niamin et martho lxvi de siluano
et eius discipulis lxvii de sancto
appollonio lxviii de eodem lxix
de euagrio palladio mela et paulo
lxx de abbate or et sancto copre
lxxi de sancto mucio heremita
lxxii de miraculis eius que narrat
frater copres lxxiii de miraculis sancti
copretis et abbate helya lxxiiii
de abbate syro et paulo et esseia lxxv
de sancto heleno et eius miraculis
lxxvi de sancto abbate paphnucio
lxxvii de thaise meretrice conuersa
lxxviii de sancto basilio cesariensi
episcopo lxxix de seruo quem a potestate
dyaboli liberauit lxxx de pre-
sbitero anastasio et eius leprosis quos
basilius visitauit lxxxi de scriptis
sancti basilii et de regula eius
lxxxii de laude vite solitarie et
communis lxxxiii de ypocrisi et veri-
tate et obediencie lxxxiiii de opere
et psalmodia ceterisque religionis do-
cumentis lxxxv de gregorio fratre

anthonius

iulianus

basilius

vita solitaria et comunis

sancti basilii et de scriptis eius lxxxvi De sancto effrem syro lxxxvii De libris sancti effrem lxxxviii De sancto gregorio nazanzeno lxxxix De pontificatu et doctrina eius xc De libris eius et fuga cure pastoralis xci De apologia eius super fuga predicta xcii De periculo et cautela cure pastoralis xciii Item de eodem xciiii Qualiter debeant sacerdotes sollempnizare xcv De laude vite monastice xcvi De sancto Ambrosio mediolanensi episcopo xcvii De morte valentini et successoribus eius xcviii De impietate valentis et prefecti eius in vanis xcix De afflictione monachorum et augurio valentis C De morte valentis et fine eiusdem[?] Jeronimus

De imperio Constancii et disputatione athanasii contra arrium Jeronimus

Romanorum igitur xxxv regnavit constantinus Constancius quoque et constans annis xxiiii Ceperunt autem regnare anno domini CCC° xl° iiii secundum alios iiii° CCC iii° Hugo florentinus v° libro Constantinus quod romanum imperium adeptus est Constantinus in constantinopoli imperavit et apud Antiochiam constancius. Iste autem Constantinus donec vixit gentium regnum gemmis et caput suum pretioso dyademate decoravit. Nutrivit preterea semper bonas artes Sed precipue studia litterarum et ipse studebat et meditabatur. Constancius autem ut fertur est imperator romanus pretiosos[?] vpis[?] asserit de katholica depravatus est. Porro athanasius vir spectabilis et magnifice fidei imperii[?] quinque annis ipso disputavit cum arrio turbis[?] linquit atque inde astantibus apud laodiciam syrie urbem presbyteris autem quidam vir imperii missu eius arrium et strenuissimum sancte fidei defensorem athanasium sedit ubi inter fidei adversarium decussa est et diversis libris ostensum patrem et filium et spiritum sanctum ipsius constare personis et tamen unam esse trinam naturam. Arrius tamen indurata mente iniqua maligne permansit

De ignominiosa morte arrii sequitur

Deinde Eusebius de cuius fallacia disturbendo supra diximus oportunitatem temporis nactus et principi per presbyterum familiarem effectus omnia revolvit et inmunitum concilii niceni gesta renovare molitur. Arrium venire fecit et imperialibus edictis conatus demum constantinopolim revocari. Quo illi maxime convenerunt qui arrium et eusebium sectabantur qui sepe cum alexandro alexandrino episcopo congressi ut arrium susciperet. Ad ultimum cum diem statuentes denunciaverunt ut ipse arrium susciperet aut si renueret ecclesia pulso et in exilium truso ab alio eum suscipiendum sciret. Tunc ille nocte que ad constitutam inferat diem sub altari iacens atque in oratione et lacrimis eam totam pervigilem ducens ecclesie causam deo commendabat. Cumque lux orta fuisset et tamen alexander ab oratione cessaret Eusebius cum suis omnibus velud quidam belli signifer domum arrii matutinus ascendit. eumque sequi ad ecclesiam iubet. protestatus quod alexander nisi prius acquiesceret compulsus loco cederet. Igitur cum cultores arrii essent in expectatione suspensi quo ille alexandri perseverancia eusebii atque arrii instantia declinaret arrius ad ecclesiam pergens episcoporum et populorum frequentia constipatus humane necessitatis causa ad publicum declinavit locum ubi cum sederet intestina eius atque omnia viscera in secessus cuniculum defluxere ita tali in loco dignam mortem blasphemie ac fetide mentis exsolvit. Quod cum in ecclesia nunciatum fuisset eusebio et hiis qui una secum et innocentem virum alexandrum de recipiendo arrio fatigabant et operti confusione discesserunt

De bona indole athanasii et eius promotione sequitur

Alexandro autem defuncto apud alexandriam athanasius sedem suscepit de quo cuius apud historias fuit libet pauca commemorare tempore quo apud alexandriam petri martiris diem alexander episcopus agebat. Cumque post completa sollempnia conventuros ad convivium clericos expectaret in loco mari vicino vidit eminus puerorum super oram maris ludum imitancium ut fieri solet episcopum et ea que geri mos est in ecclesiis. Quos cum intentius diucius

conspectaret vidit albhus geri quedam
eciam seriaciora et mistica perturbatus
illico comprehensos pueros imperat ad se
perduci. Cum tum adessent quis eis lu-
dus et quid egissent vel quo perime-
tatur. Illi ut talis habet etas primda
negantes primo deinde rem gestam
per ordinem pandunt et baptizatos
a se esse quosdam kathecuminos con-
fitentur per athanasium qui ludi illius
similis episcopus fuerat simulatus. Tunc ille
diligenter inquirens albhus qui bapti-
zati dicebantur quid interrogati fuerint vel quid
ne responderint et videt secundum religio-
nis nostre ritum cuncta constare collo-
cutus cum consilio clericorum statuisse dicitur
illis quibus integris interrogationibus
et responsionibus aqua fuerat infusa non
debere iterari baptismum / sed adimpleri
ea que a sacerdotibus mos est. Athana-
sium vero et eos quos ludus ille vel pres-
biteros habere visus fuerat vel ministros con-
vocatis parentibus sub dei obtestatione
tradidit ecclesie nutriendos / Post autem
tempore tamen facto cum a grammatico fuisset
athanasius sufficienter instructus mox
tamquam fidele domini commendatum apud
bus restituitur sacerdoti ac velud samu-
el quondam in templo domini nutritur. Qui
etiam tempore niceni concilii prius alle-
xandrini episcopi aderat consilijs senem
quam plurimum iuvans et ab eo pergente
ad patres in senectute bona ad portandum
post se ephod sacerdotale electus est. Cuius
tanta in ecclesia pro fidei integritate ago-
nes fuerit ut etiam de se videatur illud
esse quod scriptum est. Ego ostendam ei quanta
oporteat eum pro nomine meo pati.

iiii. de persecutione arrianorum in athana-
sium Jeronimus in cronicis.

Igitur anno ii° Constancii impietas
arriana eiusdem imperatoris fulta presidio
exilijs carceribus et varijs afflictionum
modis primum athanasium deinde omnes
non sue partis episcopos persecuta est. Rufinus
x° li°. Iram constancius imperator
per eunuchos deceptus ab episcopis arrianis
intento satis studio plus eorum conten-
tionibus obsecundant. Illi autem videntes
nec quidem adeundi regis copia fieret athana-
sio et penitus deuite fidei quam pertene-
bant secundum scripturas edocet omnimodis
insulare cum caput principem et velud
omnium scelerum ac flagitiorum auctorem ag-
grediuntur. Componunt usque quo quendam cor-

brachium loculo delatum imperatori ostendit
quod ab athanasio excisum magice artis
gratia de arsenii cuiusdam corpore confirma-
bant. Quapropter iratus imperator convocato
apud tyrum concilio iubet athanasium
condempnari misso comite suo viro consula-
ribus et eo ducitur athanasius. Introducitur
accusatio mulieris cuiusdam que se dicit
aliquando hospicio athanasium recepisse et
ab eo noctu nichil suspicante vim corrup-
tionis esse perpessam. Introduci ad hoc atha-
nasius iubetur. Ingredi cum thimotheo pres-
bitero suo. Cumque moneat ut postea
quam mulier dicendi finem fecisset se tacente
ipse ad que dixerat rudeat. Cumque mulier
ea que edocta fuerat peroraret. Thimotheus
conversus ad eam ergo inquit mulier ego mansi
apud te aliquando aut vim tibi ut asseris
feci. Tunc illa ut mulierum se talium proterva-
tas habet obnitas thimotheum tu tu inquit
michi vim fecisti tu in loco illo contami-
nasti castitatem meam simul et conversa ad
iudices obtestari fidem dei cepit se vana
dicere. Tunc omnibus iudicibus pudor haberi
cepit quod tam facile tacente reo fictio
compositi criminis potuisset. Hinc turbatur ad
aliud crimen de quo etiam optime se pur-
gavit proferunt scelerum manuum
virum quia non iudicandi sed opprimendi hominis
causa concilium gerebatur. Fragor omnium re-
pente attollitur magum esse athanasium
et decipere oculos intuencium clamatur.
Sicque impetu super eum dissipare manibus
parabant. Sed archelaus qui cum ceteris
conspecto imperatoris concilio presidebat
ereptum eum de persequentium manibus occul-
tos exitus eduxit. Concilium tamen sinistro
conveniens tamquam si nichil omnino deprehensum
fuisset ut confessum de nimium criminibus
athanasium condempnat et gesta huiusmodi
modum ficta per orbem terre mittentes ad
sceleris sui consensum imperatore cogente ceteros
episcopos compulerunt. v. de fuga eius et oc-
cultatione.

Hinc iam toto orbe profugus
agitur athanasius nec ullus ei ad
latendum tutus superest erat locus. Tribu-
ni prepositi comites exercitus quoque ad in-
vestigandum eum moventur. edicta imperia-
libus premia delatoribus proponuntur si quis
eum vivum maxime sin minus caput athanasii
detulisset. Ita totis regni viribus frustra
adversus eum cum deus aderat certabatur.
Interea vi continuis annis ita latuisse fertur
in lacu cisterne non habitans aquam ut num-
quam solem videret. Sed cum ancilla que sola

conspia duorum officiis qui ei latebras
pbuerant videbat'. indicatus fuisset
tamqz dei spu admonitus ipsa nocte
qua adeum comphendendum eum in
edibus demebat' evigerat ad aliud
locum / ita illi qui venerunt frustrati
duo quoqz in fugam [illegible] decanalla
ut sta indice penas sumunt vin ne
graues alicui latebre fieret et otio
calumpnie innocentibus quiere' michi
sibi ultra iam tutum inconstancii rego
psumens. ad constantis ptes pfugus
abscedit a quo satis honorifice reli
giose qz est susceptus. Cumqz tn eius fa
ma cparet diligencius cognita scribit
ad fratrem suum pterito se cpisse q sacerdos
dei summi athanasius immiste fugas
et exilia pateretur. hoc itaqz recte faceret
si absqz ulla molestia eum loco suo restitueret
Si id nollet sibi cure futurum ut ipse ad
imple regni eius intima penetrans
et penetrarius et penas dignissimas de
auctoribus sceleris sumens. Cuius scriptis
pterritus constancius qz posse facere ea que
minabat'. constrictus erat fratrem simulata
benignitate ultro venire ad se athana
sium iubet et licet inexpacatione pstitutum
ad ecclesiam suam remittit ut fecit.
Sozomenus precedente aliquid athanasio
p allexandriam contigit advolante cor
niculam clamitare et statim paganum cir
stantes q' mago deo gnantes petebant ut
eis aperiret quid cornicula illa pgnosticaret
Quibus ille subridens cras inquit la
tina lingwa dices futura z inproximo
hoc ergo clamitans tristem nobis futurum
crastinum diem signat. Altera die veni
unt littere imperatoris admonicio iubentes
ut paganum non permittent' ingredi ad
templa sua neqz sollempnitates suas
celebrare. Tunc ergo destructa z venera
bilior eorum gnalis est festivitas. Rufinus
ubi supra. Sed cum magnencius scelere
imperator constans regno simul et vita
fuisset exemptus rursum in athana
sium veteres illi incentores principis odia
resuscitare ceperunt fugatoqz de ecclia
in locum eius georgium quendam pfidie
et inmanitatis … sue socium
mittunt etc. vi descriptus eius

Jeronimus de illustribus viris sequit'.

Fecerunt eius ad usum gentes duo
libri et contra valente et ursatium
unus et de virginitate et de psecucio
nibus arrianorum plurimi et de psalmorum
tytulis et de historia anthonii monachi
et multa alia que enumerare longum est. Actor
Invenit' etiam liber athanasii exhorta
torius ad monachos valde utilis de quo
paucos flores istos excepi. Clare nimis
nobis licet singuli principiis imitatis ut
sit inchoatio nostra pfectio et adversa
vivendi fugientes gradus inpositos
pcellentes apicem ipsius culminis occupato
discipline summam teneatis qui dum
me non solum libenter sed etiam avide au
ditis impudentem me mo amore fecistis
pcedentes eum dico et ultra mensuram
mee possibilitatis extensis quos sequi
cupio ducem compellor. Abstinencia con
tinencie mater z que facilius frenos
patit'. si non delicatorum ciborum incite'
mentis illud a quo abstinent illicitum
credunt ipsi sibi primum sui labori [illegible]
munit illicitas enim carnis ingerit necessitatis
est pmissa virtute nimis arbitrii amat
abstinere mater est discipline bona sup
gredi libertas z arbitrii non fines impo
suimus si fieri pt sola legendi meta
pedo disrumpat sit victus facilis vesti
tusqz vili vita nostra iubeat singula
studeat quia plus auctoritatis exemplum
quam sermo gestat. Feminas pbas et re
ligionis studio non dicatas cum mensura
veneracionis honorare ut nec austeritas
inhumana nec sedulitas sit remissa
In loquendo aut amicis percipue non
stas hora solitudo verecunda sunt ut
mittetur omne quod contra nos pt fin
gi tamquam possit et credi ipsa fame
securitas plerumque mutant'. inficiant //
non enim tantum nobis fides sufficit. Sed pos
sibilitas etiam z relegandi mendacii
ut non blasphemetur bonum nostrum. beata
est vita pclara de qua nichil licet
falsitas licet me ptit scelaris labor
invidia in obtrectationum spe religionis
ardere. Sed utat' mundus sua natura
dum eum nichil inveniat in mea disciplina
felicitas amore latet'. dum ut insimulet
quod possit esse q dr. Nemo ideo debet
contempnere volumus infamie quod semp
querunt famam sibi care. Sed eo atten
tius cavere quod solet etiam ficta
ponere. Necessarius sit ecdomis et va
rius egressus quem ut religionis iu
dicaverit. Aut ad scibam victus causa
querendi operis ordinavit minibus
cunctas ii que ad cottidianum cibum
alium est vestitum suppetant abstinete

Sciens esse scriptum ventres alimenta
rum vidua pauper plus omnibus misit
quia non potest pars esse quod totum et re-
quisquam amplius dedit quam sibi
nichil reservavit. Cum vivendi volun-
tate quis non spoliat quam moriendi le-
ge rumpens et faciens de parte intact
ut de necessitate virtutem augeat qui
vivus rem familiarem suam erogans
de pruis magna de vilibus preciosa de
caducis eterna faciat. De ceteris libris eius
plura scripsimus hunc operi inserui. vii De
sancto maximino treverensi Idem in cro.

Eo tempore maximinus treverorum episcopus
clarus habetur a quo athanasius alle-
xandrie episcopus cum a constancio
quereretur ad penam honorifice sepultus
est. Hilarius civis hic pictavorum indigena
clarissimis et ortus natalibus cum fi-
maxencius pictavorum pontifex fuit. Ipse
autem divino instinctu genitale solum relin-
quens in treveris urbe constituit ubi clerica-
tus honore donatus cum ad virtutum incre-
menta profecisset. Quadam feria quinta
cum nocte ecclesiam beati eucharii adorandi
ingressus non pernoctet sed vigilando
videt emissam vocem celestem audivit pa-
tientes ut maximinum eadem visione
redderet certiorem quod agricius episcopo ad
superna gaudia intromisso mox ipse
pastorale ministerium subiturus esset. Agri-
cio quoque per ministerium angelicum revelatum
est ut eum sibi successorem constitueret quod
et fecit nec multo post mortuus est
sanctus agricius et maximinus episcopus
ordinatus a quo ut dictum est athanasius
fugiens honorifice susceptus est. Idem tum
aliquando romam pergeret invenit sanctum mar-
tinum non dum episcopum qui similiter illuc perge-
bat. Quibus ulterius pergredientibus
asellum qui sarcinas eorum portabat
ursus offendit et devoravit tunc viro
martinus dei imperasse ut obsequium
asini adimpleret quod et fecit donec
reversi sunt ad locum qui ursarum villa
dicitur ubi idem sanctus dedit eidem urso
pristinam vagandi potestatem crepta
illi licentia ledendi. Tocque sanctus maxi-
minus sanctum martinum secum treverim
perduxit non multo post beatus maximinus
obiit in xii kal. iunii apud pictavos quo
regressus fuerat ut suos reviseret.
Sed interim translatus est apud treverim
ubi ad eius tumulum gloriosa sepe miracu-
la visa sunt. Nam tempore theodoberti

regis ar-boastis quidam presbiter contendebat
cum quodam franco presente rege dum hec
gererentur rex loca sancta que sub urbis
illius muris sunt circa visitabat ordinis.
Cum autem videret rex presbiterum esse
calumpniam. Si vera sunt inquit que presbiter
queritur hec super tumulum maximini anti-
stitis sacramento confirma. Audeo inquit presbi-
ter que precipis adimplere et statim ponens
manum super sanctum sepulcrum dixit hec
sancti virtute confirmari si aliquid falsi
loquor. Dehinc que precatio mea contra
hunc francum insistit fremere autem
barbaro et quasi contra sanctum dei fu-
bunde egressi sunt de basilica. Cumque
per viam pariter pergerent subito delapsus
presbiter solo pessum dedit et mortuus
est laudantque deinceps barbari virtutem
sancti cui prius detraxerant. Sicque aridus
urbis illius cum aureno episcopo pro adulte-
rinie pulsaret. Sacramento ad eius sancti
sepulcrum purificari properat. Ingressus
quod primum supra limen restitit quasi stupens
dehinc descendens per gradus ad aliud
hostium venit. Cumque adtrium ascendere
vellet protinus febre correptus est
fugere non audens amplius timens quo
impetebatur indissime mortis positus
est confessus de peccatis supplex ut prece
vel sancti antistitis vel episcopi sui se suf-
fragia postularet. Sed statim ut
confessus fuit abinpulsu febris contin-
uo etiam antistitis est in caritate re-
ceptus. viii De persecucione saporis in ca-
tholicos Ieronimus in cronicis eius

Interea sapor rex persarum in eos persequ-
i subiecti conati sunt in suo regno ut
scribit zozomenus xvi milia martirum
Inter quos simeon archiepiscopus seleucie
et thesifontis civitatum regalium im-
perida accusatus est a magis apud saporem
quod persarum quindecim annos tributis inquies
afficit et crudelibus viris hab exactio-
nes in mixit. Symeone autem vinctum misit
adduci ad se. Qui cum adductus ad regem
non adoraret eum Interrogatus a rege
cur eum non adorasset prius inquit victus
non adducebar ut verum deum nega-
rem et michi [illegible] dubitans sollemp-
nia regis implebam. Nunc autem fas
michi non est hec agere. Iussus et deum
adorare solem noluit et ductus est
in carcerem. Quo eunte obvius ei factus
est eustazadis senior regie domus
Qui dudum fuerat xx annis vim passus

est adorarãt solem Sedens ergo añ ianuas regis consurgens adorauit symeonem Qui cum increpans iniuriose et cum furore clamans aduersatus despexit Mox eunuchus flens et gemens clarum vestem deponens et lugubrem induit Quod audiens rex cum eum flectere nequiret iussit decollari Qui impetrauit a rege ut preconem clamare faceret se non pro alia causa mori quam pro xpo quod ideo clamari fecit ut qui pro eius exemplum deiecti fuerant resumerent animos Quod agnoscens symeon martire letus pro eo ympnos obtulit Pusichius autem qui super omnes artifices regis erat videns ananiam quendam senem sub gladio trementem confortauit eum dicens paululum o senex claude oculos et securus esto mox enim xpi videbis aspectum moxque cum aliis decollatus est passus etiam beatus symeon xvj° kl may et in crastino multi socij eius Ex martilogio Bede et x° kl may celebratur apud persidam natale sanctorum martirum qui pro xpi nomine sub rege sapore gladio iugulati sunt in quo fidei certamine passus est milesius episcopus et acepsimas episcopus cum presbitero iacobo marceas et grigorius item episcopi cum clericis fere ducentis et quinquaginta monachis et sacris virginibus plurimis Inter quas etiam symeon episcopi soror nomine tarbula cum pedissequa serro secta est xx De concilio mediolanum et arimini Rufinus ubi supra

Porro constantius cum ad vindictam necis fratris adoccidentis partes venisset et confecto tyrannis regni solus arce potiretur fatigare occidentales episcopos et per deceptionem ad assensum arriane heresis cogere aggreditur athanasii prius condempnacione premissa et velud obicis validissimi obiectione sublata ob hoc mediolanum episcoporum concilium conuocatur plures que decepti sunt dyonisius non consentiens paulinus trecolanensis et lucifer Dolum esse in negocio proclamantes asserentesque sub specie in athanasium non aliam ob causam quam destruende fidei moliretur in exilium trusi sunt hiis etiam hylarius iungitur ceteris uel ignorantibus uel non credentibus fraudem Sed tali concilio gestum fuisse negocium rei exitus docuit Illis namque de medio sublatis continuo synodus apud ariminum congregatur ibi primum ea que orientales apud seleuciam composuerunt callidi homines et versuti simplices et imperitos occidentales sacerdotes facile circumuenerunt hoc modo proponendo eis quem magis colere et adorare vellent omousyon signaret ignorantibus velud in fastidium quendam et occursum sermo deductus est xpo se credere non omousyon confirmantibus plerumque multorum preter paucos qui scientes prolapsi sunt animi decepti contra ea que patres apud niceam conscripserant venientes omousyon quasi ignotum et ascriptum alienum sermone auferri de fidei expositione decreuerunt communionem quam pro hereticorum societate quesierant Erat tempestate facies ecclesie feda et admodum turpis erat Non enim sicut prius ab externis sed a propriis vastabatur fugabat aliquis et alius fugabatur et utrumque erat de ecclesia liberius quoque papa in exilium truditur et in eius locum felix dyaconus eius ab hereticis subrogatur qui non tam secte diuersitate quam communionis et ordinacionis exhibencia maculatur Jerosolimis vero cyrillus post maximum sacerdocio confusus iam ordinacione suscepto aliis in fide sepius in communione variabat Apud allexandriam non gregorius satis preerat vi raptum episcopatum gerebat ita ut magis sibi mercedis credidisse fasces quam sacerdocium ministrandis religiosis officiis estimaret Apud antiochiam sane diuersis temporibus multa admodum confuse gesta sunt Nam defuncto eudoxio cum multorum diuersorum virorum episcopi ad illa sedem summa ambitione interueniret ad ultimum melecium de sebastia armenie ciuitate contra decreta concilii illuc transferunt qui cum ab ipsis rursum in exilium truditur quia contra ipsorum opinionem non arrii sed nostram fidem cepit incerta predicare Cum magis plebs ecclesia depulsus separata ab hereticorum societate dinellitur etc.

xx Descriptio secte arrianorum sequitur

Interea ut alii eciam in semetipsam perimeret malicia desciuit sacerdotes et populi qui arrio duce primitus fuerant ab ecclesia diuisi in tres denuo sectas patresque scinduntur Eunomius enim vir corpore et anima leprosus et interior exteriorque morbo regio corruptus arte cum dyalectica potens plurima contra fidem nostram scripsit disputandi leges sectatoribus suis dedit a quo etiam nunc eunomiana heresis dicitur quoque

macedonius nomine qui eius expulsis
ymo potius necatis apud constantinopoli
statuerat episcopum Itaque pestifera bestia
illa que patrum ita primo qui demi ferro
contulerat caput subito tricorniis appa
ruit per semimacedonianos qui dicunt per omnia
filium dissimilem patri quia nullo genere
possit esse factura similis factori et per par
rianos qui dicunt filium quoque posse
dici filium patri sed largitate gratie non
proprietate ne inquiunt. Sed per creatori cre
atura conferri per macedonianos qui dicunt
similem quidem filium per omnia patri spiritum non
spiritum cum patre et filio nichil habere que
hystoria tripertita / Iusserat autem constantius
niceam apud bithinie concilium item cele
brari Sed momento temporis civitas
concussa est quod terre motus prodigium (?) cessar
sius commilitie hemitica ibi in quadam
turre civitatis inclusus quod cum cognovisset
nuntiavit episcopis quibus non credentibus
se ipsis adtunc inventus est primus ora
do mortuus fertur autem rogasse deum
ut prius moreretur quam clade videret
civitatis hec et demonia cum curavit
et draconem interfecit Contigit autem hec
consulatu taciani et cellis viii die au
gusti translatum est ergo concilium apud se
leuciam ysaurie et precepit ibi constan
cius adesse lauricium ysaurie ducem
ut in quo opus esset episcopis ministraret

xvi. De liberio et felice papa exsulibus

Liberius post iulium papa pontificatum ac
cepit qui et ipse multas tribulationes susti
nuit et x mensibus exilio fuit qui et
sepultus est via aurelia pridie ydus
aprilis liberius quoque successor eius
constancio deportatur exilio eo quod
noluit heresi arriane consentire et fuit
in exilio annis tribus et congregans sacerdo
tes cum concilio eorum ordinavit in locum
suum felicem ordo presbiterum venerabilem
virum et fecit concilium felix et invenit
duos presbiteros consencientes constancio
augusto arrianos nomine vrsacium et
valentem et dampnavit eos in concilio
xlviii episcoporum post paucos etiam dies zelo
ducti vrsacius et valens rogaverunt con
stancium ut revocaret liberium de exilio
ut una tantum communione participaret excepto secundo
baptismo Tunc missa auctoritate liberius con
sensit preceptis augusti ut una tantum parti
cipatione cum hereticis communicaret tamen ut non
rebaptizaretur Liberius de exilio rediens
habitavit in cimiterio beate agne apud germanam
constancii ut quasi per eius interventionem
rediret in civitatem At illa que fidelis
erat noluit rogare augustum quia
consenserat concilio Constancius autem
una cum vrsacio et valente convocavit
aliquos ex fece arriana et quasi facto
concilio misit et vocavit liberium de cimi
terio beate agne felicem de episcopatu expelles
qui catholicus erat / Sedimus vero (?)
Et eo theodosio exilii victus liberius
et in heretica pravitate subscribens romam
quasi victor intravit Ex libro pontificali
ab eodem die fuit persecutio in clero ita ut
intra ecclesiam presbiteri et clerici necarentur et
martirio coronarentur. depositus autem felix
habitavit in predio suo via portuensi ubi et
requievit in pace iiii kalendas augusti xvii

De sancto eusebio episcopo presbitero et tempore
martirii sui sub constancio Ex gestis eius

Eusebius autem presbiter vrbis rome
cepit ipsum liberium declarare hereti
cum multique per eius doctrinam communione
liberii vitabant ipsum congregatio confor
tabant in domino teneri quod a constancio cum ipso
liberio dicente Tu solus vanus es in
urbe romana Cui rudit Et in domino con
fidimus quod fideles nos inveniet christus sicut
hic inventi sumus quam abtro (?) nulo ante
primus Cui dixit liberius Racione mihi sum
concium viribus Ait ille Si persecutiones magis
in fide quam in persecutione primo tenere
visus fueras ac res ipsa te docet et de
clarat Constancius ait Et quid est inter
fidem et fidem Cui rudit Nos pectores
integre fidem tenemus vos autem dyabolicam
tenetis in sanna et supersticionis invidia qui
felicem episcopum purum et sacerdotem ab omnibus
declaratum in exilium direxistis et tam
multos maxime clericos et presbiteros et dyaco
nibus necem inferri precepistis Tunc
iratus constancius subrogatum liberium
inclusit eusebium presbiterum in quodam cubi
culo domus sue quod humile erat in altitudine
pedum quatuor et ibi mensibus multis
in oratione constanter perseverans inclusus
[illegible] cum post menses vii dormivit in do
[illegible] xix kalendas septembris Cuius corpus
collegerunt gregorius et orosius presbiteri
et parentes eius sepelierunt in cripta iuxta
corpus beati sixti ubi et titulum eius
posuerunt eusebio homini dei hec audito
constancius in eadem cripta vivum includi
fecit gregorium Tunc orosius presbiter colle
git semivivum beatum gregorium noctu occulte
propter constancium augustum et emisso spiritu

sepelivit eum iuxta corpus beati Euse
bii presbiteri. Refert etiam Orosius qui gesta con
scripsit ab eadem die intra ecclesias missi Con
stancii imperatoris quibusque intentus fuisset
non se confiteri nec participari sicut liberius
indiscussus gladio puniebatur. In plateis
et in vicis et in vestibus sine in balneis gla
dio trucidabantur. Persequente Constancio
una cum liberis. Ex martyrologio. Constan
tinopoli quoque vii ydus iunii celebratur
natale beati Pauli eiusdem civitatis episcopi
qui a Constancio imperatore apud civitatulam
quandam Capadocie Cucusum nomine ob catho
licam fidem pulsus exilio Arrianorum
insidiis crudeliter strangulatus ad celestia
regna migravit. Item tercio pridie kalendas sep
tembris natale sancti Paulini episcopi et con
fessoris. Qui a Constancio ob katholicam fidem
exilio relegatus et usque ad mortem et iam
extra christianum nomen mutando exilia fa
tigatus ad ultimum apud Frigiam defunctus
vite passionis coronam percepit a domino. Item
viii° ydus maii festivitas beati Andree apostoli
qui sacratissimum eius corpus una cum
ossibus sanctorum Luce evangeliste et Thimothei
discipuli sancti Pauli sub Constancio im
peratore Constantinopolim translatum est. xiii

De Gallo cesare et milicia beati Martini

Hoc tempore. Ieronimus in cronicis.
Gallus Constancii patruelis cesar factus
Iudeos qui interfectis noctem militibus arma ad rebellandum invaserant
oppressit cesis multis hominum milibus usque
ad innoxiam etatem et civitates eorum
Dyocesaream, Tyberiadem et Diospolim
pluraque oppida tradidit igni. Non
nullos quoque nobilium Antiochie interfecit.
Tripartita historia. Veniente autem Gallo
Antiochiam contra oriente sub specie crucis
columpna in celo visa est. Eo tempore
apud Antiochiam Leoncius episcopus erat
qui Stephano successerat. Hic autem qui
presul erat a presbiterii fuerat dignitate
deiectus quia cum muliere nomine Eu
stolia degens et turpem suspicionem
celare volens genitalia sibimet noscitur
abscidisse. Postea tamen studio Constancii
imperatoris ordinatus est episcopus. Huius
tempore ad ymnos dicendos Deo in fine
psalmorum catholici dicebant Gloria Patri
et Filio et Spiritui sancto. Arriani vero gloria
Patri et Filio minorem patre filium signare
volentes. Cum vero Leoncius Arrianus
catholicos prohibere non posset tangens
caput suum iam canum dixisse fertur:
Hac nive soluta lutum cogetur, in signum
significans quod mortem suam discordiam
futuram in populo pro diversitate psallendi. Ob
hoc Leoncio Flavianus et Dyodorus primi
in duas partes choros psallencium diviserunt
et in presbiterium ordinem in modum iste observari
incepit. Hii etiam ad sepulcra martirum vigilias
celebrantes amatores Dei ad tale officium
convocabant. Ieronimus in cronicis. Hoc tempore
Magnencius Lugduni in palacio propria se ma
nu interfecit et Decencius frater eius quem
ad tuendas Gallias cesarem miserat apud
Senonas laqueo vitam complevit. Gallus
non cesar sollicitatus a Constancio pa
truele cum in suspicione ob egregiam indolem
venerat Hystrie occiditur et Iulianus
frater eius Mediolani cesar appellatur.
Actor. Eo tempore legitur Martinus sub
Iuliano cesare contentus uno famulo
militabat cui versa vice ipse serviebat. Qui
in porta urbis Ambianensis pauperi nudo
sibi occurrenti in media hyeme dimidiatum
pallium suum dedit et in nocte sequenti audivit
dominum ad angelos circumstantes dicentem:
Martinus adhuc cathecuminus hac me
veste contexit. Qua voce audita Mar
tinus statim ad baptismum convolavit,
et biennio postea in armis fuit solo tamen
nomine militavit. Ieronimus in cronicis.
Eo quoque tempore Victorinus rethor
Donatus gramaticus preceptor meus Rome
insignes habentur, e quibus Victorinus etiam
statuam in foro Traiani meruit. Actor. Hic
est Donatus cuius libellus usque hodie
in scolis legitur a pueris prima gramatice
rudimenta discentibus. xiiii

De morte Anthonii abbatis et dictis eius. Ieronimus

Anno Constancii xviii°. In cronicis.
Anthonius monachus c° v° etatis
sue anno in heremo moritur. Hec sunt
autem dicta beati Anthonii que in vitis patrum
leguntur. Anthonius: Quocumque vadis deum
semper habe pre oculis et in hiis que agis
adhibe testificacionem sancte scripture
et in quocumque loco sedes non cito movearis.
Item a quodam iuvene miracula facere
te videtur inquit iste michi similis
esse navi honerate omnibus bonis de
qua incertum est utrum perveniens possit
ad portum. Et statim cepit flere dicens:
Magna columpna ecclesie nunc cecidit.
Precinuat eum frater ille et post v dies
mortuus est. Idem eundem qui laudabatur
et iniuriam ferre non potuit ait: Similis
est domui ornate a facie sed de retro

latronibus spoliari. Item ad heliam qui peccantem nolebat recipere navis in pelago faciens naufragium perdidit quod portabat et vacua vix pervenit ad terram. Cur ergo liberitatem in terra voluntatis subimergere. Item adventatorem sepius dicens trahe ad huc audivit abbas. Si supra mensuram traxeris frangitur arcus. Ad quem anthonius ita est inope dei. Item vox ad anthonium de laqueis terris in terra quem tenentem quis transiret istos humilitas. Idem anthonius singulos primum interrogabat de spiritus et unusquisque ut poterat videbat. Et cum interrogasset Joseph ait ille nescio et anthonius hic solus invenit viam qui se nescire videt. Idem aliquando accidia orabat deum ut se adiuvaret et sibi ostenderet quomodo salvaretur. Et ecce vidit angelum quasi virum torquentem funiculum et surgentem ex opere et orantem et dicentem et tu anthoni ita fac et salvus eris. Item ait labor humilitas et oratio conservant monachum. Econtra non quies et voluntas propria et fiducia perdunt. Dixit etiam ad abbas anthonius sicut pisces si tardaverint in sicco moriuntur ita monachi extra cellam tardantes a quiete proposito resolvuntur. Dixit etiam quiescens in solitudine a tribus bellis eripitur scilicet auditus locucionis et visus et unam tantummodo habet pugnam scilicet cordis. Item si posset fieri quantos passus ambulat monachus vel talentes aque bibit debet senioribus declarare ut non demeret in ipsis. Quidam dixit abbati anthonio. Ora pro me. Cui dixit nec ego miserebor tui nec deus nisi tu pro te ipso sollicitus fueris et oraveris. xv. De paulo simplice tripartita hystoria libro primo secundum capitulum

Fuerunt autem probatissimi discipuli anthonii multi ex quibus et paulus simplex homo claruit. Cum rusticus esset bona spe coniugem habuisse et eam ipso facinore adulterii deprehensam tacite subrisisse et iureiurando firmasse nunquam se cum ea esse mansurum. Tunc autem adulterum hominem reliquit eam et repente discessit ad heremum apud anthonium. Dicunt enim eum mansuetissimum et pacientem fuisse. Ex vita patrum hic paulus simplex prima nocte qua venerat foris missus est ab anthonio cum expectare orans donec rediret et sic stetit orans ante cellam seminudus toto die et nocte noctis usque se monens hic ad monasterium ventum primum interrogavit si ieiune posset esse cum pertinere pro quo beatus anthonius crude sciens blando motu eum simile et abiit ut se sistit. Cum que obstinatissime pro tali motu plenarium servaret dixit anthonius ad illos omnes iste condempnat qui de celo loquentem deum non audimus et iste firmissime observat qualecumque sermone. Multa autem imperabat anthonius que contra rationem videbantur sicut aquam de puteo extrahere et in terram effundere vestimentum suere et dissuere et quos ipse curare non poterat hos ad paulum mittebat. Quadam die cum hominem rabidum curare vellet idem paulus et ordinem suum non sequeretur effectus quasi infantili more indignatus dixisse fertur. Ad deum vero non manducabo hodie si eum non curaveris. Mox quasi delicatus domestico filius sanatus est a demonio rabido sanato. Item paulus sciendebat bestias et scorpiones pre medio dicens. Si quis habet puritatem omnia subiciuntur ei sicut ade in paradiso ante peccatum. Item sic videbat unumquemque cuius animus esset sicut nos facies vivas videmus. Ingredientibus aliquando fratribus in ecclesiam leta et splendida facie et angelo cuiusque gaudente vidit unum inter alios nigrum et obscurum et demones ex utraque parte tenentes et trahentes ipsum ad se ipsos et per capistrum in naribus eius ponentes et suum angelum eius lugubrem de longe sequentem. Quod videns paulus tristis valde et pectus suum percuciens sedebat nolens intrare ecclesiam sed sedens ad ianuam et expectans fratres usque dum redirent. Exeuntibus vidit eundem fratrem claro vultu exeuntem et angelum eius iuxta eum et ambulantem et gaudentem valde. Demones vero de longe sequentes et tristes. Paulus ergo exiliit cum gaudio clamans et dicens. O ineffabilis dei misericordia et bonitas. Venite et videte opera domini qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Coactus est ille frater narrare vitam suam et ait peccator fui valde et multo tempore in fornicatione vixi usque nunc. Ingrediens autem modo ecclesiam audivi deum dicentem per ysaiam lavamini et mundi estote et cetera usque bona terre comedetis. Iuxta sermone compunctus sum et ingemiscens dixi. Domine qui venisti salvos facere peccatores comple ista in me peccatore. Ecce promitto tibi me abrenunciare

omni peccato et fuisse tibi amodo inconscia
munda. Suscipe ergo mihi hac hora me penite-
tem et interpellantem te et omni peccato renun-
ciantem. Hiis ergo prosecucionibus egressus
sum cetera omnes qui hec audierant glo-
rificaverunt deum. xvii De amos abbate egi-
ptio. Tripartita historia ubi supra et c.

Quo quoque tempore philosophabatur et amos
egiptius de quo fertur quod cogenti-
bus parentibus uxorem duxit nec
tamen eam cognovit. Et in alio cubiculo
dormiens eamque ad virginitatis custodiam
exhortans annis xviii cum ea mansit
nec tunc monastica abstinencia se suspe-
dit. Interea mulier viri zelata virtute
estimavit non esse iustum tantum virum
domi propter se celari. Sed oportere potius
seorsum utrumque philosophari et obsecrans viro
supplicavit. At ille gratias agens deo
pro huiusmodi cogitacione mulieri ait: Tu quidem
habe hanc domum, ego michi aliam fabri-
cabo. In meridiana ergo parte deserta
stagni mari bemeutes contra locum
sciti admonite qui dicitur nitrie xxii annis
sibi philosophatus est annis singulis mulie-
rem visitans. Multos quoque dignos discipu-
los successores reliquit. Contigit autem hunc
illo et theodoro discipulo eius euntibus
aliquo transire flumen licum. Nec vero
se alterutrum nudum viderent iussit amos ut
recederet theodorus ab aqua. Cumque et
semetipsum nunc nudum erubesceret
repente divina virtute ad ulteriorem ripam
translatus est. Iuvenis parentes cuiusdam a ca-
ne rabido percussum filium et pene mo-
rientem obtulerunt ei et eiulantes depre-
cabantur eum ut curaret. Tunc ille
ad eos: Non eget inquit mea curacione
sed vos si vultis reddere bovem quem
rapuistis omnis fuus egrotus repente
sanabitur. Quod et contigit. Nam ut re-
stitutus est bos passo mox a puero
recessit. Cum ergo amos iste moreretur,
dicitur anthonius vidisse animam eius
in celum ferri divinis potestatibus eam
cum psalmodia precedentibus. Eodem
modo aquisivit vidimus amone apud
thebaidam patrem trium milium monachorum
quibus vestis est lineum colobium quasi
sacris lineis et pelle confecta collo per
tergum et latus descendente con-
tegi. Cucullis caput cooperiunt man-
tum cibum capiunt ne alius alium
videat manducantem quendam tacitum si-
lencio latet omnem abstinenciam vidimus

et loci amoris tractu cuiusdam bestie
tanquam trabis in itinere inharena cer-
nentes timuimus valde. Erat enim
longitudo draconis cubitorum xv et
vastitas immensa. Quodam tempore
cum latrones solito more panem quo
vescebantur auferrent ipse de nemore
rediens ad cellam secum duos dra-
cones duxit quibus precepit hostium
suum custodire. Illi vero ante hostium
iacuerunt. Venerunt ex more latrones
videntes quod dracones examines ce-
ciderunt. Quod ut vidit senior adve-
niens erexit eos et induxit in cellam
suam et increpavit eos dicens: Crude-
lis quanto duriores bestiis estis. Ille
enim nobis propter deum obediunt, vos
nec deum timetis nec virum honoris dei
erubescitis. Eos quoque cenare secum compulit.
Tunc illi conversi in brevi meliores sunt
quam aliqui qui prius deo fuerant
sicque et ipsi post aliquod tempus eadem signa
faciebant. xviii De duobus macharys
et dictis eorum. Tripartita historia et c.

Eo tempore fuerunt duo macha-
rii, unus egiptius, superior alter
allexandrinus, per omnia consimiles
excepto quod egipcius erat requiescens
senius erat, allexandrinus hillarior.
Machario datum est ut saperet ultra
demones hinc quoque spiritus orto homi-
cidio fuit. Nam dum puer erat ludens
contra mariam paludem quendam
coetaneum perimit et punicium fugiens
in solitudine tribus annis sub divo
moratus est postea presbiterum hospitale sibi
fecit in quo xxv annis vixit. Plures
cum audierunt contrarias referre illi ho-
micidio per quod quesivis fuerat et illud
salutare vocitabat. Rufinus x° libro
Florentibus per egiptum anthonii disci-
pulis machario et ysidoro alio
quoque machario et paulo macharius
hyene speluncam habitat celle sue vicinam
et quadam die catulos suos cecos ad
eum belua perducit atque ante pedes eius
ponit. Qui cum intellexisset precitate
catulos bestiam supplicare rogantem
dominum ut eis redderet visum. Quo recep-
to matrem sequentes ad speluncam et
paulo post ipsam cum catulis egrediens
pelles ovium lanatas plumas velud
munus perfecta gratia ad senem defe-
rens morsu dentis et eas ante fores
eius positis abscedit. Gerontius

Macharius egipcius innocentem a se
fugientem quem falso accusabat homi-
cidii liberauit per defunctum occisum
quem uocauit de sepulcro et adiura-
uit ut illis diceret si ille eum occidisset.
Cum eum dixisset non et astantes pe-
terent ut interrogarent eum quis eum
occidisset ait hoc non interrogabo sufficiat
michi ut innocens liberetur non ut inde
ut reus probetur. Idem macharius puel-
lam que per magica maleficia videba-
tur aliis non sibi in equa mutata vngens
oleo benedicto a fantastica mutacione
liberauit et contra quendam hereticum
disputans mortuum suscitauit. Locus
autem in quo alter macharius manebat
Scethius dicitur in heremo vastissima iter
habens die ac nocte deuium et hec
nulla semita nec terminis aliquibus
colligitur uel inuenitur indiciis sed stellarum
signis et cursibus aquarum huius bithin
inuenta sed sopor in noxiis. Adhuc vir
aliquis quandam uuam detulit ille misit
eam fratri cuidam et ille alii et ita per
circuitum eam miserunt donec ad eundem
rediret macharium. Ad illum dixit aliquando
dyabolus surge machari eamus ad collectam
fratrum. Respondit ille quid tibi et collecte
fratrum. Et dyabolus licet ergo te quod sine nobis
nulla collecta agitur. Veni et videbis
opera nostra. Abiit ergo et vidit per totam
ecclesiam quasi paruulos quosdam pueros
ethiopes atros discurrere huc et illuc.
Mos autem erat ibi ab vno dici psalmum
ceteris uel audientibus uel respondentibus.
Discurrentes ergo illi pueri singulis quibus-
busque sedentibus illudebant et si cui
duobus digitulis oculos compressissent
statim dormitabat si cui in os digitos in-
misissent statim oscitabat. Ubi autem
post psalmum ad orationem se prostrauissent
fratres percurrebant nichilominus singulos
et ante alium in mulierum formas videba-
tur quasi edificantes uel portantes aliquid
uel diuersa queque agentes et hec eadem
fratres in cogitatione versabant. Aliis uero
etiam super ceruices et dorsa ludebant
a quibusdam repulsi precipites deicie-
bantur. Eo quoque tempore quo fratres ad
sacramenta accedebant videbat in quo-
rundam ora preuenientes ethiopes car-
bones deponere. Corpus autem christi de
manu videbat sacerdotis redire ad al-
tare. Angelum quoque cernebat assistere
ad altare et sacerdotis manum super manum
imponere in sacrorum distribucione.

Capitulum xviii. De eodem sequitur.

Idem macharius desiderans dormire volebat
in quodam monumento in loco deserti
super vnum corpus paganum defuncti quod
de [illegible] sepulcro traxerat et sub capite
suo posuerat tamquam plumacium. De corpo-
re videntes demones eius fiduciam inuide-
bant et dicebat vnus ad alium veni domina
illa eamus ad balneum. Cui vidit pe-
regrinum quendam habeo super me et non possum
venire. Senex autem corpus non timebat
dicens surge vade si potes. Quod audien-
tes demones fugerunt dicentes vicisti
nos. In ipso fluuio? [illegible] Peruenit ad eum
euagrius valde siciens et petenti aquam
dixit sufficiat tibi umbra multi enim nunc
cum iter agunt aut nauigant etiam
hac refectione priuati sunt. Precedunt quidam ambos
macharios vilibus vestibus indutos et
ait Beati estis qui de mundo illusistis.
Tunc vnus illorum respondit vere qui mundum
contempsit sibi illudit. Tunc ille compunctus
secutus est eos. Interrogauerunt quidam ma-
charium abbatem quomodo sit corpus tuum
siccum. Et ille ait timor dei etiam ossa con-
sumit. Abbas macharius rogatus ut
faceret sermonem ad fratres dixit cum lacrimis
ploremus fratres antequam eamus ubi lacrime
nostre corpora nostra comburant et flentes
omnes ceciderunt proni in facies suas dicen-
tes pater ora pro nobis. Abbati machario
occurrit dyabolus cum falce percutere vo-
lens eum percutere non valebat et ex-
clamans dixit magnam vim a te ma-
charie pacior. Ieiunas tu et ego nul-
lo vnquam cibo reficior tu sepe vigilas
me vero sopor vnquam opprimit. Humilitas tua
sola vincit ac me. Extendens ad orationem
manus beatus macharius spiritus inmundus
mox euanuit. Abbas macharius
dum maneret in illa solitudine qua so-
lus erat inferior autem plena esset multis
fratribus sero per viam circumspiciebat et
vidit demonem venientem in figura
hominis vestitum tunica linea perforata
et per singula foramina vascula pende-
bant et dixit illi senex quo vadis
maligne et vidit ei vado commouere
fratres qui sunt inferius. Cui senex et
ait quid tot vascula tecum fers. At
ille gustum fero fratribus et ideo tanta
fero ut si vnum non placuit ostendam
aliud. Abbas macharius quotienscumque
cum fratribus fratrum caritate reficiebat

hic in primo corde statuerat ut quotos
vini calices oblatos hausisset tot die
bus nec aquam gustaret omnino Cum ergo
ei fratres vinum porrigerent cum gaudio
sumebat ut postea se maceraret Et
cum discipulus eius vidisset patefacto
senis consilio nec ei vinum porrigeret
postulabat tormenta illi ingeri potius
quam pocula manifestans/ Dixit ab
bas macharius ille verus est monachus
qui se in omnibus vincit Nam si alium
arguens ad iracundiam moveatur quan
dam passionem implet nec ut alium
salvet se debet perdere **xix De sancto**
Anthonii di//scipulo Hilarione auctore

Discipulus sanctus quoque hylarion
fuit cuius vitam beatus Jeronimus
scripsit quam et ego abbreviatam hic
posui Jeronimus Hilarion ipse gazam
palestine parentibus ydolatrie deditis
ortus rosa de spinis floruit Alexan
drie grammatice traditus non circensium
non theatri luxuria delectabatur Sed illi
tota voluptas erat in ecclesie congregatione
Audiens autem tunc celebre nomen An
thonii quod per omnes egypti populos fere
batur studio visendi eum incensus heremum
perrexit et statim ut eum vidit mu
tato habitu duobus fere mensibus iux
ta eum mansit contemplans vite eius
ordinem et morum gravitatem porro fre
quentiam eorum qui ad eum ob varias in
firmitates et impetus demonum con
currebant ultra non ferens ad propriam
rediit et parentibus defunctis parte sub
stancie fratribus partem pauperibus largitus est
nichil sibi omnino reservans erat tunc
annorum xv Sicque nudus et armatus
in Christo non longe a gaza solitudinem
que plurimis euntibus egyptum ad
levam flectitur ingressus est igitur sacco
tantum membra coopertus et pelliceum habens
ependitem quem illi beatus anthonius
proficiscenti dederat sagumque rusticum
inter mare et paludem vasta et terri
bili solitudine fruebatur xv tantum
caricas post solis occasum comedens
et quia regio latrociniis infamis
erat numquam erat in eodem loco mansita
tis Cernens dyabolus se a puero vinci
et priusquam peccare potuisset per
etatem titillabat sensus
eius et pubescenti corporis solita volup
tatum incendia suggerebat cogebatur
tyrunculus Christi cogitare quod nesciebat

cum iratus sibi et pectus pugnis verbe
rans quasi cogitationes cedebat et post
eas manibus excluderet Ego te inquit asel
le faciam non ut calcitres nec te ordeo
alam sed paleis gravi honerabo pon
dere estus et frigoris ut pocius cibum
cogites quam lasciviam Multas demonum
insidias patiebatur Sepe illi mulieres
nude cubanti Sepe esurienti apparuerunt
dapes Interdum orantem lupus ululans
et vulpecula ganniens transiliunt psal
lenti quoque gladiatorum pugna spectaculum
prebuit unus eorum quasi interfectus ante pedes
illius corruens sepulturam rogabat/
Orabat semel fixo in terram capite et
ut natura fert hominum abducta ab oratione mens
nescio quid aliud cogitabat Insiluit
dorso eius festinus agitator et latera
calcibus terens flagello verberans ait
Eya cur dormitas Cachinnansque de
super et an ordeum vellet accipere sciscita
batur constructa est ei deinceps cellula
brevis que usque hodie permanet latitudine
quatuor pedum Altitudine v scilicet statura
sua humilior longitudine non paulo am
plior quam corpusculum eius patiebatur
ita ut sepulcrum potius crederes quam
domum capillos tantum in die pasche ton
debat super iuncum usque ad mortem cubabat
Saccum numquam lavit quo indutus fuerat
dicens superfluum esse in cilicio munditias
querere Cumque latrones ad eum nocte
venirent inter mare et paludem a vespere
usque mane discurrentes numquam locum cubi
culi eius invenire potuit porro clara
luce reperto puero quasi per iocum dixerunt
Quid faceres si venirent ad te latrones
Qui ait nudus latrones non timet et
illi certe aiunt occidi posses possem inquit
possem et ideo latrones non timeo
quia mori paratus sum Tunc illi admi
rati constanciam eius et fidem confes
sunt noctis errorem correctiorem vitam
deinceps pollicentes **xx De quibusdam**
eius miraculis sequitur

Accidit autem ut ad eum quidam obsessus
adduceretur cuius manus cervix
et latera et pedes ferro honerata erant
furoremque sevitiam oculi torvi mina
bantur Cumque deambularet sanctus cum
fratribus et de scripturis nescio quid interpreta
retur erupit ille de manibus se tenencium
et amplexans eum post tergum in
sublime elevavit Clamorque est ortus
ab omnibus ne confecta ieiuniis membra

collideret. Et sanctus subridens ait: Dimitte
et meum michi palestram dimittite. Et
reflexa super humeros manu caput tetigit,
apprehenso quoque crine ante pedes eius addu-
xit manus eius stringens et plantas
pede calcans simul quoque ingeminans: torquere
demonum turba cepit. Domine inquit ihesu
solue captiuum, et unum et plures vince-
re. Curatus itaque et ita post pau-
cos dies rediit cum uxore et liberis
ad monasterium plurima quasi gratiam reddi-
turus dona afferens. Cui sanctus: Non le-
gistis quid Giezi, quid Symon passi sunt?
Quorum alter obtulit precium alter accepit
ut hic quidem venderet graciam spiritus sancti
ille vero mercaretur. Ille vero flens ait: Ac-
cipe et da pauperibus. Cui sanctus: Ego qui
mea reliqui cur aliena repetam? multis
nomine pauperum occasio est avaricie, misericordia ar-
tem non habet. Nemo melius erogat quam
qui nichil sibi reseruat. Dicebat Hilario
qualiter tanto hominum ardere odio ut non
solum ipsos sed eciam sua ut munera et
pecora cupiat mittere. Cuius signum est
quia antequam beatum Iob temptare per-
mitteretur, omnem substanciam eius interfecerat.
Detestabatur autem pessime monachos qui
infidelitate quadam sua in futurum reser-
uarent. Unde cum frater quidam auarissimus in-
timo manens detulit fratribus ciceris fal-
cem virentis sicut in herbis erat que
cum ad vesperam poneretur in mensa exclamat
senex se fetorem eius non posse ferre in-
terrogantibusque unde est. Et audiuit hospites quod
frater quidam primicias agelli sui detulisset.
Non sentitis inquit fetorem teterrimum
et maiorem fere auariciam? mitte bobus
et vide an comederent. Quod cum in prese-
pe posuisset exterriti boues et plus so-
lito mugientes ruptis vinculis fuge-
runt. Habebat enim hanc graciam ut ex odore
corporum et vestium que quis tetigisset
sciret cui demoni vel vicio subiaceret. Capitulum

XXI De fuga eius et peregrinacione

Igitur lxiii vite sue anno cernens
grande monasterium et multitudinem fratrum
secum habitancium turbas quoque eorum qui
variis languoribus et immundis
spiritibus occupatos ad se deducebant
ita ut omni genere hominum solitudo per
circuitum repleretur flebat cotidie et in-
credibili desiderio conuersacionis antique
recordabatur. Interrogatus a fratribus quid
haberet et cur se affligeret aiebat: Rursum
ad seculum redii et mercedem meam in vita
mea recepi. Homines Palestine et vicine
provincie estimabant me aliquem esse mo-
menti. Et ego sub pretextu monasterii ac dis-
pensacione fratrum vilem supellectilem habeo.
Seruabatur ergo a fratribus maximeque ab Esichio
qui eius veneracioni miro amore deditus
erat. Cumque ita lugens biennium duxisset
mulier quedam venit ad eum volens et
ad Anthonium pergere. Cui ille flens ait:
Vellem ipse quoque ire si non huius monasterii
carcere tenerer et si eundi fructus esset. Bi-
duum enim hodie est quod totus mundus tali
patre orbatus est. Credidit illa et sub-
stitit et post paucos dies veniente nun-
cio Anthonii dormicionem audiuit. Con-
currebant hinc episcopi inde eciam monachi
et omne genus hominum ut benedictum ab eo
panem acciperent vel oleum. At ille nichil
aliud nisi solitudinem meditabatur in tantum
ut quadam die adducto asello iciunus
quippe ieiuniis corpus vix ingredi poterat
iter arripere conaretur. Quod cum percrebuisset
quasi Palestine vastitas indiceretur plus-
quam x milia hominum diuersi sexus et etatis
congregata sunt ad eum retinendum. Ille
immobilis ad preces et baculo harenam
discuciens loquebatur: Fallacem deum meum
non facio, non possum videre subuersas ecclesias,
calcata Christi altaria, filiorum sanguinem
meorum. Tunc omnes qui aderant intelli-
gebant reuelatum ei esse quiddam secreti
quod nollet confiteri et nichilominus custodie-
bant eum ne recederet. Decreuit ergo omnibus
publica voce contestans non se cibi vel potus
quidquam sumere nisi dimitteretur et post
vii dies inedie tandem relaxatus cum
infinito agmine prosequencium venit Be-
thelium, ubi persuasis turbis ut reuerterentur
elegit xl monachos qui haberent viaticum
et possent ieiunantes ingredi. Et post
plus octauum cibum sumere pergensque
ad castrum Thubaston Draconcium episcopum
qui ibi exulabat visitauit. Quo ine-
stimabiliter tanti viri presencia consolato Babilonem
peruenit ut et Philonem episcopum inuiseret.
Constancius enim rex arrianorum here-
sim fauens utrumque in ea loca deportauerat.
Dein habitaculo sancti Anthonii visita-
to et rursus Afroditon duobus tantum
secum retentis fratribus in vicina heremo
moratus est tanta abstinencia et silen-
cio et tunc primum se cepisse Christo seruire
diceret. Porro iam triennium erat quod
clausum celum terras illas arefe-
cerat ut vulgo dicerent Antonii morte

etiam elementa lugere. Nec latuit fama viri accolas quoque illius loci statim quod viri et mulieres ora lividi et attenuati fame plumas a sancto xpi .i. sacras sepe anthonii deprecabantur. Quos ille terrenus nunc dolens elevatisque ad celum oculis ac palmis statim quod rogaverat impetravit. At regio illa pluviarum plurimis irrigata et tantam speciem ac venenatorum animalium multitudinem compluris ebullivit et innumerabiles perisse nisi ad sanctum virum statim cucurrissent. Interea benedicto itaque oleo unxisset agricole ac pastores tangentes vulnera statim salutem percipiebant. Videns ergo se etiam ibi honoribus affici de loco illo recessit. Actor. Hec de beati anthonii ac discipulis eius gestis et dictis ad presens sufficiant. Nunc ad seriem hystorie redeamus. XXVI De victorino afro et eusebio. Ieronimus de illustribus viris.

Victorinus afer rome sub constancio principe rethoricam docuit et in extrema senectute xpi se tradens fidei scripsit adversum arrium libros more dyalectico valde obscuros qui nisi ab eruditis non intelliguntur. Et commentarios in apostolum. Fuerat autem et alius victorinus pictabionensis episcopus qui non eque latine ut grece noverat. Unde opera eius grandia sensibus viliora videntur compositione verborum. Sunt autem hec commentarii in genesim, in exodum, in leviticum, in ysaiam, in ezechiel, in abacuc, in ecclesiasten et in cantica canticorum, in apocalipsim iohannis, adversum omnes hereses et multa alia. Ad extremum martirio coronatus est. Eusebius quoque emisenus episcopus elegantis ingenii et rethorica innumerabiles et qui ad plausum populi pertinebant confecit libros. Magisque hystoriam secutus ab hiis qui declamare voluerunt studiosissime legitur. E quibus vel precipui sunt adversus iudeos et gentes et novacianos et ad galathas libri x. et ewangelie omelie breves sed plurime. Floruit temporibus constancii imperatoris sub quo mortuus antiochie sepultus est.

XXVII De sancto hilario pictaviensi et actibus eius.

Floruit etiam hoc tempore beatus hilarius pictaviensis episcopus. Hic quidem burgensis in civitate pictaviensi fuit uxorem habens et filiam quam preclaram virginem consecravit. Fuit autem semper optimus [illegible] et in sacra scriptura sapientissimus. Unde cum vidissent pictavienses quod ipse tota virtute omnes hereticos expugnabat, eum in episcopum omnes pariter elegerunt. Qui statim pro ardore fidei non solum terram suam sed etiam totam franciam ab hereticis defendens suggestione episcoporum duorum hereticorum ab imperatore qui et ipse hereticus erat exiliatus est quod sapientiam eius sustinere non poterant. Certo autem anno exilii eius iussit imperator ut omnes episcopi ibi convenirent et de veritate fidei disputarent. Rursusque sanctus hilarius petiit ab imperatore sibi dari licentiam loquendi. Sed illi duo episcopi non sustinentes facundiam eius obtinuerunt ab imperatore quod redire pictavim compelleretur. Redeunte ergo pictavim obviavit quedam mulier flens filium suum sine baptismo defunctum. Cuius precibus et lacrimis motus sanctus hylarius eum suscitavit. Quodam tempore arriana heresi per orbem furente etiam leo papa ut fertur hac peste depravatus fecit omnium episcoporum concilium convocari. Venit et sanctus hilarius episcopus tardius. Arrianus cum fidei inimicus cuique invitatus esset eum adesse pro foribus papa velud fero venienti sed magis catholico indignatus mandavit synodo ut nullus ei assurgeret vel corporum aut locum concessionis ei annueret. Putatur ergo vir dei consilio residentes cum reverentia salutavit. Cui papa quasi qui ignoraret insultans se vidisse fertur. Tu ergo es hylarius gallus. At ille non sum hylarius gallus sed de gallia. Presul erat enim gente aquitanicus pontificali autem dignitate preminebat gallis. Papa autem cum stomachatione permotus ait: Et si tu hilarius de gallia, ego leo romane sedis apostolicus iudex. Tunc hylarius eius pertinaciam contumaciam intelligens vidit ei. Et si leo sed non de tribu iuda, et si iudicans residens sed non in sede maiestatis. Mox ille spreta sede summe sedis dignitatis surrexit multaque presagio antistite minas congessit dicens: Vide quia te revertens ab hiis tumidis permotationibus humiliatio prestitura. Et si inquit hilarius non redieris. Tunc vir sanctus ire se in secede parans dixisse simplex fertur: Domini est terra et plenitudo eius. Ad quam vocem statim ipsa tellus ut fertur erumpens sursum excrevit ei quod in medio residentium episcoporum sessionem nec humiliorem prebuit. Sed universis et maxime catholicis stupentibus dominumque xpisti nutu collaudantibus

clamor attollitur. apostolicum repentinus
defecisse initium. Sicque synodus dissolvitur
et episcopi omnes cum reverencia et laudibus
beati hylarii ad propria cum capite con-
tritio redeunt. Auctor cronicorum hoc
non videtur habere convenientiam cum veritate
historie. quia in nulla cum historia dicitur quod tempore
aliquem leonem apostolice sedi prefuisse
Sed forte posset dici quod liberius qui
constancio et arrianis favebat hereticis ipse
alio nomine vocatus est leo. Sicut eum supra
dixi constat tempore hylarii in papatu
sedisse. vel forsitan circa illud tempus
fuit aliquis antipapa vocatus. xxiiij

De scriptis eiusdem hylarii. Jeronimus in cronicis.

Anno igitur constancii xxv hylarius
pictaviensis episcopus factione satur-
nini arelatensis episcopi reliquorumque
qui cum eo erant arrianorum ante
triennium in frigiam pulsus libros de
nostra religione composuit. Jeronimus in libro
de illustribus viris. Adversus arrianos
xij libros confecit et alium librum de sy-
nodis quem ad galliarum episcopos scripsit
et psalmorum comentarios primum et secundum
Iudicio opere imitatus origenem nonnulla
etiam de suo addidit. Est eius et ad
constancium libellus quem viventi con-
stantinopolim porrexerat et alius in
constancium quem post mortem eius
scripsit et liber adversus valentem et ursa-
cium historiam ariminensis et sele-
uciensis synodi continens et aput prefatum
salustium sive contra dioscorum et liber
hymnorum et misteriorum alius et comentarium
in matheum et tractatus in iob quos
de greco origenis ad sensum transtulit
et alius elegans libellus contra auxen-
cium et nonnulle ad diversos epistole. Aiunt
quidam scripsisse in cantica canticorum
sed a nobis hoc opus ignoratur. Mortuus
que est pictavis valentiniano et va-
lente regnantibus. xxv De morte con-
stancii et successore iuliani. Tripartita

Interea non constancius veniens // historia
eius in obsceniis nimia cogitatione
vel contricione apoplexie passione
defunctus est. Cui successit iulianus con-
stancii filius hugo ubi supra. Nam
constantinus qui bizancium suo nomine
constantinopolim appellavit duos habuit
ex eodem patre sed non ex eadem matre germa-
nos scilicet dalmathium et constancium. Iu-
constancius habuit duos filios gallum
et iulianum quorum gallus modico

tempore sub constancio augusto ut
dictum est cesar fuit. Julianus non prius quid
scolis vacavit. Sed post modum consta-
cio augusto galliarum cesar constitutus
fuit. Cui etiam sororem suam constanciam
iulianus iunxit. Cesar itaque factus iulianus
gallos mira felicitate vicit aput thermas
et militibus suis continuis abcie appellatur
augustus. Quo nomine timens iulianus
spreto constancio ytaliam hiliricumque per-
vadit. Quod audiens constancius urbe
regia potius instinctione belli perculi
delicta contra illum venit. Sed in itinere
defunctus est anno vite sue xlv°. Eo
quoque defuncto Julianus constantinopo-
lim veniens factus est imperator. Itaque con-
stancius qui catholicos persecutus fuerat
totum tempus imperii sui pertulit inquietum.

xxvi De imperio iuliani apostate et eius
puericia. Jeronimus in cronicis etc.

Igitur romanorum xxxvij imperavit
Julianus anno domini ccc° lxiiij mundi
non iiij ccc xxvij. Imperavit autem anno
uno et mensibus viij°. Auctor alibi
tamen annotavit in regno eius annum unum illis
pro viij mensibus per annos computatis. Unde
videtur hic fuisse vicium scriptoris. Denique be-
da in libro de temporibus dicit eum regnasse
annis duobus et mensibus viij. Tripartita historia
hic Julianus olim discens aput consta-
tinopolim cum esset adolescens peda-
gogum habebat mardonium eunuchum
nicoclem rethorem et ecebolium sophistam
tunc sanum. Erat quoque iulianus abundans
sanus. Cumque in locucione proficeret fama
per populum volitabat quia romanam rem-
publicam gubernare posset. Sed dum
latius audiret estimaciones induxit
imperatori constancio. Quam ob rem absti-
nuit eum ab urbe roma et misit in nico-
mediam prohibens ne ad libanium sophi-
stam conveniret qui ibi morabatur paganus
existens. Julianus gracia libanii audiendi
non audens libris tantum eius utebatur.
Tunc venit ad eum maximus philosophus ephe-
sius fama eius pertractus que postea
valentinianus quasi magum iussit
occidi cuius religionem cepit iulianus
imitari. Cum eius verba quasi perfecta pre-
gustasset. Ob etiam imperii cupidinem
animo eius immiserat. Cumque hoc non lateret
aures imperatoris inter spem metumque con-
stitutus suspicionem celare volens qui dudum
integer postea proditor est effectus tonsus
monachicam simulabat vitam et latenter

quod dicebat impietas manifesto autem sa-
cros christianorum legebat libros. Denique in
ecclesia Nicomedie lector est constitutus
et publice contra furorem declinavit impera-
toris. Gregorius: Equidem pre timore faciebat nequa-
quam aspere recedens quam mente conce-
pit. Dicebat autem amicis suis felicia fore
tempora cum efficeretur imperator. Deinde fratre suo susp-
tus imperatori diffugit. Tunc relatu in-
veniens Eusebia uxor imperatoris mox
precepit imperatori ut non occideretur. Sed
ad philosophandum mitteretur Athenas.
Quo veniens querens ubique vates in-
venit unum qui ei apparere fecit sollemp-
niter demones. Quos videns Julianus
signavit se et statim demones diffugiunt.
Magus autem culpavit eum quod se signa-
verat. Cumque ille laudaret virtutem
crucis ait magus: Ne putes o bone vir
quia timuerunt signum crucis, sed potius ab-
hominati recesserunt. Atque capiens misceri
replevit eum odio signaculi christiani et
votatus postea ab Atheniensibus constitutus est
cesar a Constancio accepta coniuge Con-
stancia sorore eius et directus est in
Gallias contra barbaros. Ingressus
ergo in aliquam civitatem corona laurea
quibus solent ornari civitates inter
columpnas pendens rupto fune decidit
super caput eius et eum aptissime coro-
navit. Vicit ergo barbaros et augustus
appellatus est. Cumque deesset corona im-
perialis unus signa portancium torquem
quam gerebat in collo capiti eius circum-
posuit. xxvii De moribus eius sequitur

Volens autem Julianus placere omnibus
catholicos quos Constancius exilia-
verat revocavit et paganis dedit
licenciam ydolis ymolandi. Expulit
a palacio eunuchos tonsores et cocos.
Eunuchos quia uxor eius obierat post-
quam non duxit aliam. Tonsores quia
unus inquit sufficit multis. Cocos quia
simplicibus utebatur cibis. Solus impera-
tor amulo Cesare mutata senatus reci-
tavit ordines. Philosophos undique congregabat.
In oracione quam scripsit de cesaribus cunctos
ante se principes laceravit et hac motus
arrogancia contra christianos scripsit in tercio
libro contra christianos cum multa dispen-
sacionis hanc in ipso collegisset exempla
dixit horum quod singula si non habent aliquam
ineffabilem contemplacionem maxima
de deo blasphemia sunt plane. Gregorius
Nazanzenus libro x contra paganos conscri-
cuius mores michi iam cogniti sunt dum cum eo
clarus Athenis conversatus fuissem. Faciebat me
tantum inconstancia morum et excessus u-
berior vates eius cognitus est, qui bene
consideravit nullum signum michi meo ubi
videbatur: cervix rigida et ineffabilis hu-
meri iactabiles oculi currentes huc illuc
dum furose respicientes pedes impa-
cientes nares spirantes iniurias et
contemptus scemata risibilia et huius
semper facecia ingentiores et quasi sibilus
sermones et negocia simul omnia illa
consistens. Interrogacio inordinata re-
sponsio nulla convenit sibi coherens.
Quem cum vidissem repente dixi: Quale
malum nutrit res publica Romana. Tripartita
Hystoria: Gerebat barbam prolixam tanquam
philosophus de qua Antiocheni se deridebant.
Tondebatur eius barba ut ad fines per-
ficiat. Et quia superstitionis causa tauros
frequenter ydolis ymolabat, eum et
thauros pro solidis formari precepit. Di-
cebant ergo Antiocheni: Iste thaurus con-
sideravit mundum. Qui receptis iniuriis se vin-
dicans librum edidit adversus Antiochenos
prout lapidum et urbanum quem Antiochenum
nominant. xxviii De superstitione illius
imbuenda et pena in christianos etc.

Aquas et invocacionibus atque ymola-
cione sacrificiorum baptisma sor-
debat abluit et ecclesiastice confessionis
remuneravit. Fontes aque daneos apud
Antiochiam sacrificiis violavit ut ad
bibentes eius horrore potirentur. Cibos
etiam in publico venales cibos illo scel-
ere complevisset aspergebantur eum ...
panes et carnes poma et olera christiani
quod videntes ingemiscebant verum per
preceptum apostoli comedebant: Omnia
inquit que in macello venduntur come-
dite etc. Julianus quod multum imite
simulabat porro laqueos quibus innocen-
tes deciperet instruebat in publicis yma-
ginibus Iovem Mercurium et Martem
depingebat. Atque latenter subditos ad
adorare deos faciebat. Paganos quoque
faciebat christianorum officiis assuescere
et de hiis scripsit Arsacio pontifici Ga-
lacie monens ut sacerdos ad spectacula
non procedat in tabernis non bibat rebus
turpibus non intersit. Zenodochia per sin-
gulas constituant civitates
ad quod opus singulis annis iussit ei
dari xxx milia modios frumenti
et lx sextarios horum inquit quinta pa-

pauperibus templum observantibus debet
expendi reliqua peregrinis indigentibus
quod distribui et absque collectiones facien-
das esse et primicias frugum dyis offe-
rendas. Quod inquit Omerus probat
introducens Eumeum talia facientem
verbis eum ad civitatibus qui minus con-
narrent tributis et exactionibus. Videt
verum est ut paciens mala sustineatis
quia et civitate preceptum dei mei. In Cesarea
philippi salvatoris ymaginem demoliens
liberata a fluxu sanguinis pro tactu fim-
brie eius erecte deposuit pro qua suam
statuam ibi collocaverunt. Que igne de
celo cadente contra pectus eius divi-
sa est et caput cum cervice una parte
deiectum reliqua pars hactenus re-
stitit et fulminis indicium reservavit.
Eo aliquando sacrificante augurum est ei
in visceribus pecudis signum crucis
corona circumdatum. Quod augures interpretan-
tibus super crucifixi victoria ipse in-
dit crucifixum potius coartari nec
ei relinqui spacium dilatandi placere
volens iudeis sicut et gentibus
precepit eis ut templum suum reedifica-
rent. Quibus inopes nichil proficientibus
cum quicquid die facerent nocte caderet
cum instorum periculo et tribus diebus
iam sic factum esset quarta die apparuit
in celo signum crucis splendidum et
iudeorum vestes crucis signaculo sunt
implete. Eo sacrificante apud Fortunam
Constantinopoli episcopus Calcedonensis se-
nectute cecatus qui manu alterius re-
gebatur eum aperte appellavit apostatam.
Cui dixit Iulianus neque galileus deus
tuus curare te potest. Respondit deo gratias
quod te non video pietate nudatum. Clericis
nostris omnia privilegia et honores sub-
traxit et leges patris solvit ipsos
quoque curie tradidit virgines et viduas
que ab ecclesiis pascebantur vivit exigi
ea que dudum a publico accepisse
videbantur. Auferebat et ornamenta
ecclesiarum templa nostra destruebat et
pecunias ad eorum edificacionem prius
datas iterum exigebat. Cesariensibus
apud Palestinam nimis infestus erat.
Quia ecclesia eo regnante simulacrum Fortu-
ne quod solum remanserat everterant
et ideo possessiones et pecunias ecclesiarum
illarum cum verberibus exquirens trecentas
auri libras collegit ex eis. Omnes ac clericos
inter milites aggregari iussit [illegible]

XXIX De Lucifero heresiarcha Jeronimus

Eo tempore Georgio / in Cronicis /
presidentium presbiteri interfecto qui in lo-
cum Athanasii fuerat ordinatus
Athanasius Alexandriam redit. Eu-
sebius quoque Vercellensis et Lucifer Ca-
laritanus de exilio regrediuntur. Rursus
Christo liberato Lucifer autem cum exoraretur ab
Eusebio qui a nuptibus victimis
Egipti fuerat relegatus ut vide-
re dum Athanasium Alexandriam pergerent
quod tractu cum hiis qui superfuerant
sacerdotibus de statu ecclesie definirent
presumam suam abnegavit legatum pro se
dyaconum suum mittit atque ipse intento
ad Antiochiam pergit et Paulinum episcopum
constituit pro ipsius dissidentibus ad
hunc partibus sed invicem reconciliari pos-
se sperantibus si tibi talis eligeretur
circa quem non una plebs sed utraque
gauderet. Pergit Eusebius interea Alle-
xandriam ibique confessorum concilio
congregato pauci numero sed fide integri
et meritis multi decreverunt orientis pro-
curacionem Athanasio credentis Eusebio
additur ibi et de spiritu sancto plenior
disputacio ut eiusdem substancie et deitatis
cuius pater et filius crederetur nec quid
quam prorsus in trinitate aut creatum
aut inferius posterius ne diceretur. Sed
et de diversitate substanciarum et subsistenciarum sanus
eis prestitum motus est quod greca usias
et ypostases vocant. Substanciam namque ipsam
rei aliquam naturam rationemque qua constat
significat. Subsistencia vero unaquaque
persone licet ipsum quod extat et sub-
sistit ostendit. Et ideo propter heresim Sabellii
tres esse substancias confitendas. De incar-
nacione quoque domini in illo concilio con-
prehensum est quia corpus quod suscepit
dominus neque sine sensu neque sine anima
susceptum sit. Eusebius cum redisset
Antiochiam invenisset ibi a Lucifero
ordinatum episcopum contra pollicitacionem
suam ponderem simul et indignacione
sua compulsus abscessit neutre parti
communionem suam relaxans quod dignitates
inde presumserat se sic actum concilio
ut is eis ordinaret episcopus a quo probe
ventura desisteret. Interim Lucifer
in iniuriam dolens quod episcopum a se ordi-
natum Eusebio non recepisset nec ipse
recipere cogitat Alexandrinum decreta
concilii sed confringebat legati
sui vinculo qui in consiliis ipsius ante

subscripserat elegitque ut legato suo recepto erga ceteros quidem sua dispensacione sibi placatam custodiret ita regis suis ad tardius preteritis suique cito morte preventus tempus sue mutande non habuit et eum tenue cepta corrigi spacio solent sine hic aio immobilis tenens obiit vir ipso intimus Luciferianorum scisma sumpserit exordium Eusebius vero tenens orientem atque Ytaliam medici pariter fungebatur officio singulas quasque ecclesias abiurata infidelitate ad sanitatem integre fidei revocabat maximeque Hylarium iam de exilio regressum et in Italia positum qui easdem erga instaurandas ecclesias fidemque priorem reparandam cepit molientem verum quod Hilarius vir natura lenis et placidus simulque eruditus et ad persuadendum commodissimus rem diligencius et aptius peragebat Cum etiam libros de fide nobiliter scriptos edidit quibus et hereticorum versucias et nostrorum decepciones et male credulam simplicitatem diligenter exposuit Ita duo isti viri velud magnifica quedam mundi luminaria Ylliricum Ytaliam Galliasque suo splendore radiaverunt ut omnes etiam de absconditis angulis et abstrusis hereticorum tenebre fugarentur.

xxx De impiis legibus Iuliani et persecucione Athanasii sequitur etc.

Sed Iulianus postquam ad orientem persas bello pulsaturus advenit et publica quam prius occultavit erga ydolorum culturam fervere cepit insania callidior ceteris persecutoribus nec vi neque tormentis Sed premiis et honoribus blandiciis persuasionibus maiorem pene populi partem quam si atrociter pulsasset elicit Tripartita hystoria Tunc etiam contra pietatem leges posuit Et primum quidem galileorum filiis sic enim cultores christi nominabat poetarum et rethorum ac philosophorum legere disciplinas interdixit Propriis enim inquit pennis secundum proverbium vulneramur Nam ex nostris armis et conscriptionibus contra nos bella suscipiunt Aliam quoque legem posuit galileos precipiens miliciis expelli Iacobus in cronicis Prohaeresius aut sophista Atheniensis lege data ne christiani liberalium artium doctores essent cum sibi specialiter Iulianus concederet ut christianus doceret sponte scolam dimisit Rufinus ubi supra Itaque Iulianus ludos literarum illis solis qui deos deasque venerarentur precepit decernit milicie cingulum non dari non immolantibus iubet provinciarum urbesque gubernandas christianus statuit non debere committi utpote quibus etiam lex propria gladio uti negasset Et perficiebat cottidie insuper legibus exquirendis quibus si quid opertum vel callidum cuique minus videtur crudele destrueret Sed non erga Athanasium fictam persone tenere ymaginem potuit Etenim cum velud certi se petes demonibus terre ebullientes ad eum processissent magorum philosophorum aruspicum augurumque manus prophana omnes pariter allegant nichil suis artibus successurum nisi prius Athanasium velud horum omnium obstaculum sustulisset Item mittitur comitatus Item duces item oppugnatur ecclesia Cumque eum mesti et flentes populi circumstarent prophetico aput eos usus sermone presbyter Nolite inquit o filii perturbari quia nubecula est et cito pertransit Cumque discessisset et navi paululum fluminis iter ageret comes qui ad hoc ipsum missus fuerat cognito eius itinere instanter eum insequi cepit et cum forte applicuisset Athanasii navicula ad quendam locum comperit a pretereuntibus post tergum esse persecutorem suum et iam iamque nisi properet in manus conventurum omnes qui simul aderant socii heremum suadebant ad fuge presidium petendum Tunc ille Nolite inquit o filii deterreri eamus magis in occursum persecutoris nostri ut sciant quia longe maior est qui nos defendit quam qui nos persequitur et conversa navicula iter agere obvius ei qui se insectabatur aggressus est ille qui nullo genere suspicari posset in occursum sibi venire quem quereret tamquam preterientes aliquos interrogari iubet ubi audissent esse Athanasium Cumque audisset se vidisse non longe euntem tota se celeritate proripiens properat in navim festinans capere quem ante oculos positum videre non potuit Ille vero dei virtute etiam munitus Alexandriam redyt ibique tuto latebras usque persecucio cessaret exegit

xxxi De sepulcro Babille martiris et Theodori suppliciis

Dedit et aliud Iulianus vecordie sue ac levitatis indicium Dranitum Dafnis in suburbano

antiochie iuxta fontem castellum li-
caret apollini et illa oracula que que-
rebat rursus susciperet causas quod silerat
percunctaretur a sacerdotibus demonis aiunt
babille martiris sepulcrum ipse assistere
et ideo rursus non reddi. Cum ille ve-
nire galileos et auferre sepulcrum
martiris iubet. Igitur ecclesia universa que
mulieres viri et iuvenes quoque et
virgines immensa exultatione sarcinam
Trahebant longo agmine archam in thesis
psallentes summis clamoribus et cum
exultatione dicentes Confundantur
omnes qui adorant in simulacris suis
et manibus prophetam precipuis prex
inula passim tanta exultatione psal-
lebat omnis ecclesia ut celum clamori-
bus resultaret. Unde ille incitatus
iracundie rabiem deductus est ut altera
die comprehendi christianos passim et tradi
iubet in carcerem ac penis et cruciatibus
affici. Quod salustius prefectus eius non
probans licet esset gentilis cum iussus
sequitur et de comprehensis unum quendam
adolescentem qui prius occurrit theodorum
nomine a prima luce usque ad horam decimam
tanta crudelitate et tot mutatis car-
nificibus torsit ut nulla etas simile
factum meminerit. Cum tamen ille in eculeo
sublimis et hinc inde lateribus instante
tortore nichil aliud faceret nisi vultu
securo et leto psalmum quem pridie omnis
ecclesia cecinerat iteraret. Cumque se omni
expensa crudeliter salustius nichil egisse
perspiceret recepto in carcerem iuvene abiisse
fertur ad imperatorem et quid egerit
nunciasse ac monuisse ne tale aliquid temp-
tare vellet decetero alioquin et illius gloriam
et sibi ignominiam quereret. Hunc theodorum
ipsi postmodum apud antiochiam vidimus
et cum requireremus ab eo si sensum doloris
habuisset ad integrum dicebat dolores se
quidem parum sensisse astitisse autem quen-
dam iuvenem qui sudanti sibi linteo
candidissimo sudores abstergeret et aquam
frigidam frequenter infunderet et ita
se delectatum ut tunc mestior fuerit
cum deponi de eculeo iussus est.
Tripartita historia. Cum ergo iulianus
ut dictum est peteret rursus apud pithium
daphneum de persica belli victoria de-
mon accusasse cepit vicinitatem babille
martiris quem statim iussit auferri. Quo facto
fulmen celitus missum omne templum
incendit ipsumque apollinis simulacrum
aureum et deauratum redegit in pulverem.

xxxii De malis factis sub iuliano et reliquiis baptiste iohannis

Iubentur ergo vasa
ecclesiarum sacra fisticario deputari.
Julianus autem avunculus huius iuliani
cum pallia deo dicata antiochie
in unum collegisset proiciens ea in terra
contumeliose etiam super ea sedit mox
quoque verenda eius et loca femoribus circum-
posita tanta putredine percussa sunt
ut vermes crearent qua passione usque ad
mortem non caruit. Eliopolite quoque secundum
suas antiquas leges virgines eorum non
fornicabantur. Nunquam iubent virgines
sacras insolitas populo videri nudas
stare in theatro cogebant. Quas plurimum
illudentes postea totonderunt non iussisse
pinguedinem secatas porcos ut eas comede-
rent provocabant. In ascalona et gaza
paganum dividentes ventres virginum et or-
deo cumulantes porcis apponebant.
In sebastea iohannis baptiste sepulcrum aperiunt
ossa igni tradiderunt pulverem disperse-
runt. Beda de temporibus. Sed dei provide-
ntia affuerunt quidam de iherusalem monachi mix-
ti colligentibus quique ad patrem suum
philippum que auferre potuerunt
pertulere. Ille non ducens super se tantum
thezaurum propriis servare vigiliis ad ma-
ximum tunc pontificem athanasium per
iulianum dyaconum suum misit. Que ille
suscepta paucis arbitris sub cavato
sacrarii pariete inclusa prophetico spiritu pro-
futura quidem posteris servavit. Cuius
presagium principe theophilo eiusdem
urbis episcopo completum est. Cum destructo
serapidis templo sancti iohannis ibidem
consecravit ecclesiam. Theodoricus. Heliopoli
civitate phenicis paganum sectan-
tes ventrem cirilli dyaconi eius
etiam iecore comederunt. Quo scelere
quicumque participati sunt caruerunt denti-
nasius totam ecclesiam orientis
ab arrianorum peste sua predicatione purga-
rent. Constancius imperator eos ab ecclesia
impellere laborabat. At non euse-
bius intimum persecutus et arrianos
ut auxentium hereticum mediolanensem
episcopum ab omnibus dampnatis expulsum damp-
naret et pro eo virum sanctum dyonisium
episcopum ordinaret. Unde irati constancius
contra eusebium concilia congregavit
et multas cum episcopis ei litteras misit. Sed
ille eorum consortia fugiens sciens ma-
liciam in multitudine principalem venire
noluit et suam senectutem exposuit
unde imperator statuit contra eius accu-
sationem in mediolani urbe que ipse
erat concilium celebrari. Quo cum ipse
imperator venisset et collectio episcoporum con-
cilio eusebium deesse videret misit ad
eum litteras ut veniret. Sed cum ille ve-
nire tardaret et imperator liberium
papam et quosdam alios expectaret
interim misit arrianos episcopos fidem suam
describere et contra athanasio licet absente
dampnato catholicos qui aderant fecit
subscribere. Quorum primus dyonisius me-
diolanensis fuit. Cum ergo eusebius de
urbe vercellensi exiret et multa se passurum
diceret ad quoddam flumen devenit. Na-
vis autem ex alia ripa fluminis posita erat
Quod statim eo iubente ad eum venit
et ipsum cum sociis nullo gubernatore transvexit
Tunc obvians ei predictus dyonisius procidit
ante eum dicens peccavi pater libera me
et nales venit itaque simul in ecclesiam
ubi papa liberius cum catholicis fidem
episcopis niceni concilii confirmabat et ipse
eusebius et prefatus dyonisius eidem
fidei subscripserunt. Vocatus autem eusebius
ab imperatore cum nec minis nec blandiciis
moveretur coram omnibus dixit vos
dicitis filium minorem patre cur in-
meum filium et discipulum prefertis
Non enim discipulus super magistrum nec filius
super patrem. Qua illi ratione permoti statim
cirographum quem scripserat et cui dyo-
nisius subscripserat obtulerunt et ait illis
Non post filium scribam tum patrem ante

Sed istum intendite nominaque eorum scribam si vultis scribite. Sicque inventus dei inimicus est tyrographus. Cum dionisius et alii xxx episcopi subscripserant rursumque arriani aliud tyrographum citius conscripserunt ut Eusebius et alii scriberent. Sed cum nullatenus consentiret grandem catholica ceperunt quod ipsi qui coacti subscripserant tyrographum illum ab episcopis arrianis inimicum videbant. Capitulum lxiii. De passionibus eius et obitu.

Tunc iratus Constancius tradidit Eusebium voluntati arrianorum qui statim eum ab aliis episcopis abstrahentes et eum fortiter flagellantes traxerunt per gradus pallacii a summo usque ad ymum et rursum ab ymo usque ad summum. Cumque lapidibus quidam conquassato capite multum sanguinem fudisset et adhuc eis consentire non vellet vinctis retro manibus eum per collum trahebant extorquere volentes ut eis consentiret. Ipse autem quasi nil passus constanter dicebat se in prima manere confessione et pro ea libenter occumbere. Tunc decrevit Constancius ut omnes episcopi qui eius exemplo fuerant animati in exilium mitterentur. Hylarius igitur pictavensis et paulinus treverensis et dyonisius mediolanensis cum liberio papa pro fide in exilium deportantur. Eusebius vero in minima constrictus reclusus est apud scitopolim urbem palestine in tribu manasse que et bethsam id est domus inimicorum vocatur et quia scite eam condiderunt scitopolis appellatur. Videntes autem arriani quod ibi constrictus circumspicere poterat inde abstractum negato cibo et potu in domo angustissima recluserunt. Cumque ibi vii diebus remansisset et hoc custodibus intimasset pietate moti in aliud eum hospitium receperunt permittentes ut eum quilibet visitaret. Sed non diu. xxv° enim die arriani armati hospicium irruunt et eum rapientes in tali ergastulo concludunt ut esset illo longitudine brevior latitudine angustior ita ut curvatus nec pedes extendere nec se inclinatus altius erigere vel aliquem suorum posset videre capite depresso humeros tantum et cubitos movere valebat et nisi eum angelorum relevaret visitatio humanum corpus tantam iniuriam tam diu sustinere non posset. Sed qui ionam in ventre ceti servavit et hunc ita usque ad exitum Constancii custodivit. Iulianus igitur imperator ei succedens volens placere omnibus iubet exiliatos episcopos revocari et templa deorum aperiri et pace frui sub lege quam quisque vellet. Et sic inde exiens Eusebius ad athanasium venit et historiam ei sue passionis exposuit. Inde veniens ad liberium papam ab ipso gratanter exceptus est. Hic etiam defuncto Iuliano Ioviniano regnante sopitis arrianis Eusebius vercellis rediit et eum populus cum magna exultatione suscepit. Sed iterum regnante Valente arriani repullulant et contra Eusebium dyocesim visitantem sedicionem excitant et vallata domo eius et supinum trahentes extra domum lapidibus obruunt et sic migravit ad dominum. Sepultus est a discipulis suis in ecclesia quam ipse construxerat. Vixit autem secundum cronica ad minus lxxxviii annis. Capitulum lv. De didimo alexandrino. Ieronimus in cronicis.

Anno valentiniani viii Didimus alexandrinus multa de nostro dogmate per ordinem commentatur qui post v annum nativitatis sue luminibus orbatus est et ideo elementorum quoque ignarus fuit. Rufinus xi° libro. Didimus in prima etate cum prima adhuc elementa litterarum ignoraret luminibus orbatus maiori desiderio veri luminis inflammatus est. Audiens scriptum [illegible] unde confisus in domino precabatur obnoxius ut illuminationem cordis acciperet. Miscebat quoque precibus studia et laborem et ingestas continuatasque vigilias non quo alios visus illi conferret auditus. Cumque post lucubrationis laborem ut fieri solet sompnus surgentibus advenisset Didimus tamquam iumentum al ruminans cibum quem sumpserat ex integro revocabat et ea que dudum aliis percurrentibus ex librorum lectione cognoverat memoria et animo retexebat. Ita in brevi deo docente in tantam divinarum humanarumque rerum eruditionem ac scientiam venit ut scole ecclesiastice doctor existeret athanasio episcopo ceterisque viris sapientibus in ecclesia dei admodum probatus. Sed et in ceteris sive dyalectice seu geometrie astronomie quoque et arismetice disciplinis ita erat paratus ut nullus umquam philosophorum aliqua ex hiis artibus proponens obtinere eum vel concludere quivit. Sed statim ut

visiones eius acciperat ingressum cum illius
de qua prosperaverat tradidit discipline
eius scripta in magna omnium admiratione
habentur. Nos tamen quamvis notius eius ex
parte aliqua simus auditores longe
maiorem gratiam ac dominum nescio quid
habet supra humanam vocem sonans illis
magis sermonibus que de eius ore pro-
ferebantur audivimus. Huic etiam beatus an-
thonius cum fidei athanasii testimonium
laturus adversus arrianos de thebaide
allexandriam descendisset magistras
consolatus est verbis. Nichil inquit te
offendat didime quod carnalibus oculis
videris orbatus desunt enim tibi illi
oculi quos mures et musce et lacerte
habent. Sed letare quod habes oculos quos an-
geli habent et quibus deus videtur per
quos tibi magnum scientie lumen accenditur.

lvi De studio et scriptis eius. Jeronimus in libro illustrium virorum

Didimus allexandrinus captus
a parva etate oculis et ob hoc
elementorum ignarus tantum
miraculum sui omnibus prebuit ut dialec-
ticam quoque et arismeticam et geome-
triam que vel maxime visu indigent
usque ad perfectum didicerit. Hic plurima nobi-
lia quoque conscripsit commentarios in psalmos
omnes commentarios in evangelia mathei
et iohannis et de dogmatibus et contra
arrianos libros ii et de spiritu sancto librum
i quem ego in latinum verti. In ysaiam tho-
mos xviii. In osee scripsit ad me commen-
tariorum libros iii et in zachariam meo
rogatu libros v et commentarios in iob
et multa alia que digerere proprii indicii
est. Vivit usque hodie et octogesimum
tertium etatis sue iam excessit annum.
Actor. Omnium librorum didimi nullum mar-
marus que sunt apud nos nisi propria reperi-
ret librum de spiritu quem Jeronimus
se in latinum vertisse testatur dicens Jeronimus
in prologo eiusdem viri. Volens aliquid
garrire de spiritu sancto malui alienum opus
eius interpres existere quam ut quidam
faciunt informis cornicula alienis
me coloribus adornare. Legi dudum
libellos de spiritu sancto et iuxta comi-
cum ex grecis bonis latina vidi
non bona. Nichil ibi vide atque distinc-
tum sed totum flaccidum molle et
nitidum. Didimus vero meus oculum
habens sponse et illa lumina que iubet
albentes segetes ihesus precepit suis
levans procul altius intuens antiquum
nobis morem reddit ut prophetia vocetur
videns. Certe qui hunc legerit latinorum
furta cognoscet et contempnet rivulos
cum ceperit haurire de fontibus.

lvii De petro allexandrino et lucio arriano

Anno valentis // *Jeronimus in cronicis*
nono ix° allexandrie ordinatur
episcopus petrus qui post valentis
interitum tam facilis in recipiendis hereticis
fuit ut non nullis suspicionem accepte pe-
cunie intulerit. Helinandus xlii° libro.
Hic est quem beatus athanasius successorem
sibi delegerit. Sed ut ait rufinus lu-
cius arriane partis episcopus tanquam lupus
ad ovem advolat. Petrus autem protinus
navem conscendens ad urbem romam profu-
git. Lucius non tamquam in sibi credita
oblata ita ibat in gregem ut nec speciem
religionis aliquam servare videretur. Igitur
athanasius hoc anno videtur mortuus.
Quamvis Jeronimus in cronicis eius obitum
non ponat. Socrates autem in hystoria tri-
partita dicit eum mortuum fuisse consulatu
gratiani iiii° et probi consulibus eiusdem
tunc temporis constantinopoli et rome
annotabatur. Theodericus. Lucio arriano
allexandriam venienti dicebat gen-
tiles bene venisti episcope qui filium non
defendis te serapis amat et hunc in-
troduxit. Rufinus. Huius primo ingressu
tanta et tam turpia in virgines et con-
tinentes ecclesie gesta sunt que nec in
persecutionibus gentilium inveniuntur.
Theodericus. Vestes sacrarum virginum dis-
rumpebant nudas per totam urbem cir-
cumferentes quibus cum turpitudine quantum
poterant illudebant. Puerum quendam in-
dutum veste feminea inunctis oculis
et vultu fuco colore depicto super ipsum
altare habent et illic agere et manibus
ad instar celebrare fecerunt. Postea que-
dam ex ipsis turpitudine vetissimum
veste genitalibus que nudatis in sede
ponentes ecclesie turpe detonatorie contra
xpm fecerunt preparas scelera
profitentem laudantem luxurias impietatem
fornicationum masculorum concubitum
furtum cibum potum. Rufinus. Post
fugas tamen et exilia post cedes ad
tormenta flammas quibus in nos
contempnit lucius ad monstra furoris
sui arma convertit vastat heremum et bella
quiescentibus indicit tria milia simul
aut eo amplius viros per totam heremum

secreta et solitaria habitatione dispersos oppug-
nare primo aggreditur. Mittit armatam equitum
ac peditum manum. At illi econtra gladiis
obiectabant ceruices et nichil aliud dice-
bant nisi amice ad quid venisti. Hystoria de exi-
lio duorum machariorum sequitur

EO tempore presbiteri monachorum vita et an-
tiquitate macharius et ysidorus
aliusque macharius heraclides et
pambus anthonii discipuli per egiptum et ma-
xime in nitrie partibus habebantur. Quod prius
vidi loquor et eorum gesta refero quorum
in passionibus socius esse promerui. Ad eos
delatus est homo membris omnibus et maxime
pedibus aridus. Qui cum a beatis in nomine domini
oleo fuisset perunctus statim confirmate
sunt plante eius dixitque eis In nomine do-
mini nostri ihesu christi quem lucius persequitur surge
et sta super pedes tuos et redi ad domum tuam
continuo consurgens et exiliens benedicebat
deum ostendens quia vere erat nullus deus.
Cecus quidam a nativitate rogavit se deduci
ad cellulam macharii qui erat in deserto
itinere dierum trium. Qui cum multo labore ductus
illuc perveniens macharium non repperit domi
contristatus valde et in fide perficiens de-
precor vos inquit applicate me ad illam
partem parietis ubi cubare solet. Quo facto
paruum aridi unde panes oblitus videbatur
assumens palme sue superponit rogat ut
aquam de puteo de quo bibere solebat ei da-
rent. Quo humore soluens glebam eodemque
luto oculos suos ungens et lauans de aqua
que hausta fuerat de puteo repente vi-
sum accepit et sine ductore aut baculo ad
sua redijt et cum omni domo sua pergens
regressus et deo gratias referens rem ut
gesta fuerat indicauit. Adeunt etiam ma-
charium ut iam superius dictum est leena ca-
tulos suos cecos ante pedes posuit. Quo
rogante deum receperunt visum. Sed in
hijs omnibus lucius non credidit. Sed misit
presbiteros suos ablatos a grege suo primo clam
raptos in insulam quandam egipti palu-
dum deportari in qua operiat nemine
christianus esse dicitur. Igitur cum duobus so-
lis pedissequis noctu ad insulam dedu-
cuntur in qua erat templum quoddam summa
veneratione ab incolis obseruatum. Cumque
primum nauicula sanctorum oram soli illius
attigisset. Ecce subito sacerdotis templi
illius filia virgo ab immundo spiritu correp-
ta cum ingenti vociferatione et cum cla-
moribus usque ad celum datis per medios
agri populos cepit et crebros dicens
vocatus stridens huc atque illuc rabida
ora inbriare. Cumque ad spectaculum tanti
monstri ipsi concurrissent maxime cum
esset sacerdotis filia qui in honore precipuo
apud eos fuerat parentes eam raptam
sequentes peruenerunt usque ad nauiculam
sanctorum. Ibi non proiecta eorum pedibus et prostrata
clamare cepit Quid venistis huc servi
dei summi. Antiquus nos et vetustus e
nobis domicilijs In hunc locum depulsi
undique latebamus quos nos nequaquam
latere potuimus. Reddimus antiquum po-
pulum nostrum terrasque recipite. Hec illa di-
cente increpatus a beatis spiritus effugatur
et puella sana una cum parentibus suis
iacebat ad pedes virorum apostolorum.
Qui talibus exordijs perducentes ei fidem
domini nostri ihesu christi in tanta conuersione repente
eos perduxerunt statim manibus anti-
quissimum illud templum et maxima ve-
neratione habitum destruxerunt et ecclesiam
confestim edificarent. Quod cum fuisset
allexandrie nunciatum victus lucius
ne forte etiam suorum odia in eum insta
consurgerent ut potest quia aperte iam
bellum hominibus sed deo indiceret con-
tra eos remitti in heremum iubet. Hystoria de
sancto moyse sarracenorum episcopo sequitur

EO tempore mauuia sarracenorum
gentis regina vehementi bello
palestini et arabici limitis o-
pida atque urbes quatere vicinasque sibi
prouincias vastare cepit. Cumque frequentibus
bellis romanum attriuisset exercitum orta-
ta non aliter se amplexuram promittit nisi
moyses monachus genti sue daretur
episcopus qui in heremo partibus illis propinqua
vitam solitariam degebat qui meritis
et virtutibus et signis que faciebat
populum deus magnifice innotuerat.
Captus ergo moyses ad sacerdotium suscipiendum
nulla ratione passus est a lucio ordinari
sed ab episcopis quos ille in exilium truse-
rat ordinatus est episcopus. Quo facto et
gentis feruissime pacem tenuit et fidem
intemeratam custodiunt. Huic moysi dictum
est vade in cella tua et illa te doce-
bit uniuersa. Idem homo fugiens homines
similis est vue mature. Qui
autem cum hominibus conuersatur similis
est vue acerbe. Idem moyses audiens
iudicem venientem ad se fugit in
paludem. Cui iudex occurrens quere-
bat ubi esset moyses. Quid inquit
vultis ei fatuus est. Et rediens Idem

inuitatus in sceti ad iudicandum ibi fratrem
culpabilem sportam vetustissimam plenam
harena portabat Interrogatus quid hoc
esset Respondit dicens peccata mea sunt post
me sequencia et non video ea hodie ve
nio aliena iudicare Ad hunc moysen dixit
zacharias scirpionis discipulus conta
cucullam et subpedibus suis iactata et
conculcata ni ita conculcatus fuerit monachus
non potest monachus esse Idem ad hunc za
chariam morientem dixit idem moyses
Quid vides nichil inquit quam decet
Iste moyses ordinatus et expulsus
ab altari ut sic probaretur dicebat bene
tibi fecerunt cinate et calcabate cum tu
homo non sis in medio hominum quare es
ingressus Iste moyses in sceti vii fratribus
secum manentibus ait hodie huc barba
ri venient fugite Et tu inquiunt non
fugis Respondit per tot annos expecto istam
diem ut compleatur sermo domini Omnis qui acce
pit gladium gladio peribit Ecce inquit
appropinquant ianue Et statim intrantes
barbari interfecerunt eos Unus autem ex eis
perterritus abscondit se super pectas et
vidit vii coronas descendentes et co
ronantes moysen et vii fratres Iste moyses
in vii capitulis ad primum Stulticia
est homini relicto suo mortuo flere
alienum Mori a proximo tuo et flere peccata
tua et sine cogitatu esse ab homine omni
quia iste bonus est ille malus Iste per
has quatuor res passio gignitur perfunda
tiam esse et potius proprietatem sompni
pocum et totum Socrates in hystoria
tripartita Moises cum suus esset pro
culpas aduo expulsus et cum latro
cinio deditus homicidia multa commisit
postea conuersus parcem solum comedens
vi annis per totam noctem stans orauit
nec genibus inclinatis nec oculis pro
no clausis Nocte autem circuibat cellas
monachorum et lagenas omnium aqua imple
bat cum aqua longe maneret x aut
xx aut xxx stadiis Qui licet ita
domaret corpus potens valitudine
non amisit aliquando quatuor latrones
simul comprehensos ligans impositos
humeris perduxit ad ecclesiam
in voluntate monachorum ponens
quid de eis facere vellent Fortis qui presbiter
in sceti terribilis terribilis demonibus
vixit pene annis lxxv. Ex de abbate
pastore et dictis eius in vitas patrum
Sequitur Capitulum retera

Quesiuit abbas pastor ab abbate mo
yse pater quid debuit temptaciones
resistam eis an permittam intrare Qui
respondit permitte et pugna Alii non idem
interrogantibus respondit non permittas intrare
Tunc admiratus abbas pastor ait Ego
tibi committo cogitaciones meas et tu aliter
doces alios quam me Cui senex Ego tibi
dixi sicut michi ipsi quia ubi maior est
pugna et maior corona Quibusdam autem
bonum est non dimittere temptaciones intrare
Dixit abbas pastor Quia paupertas et
tribulacio cum discretione sunt iste so
litarie operaciones hii sunt tres viri scilicet
noe daniel et iob Noe nichil possides
iob tribulatus daniel autem discernens
Dixit abbas pastor Quia initium malorum
est mentem distendere dixit eam bonum est
fugere torlia Quia homo qui est in mona
bello assimilatur ei qui stat super locum pro
fundum ut qua hora inimicus fuerit mimico
eius facile possit eum impingere deorsum
Si autem acoribus longe sunt assimilatur
viro stanti longe aputeo ut non trahat
eum inimicus ut possit proicere deorsum et
dum violenter trahitur deus ei auxilium
dirigit Dixit abbas pastor Nisi nabu
zardam venisset templum domini crematum
non fuisset ita nisi quies gule et ventris
maciam venit numquam mens pugnans con
tinuum corruit Dicunt quod abbas pastor
numquam ibat ad manducandum nisi contra
voluntatem et cum lacrimis ne videretur
inobediens fratribus Dixit abbas pastor
sicut fumus expelluntur apes ne tollatur
dulcedo operis ita timorem domini et omne
opus bonum abanio expellit quies corporis
Cum mater abbatis pastoris volens eum
videre cum fratribus diu lacrimata esset
extra hostium ait abbas anus Quid
vult hec vetula et abbas pastor intra
hostium stans ait Audiuis hic videre nos
an malo sensu Et illa In malo Si inquit
equaniminus feras quod non vides hic videbis
in futuro et illa abiit volunt iudex provin
cie videre abbatem pastorem et non acquieuit
Iudex autem incarcerauit filium sororis eius
tamquam malefactorem dicens si rogaret
abbas pro eo eriperet eum Tunc mater pueri
ad hostium fratris sui flevit dicens Saltem
moneat te viscera tua misericordia filii mei
tui Et mandauit senex ad ultimum Ex
amina eum secundum legem et si dignus est
morte moriatur Sin autem fac quod vis
Frater quidam interrogauit abbatem pastorem

Aliud est quod septiens et decies irascitur
fratri suo sine causa Iste videt se omni
re qui voluit te gravare fratribus Si
irascitur contra eum donec oculum tuum
dextrum eiciat sine causa irascitur ei Si
autem quibus te voluit separare adeo possum ira
scere dixit abbas pastor Et homo qui
videtur ore tacens et corde alios con
dempnat hic sine cessatione loquitur
Et est qui a mane usque ad vesperam loquitur
et taciturnitatem tenet quia nunquam sine
utilitate loquitur. Hoc de ceteris presbiteris
illius temporis et primo de abbate Pior

Eo tempore florebant et sancti pa
tres pior et ysidorus et pambo
et antonius et dorotheus et pa
mon et beniamin et marcus et appollonius
et evagrius et moises et paulus in libia
et or et copres et nitria et heliodorus Horum
pior ambulans comedebat ut more
consentiret voluptatem pergens ad heremum
fodit puteum et aquam inveniens a
maram unius et ea usque in fine vite sua
do ut putatur faciens esse dulcem Iste cum
moyses et eius monachi foderent puteum
et aquam invenire non possent convenit
et oratione facta descendit in foveam Cumque
ipso percussisset terram mox emanavit aqua
illoque statim discedente petentibus ut ille
ex aqua parum gustaret Fecit inquit christus quod
dixeratis sunt Idem pior duos saccos ma
gnum et parvum implevit harena dicens sac
cus iste multum habens mea peccata sunt
et posui ea super dorsum meum ut doleam
pro eis et plorem Hec autem sportella modica
peccata mei fratris sunt et sunt ante faciem meam
Qui fuit heremita pior quem beatus anthonius
adolescentem in suo proprio consortio monachorum instruxit
xxx et amplius annis egressus est
de domo parentum priorum nunquam eis visus est
Soror eius cum esset vidua duos filios
iam adolescentulos misit eos in heremum
ad requirendum fratrem suum Ipse vero non acqui
evit petitioni eorum preceperunt autem ad beatum
antonium indicantes ei propria causa ve
nissent Iussit ergo anthonius et vocavit
eum ad se dixitque ei vade ut videat te
soror tua Tunc assumpsit secum alium
monachum et perrexit ad domum sororis sue
Et stans foris ipse ianuam atrii clausis
oculis ut non videret sororem stetit et ait
vide me quantum vollis et statim est re
versus ad heremum. Hoc de abbatibus ysidoro
et pambo Jeronimus in vitaspatrum
Sequitur capitulum ultimum cetera

Monasterium ysidori erat apud thebai
dam muro circumdatum mille monachos
habens Senior sedens ad ianuam
ea lege intrantes recipiebat ut ultra
non exirent Actor Ergo stabilitas loci
etiam tunc firmata est quam tunc beatus
benedictus dicitur invenisse .i. scripto primus
confirmasse Item in vitaspatrum Ad susci
piendos autem hospites habebat cellulam
sibi adherentem Sanctus ysidorus dicit et ex
quo factus sum monachus non permisi iracun
diam usque ad fauces meas ascendere
Abbati moysi imposuit diu sevissima im
pugnationem fornicationis demon ut
non prevalet sedere in cellula sua Sed abyt
ad abbatem ysidorum et retulit ei impug
nationis sue violentiam Cumque deprecatus
tur sanctus ysidorus consolaret eum
et ut ad cellulam suam reverteretur roga
ret noluit ysidorus ergo precatus cum moyse
ascendit in superiora cellule sue et dixit
ei Respice ad occidentem et vidit multi
tudinem demonum cum furore quasi ad
prelium paratos Dixit autem ysidorus Re
spice item ad orientem Et vidit multitu
dinem sanctorum angelorum gloriosam et sp
lendentem super lumine solis Ait autem
ysidorus Ecce quos in occidente vidisti
ipsi impugnant sanctos dei Illos autem quos ad
orientem conspexisti ipsi sunt quos in
adiutorium sanctis suis mittit deus Cogno
sce ergo quia plures sunt nobiscum sicut
dicit heliseus quia maior est qui in no
bis est quam qui in hoc mundo Sic con
fortatus moyses rediit ad cellulam
suam Abbas ysidorus quociens illi
cogitatio dicebat quod magnus es Re
debat ad se Nunquid talis sum qualis
ille Cum vero demon turbans eum
suggerebat ei desperationem dicebat Si
vis ego in tormentis mittar tu vos
subtus me invenio Pambo cum sine litteris
esset accessit ad quendam ut diceret
psalmum Sed cum audisset primum versum
psalmi xxxviii .i. Dixi custodiam vi
as meas ut non delinquam in lingua mea Sed no
luit audire satis est inquit si hunc im
plere potero michi sufficeret Requisitus
postea a magistro quare in vi mensibus non
redisset Quia inquit illum versum
nondum opere complevi Post multum requi
situs a quodam utrum illum implesset
Vix inquit xlix annis illum implere
potui Hunc quodam aurum dante ad ciba
ria pauperum et dicente numera respondit

Quod dedisti nō eget uno sed salubri
tantū effectū. Hic rogatus ab athanasio de
scendit allexandriam ubi cum videret
mulierem theatricam flevit requisitus qr
fleret ait due res me movent una est
illius perdicio altera quia nō hēo tantū
studiū placendi deo qntum illa turpi
bus hominib; delectari. Dicebat r̄ pater
nr̄ et pambo abbas vetustas et demultis
ptibus resarcitas vestes utebant. Nunc
aut qui preciosis utun̄ vestitus locū hunc
Item theophilus archiepus volebat in
stichi edificari ab abbate pambo Cum fr̄i
bus rogantibus ut ad ei diceret Rndit
Si taciturnitate mea nō edificat̄ neqȝ
in sermone edificabit̄. Itē ait Sicut apis
quocunqȝ vadit mel operat̄ ita monachus
abbas pambus in hora mortis ait post
quam veni in hac sollitudine et fabricam
mihi cellam extra laborem meū nō recor
do me comedisse nec penituisse de sermoe
quem locutus sum usqȝ in hanc horā et sic
vado ad dnm̄ qi qui nec initium fecerim
serviendi dnō deo Hic requisivit abbatem
pambum si bonū esset laudare proximū
Rndit senex melius ē tacere

lxiiij De amonio et helleno et appollo Jeronimus

Vidimus aut inter / in vitaspatrum ref
ecos amonium virū sapientissimum
huius monasteriū erat muro circūdatū
q' multis locis ex latibus cernitis facile
fieri solet. Socrates Ammonius erudi
tissimus origenis didimiqȝ discipulus ab in
iuventute usqȝ ad mortem preter pane assu
mehil comedit hic adeo pie curiositate
fuit ut cum athanasio roma veniens
nullum opus civitatis inspiceret nisi tm̄
ecclesiam petri et pauli hic electus in epm̄
dextram sibi amputavit aurem hic aūllo
iussus ē irascens aut mutus a' menaces
aut vatū aut asspinis vel in simū protulisse
sermone hellum ipsum portabat ignem
et vestis eius nō ardebat Actor hunc
hellum Jeronimus ī vitaspatrum appellat
hellenū de quo dicit̄ in sinus appolles
egiptius ut legit̄ ex fabro ferrario
conversus ē Cum quadam die hic opus fa
ceret demone eum temptante in spē
mulieris forcipibus candentibus percussit
in facie eam stridens et gemiscens fugi
effugit Jeronimus ait q' nuda manu de
ferro candente dyabolum percussit trāsfor
matū in mulierem speciosam ex quo ī usu
habuit ferrum candens nuda manu tenē
nec ledi hic narrabat de quodam iohne

qui sub cuiusdam saxi rupe tribus cōtinuis
annis oravit stans nunquā residens vel iacens
somnum tantū capiens quantū stans cape
potuit Cibum nunquam sumpsit nisi do
minica die cum psbr̄ ad eum veniebat et of
ferebat pro eo sacrificiū et hic erat ei sacra
mentum et victus pedes eius disrupe
bant et sanies ex eis profluebat cōpletis
tribus annis ab angelo sanatus ē et reple
tus grā et doctrina multosqȝ edificavit
die dnica semper rediens ad illum locum
sacramentorū quā diebus opa manuū
faciens innectorū aquila de palmarū
foliis texens ut in multis locis hui mos ē
quibus angulis innectorū infirmitates
sanabant̄ habuit gram̄ quorū habuit ut v
numquisqȝ sum scribet de quo pcto vel vicio
vel de quo virtutis opere quisqȝ reus pre
mmet

lxviij De serapione theone et eulogio dorotheo sequitur Capitulū

In regione arsenoite vidimus prem ex
mulium monachorū innentiū ex quorum labo
ribus quos per pane messis tempe mercede
manuū cōquirebant hic aut moris ē nō
solis ipsis sed et omnibus pene egiptus
monachis ut messis tempore se locent
ad metendum atqȝ ex ea mercede octogenos
unusquisqȝ modios frumenti plus minus
qȝ cōquirit unde nō solum regionis illius
indigentes alunt̄ sed et allexandriā
naves honuste frumento diriguntur̄ vel in
carcere reclusis vel reliquis egentibus
peregrinis Neqȝ eni intra egiptum suffi
ciunt pauperes qui possint mie eorū fructus
largitatis assumere In vitaspatrum abbas
serapion qui erat inveniens pax minus
furabat̄ quem occulte manducantē theo
na aut faciente sermone de gulmentia
panem cōfessus ē cortum omnibus et vel
lampas ignis egressa ē de sinu eius
et implevit totam domum fetore / dixit
abbas theon Sic nichil novum ē monachis
et letificat demones quo celare cogi
tationes suas patribus spiritualibus doctes
Theonas pr̄ fuit tuū multū monachorū
et sapientissimus grecorū et latinorū litterarū
xxx aut dr̄ tacuisse In vitaspatrum
vidimus et aliū theonā in sua cella clau
sum solitariū ut dicebat̄ xxx annis
silencium tenuisse Actor hunc appet
quod in toto illo tempore quo silenciū
tenuit nō fuit pr̄ aliorū monachorum
Nō eni tanto tempore posset tenē
silenciū Sed post illud tricennū factus
est abbas Frater eulogius psbr̄ cogitaciones

hominum presciens cum videret quosdam ex
monachis indigne velle communicare remo
vebat singulos dicens unicuique tu hac
nocte fornicacionis desiderium habuisti
Tu non dixisti in corde tuo nichil inter
est utrum iustus vel peccator accedat et hos
omnes vel similes removebat donec omnes
per penitenciam purgarentur. Sorates Dorotheus
genere thebeus cottidie lapides circa mare
colligebat et singulis annis hospicium
edificabat et non valentibus edificare
dabat Noctibus autem propter corporis cibum facie
bat sportas ut venderet numquam visus est
in lectulo soporatus vel pro requie pedes
extendisse et sepe ei dormienti cibus
ex ore labebatur. Aliquando sompnus comminatus
cecidit in storea et exprobrans et gestans
ait sub silencio si angelis dormire
suaseris et michi ultimus suadebis. Sic
laboranti dixit quidam Cur ita premis
corpus tuum Respondit quia illud occidit me
Huius tibus omnis ab sex ignibus ope fuit
Huius cellulam cum latrones eum divi
tem estimarent quodam tempore invaden
tes ita orationibus eius foribus affixi sunt
ut penitus moveri non possent donec
conspecta hominum multitudo adveniret Et
ut viderent igne comburendo trahere cona
bantur. Tunc vir sanctus iussit eos loqui quibus
sub ait Sinite eos abire Alioquin sanctitatis
gratia fugiet ante. Sola eum manus in
positione conferebat deque cum eis studio
sanctitate. Illi non huius auditis et monachi
facti sunt et penitentes abire dimissi
sunt Hic etiam sanctus quociens homines
videbat mirabilis scribebat dum etiam
qui noctibus ad heremum pergens plurimo
bestiarum comitatu uteretur. quibus tamquam
pro laboris remuneracione aquam de puteo
suo hauriebat Hoc de Piamone et Be
niamin et Marcho sequitur rex

Piamon presbiter dum sacrificaret vidit
angelum contra altare stantem
in ... presentes mediocre scribentem
et delentem absentes Jeronimus
Piamon eo tempore quo fratres ad co
mmunicandum accedebant videbat ange
lum dei stantem iuxta altare et scri
bentem in libro quorundam nomina aliorum
non scribentem quorum unumquemque scor
sum discuciens invenit in singulis mortale
peccatum ... et cum eis tam diu flevit
donec ... cum eis abscepti sunt
Socrates De Beniamin senex vir dei per eius
intantum fuit ut per illius celle pre

non posset offerri nisi ianue cum tabul
ante postis tollerentur. Quia passione
laborans vj mensibus ante mortem
sedens in cella latissima sollempniter
curabat egrotantes rogans ad se
venientes ut orarent deum pro anima
eius de corpore non curantes Qui cum ... et
dum sanum esset inquit nichil michi pro
fuit nisi modicum. Marcus dum ad sacramenta
precebat cuius manum tum modo usque
adiuncturam brachii videbat. In vitas
patrum Marcus scriptor antiquus vocatus
dum scriberet ... reliquit imperfectum Hic
Marcus vestitus erat sacco scisso et
reconsuto facie cutita de siliquine cul
me unde amore non est agnitus atque
clausis oculis egressus est. Hic Silvani
discipulus fuit Hic ait ad Arsenium
Quare nos fugis Qui ait diligo vos
sed non possum esse cum deo et cum hominibus
superiorum quidem virtutum nulla una habet
voluntatem Unus autem homo plures habet
voluntates Hoc de Silvano et eius

Abbas Silvanus dum // discipulis
in excessu mentis factus est et ex
urgens flevit amare Rogan
tibus autem fratribus causam fletus ait Ego
ad iudicium raptus sum et multos vidi de
habitu nostro euntes ad tormenta et multos
seculares ad regnum et lugens senex no
lebat exire a cella sua Sed quando exire
cogebatur operiebat faciem suam dicens Quid
necesse est videre lumen istud temporale in quo
nichil est utile Abbatus Silvanus dum
cum discipulo suo Zacharia ad quendam mo
nasterium pervenisset fecerunt eos monachi
parum comedere postquam non egressi
sunt invenit discipulus aquam et no
luit bibere Cui abbas ait hodie ieiunium
est At ille inquit hodie non comedimus
pater Et dixit ei Illa esca caritatis erat
fili nos autem item ieiunium teneamus Qui
dam peregrinus pervenit ad abbatem Silvanum
in monte Synai et vidit quod fratres operabantur
et dixit eis quare operamini escam que
perit Maria autem bonam partem elegit
Tunc senex dixit discipulo suo Zacha
rie da illi codicem ut legat et mitte
eum in cellula que nichil habet Hic autem
non conspiciebat si ille si forte eum
senex vocaret ad comedendum Postquam
transivit hora venit et dixit ei Nunquid
hodie non comederunt fratres abba quare
me non vocastis Dixit abbas tu homo
spiritalis es et non necesse habes hac esca

Nos quasi carnales opus habemus come
dere et ideo operari tu autem bonam partem
elegisti. Quod cum audisset cepit peni
tere et dicere. Indulge michi abba. Tunc
vidit ergo necessaria est martha marie. Huius
Silvani discipulus fuit Zenon qui ait
Nunquam maneas in loco nominato neque
cum homine habente magnum nomen. Idem
Zenon fratribus desperantibus querentibus ait
Reliquerunt fratres peccata sua et celestia
sectantur. Idem concupiscens cucumeres
ait Intra fures ad tormenta vadunt
proba te si potes ferre tormenta. Et ste
tit in caumate v. diebus desiccans
se in sole. Huius Silvani fuit alter discipu
lus etiam Zacharias. Is cum semel orti
amovisset cum fratribus ut faceret ortum
maiorem dixit Silvanus Non ingrediar
in hanc cellam nisi sepis in loco suo fuit
renovata. Idem Zacharias vidit fratrem
suum Silvanum in extasi a mane usque
ad horam decimam et cum vidisset eum
quiescentem cepit eum lacrimando deprecari
quid vidisset. Tunc ille in celum raptus
fui et vidi gloriam dei et illic steti usque
modo et nunc dimissus sum. Hic Zacha
rias deposuit pallium suum sub pedes
suos et exultavit et dixit Nisi quis
sic fuit exultatus non potest esse monachus.
Appollinus cum nullam artem sciret ciba
ria et medicamina laborantibus ex propriis
pecuniis comparabat singula monasteria circum
iens usque ad horam nonam et languen
tes visitans et eis ministrans. Hoc de
Sancto appollonio Jeronimus in cronicis

Vidimus sanctum appollonium in fi
nibus Hermopoleos ad quam sal
vatorem cum maria fugisse
tradunt ibi erat templum in quo in
gresso salvatore omnia ydola corrue
runt et comminuta sunt. In finibus illis
erat appollonius presbiter doctor monachorum
fere octogenarius xv adhuc annorum
erat cum se recepit in heremum ibi xl annis
conversatus est. Ad quem cum diceret dominus
appolline per te ydola egipti subvertam et per
dam sapientiam sapientum. Ait Auffer
a me domine iactantiam. Et dominus ad eum
Mitte manum tuam ad cervices tuas
et quod comprehenderis constringe et sub
harena obrue. At ille iniecta manu
apprehendit quasi parvulum ethiopem et
demersit sub harena clamantem. Tunc
ait vox divina quicquid desiderio popo
sceris consequeris. Facta sunt hec tempore

Iuliani apostate. Sanctus autem appollonius
cum quidam fratrum suorum captus esset ancha
no perrexit et consolatus est eum ut pacienter
ferret que ei inferebant. Tunc adveniens
tribunus invenit virum sanctum et ira mo
tus iussit etiam illum cum ceteris includi.
Quod et factum est media autem nocte apparuit
lux magna micante et angelus ianuas
aperiens voluit omnes incarceratos educere.
Ille vero moram contraxit usque mane. Tunc
custodes pedibus eorum pedibus advoluti
rogabant eos discedere. Mane autem facto
venit centurio et iussit eos discedere quia
in eadem nocte terre motu domus sua con
cidit et electi famulorum suorum mortui sunt.
Et sancti cum ympnis et laudibus reme
arunt. Post hec gentilibus predicans multa
milia hominum convertit ad fidem signis et mi
raculis infinitis. Persecutionis tempore consuetus est
ut captivos visitaret sanos. Cumque quendam
consolaretur iuvenis audientibus captus
est et incarceratus. Quidam non gentilis phi
lemo nomine famosissimus cum obprobriis
et contumeliis afficeret eum appollonius inqui
rat tibi deus fili et nichil horum que dicis
tibi deus imputet ad peccatum. Ille non hec audi
to compunctus est et statim se christianum confessus
est. Iudex non hec audito iratus iussit ignem
fieri et eos in medio proici. Quod et factum est.
Interim vir sanctus oravit ut ad gloriam nominis
christi ignis extingueretur et statim ignis rore
celi diffuso extinctus est. Quod ut vidit
iudex cito conversus est et credidit in christum.
Tandem ducti sunt in vinculis coram prefecto
Ased et qui duxerunt eos conversi sunt et christi
nomini adherentes et ipsi iuncti sunt et iussu
prefecti quia noluit audire eos in mare
proiecti sunt sicque aqua passionis facta est eis
aqua baptismi et piscatores mare simul cor
pora marinam simulque sepulti egritudines
sanant et orantibus pie petencia adhuc
ibi pribuenunt. Centum orationes vir sanctus
flexis totiens genibus per diem et totidem
per noctem complebat. Indumentum eius super
penny erat collobium et lintheum quo collum
et caput obvolvebat que dicitur inde
co permansisse nunquam inveterata. Circa hunc
sanctum erat templum et simulacrum
quod sacerdotes quasi pro aquis pluvialibus
circumferebant. Quos dum orando stare
fecit immobiles et nec bobus adhibitis
potuit movere simulacrum [illegible] sic
steterunt tota die ac nocte [illegible] te rapi
dissimis estibus adusti. Tandem facti
hec ei per eum accidisse in eo simulacro crediderunt.

iudus **lxviii De eodem. Sequitur ca**

P rimus adhuc diebus cum repisset
habitare in spelunca aderat dies
festus pasche. Erant eis tantummo
panci et sicci panes et olera ex hiis
que sale aspersa reponi apud eos solent
misit ergo fratribus ut peteret unusquisque
a deo si quid in die festo sumere libenter
haberet. Quod illi miserunt eum facere.
Qui cum complesset orationem et omnes videssent
amen. Ecce repente ante fores spelunce
vident astare homines sibi penitus ig-
notos cum magna ciborum copia in
quibus erant quedam que omnino in
egipti regionibus nunquam visa sunt
pomorum genera et magnitudo mirandi
bilis uve nuces fici et mala per multa
favi mellis et lactis copia incolarum
quoque ingentes panes candidi et mun-
di qui tum peregrine videntur esse provincie
viri non qui hec attulerant statim ut
ea tradiderunt festinant. que ad eum
a quo missi fuerant regressi sunt horum
tanta fuit copia ut usque ad diem pen-
thecostes cottidie ministrata sufficerent
Illi que certi erant quod a deo sollempnitas
gratia sibi missi fuerant. Quidam ex
fratribus poposcit ab eo ut sibi daretur
humilitas et mansuetudinis gratia.
Quo orante completum est circa fame
omnibus habitatores loci venerunt ad eum
cum uxoribus et parvulis qui misit eos
pascere donec non haberet nisi tres sportas
panis que unius diei victum monachis
prebere debebant. Quas cum misit proferre
in medium et elevatis ad eum manibus
ait Numquid non potest manus domini multi-
plicare hec sic dicit spiritus sanctus non deficiet
panis in sportis hiis donec faciemin-
dum de fructibus novis. Quatuor igitur
continuis mensibus non cessavit egrotari
panis de sportis nec deesse potuit aliis
Motus igitur dyabolus ait ad eum Numquid
helias es tu aut aliquis alius prophetarum
aut apostolorum quod hec facere audes. Cui ait
Quid inde non sunt prophete et apostoli homines
erant qui nobis et fidem suam et gratiam
tradiderunt aut tunc deus presens modo non
absens. Mons erat apud eum ut fratres
eius non prius cibum sumerent quam quo-
dam tam perficerent ita horam nonam et
post hec interdum sicut usque ad vesperam
permanebant verbum dei audientes
post hec cibo sumpto alii ad hymnum sece-
debant per noctem totam divinas scripturas

in memoria recolentes alii precepta gratia
christi statim discedebant hec solo spirituali
cibo contenti et hec faciebant per plurimos
dies. Iubebat fratres semper gaudere dicens
oportere. Gentiles lugeant iudei plangant
sine cessatione peccatores. Iusti non letentur
Non est prius messe tristicia hiis quibus
salus ab deo est et spes in regno celorum
Nam hii qui terrena diligunt secundum singu-
libus et caducis rebus letantur. Nos
qui tante glorie spem et civitatis conspec-
tatorum habemus cur non omni exultatione
gaudemus. Dicebat quoque peregrinos fratres advenientes
incentes traditum et adorandos esse
ut certum sit in adventu eorum adventum
domini Ihesu Christi. Sic enim et Abraham suscepit
eos qui homines videbantur. Sed autem
in eis intelligebatur. Iudeum eciam coge-
debemus fratres ad corporalem requiem
contra ipsorum voluntatem. Monebat ut si
fieri posset cottidie communicet monachus ne
qui se facit longe ab hiis longe fiat
a deo ieiunia legittima i. quarte et sex-
te ferie dicebat non esse solvenda quia
in iii feria iudas traditionem domini cogitavit
et ipse dominus sexta feria crucifixus est
videbitur quod in hiis qui diebus sine aliqua
necessitate solvunt statuta ieiunia vel cum
tradente tradere salvatorem vel cum cru-
cifigente crucifigere. Si ergo in quibus hiis die-
bus superveniat aliquis ponenda est mensa
ei soli. Quod si noluit non est cogendus

lxix De euagrio pallidio et pambo

E rat tunc temporis etiam Socrates
Agrius duorum macharorum discipulus
a gregorio nazanzeno dyaconus
ordinatus et cum eo descendens in
egiptum et viros illos inspiciens vitam
illorum imitabatur. Hic a Gregorio apparu-
erat pulchrum et circa cibum vestis
ornatus. Cumque cum quidam senatorum
zelotipus uxori sue nosset esse notissimum
mortem ei parabat. Euagrius autem vidit
in sompnis quod quasi presumens comprehensus
esset ferroque vinctus pedes et manus
ad supplicium duceretur. Quod tunc fiet
quidam protulit ewangelium et iuravit
eum messe liberandum si a constantino-
poli recederet. Ideoque contulit sibi in cementado
primum et ille tactis ewangeliis hec se facere
iuravit et vinculis solutus experrectus est
et credens in somnis pericula declinavit
et venit Iherosolimam. Hic duos libros
valde utiles scripsit quorum unus est
de actuali vita intitulatus monachus

Alius appellatur cognicionalis. Socrates
huius euagrii discipulus fuit palladius
cuius liber et dictus et de similibus afflu
ent loquitur. Hic ait oz et dicte que ne
scimus et fidelis dotz que nomine inter
hos erat et melas eptus ad cuius ecclesiam
cum venissent qui episcopos arrianus resi
stentes exilio deportarent viderunt
eum tamquam ultimum ecclesie ministrum candelas
parantem. Quem et interrogauerunt ubi esset
episcopus. Ait ille: Ego vos episcopo nunciabo. Tunc
ex itinere fatigatus ad episcopi hospicium duxit
et posita mensa parauit ut valuit. Post
prandium se dixit esse episcopum. At illi mirati
pro reuerenciam dederunt ei fugam. Et ille
nos declinando inquit quod mei similes
libenter patiuntur. Huius melantis frater fuit
salomon ex negociatore monachus paulo
autem milibia quingentos monachos habuit
nichil operabatur nec percipiebat nec quod
comederet solum. Cottidie ccc oraciones
quasi in tributum deo soluebat et ne
in numero delinqueret totidem lapides pone
bat et ad singulas oraciones lapides po
nebat in sinum. lxx de abbate or et sto
topste Jeronimus in vitaspatrum sequitur

Sanctus or apud thebaidam erat
monagerius barba prolixa vultu et
aspectu letissimus litteras primo igno
rauit. Sed datum est ei diuinitus gracia in
oblato codice a fratribus quasi olim iam
sciens litteras legere cepit. Consuetudo ei erat
non prius corporalem cibum sumere quam
spiritualem xpi sermonem acciperet. Idem or dixit
ad discipulum: Vide ne aliquem alienum
verbum adducas in cellam istam. Vidimus
et alium senem bonum nomine mausicum
dum omnes homines precellentem de quo di
cebat quod neque tugurium intrauit neque men
titus neque iratus nec ociosum a se sermonem
protulit. De eodem or legitur quod cum
iam multos annos in heremo peregisset appa
ruit ei angelus dicens: Quodcumque in hac
vita poteris quere ad salutem. Sed tot prin
cipatum accipies in futuro. Collecta autem
milia hominum penam commisit sunt. Rusticus
si aliquis venit volens in heremo mori
sibi cellulam parauit et supellectilia dedit.
Quodam autem tempore ut ipsemet re
tulit sub nomine alterius venit demones
in specie celestis milicie tamquam magnum
regem in curru deducentes. Seque qui
accedis ut rex habebatur dicebat ei: O homo
implesti omnia que est ut tantum adores
me et tusseriam te in celum sicut heliam.

Quod audiens cogitauit: Quid est hoc? Non
ne cottidie saluatorem meum et regem
adoro? Hic si esset ille non ante posset quod
indesinenter facere me sciret. Tunc ait: Ego
regem meum habeo quem cottidie sine
intermissione adoro. Tu autem non es rex meus.
Et continuo demon euanuit. Hic etiam senis
tribus annis pane anglorum vixit nullum
cibum terrenum sumens. Sed angelus eum
de celo tercia die afferebat. Dicitur etiam quod fratres
cum eo morantes sepe anglorum aspectu
incellia canencium ympnos et laudes pro
giles viderent. Erat inter alios — copres
presbiter annorum circiter lxxx. Hic interrogatus
de melchisedech tundebat os suum dicens:
Ve tibi copres quia que tibi mandauit deus
ut faceres deliquisti et que a te non requirit
illa scrutari presumis. Cum olim cum quodam
gentili sumatus esset non potuit coqui
nec aqua calefieri. Quod fur videns re
tulit que abstulit et factus est monachus. ||
Cuidam venerunt fures quibus olera collecta
fuerunt nocte vnde senis copres dominus duplices
honores retulit. lxxi de sancto innocio

Hic narrabat nobis quod heremita
primus in illa heremo fuit quidam
nunctius homo sanctissimus qui primum
fuerat latro maximus et sepulcrorum vio
lator innumeribus flagiciis opinatissimus.
Qui cum quadam nocte ad quandam virginem
deo sacratam perrectum cum quibusdam
machinis vellet irrumpere difficultatem
perueniendi operis fatigatus sompno oppri
mitur et in sompnis sibi assistere videt quendam
regio habitu dicentem: Desine iam ab his
flagiciis et abhat effusione humani sanguinis
et abscedens ab illis furtis ad laborem con
te vigilias et suscipe angelicam celestem
que miliciam et ego te huius milicie ducem
et principem faciam. Et ecce ostenditur ei coe
tus monachorum et principatum super eos tenere
iubetur. Euigilans vidit virginem requi
rentem quis esset et cur vel unde venisset.
Et ille quasi amens effectus nichil vidit
nisi hoc tantummodo ut ei ecclesiam ostenderet. Que
illa duxit ad ecclesiam et obtulit presbiteris
quorum ille pedibus prostratus et rogabat
se christianum fieri et penitencie locum dari.
Illi autem primum psalmi tres primos versus tra
diunt ei quos sibi dixit sufficere tribusque
diebus permanens apud eos profectus est ad
heremum ubi primo tempore plurimo demoratus
est cibum ex radicibus herbarum capiens.
Rediens autem ad presbiteros reddidit versus suos
tam verbis quam operibus permanens apud

eos ebdomada una redijt ad heremum ubi
per viij continuos annos in omni gratia degens
plenitudinem gratie consecutus est ita ut
omnes pene scripturas memorie teneret
Die dominica cibum tantum sumebat sibi di
uinitus delatum qui ei sufficiebat usque
ad alteram dominicam lxxij De miraculis
eius que narrauit sanctus copres

Cum autem diligentissime sepeliendus
mortuus indumenta ait ad eum
quidam adolescens eius discipu
lus vellem ut me mortuum induceres
plane inquit faciam et tam copiose induam
ut dicas sufficit post non multum temporis
ille defunctus est quo induto ait ad eum
coram omnibus sufficiunt hec tibi ad sepultu
ram o fili an adhuc vis ut aliquid ad
damus At ille obuoluta iam facie vultuque
constricto dixit omnibus audientibus suffi
cit pater implesti quod promiseras Pergens autem
aliquando ad visitandos fratres quos instrue
rat reuelatum est ei quod quidam eger
moriturus esset in proxima hora non iam
erat ad vesperam Cumque videret solem iam
demergi ad eum ait In nomine domini nostri
ihesu christi sta et paulisper mitte tuos et ex
pecta me donec adueniam peruenia Obedi
et stetit Ingressus est autem domum fratris
ad quem festinauerat inuenit eum iam defunctum
et oratione facta accedens ad eum oscu
latus est eum dicens in lecto Quid magis
desiderij habes abire et esse cum christo
an permanere in carne Tunc ille recuperato
spiritu paululum resedit dicens Quid me
reuocas pater melius est michi redire
et esse cum christo permanere autem in carne
michi non est necesse dormi inquit in pace
fili et ora pro me At ille continuo se recli
nans in lectulo dormiuit Alium fratrem de
cumbentem cum vidisset mortem difficulter
accipere increpauit dicens Cur impatiens
es ad profectionem At ille Oro pater ut inter
das pro me quatenus parum temporis ad penitentiam
dominus largiatur Cui senex Nunc inquit
spacium penitencie requiris ubi inter tempus im
plesti quid faciebas in hoc omni uite tue
tempore non potuisti vulnera tua curare
qui vino recentiora semper addebas At
ille cum permaneret exorans ait ad eum
iterum Si ultra non addas tamen malis
mala orabo pro te dominum Et cum orasset
ait Ecce tres annos concessit tibi dominus
At ille surgens sine aliqua dilatione
secutus est eum ad desertum Expletis
autem tribus annis reduxit eum ad locum

unde eum assumpserat statimque eum in
medio fratrum atque corpus mirum de fructibus
penitencie perduxit ad fratres Ipso autem sermonem
faciente cepit frater ille quasi paululum
dormire et continuo in perpetuum quieuit
Iste innocens sepe transiuit nilum pedibus
suis habens aquam usque ad genua Frequenter
ingressus est ad fratres hostijs clausis ad
quem locum voluit in momento temporis
quamuis longe positus esset euectus lxxiij
De miraculis sancti copretis et abbatis helie

Cum hec et alia multa copres narraret
vnus ex nobis quasi admirans credulitatem
eorum que dicebantur credere cepit et pre
tedio dormitare Et ecce vidit propriam
librum aureis litteris scriptum in manibus
copretis vnde narratio senis deduci vide
batur et vocem cuiusdam viri canicie re
nitendi dicentem sibi Cur non audis intente
que recitentur Sed incredulus dormi
tas homines autem regionis illius harenam
que corpus calcabatur et benedicebatur aspergebant
agros ut terre sterilitas auferretur
Quemque hec verba copretis denuncio quod copres
inueniens manicheum seducentem plebem
nec potens eum verbis concludere ait ad
populum Accendite ignem plurimum et tunc am
bo intremus in flammam et si quis combustus
non fuerit huius vera est fides Quo facto
senex apprehendens manicheum cepit per
trahere ad ignem At ille non inquit ita
sed vnusquisque vestrum singuli ingrediatur
primum tu intrare debes qui hoc ipsum proposu
isti At senex in nomine christi se consignans
ingressus est flammam que hinc et illinc
diuisa nichil ei nocuit et stetit ibi di
midia fere hora Quod videns populus
compulit illum intrare At ille cepit resi
stere et subtrahere se Illi non apprehendentes
eum in ignem proiecerunt deinde eum de
ciuitate fugauerunt Idem copres nobis narrabat
fuisse in finibus antinoe ciuitatis que
que est metropolis thebaidis heliam
c et x annorum senem quorum lxx in soli
tudine transegerat Hic dicebat quod tanta vi
tute passionis abiecerit eius mentem demo
nem etiam de obsessis corporibus potuit
effugare In vita sua dixit helias
tres res timeo vnam quando anima mea
egressura est de corpore meo alteram quando
occursurus sum iudici Tertiam quando
proferenda est de me sententia Ad hunc
heliam quidam peccantem nolebat suscipere
dixit antonius Nauis in pelago fa
ciens naufragium perdidit quod portabat

et vacua vix prebent ad terram. Cui ergo libertatem mentis vultis subiugare. Item helias dixit pallor cum humilitate et macies decus est monachi. Idem monachus qui edes multum et operans multum non confidit quam qui parum edit et si parum operatur confidit et viriliter agit.

lxxiiii De abbate piro et esaia et paulo Jeronimus

Beatus autem copres inter cetera miracula enarrauit addidit et de beato piro et paulo et esaia. Cum enim aliquando ad ripam fluminis sibi invicem occurrissent et fratrem quendam visitarent nomine anub desperantibus illis dum ne in via impedirentur navicula eis apparuit quam ascendentes iter quod triduum erat in una hora perfecerunt. Cumque applicuissent dixit beatus esaias dominus ostendit michi virum ad quem imus occurrentem et dicentem unumquemque nostrum secreta cordis nostri et paulus ait et dominus ostendit michi et quod post triduum morietur homo ille. Cumque ad monasterium adhuc iter incederent occurrit eis anub benedicens eos et post devingamque intus patefecit dixit ei paulus quia novimus te post triduum decessurum annuncia tu nobis de actibus tuis quibus deo placuisti ad memoriam et corroborationem fidelium narra. Qui ait Ego nichil unquam magnum feci sed tuam custodiam semper in perfectione salvatoris nomine confessus sum inquam mentitus sum unquam terrena desiderare volui unquam christi gratia michi defuit. Sed omnem cibum quem desideravi angeli afferebant michi nichil eorum que intus fiunt occultavit dominus unquam sempiterni apparuit sed semper eum vidi. Sed et angelus dei semper michi astitit qui omnia que in mundo geruntur ostendit vidi etiam cetus iustorum mirum et monachorum sanctorum quorum opus semper est laudare deum et benedicere in simplicitate cordis et fidei. Et vidi sathanam et angelos eius in eterna pena ignibus tradi. Cumque hec et alia per triduum narrasset spiritum tradidit et manus angelorum videntibus illis delatum in celum et laudantem deum cum angelis canentem.

lxxv De sancto heleno et eius miraculis ros

De sancto heleno. Helenus dixit quod cum diu in heremo cogitasset voluit fratres visitare aliquos et attulit cibaria. Cumque in medio itineris pondere eorum gravaretur vidit onagros per heremum discurrentes quorum unum vocavit dicens In nomine domini mei ihesu christi veniat unus vestrum et ferat sarcinam istam et continuo unus accessit ipsum quod simul cum sarcina velocissime ad fratres detulit. Alio quoque tempore visitans fratres invenit eos non adeo sollempniter celebrare diem dominicum ut deberent agnita causa quia scilicet non habebant sacerdotem quia trans flumen quoddam manebat quo nemo venire poterat propter cocodrillum qui in medio itineris occideret homines. Ait senex Ego vadam propter sacerdotem. Tunc veniens ad aquam vidit cocodrillum venientem et supponentem se sibi et ascendit super eum et cito devectus est ad cellam sacerdotis quam adduxit secum ad aquam ut transiret. Cumque sacerdos non adesse cerneret navigium vidit ne timeas pater est et voce magna cocodrillum vocavit et dorsum eius ascendit presbiter non solo visu bestie perterritus aufugit nec illatenus voluit ascendere. Tunc vir sanctus solus transvectus est et cum a bestia descendisset ait Melius est tibi mori quam tot scelerum reatu involui et continuo exspiravit. Contigit etiam ut quidam adolescens illum maxime desideraret ut eum posset imitari ad helenum. Cuius impetrato tandem secutus est cum demones hunc cum demones turpibus fornicationibus et cogitationibus affligerent cito ad sanctum helenum aufugit confitens ei penam et illusiones. Tunc vir dei digito suo circumducto in harena circa cellulam adolescentis prohibuit. In nomine domini nostri ihesu christi ne demones statutum limitem transgrederentur et ita virtute ubi decetero adolescens securus in spelunca permansit sed etiam advenientibus fratribus non habebat quid eis apponeret. Sed solebat invenire unde sibi deferentem cibaria quecunque appeteret. Nubibus ante cellam depositis invenit non comperit.

lxxvi De sancto pafnucio Jeronimus in vitas patrum

Vidimus etiam monasterium pafnucii qui habitator erat ultimi deserti in regionibus heracleas splendide apud thebaidam urbis. Hic cum multo tempore angelicam vitam duxisset oravit ne facta ad deum ut ei ostenderet cui sanctorum similis esset. Affuit ei angelus dicens similem esse eundam simphoniacum qui in vicino loco cantandi arte victum querit. Tunc vir dei inveniens illo vitam eius scrutatus et invenit eum primo fuisse latronem et inter cetera mala duo laudabilia egisse. Ait enim cum ego

et socii mei quondam virginem quamdam ra-
puissent et socii mei eam corrumpere vo-
luissent Ego de manibus illorum eam
rapui et intactam domui sue restitui
Alio quoque tempore vidi mulierem in heremo
honeste forme errantem Cumque hanc in
causam dixit quod vir suus cum duobus
filiis incarceratus esset pro debito fi-
scali Et ipsa etiam ad similes penas
quereretur et ideo sic oberrabat ego du-
xi eam ad speluncam meam et etiam
eius post triduum fame collapsam
refeci et dedi ei CCC solidos quibus
postmodum virum suum et filios
liberavit Hiis auditis vir sanctus dixit
se nichil umquam tale fecisse adiunges
quia quondam non minimo loco haberis apud
deum sequere ipsum Tunc ille cito de ma-
nibus proiectis fistulis secutus est eum
Et triennium in maxima abstinencia
continuavit et sic inter manus angelorum
reddidit spiritum Tunc oravit sanctus Pafnu-
cius ut ante Tunc angelus dixit se
similem esse primario cuidam vici Ad quem
cum vir dei venisset cum magna re-
verencia susceptus est et eius vita req-
uisita vix impetrare potuit ut sibi eam
referret tandem ait Cum vir sanctus dei
es ideo cunctis aliis occultata tibi pa-
ndam licet nimia sint Ego uxorem duxi
tum modo causa prolis ex qua tres filios
suscepi Jam XXX anni transacti sunt
ex quo ultimus natus est nec postea
ipsam vel aliam novi Similiter nec ipsa aliud
virum Addit etiam quod suscipere ho-
spites non cessabat hospitem sine via-
tico numquam dimittens in iudicio numquam
personam acceptat litigantes numquam preteriens
nisi eos concordasset Numquam greges
eius alienas fruges leserunt volentes
seminare agros suos numquam prohibuit me-
liora novalia illis relinquens quantum
in se fuit numquam permisit ut potencior
inferiorem premeret Semper studebat ut
neminem contristaret et quid plura
inquit omnia opera mea numquam iniquum po-
tui vel iniquum audire potui hominem
fecisse quantum in me fuit complevi Hoc
audiens vir sanctus ait Nichil tale fe-
ci igitur restat tibi ut induas indumentum
Christum imiteris Quo audito statim abiit
nec post multum tempus vir sanctus
sedens in cella sua vidit animam illius
ab angelis delatam et statim adiit
cellam illius que non longe erat a pria

et inventum corpus sepelivit et super
maioribus virtutibus dedit Iterum oravit
sanctus sicut prius et tunc ei angelus
ostendit viam qua intendens invenit
sibi similem Tunc procedens vir sanctus
invenit mercatorem duas naves habentem
in quibus habuit XXX milia solidorum
mercatum Quem cum videret sanctus ait
Relinque hec que deteriora sunt et celesti-
bus te iunge et statim ille acquievit
post aliquod tempus consummatus est
et aggregatus est ad congregacionem iustorum
et non multo post astitit angelus Pafnu-
cio dicens Veni benedicte ingredere
eterna tabernacula tibi debita Tunc
unam diem postea agens presbiteris
advenientibus ait Nemo sive fur
sive mercator debet contempni quia in
omni gente habet deus animas aliquas
sibi placentes et postquam virtutes
adeo sibi datas narravit vitam
finivit puteum et ingressus est eterna
Idem Pafnucius super latrones contra
positum suum bibit vinum et sic lucra-
tus est eos

lxxvii De thaisse mere-trice De gestis eius ro

Fuit eo tempore puella quedam nomine
thaisis decora nimis que in-
cunis a primulo statuit in prostibulo sta-
re quod est famosissima meretrix Multi enim
etiam ex longinquis regionibus ad eam
confluebant Multique pro eam venditis
substanciis suis pauperes fiebant
sed et amatores eius pro zelo litibus in-
ter se concitatis frequenter sanguine replebant
Quod cum audisset Pafnucius abbas
sumpto habitu seculari et uno solido profectus
est ad eam Quam ut vidit precium pro-
fectus solidum ei dedit Quod accepto
precio ait Ingrediamur domum Cumque ingre-
ssus esset invitatus ab ea ut lectum
preciosis vestibus stratum ascenderet
dixit ad eam Est hic aliquis locus
secrecior At illa est Et senex In illud
ingrediamur At illa si homines vereris
nullus te in hoc loco conspicat Si vero deum
metuis ubicumque ingressi fuerimus inspi-
cit deus Cum senex Scis esse deum
Illa videntem se scire deum et eius
regnum futurum tormenta quoque peccatorum
Senex ait Si ergo nosti cur tantas
animas perdidisti et nunc non solum pro
tua anima Sed et pro illorum racione red-
ditura dampnaberis Illa hec audiens
pedibus eius provoluta cum lacrimis

trium dierum inducias petiit post quos futura esset quidquid ei preciperet. Qui cum ei locum constituisset ubi venire deberet, illa collectis omnibus que ex peccato lucrata fuerat platea que in medium civitatis populo spectante combussit. Et postquam ad locum quem ei abbas constituerat pervenit, cum ille repto virginum monasterio in cellula parvam recludens hostium plumbo sigillat et parvam fenestram relinquit per quam ei cibus modicus inferretur. Jussitque illi cottidie parum panis aridi et parum aque ministrari atque querenti quo debet quomodo debet orare deum, respondit: Non es digna deum nominare, sed tantum incumbens contra orientem respice, hunc sermonem frequenter iterans: Qui plasmasti me miserere mei. Igitur tres annos conclusam abbas Pafnutius eius dolium compatiens perrexit ad Anthonium ut ab eo requireret an deus peccata sua illi dimisisset. Cumque iubente Anthonio discipuli eius singuli sigillatim orassent incessanter ut deus abbati causam illam declararet, cito vidit abbas Paulus lectum in celum pretiosis vestibus adornatum quem tres virgines clara facie tenentes tres lampades ante eum custodiebant. Eratque super eum lectum corona immarcescibilis posita. Cumque Paulus diceret: Non est hec gloria nisi patris mei Anthonii. Ad quem vox divina venit: Non est patris tui Anthonii sed Thaisis meretricis. Quod cum mane sanctus Paulus retulisset, cognita dei voluntate Pafnutius cum gaudio discessit et mox perveniens ad locum hostium quod plumbo signaverat dissipavit dixitque: Vere peccatrix egredere quia remisit deus peccata tua. At illa: Testor, inquit, deum quia ex quo hic ingressa sum ex omnibus peccatis meis quasi sarcinam michi feci et ante oculos meos statui et sicut non discessit anhelitus de naribus meis ita nec quidem uno momento usque ad hanc horam peccata mea a me recesserunt.

lxxviii De sancto basilio cesariensi episcopo etc.

Eo tempore basilius cesariensis episcopus capadocie clarus habitus est cuius vitam mirabilem descripsit sanctus amphilochius yconii episcopus. Amphilochius hic basilius cum olim esset septennis artibus liberalibus phisicis deditus postea iterum urbem athenas apprehendit ubi cum gregorio nazanzeno postea episcopo et iuliano et libanio studuit in doctrinis grecis ibique illatenus (?) ... Valens cum traderetur quadam nocte vigilantem eum dominus quidam fidei splendor attendit plusquam totius religionis christianam perfectius que inscriptum libros sacros perlegit et divinorum meditacionum vacavit rursus que ingrediam multis proficis viam salutis ostendit inter quos eubolum preceptorem suum requirens invenit disputantem. Reprehendit que eum hic autem qui cum eo erant: Quis reprehendit te, inquiunt, philosophie? Qui audit: Aut aut Basilius. Conversus que ad basilium ait: Que est diffinitio philosophie? Qui audit: Prima diffinitio philosophie est meditacio mortis. Et ille admirans ait: Quibus est mundus? Qui audit: Qui est super mundum et dulces quidem sunt mundi sermones amatoribus, autem est mundus ei qui continet eum vicioso. Et alia est voluptas corporis alia spiritus et simul hec esse non possunt eandem. Nemo enim potest duobus dominis servire. Tribusque diebus inebriati communi mensa manserunt. Tunc eubolus cognita ab eo via vite exultavit et pedes osculans se et sua vendidit que omnibus que habebant et datis pauperibus ut venit in ... venerunt antiochiam ubi libano sophiste et discipuli eius cum verbum fidei predicassent venerunt iordanem ibi ab episcopo maximino regeneracionem peracti petentes. Venit cum eo ad iordanem et orant Basilius signum sibi voluntatis revelari fidei eius. Tunc venit super eos fulgur et columba ex eodem fulgure que turbans aquam revolavit in celum et postea annum baptizati redierunt antiochiam ubi a melecio episcopo diaconus consecratus est basilius. Deinde cesaream illis advenientibus nocturna visione revelatus est eusebio episcopo adventus eorum et quia successor eius fiet basilius, qui non multo post factus et consecratus petiit a deo sibi dari graciam et intellectum propriis sermonibus offerendi sacrificium altaris. Et post vi dies in extasi factus in adventu spiritus sancti ministrare cepit. Quadam nocte advenit ei dominus Ihesus in visione cum apostolis faciens propositionem panis in altari et excitavit eum dicens: Repleatur os tuum laude ut singulis diebus offeras michi sacrificium. Qui non ferens oculis visionem accessit ad altare et sic sup sit mensa: Repleatur os meum laude et ymnum dicam glorie tue. Et postea fine

ordinis exaltavit panem et dividens in
tres partes unam comedit aliam reservavit
cum Eubolo sibi terciam imponens co-
lumbe auree que super altare pe-
pendit et exeunte eo Eubolus et cleri-
ci et principes qui stabant ante portam
templi pariter coram eo dixerunt se
vidisse lucem intelligibilem in templo
et viros candidatos et audisse vocem
populi glorificantes deum et congregata
multitudine ad divinum ministerium in ecclesia
Quidam hebreus ministerium officii explora-
re volens immiscuit se populo et vidit in-
fantem partiri in manibus basilii et acce-
dens cum aliis sumpsit vere carnem et
vere sanguinem videtur. Quod indicavit uxo-
ri sue baptizatus est cum omni domo sua

lxxxix De servo quem a potestate dyaboli liberavit

Quidam etiam senator nomine proterius
unicam filiam voluit deo consecrare
Quod invidens dyabolus unum de
servis suis ad amorem eius incendit qui
alloquens incantatorem unum accepit
ab eo epistolam dicentem Vade et sta
super monumentum gentilis nocte et
de alta cartam iacere et astabunt
tibi demones qui ducent te dyabolo
Quo facto dyabolus legens epistolam ait Credis
in me Qui respondit Credo Et ille Abre-
nuncias xpo Qui ait Abrenuncio
At ille perfidi estis vos christiani qui quando
opus me habetis venitis ad me sed post
completa desideria vestra revertimini ad xpistum
vestrum qui benigne suscipit vos Sed fac
michi manu scriptam xpi tui et bap-
tismatis abrenunciationem voluntariam et
confessionem mei quam habeam in die iu-
dicii et statim desiderium complebo tuum
quod et fecit Tunc immisit spiritus forni-
cationis ad puellam et inflamavit
eam in amorem iuvenis que proiciens
se in terram cepit clamare ad patrem
miserere michi pater quia torqueor propter
talem puerum Coniunge me illi alioquin
moriar Ille vero multis precibus et
blandiciis nullatenus valens resistere
dedit eam puero qui post modicum
tempus a quibusdam designatus est
ecclesiam non intrare neque in sacramentis communicare
et dixerunt coniugi eius Scias quia vir
tuus non est christianus sed aliene fidei
Tunc illa dolore repleta prostravit se
et cepit unguibus se discerpere et pectus
tundere clamans heu cur nata sum
Adquam vir eius accurrens non esse
verum quod audierat contendebat Cum
illa ingressus veniens ait Si vis michi
satisfacere cras eamus simul ad ecclesiam
et coram me principia fac ministerium Tunc
coactus dixit ei seriatim ea [illegible] psi At
illa cucurrit ad sanctum Ba[illegible]silium nar-
rans ei gestorum ordinem Qui vocans
puerum sciscitatus est ab eo si ita esset Et
ille cum lacrimis retulit omnia Cui sanctus
Vis reverti ad deum Qui respondit Volo sed
non valeo quia scripto abnegavi xpistum
Et professus sum dyabolo Cui sanctus Non
sit tibi cure benignus est deus et iterum
credentes salvat Qui respondit Credo domine
adiuva incredulitatem meam Tunc
recludens eum facto signo crucis in eo
collaborabat ei per tres dies post quos
visitavit eum dicens Quomodo habes fili
Qui ait Sancte dei non fero clamores
demonum et terrores et lapidationes te-
nentium manum scriptam meam et dicentium
Tu venisti ad nos non nos ad te Cui sanctus
Noli timere deum crede et dans ei
modicum cum signo crucis xpi reclu-
sit eum Et post paucos dies visitans
ait Quomodo habes Qui respondit A longe clamo-
res eorum audio et minas sed non video
eos Et iterum dans ei escam et abiit et
recludens xlmo die reversus ait Quomodo
habes Qui respondit Bene sancte dei vidi enim
te hodie in visu pugnantem pro me et
vincentem dyabolum Tunc vir sanctus
vocavit omnem ecclesiam monuit ut ora-
rent pro eo illa nocte Apprehensum quoque
puerum ducebat in ecclesiam Quem etiam
dyabolus invisibiliter apprehendens conabatur
rapere eum de manu eius ita ut virum
sanctum compelleret clamans contra ipsum Cui
ait Preiudicas me o basili Ego enim non
veni ad eum sed ipse ad me et ecce
manum scripti quam ego ad iudicium
fero Audiebant etiam plurimi vocem
eius clamantem populo kyrieleison Cui sanctus
Benedictus deus non deflectet populus
iste manus ab altitudine celi donec
reddas manum scriptam et orante diu
populo manibus extensis inter levato ecce
manum scripti pacientem delata ab omni-
bus visa venit et in manibus basilii po-
sita est Qui gratias agens ait puero
Cognoscis has litteras Qui respondit eas
per manum meam scripte sunt Et dis-
rumpens eas reddidit eum uxori sue
dans ei regulam decentem lxxx
De presbitero anastasio et eius lepro quos
basilius visitavit

Sanctus quoque basilius quadam
die splendore illustratus divine
claritatis sua dicens quibusdam
ex discipulis suis filii sequimini me ut videa
tis me[illegible] [illegible] gloriam et admiracionem de
[illegible] [illegible] ingrum Cognovit et sic
virtute spiritus sancti presbiter anastasius qui
habebat uxorem xl annis secum in
virginitate cohitante et ipse cottidie in
pane et aqua ieiunabat preter sabbatum
et diem dominicam dixitque mulieri sorori
sue usui Ego vado agrolam Tu sur
ge et orna domum et circa horam nonam
thuribulum et cereos accipiens vade
obviam sancto basilio archiepiscopo venit
enim dux in domum peccatoris Quod cum illa
cum veneratione et timore fecisset dedit
presbiter data ei benedictione ait Quis hec
dixit theogenia que ex parentes invo
cacione nomine suum dixit Huc sancte dei
Qui ait ubi est dominus anastasius fra
ter Que videt domine vir meus est et
abiit agrolam Qui dixit in domo tua
est Expavescens mulier in his verbis veni
dit in terram clamans Sancte dei
ora pro me pro me peccatrice quia magnas
et admirabiles miras vides causas Et
faciens super eam oracionem coram omnibus
ait Extende pannum inter brachia
tua et cum extendisset iussit eum
effundi carbones de thuribulo in pannum
et supponens in censum ambulabat
precedens eos venientibus quo in domum
presbiter obviavit et ipse et osculatus
sancti pedes ait unde michi ut veniat
sanctus dei ad me Cum quoque abissent in
ecclesiam iussu archiepiscopi presbiter ad sanctum
ministerium sancte [illegible] tit et dum ministraret vidit
sanctus basilius et quidam de dignis tipe
exaltacionis corporis divina spiritu sanctum
descendente in specie ignis et circumdante
presbiterum et altare Cum quoque communicassent et
ad domum redissent accipientibus illis
escam dixit ei sanctus basilius Enarra
michi unde tibi thezaurus iste et que
est vita tua Qui dixit Ego peccator
sum subditus tributis publicis habens
iugum boum duo unum administracioni
pecuniorum Alterum administracioni vectiga
lium et est coancilla mea mulier ista que
ministrat pauperibus et michi Dixit ei
sanctus voca eam sororem tuam sicut et
est et enarra michi virtutes tuas Qui
ait non habeo quidquid boni et alicuius
sum abonum virtute Tunc duxit eum sanctus
ad ianuam cellulis domus et dixit ei aperi
michi hostium Qui cum nollet aperire di
cens esse non domus Sanctus aperuit illud
sermone et introiens invenit ibi leprosum
pluribus corporis membris defluxum Dixit
quoque presbitero Cur noluisti occultare thezaurum
tuum istum Qui dixit vere furiosus est et inin
riosus Ideoque timui ne forte laberer in ser
mone Cui ille bene in illum certasti Quoque sine
me nocte ministrare ei ut ego mercedem re
cipiam Tunc reliquit sanctus dei in cellula
cum lepros clauserunt quoque hostium At ille to
ta nocte faciens pro eum oracionem sanavit
eum et ducens rursus est in civitatem etc.

lxxxi De operibus sancti basilii et de qua
eius Ieronimus de illustribus viris

Basilius cesaree capadocie que prius
mazacha vocabatur episcopus egregius
contra cinonium elaboravit libros
de spiritu sancto et in exameron Omelias viii
et alios breves aliosque tractatus Auctor
De libris sancti basilii hic aput nos tan
tum hos repperi in examerom libros ix De insti
tucione monachorum regularem libro uno De libri
quidem examerom multa opera in opibus in
diversis locis excerpsi De institutis autem
monachorum ad edificacionem legencium et ipsius
beati viri sanctitatem atque prudenciam in note
scendam hic in loco quedam illa breviter
inserere volui Basilius in regula sua Ea que
nobis inserta sunt si recte ac competenter mo
veamus in opus hoc est secundum virtutem vivere Si
non hec beneficia corrumpamus hic est in mali
ciam vergere Est quo mali diffinicio ista
non recte uti motibus animi adeo nobis insitis
Virtutis autem diffinicio eisdem motibus recte
uti secundum mandatum dei et secundum conscienciam
Igitur affectu quodam naturali constringimur ad
omne quod bonum putamus Sed et erga
carnis nostre propinquos nullo docente in amore
constringimur et hiis quoque quorum beneficia acce
pimus omni affectu et officiis copulamur
et tam bonum quam deus ineffabile prius
ego sencio amorem dei et quam sentiri
magis quam dici possit quia quod deus
in nobis virtutem semina seminavit sine
dubio horum eciam fructum requirit lxxxii
de laude vite solitarie et communis etc.

Plurimum autem prodest ad servandam
dei memoriam secretius et re
motius habitare licet cum hiis
qui neglicencius agunt vivere Accidit
enim hic ut respiciens animam ad multitudinem
nequiter viventium primo quidem impediatur
ne malorum suorum capiat intellectum et

possit que deliquit propriam purgare vel
causas culpe viciorum emendacione recidere
quia in persone pessimorum aliquis iam magnum
se estimat profecisse / Deinde impeditur
conturbacionibus et occupacionibus quas
communis vita hominum habere solet. Verumtamen
multas etiam video vniuersale esse commu-
nem vitam ducere cum hiis qui eiusdem vo-
luntatis sunt atque propositi plus quam soli-
tariam. Primo quia etiam adversus corporales
virtutibus instructum vnus frequenter solus non sufficit.
Sed in bonorum opera vita indigemus. Secundo
nec racio caritatis permittit quod suum tantum querere.
Deinde nec culpas suas aliquis facile
cognoscit cum qui arguat nemo sit. Iuxta
Bernardum autem suum delinquenti delictum suum
facile apparet. Cum a pluribus arguitur vel
vocitur sed et adversus insidias demonum
multo cautior est et utilior societas plu-
rimorum quam solitaria vita. Inquietudinis signum
est inordinatis et inpropositis motibus
agere cursum cum utique subiciendo tantum in-
letitia mentis oporteat meditari. Indecorum
est cum trepidante cum sonitu elevare
risum quod pertinenciam mentis auferre
solet etiam in bonis que res grauitatem et
constanciam ac emollire ac resoluere so-
let. Naturale est tibi desiderium quoniam
quia corpus humanum semper exolescit
et defluit ideo repleri indiget cibis
ac reformari. Si quid ergo illud est quod
potest vel brevius vel facilius hanc explere
necessitatem corporis id pocius michi eli-
gendum est. Sed et quecumque manifesta
infestam inferunt noxiam corporis
devitanda sunt. Absurdum enim videtur
propter sanitatem corporis cibum sumere et rursum
propter ipsos cibos corpori perniciem inferre.
Oportet tamen omnimodo illis uti cibis qui et
facilius et vilius comparantur ut non occasione ab-
stinencie [illegible] preciosaque ac delicatiora
sectari. Dum suauitate condimentorum illecebras
natura cibos in summum et delicatum saporem
conantur extollere. Vestimentum autem nobis tale
eligendum quod possit nuditas operire et
nos frigoris atque omne quod extrinsecus
ledit arcere. Tale etiam quod nobis in usu
exhibebat longiorem ita tamen ut nullo
ledatur regula voluntarie paupertatis ordo.
Denique ad omnia nobis possit sufficere et in
die honestum appareat et in nocte necessitatem
expleat velud autem quidam pedagogus
est inferius habitus ipse religionis ut re-
ligiosos eos ab opere inhonesto indecenti-
que custodiat. Non enim similiter turpe est

in quolibet alio si inhoneste quod agat sicut
in hiis qui vitam sobriam etiam in ipso habitu
profitentur. Cum humilitate debet quis a fratribus
obsequium suscipere sicut ipsius a domino suscepit
petrus apostolus. Iniquus etiam est et simul
docentium periculum qui noluit recipere
suum obsequium. lxxxiiij de ypocrisi et
veritate vite et obediencie sequitur

Interdum quid potest esse mali cordis bonitas
simulata. Bonum autem cor malum non potest placere.
Anima dicit Apostolus prudentes bona cor-
am. Unde ergo est gaudium in domino. Cum secundum
mandatum dei gerimus vel in gloriam dei
agimus vel pro nomine eius gaudentes pati-
mur vel aliis recte agentibus congratulamur.
Manducat quis et bibit in gloria. Si in mensa
semper habeat deum a quo pascitur. Sed et
anima et corpore confitetur per singula se
et gratias agere et non securum manducare
et quia operarium dei ab ipso refici oportet ut ad
laborem vel complecionem sufficiat mandatorum.
Vanus autem apparet is qui omnibus hominibus
vult placere. Cum presentibus quidem hiis qui
laudare possunt agit aliquid boni operis
nullo autem tali presente vel etiam hiis qui vi-
tuperare possunt astantibus segnius est
et pigrior in opere. Si enim deo placere vellet
utique et omni loco idem esset et idem
gereret. Parua instare ad rem enim hoc quod
ei iniungitur renuit et aliud querit
multorum causa malorum efficitur tamen quia
certus quia et ad dictum contradictionis plu-
ribus aperit et seipsum ad contradicendum
inpingit. Si autem racio est aliqua qua
sibi recte excusare videtur exponat
hanc ipsam ei qui preest ut ipse probet
si excusacione dignum est quod allegat. Enim
autem obediendo murmurat infidelitate
egrotat et certe spei fiduciam non gerit.
Deterius qui arte sua aliquid facit
manifestissime morbo superbie detinetur.
Sed omnino illud suscipe quod ab hiis qui
presunt iniungitur. Enim autem fidelis et prudens
dominum diligit et certus est de retribucione
domini non putat sibi sufficere ea que sibi
iniunguntur sed semper ultimus augmenta
operis querit etiam si supra vires suas
videatur esse quod facit. Omne autem
quod ad religionem pertinet si committitur
et non ex proposito ac devocione fiat
periculum generat. Si quis suum vnctus
noluit accipere aliquid eorum que ad usum
prebentur dignius ut etiam si queratur
non accipiat nisi prebet is qui preest
qui cum viderit vicium animi curatum

Tunc etiam quod corporis usibus necessarium
est prebeat pauperibus venientibus
ad hostium et petentibus non dz unicuique
panem vel quodlibet aliud porrigere.
Si ista autem dispensatio in mensura est et con
sideratione debet hic fieri. Si quis autem
preter voluntatem eius facere hoc presumit
tamquam inquietus et indisciplinatus conferi
tur usque quo discat loci sui ordinem cu
stodire. lxxxiiii De opere et psalmodia
ceteris que documentis religionis etc.

Qui operantur in monasterio utensilibus
eius debent uti sicut vasis dei
vel deo consecratis. Cum autem
contempnunt ut sacrilegus iudicandus
est. Si quis autem ita intendit in singula
verba psalmorum sicut gustus intentus
est ad discretionem saporum ciborum ille est
qui implet quod dicitur psallite sapienter.
Ille autem cellarii cura commissa est erga
eum qui preest meminisse debet dum dicitis
non possum aliquid facere quodque. Addictus
vero eius quod scriptum est dividebatur
unicuique prout opus erat. Illum qui preest oportet
diligenter discutere ad quam partem aptus
sit unusquisque et ita iniungere illud quod
cuique est operis vel officii ut nec illi qui
iniungunt conscientie ipso condempnetur quod non
aptum alicui officium iniunxerit et inve
niantur mali esse dispensatores sive animarum
sive mandatorum dei. nec ipsi quibus
iniungitur occasione peccati consciencie videantur.
Ille suscipit regnum dei ut puer qui
talis est ad doctrinam domini qualis puer
in discendo qui nec contradicit doctoribus
nec renues et verba componit adversus eos
resistens. Sed fideliter quod docetur suscipit
et cuncta obtemperat et acquiescit. So
lum ad solam quod attendere ulla religio
ratio permittit nec quilibet passim sed
certus quis et certo tempore et certo
in loco et certis personis aperire et loqui
debeat ut excludatur omnis nefanda
suspicio. Cum quamcumque dei gratiam detinet
in suis usibus et non ea ad aliorum
utilitatem utitur ita tamquam occultati
talenti crimine condempnatur. Non probari
potest utrum quis arguat peccatorem ex
affectu pietatis si cum ira hoc agit
et est in eo illud quod dicit apostolus Si
quid patitur unum membrum etc. In deum
si omnino peccato suo affligitur et constringitur
erga omnes qui peccant. Et si iuxta
sententiam evangelii mittit se et ipsum solum
cum arguat. Actor. hic de dictis sancti
basilii ad opus sufficiant. lxxxv De Gre
gorio nisseno fratre sancti basilii et de scriptis

Fuerunt autem eius. Rufinus xi li.
basilio duo fratres gregorius et petrus
quorum alter verbo doctrine alter moribus
fratrem ita exequabat ut vel basilium
vel gregorium redderet. Extant etiam ipsius
gregorii multorum aliqua opuscula locule
ta. Ieronimus ubi supra. Gregorius emisene
episcopus frater basilii texaieus ante paucos
annos michi et gregorio nazanzeno contra
eunomium legit libros qui et multa alia
scripsisse et scribere dicitur. Actor. huius
gregorii fratris basilii liber est de ymagine
i. hominis conditione quem edidit in
supplementum exameron ipsius basilii
dum tunc liber satis legendus est preter quas
dam notulas philosophicas intermixtas hic autem
pauca de infirmitate simul ac dignitate
hominis excerpsi libro breviter. Gre
gorius nissenus. Nudus quidem naturalibus
tegumentis inermis etiam et inops
omniumque necessarium egentissimus homo
in hanc vitam producitur qui magis id quod
cunctur miseracione potius quam felicitate
dignus esse videatur. Non cum armatura
productione cornuum non unguium vel den
tium munitione ullatione munitur. Nec aliquo
aculeo letiferum infundit virus omnibusque
rebus pluraque ferarum atque serpentium
et innatione sui naturaliter instruuntur nec
pilis corpus obtegitur cum oporteret
eum qui ad aliorum preponebatur imperium
propriis armis naturali presidio vallari ne
ad custodiam sui aliorum adminiculis indi
geret. Nam leo quidem et aper et si quid
simile est sufficientem per salute sua virtute
naturali possidet et tygris cornua sunt
et paritas lepori cervoque saltus et certus
intuitus et aliis alibus magnitudo
et ceteris preminens officium et apibus acu
leum. Cunctisque prorsus unum quod naturale
presidium constat esse collocatum. Solus
autem homo omnibus creditur desti
tutus et hiis quidem qui currendi
velocitate preminent pigrior. Illis autem
qui mole corporis eminent tenuior. hiis
etiam qui naturalibus armis excellunt de
spectior esse cognoscitur. et quis dicet ab
omnium eorum talis sortitus est principatum.
Sed ad hoc nichil arbitror esse difficile
demonstrare quia pro quod nunc inde decere
creditur. certa datur occasio quia subditorum
omnium conquatur. Nam si huiusmodi adminicula
corpori suo naturali attributa haberet primum

quod bestijs similis existeret et occupati
one ipsa difficilis appareret deinde in
alios exercere ducatum conuenit quorum
nullus prorsus adiutorijs indiget Nunc
autem in singulis que nobis mancipantur
usibus vite nostre diminuit ut nostris
meis hec participatum videamur Nam
corporis nostri tarditas et admotum ce
lerem difficultas quorum nobis adhi
bere prudenciam fecit que et animis la
naturis redditibus ea que nostra deerant
supplementa prospexit Equus quoque ca
nis que ad [illegible] vitam necessaria sunt
iumenta nobis [illegible] subiecta sunt
Arma enim et morsu indigebamus et den
tibus ad cohibendas ulcione bestias
id quod nobis defuit tamen natura
suppleuit pro cornibus et unguibus for
tius ac penetrabilius ferrum ab hominibus
inventum est lxxxvi De sancto effre(m)
syro Amphilochius de vita basilij (capitulo)

POnis sanctus effrem syrus cum
esset in heremo audiens opera sancti
basilij sine intermissione postula
bat sibi qualis esset reuelari In ex
tasi ergo factus vidit columpnam ignis
cuius caput ad celum pertingebat et
uoce desuper dicente audiuit talis est mag
nus basilius Et continuo accipiens inter
pretem venit cesaream In festo autem
epiphanie intrans clam vidit prede
ctum incedentem magnum basilium in sto
la candida cum clero candidissimo et ait
sequenti se in vanum laborauimus ut
suspicor frater Iste enim in tali ordine
cum sit non est qualem adhuc vidi et pro
cedente eo stans in loco certe occulto
dicebat secum nos qui portauimus
pondus diei et estus nichil consecuti
sumus et hic cum sit in tali stipatione
et honore hic autem columpna ignis est
miror Hec eo loquente iussit sanctus
archidiaconum suum dicens vade circa
portam occidentalem et in angulo
ecclesie inuenies abbatem hirutum cu
cullam cum altero quodam pusillo
et voca eum ad me Cumque beatus effre(m)
didicisset per interpretem que dicebantur
Dixit errasti frater nos peregrini sumus
et abiens archidiaconus retulit hec archiepiscopo
Cuius sacros libros legente audit sanctus
effrem grecam linguam loquentem
pos eius archidiacono vade et dic ei domine
effrem intra presbiterium Obstupescens
suis nuncijs et genuflectens ait Ve

ve magnus basilius ve columpna
ignis et ve spiritus sanctus loquitur per eum
Postulauit autem archidiacone excu
sare se et ut magister post missam in se
cretario salutaret eum Intrans itaque
post completionem misse basilius in secre
tarium salutauit eum dicens Bene
venisti pater filiorum heremi qui multipli
casti discipulos christi in ea et demones
eliminasti videre hominem peccatorem Deus
det tibi mercedem secundum laborem tuum
Cum ille cum omnia que in corde suo erant
protulisset de manibus eius communicauit et fa
ciente eo caritatem rogauit eum adeo
postulare ut loqueretur grece Cui ait
Super virtutem meam postulasti Sed quia
fideliter petisti veniam postulemus deum
qui voluntatem timencium se faciet etc.
Cumque sic ordine surrexissent dixit
ei sanctus basilius Cur non accipis ordinacionem
presbiteri quia decet te Cui ait quia
peccator sum et iacentibus eis in humo
posuit sanctus manum in effrem et dixit
que sunt dyaconi Tunc sanctus effrem
greca lingua dixit suscipe salua misere
re et custodi nos deus tua gratia letati
sunt autem spiritualiter pariter dies et ordina
vit sanctus basilius interpretem dyaconem
Ipsum non presbiterum dimisit eos in pace glo
rificantes deum lxxxvii De libris
sancti effrem Ieronimus de illustribus viris

Effrem edissene ecclesie dyaconus
multa syro sermone composuit et
ad tantam venit claritudinem ut
post lectionem scripturarum publice in qui
busdam ecclesijs eius scripta recitentur
Legi de spiritu sancto grecum volumen
quod quidam de syriaca lingua uerterat
et acumen sublimis ingenij et iam in
translatione cognoui decessit sub valen
te principe Actor Huius vij opuscula
extant apud nos scilicet de prima delecta
cionibus seculi / de compunctione cordis / De
beatitudine anime / de resurrectione / de die
iudicij Ex quibus multa operibus nostris
inserui ut autem eiusdem sancti viri
prudenciam ac zelum intelligas
inde equaliter in libro de compunctione cordis
deploret simul et arguat corrup
tionem humanam generis Effrem in libro de com
punctione cordis Nemo est mitis atque
humilis non est amictus non est firmus
stabilitas Non est qui in iniuriam pro
pessus sufferat non est qui maledic
tam et sustineat suis fratribus

ad amaritudines perpetuas. Omnis pigricia torpentes in manus glorie cupidi omnes seipsos amantes plus quam subiciantur. quis vult habere subiectos aut qua misericordia instruere usurpat. Cum auctoritate quadam insolentem moribus imperat exterior aut ornatus vestimenti indicat quia ea que terrena sunt sapimus et pro studio clarioris amictus aeterna claritate indigni esse demonstramur. Hinc sepe renunciasti fame et virtutum regem sclarem requiris. In tribulatione vocatus es et tu refrigerio penitenciam in meditate et studium vestium adhibere contendis. Iusti et sapientis vinum bibere delectaris. Ad angustias quoque vocatus es et inhercia sompni repleveris ad flendum et lamentandum et tu cachinnos risus effundis. In subiectione et contradictionis in mansuetudine et humilitate et tu superbus et elatus incedis. in caritate et fratrem odis. Cum adversus proximum tuum tristis ambulas cuius honus portare debueras. Cum iugum Christi bonum et suave sit tu tuam ignaviam quasi durum et grave atque importabile detrahis et murmuras. Amator hominum benignissime adiuro te per miserationes tuas ne me tu odis a sinistris statuas ne dicas michi nescio te. Meam et si peccator sum. Cum ad ianuam tuam pulso ingredi et si pigerrimus sum et merorosus actum meam tuam incendo accendat dilectione cor meum quasi in plenam flamma caritatis tue et devoret spinas et tribulos pessimas cogitationes meas et tribue michi copiosam quia deus hominum graciam tuam venite ... negociam quo ad usque nundine celebrentur. Scelar homo in occupationes contendit ut potest qui in seculo colligatus. Nos autem quid dicemus qualem si neglexerimus excusationem habebimus. Timendum est ac tremendum ne forte qui nos hic constitutos laudibus efferunt illic nos deridere incipiant et qui nos hic beatificant illic nobis insultent. Amator hominum benignissime legio ante gregem porcorum absque clamans postulaverunt et dedisti eis. Ego autem cum fletu et gemitu supplico bonitati tue libera me ab iniquitatibus meis et fac me participem latronis ipsius qui per verbum unum confessionis heres paradisi effectus est. Gloria patri qui fecit nos et filio qui salvavit nos et spiritui sancto qui renovavit nos. lxxxviii

De sancto gregorio nazanzeno Rufinus

Gregorium autem capadocia // xi libro nobilis cum basilio genuerat. Ambo nobiles ambo athenis eruditi ambo collegae ambo de admirationis digni ad profitendam rethoricam rogabantur. Quod opus magnifice implebat basilius Gregorius vero magnificencius contempnebat. Cumque tamen se totus dei studiis mancipasset tanto de collega amore presumpsit ut sedentem basilium de doctoris cathedra ... deponeret ac secum ad mo... manu iniecta perduceret. Ibique per annos ut aiunt xiii omnibus grecorum secularium libris remotis solis divine scripture voluminibus operam dabant eorumque intelligenciam non ex propria presumptione sed ex maiorum scriptis et auctoritate sequebantur quos et ipsos ex apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat. Quorum precipue in propheticis voluminibus ... thezauros sapiencie et sciencie reconditos in vasis fictilibus perquirebant. Verum cum iam ipsi sufficienter instructi divina dispensatione ad imbuendos populos vocarentur et alius alio itinere ad idem tamen opus veteret traheretur basilius ponti urbes et rura circumiens desides gentis illius animos et parum de spe futura sollicitos stimulare verbis et predicatione succendere cepit. Gregorius vero bona terre cordis sui ingenti extollebat et multo amplius quia in semetipso quam ille in ceteris proficiebat. Siquidem ille que renunciantes seculo deferebant ad pedes suos et dividebant ut cuique opus fuisset curam gerebat iste nichil habendi et omnia possidendi contentus pauper erga solas sapiencie divitias avarus et nullius cupiditatis inhiebat et exemplo sui libertatem a sollicitudinibus seculi predicabat. lxxxix

De pontificatu et doctrina eius sequitur

Igitur basilius vero post multo tempore capadocie fuit episcopus. Gregorius vero apud nazanzo oppidum in loco patris episcopus subrogatus hereticorum turbinem fideliter tulit. Reddita vero pace constantinopolim ad ecclesiam docendam venire rogatus non abnuit. ubi brevi tempore tantum ad eruditionem populi vetustis hereticorum infectum inveniens profecit ut tunc primum dari sibi fieri viderentur et novellam lucem veritatis aspicere. Cum religiosus doctor multa quidem verbis nobis plura tamen docet exemplis nec videntur secus

discipulis aliquid imperaret quod non prius
ipse fecisset Sed ubi gloriam contentam in
vidia et obiecta quidem et persecutionibus
nimis sanus uti cepe ut ipso ad propria
remeante alius ordinaretur episcopus Quod
ille suspicatur tantum et subdente sen
tencie turbari ipse proferret ut nullus ei
dicere auderet Absit inquit ut mei sitte
causa aliqua simultas inter sacerdotes
oriatur Sed propter me est ista tempestas
tollite mittite me in mare et de
sinet a vobis quassatio Tunc ingressus
ecclesiam suam quam susceperat inter tempus
exegit et cum fessa iam etate et corpore
invalidus esset successorem ipse delegit
quo ecclesiam gubernante debilitatis et
senectutis ocio fruebatur. xc De libris
eius et fuga cure pastoralis. Ieronimus
Gregorius nazan[zenus] de illu[stribus] viris

Gregorius nazanzenus episcopus vir eloquentissimus
preceptor meus et quo scripturas
explanante didici ad xxx mi
lia versuum omnia opera composuit ex quibus
ista sunt de morte fratris cesarii lau
des machabeorum laudes cipriani laudes
athanasii laudes maximi philosophi post
exilium reversi Quem falso nomine quidam
honoratum superscripserunt quia est et alius
liber invectionum eiusdem maximi continens
quod non liceat eundem et laudare et vitu
perare pro tempore et liber examentro versu
virginitatis et nupciarum contra se disseren
tium adversus eunomium liber unus de spiritu
sancto liber unus contra Iulianum imperato
rem liber unus Secutus est autem polemonis
dicendi caracterem vivoque se episcopum ordi
nans vivi vitam monachi exercuit
decessitque ante hoc fere triennium sub the
odosio imperatore. Actor. Hic scripsit
apologeticum quem quidam in latinum
ruffinus in prologo eiusdem scribit credo
iste gregorius signaculum castitatis
integrum custodiens cum philosophie stu
diis adhuc iunior apud athenas
floreret vidit per soporem sedenti sibi
et legenti duas satis decoras
dextra levaque feminas consedisse Quas
ille castitatis instinctu oculo torvio
re respiciens quenam essent et
quid sibi vellent percunctabatur At ille
cum familiarius amplectentes eum
ne moleste accipias inveniis noti
tibi satis et familiares sumus Altera
enim ex nobis sapientia altera castitas di
et iussi sumus tecum habitare quia

iocundum satis et mundum in corde tuo
habitaculum preparasti Deinde cum ob exercitium
litterarum perfectum atheneis ut oratoriam
doceret constringeretur fuit tum navem ingressus
abscedit in mari quam tempestate vexatus
deo famulum se vovit et ita fecit Cum
autem a patre episcopo nazanzenum esset subro
gatus hoc egre ferens discessit ad tempus
postmodum non regressus scripsit apologe
ticum in libris duobus causas discessio
nis sue vel eciam reditus allegans
postquam etiam defuncto patre suscepit
episcopatum apud nazanzo breve oppidum
et inde post tempus valentis arriani
tempora katholica exterruissent ecclesias
constantinopolim ad instituendam ecclesiam
vel docendam turbam exhortatus est
ut vz supremus deum Ibi quoque episcopus con
stitutus docuit ubi et Ieronimus sacrarum
scripturarum studiis ab eo se eruditum se
dicit Causas quidem sui discessus quas
in apologetico exponit hic inserere no
lui ad eius humilitatem atque prudenciam
declarandam simul etiam ad quorundam
presumptuosam ambicionem confundendam
qui dignitates ecclesiasticas non solum
humiliter non fugiunt Sed et importune
se ingerunt xci De apologia eius
super fuga predicta Gregorius nazanze
nus in apologetico libro secundo

Illius perturbationis mee causa qua tam
quam pertinacie contra vos et soluta
verecundia que semper dissolubilis mihi
comes extitit cum imprudenter restiti
sunt repentina superventio sicut tonitrus
repentinus increpuit turbatur subito
timore perculsi deinde recordatio que
tis ac silencii mei Cum hoc iudicium mi
chi impedire quod animas inter mee
dilexi et in maximis periculis deco
nomi Nichil enim vera michi videbatur
homini perinde ad beatam vitam quam
clausis carnalibus sensibus extra
carnem mundumque esse atque per plana
in semetipsum conversus Aliena autem mor
talibus curis esse sibi soli deo
loqui ut cunctis visibilibus altior
factus mentem suam divinis sensibus
repleat et celestibus formis absque
admixtione terrena ut speculum
inmaculatum efficiatur ymaginis dei
et ex ipsis lucis per lumen accipiens
auspicia quedam vel imaginaria futuri
seculi in eo ferens atque in terris adhuc
positus consorcio angelorum quodam

perfruens despecta atque derelicta fragi-
litate terrena ad superna spiritus sancti superne
cione transferri. Si quis forte utrumque his
comodi amoris ardorem aliquid sen-
sit sciat que dico et loquor agnoscit
sed quibusdam in medio languor iste
iudicandi impedit sensum et opi op-
timo nomine infligunt viciosum philo-
xenodoxiam notantes et periculosam
sapientiam ac studia iactantie oppositionibus
infamantes pacior enim et imperitorum
turba addo tamen bonis studiis quam
admittatur ut sic eos tenent genere
delatorum et manifesta ac publica
mala non vitant et occultis ac recon-
ditis bonis non credunt. [illegible] quorum
de quibusdam quos vidi meis penitus
ad emendacionem vite sue pertinentis gra-
ve et immundis pedibus sancta statim
irruere et primo suo aditu ac ia-
nuis indigniti convenit ad tribunal co-
tinuo tendere atque ad sacerdotum festina-
re ac repulsis ceteris ipsi sacris altari-
bus incubare ita ut secundum antiquum
proverbium merito dicatur quod Saul inter
prophetas quamvis autem perdifficile sit regi
id est regenti se obtemperare multo dif-
ficilius est sacre alios regere cum sicut
regimus quanto spes et gloria maior est
tanto periculum gravius quippe quantibus
intellectum. Verum et si quis est in tanto
maiorum morbus facile invenies qui ad
obtemperandum parato sunt et transfundit
et multo facilius quam malum est ab eo tra-
hi quam si quid in eo virtutis et in-
dustrie fuerit. Nichil enim est tam
facile quam fieri malum et si nemo
doceat vel compellat per difficile autem
est fieri bonum paratum sumus ad recipiendum
malum quam plurimum velud si arde-
stipule quis scintillam ignis iaciat
que insuper ventis etiam inspirantibus
animentur velocius quam in aliene pru-
scintilla consumitur quam virtutis igni-
bus vel accendi vel etiam concalescere
possumus. **xvii. De piculo et cautela cure pastoralis**

Vere cavendum est autem ne in veniam
compulere et virtutis decore pic-
tores quidam pessimi pro aliis
pictoribus id est plebei que ad eam debent
in semetipsa depingere imagines eius
pessima habentes dira vel ceteri ne
accidat nobis res usitati pro nobis ut
qui ad alios curandos pessimus inve-
niamur ipsi scatentes ulceribus Verum
non sciat et malum non esse eum cui do-
cendi summa committitur quod utique culpabile
et dedecorosum est etiam hiis qui docent
sed oportet eum omnibus bonis esse preditum.
Numquam etiam putare debemus aliquem
nobis sine bonorum fama autem perficienti te-
positum nec ita ad lucem deducenda
sunt que recte a nobis gesta sunt quasi
detrimento computanda que non dum im-
plere voluimus et ascensus quidam nobis
putandus est vita hec quo nichil restet
consummasse quam ascenderis nisi quod restat
cura sed nec nosmetipsos ceterorum colla-
tione metiamur ut magnum aliquid esse
putemus si forte aliquibus prestanciores
inveniamur sed dampnum pocius illud
arbitremur si non nos digne loco et gradu
nostro gerimus et si qua a nobis geruntur
non cum negligenciam compone sed cum precep-
ti auctoritate pandantur. Non oportet autem illos
qui preerunt vi vel necessitate subiectos constringere
et racione et vite exemplis suadere quia
omne quod extorquetur invitis cum eo
quod tyrannicum videtur nec perseverare
quidem potest. Solet enim redire quidquid
violenter attrahitur sicut novelle arbores
si quis tamen inclinaverit relaxata
virgulis in quod fuerat redit. Quod autem
ex proposito et voluntate sit tam liberum
est quam etiam validissimus per vinculis
ipse voluntatis astrictum reddit. In ve-
rbis artem esse et disciplina disciplinarum
hominem regere vel imbuere qui per certe
est et inter omnes animantes maxime et mo-
ribus variis et voluntate diversis. Vo-
bis qui preerimus summum studium esse vincere
eos qui carnaliter amant ut illos
nolunt nobis cedere adversus semetipsos
dimicantes ita sunt nobis velum adversus
eos per quibus militamus dum unusquisque
tantum studii gerit in detegendis et occul-
tandis morbis peccatorum quantum oportebat
gerere studii ad egritudinem medico ostendere
dam alios quemeat totum omnibus ar-
guit quia maxima scelera contempse-
runt alios scelera quorum quia pub-
lice concepti impudenciores sunt aliorum
quem omnia diligenciamus observari et
usque ad minimum discuti eorum. Precipue qui
dum mala quadam arte sua celari
se putant adversum ceteros erigunt
et inflamant. Aliorum autem omnes non ulla
preire et videntes tamquam non au-
disse nec ad contemptum ultimum veniat

prevaricationem qui fortassis erubescunt culpas extendere ac multiplicare donec eas ignorari putant audaces vero et precipites efficiuntur cum eis ultimum emendationis atque unicum remedium interrupta fuit verecundia. De eodem.

Denique prophanum scio denique et scelerum gubernacula continere et preesse ceteris et regere alios cum ipse recte regentibus obedire non didicerim. Supra me esse negocium duxi precipue nostro tempore in quo videmus quos homines huc et illuc agitari ac perturbare omnia ut nichil esse melius videatur quam fugere e medio et latere. Hostia quidem bella non metuo preter istam bestiam que nunc insurrexit ecclesie idest Iulianum apostatam presertim in quo est dyaboli plenitudo licet ignes inducat licet gladios intendat et bestias licet omnibus qui ante se fuerunt persecutores crudelitate excedat licet nova suppliciorum genera exquirat unum michi est ad omnia stare in medium una victoria libenter mortem pro Christo suscepisse. Ad intestinum autem bellum victorum quid agam nescio que in auxilia opem quod donum spiritus sancti invocetur armis spiritualibus adversus dyaboli astucias me tuendum. Ego quidem invalidissimum me esse ad hunc pugna fateor et post ea me terga dedisse confiteor et velans confusione faciem meam singulares sedi quia amaritudine repletus sum tace quesum intelliges quod tempus malum sit. xciii. Qualiter debeant xpiani sollempnizare. Idem in sermone de natali domini circa.

Diem festum celebramus non humane devotionis sed divine dignationis non eorum que ex mundo sunt sed eorum que supra mundum sunt propter quod nequaquam postes et ianuas coronemus nec plateas et compita porne(?) nec tauda(?) choros statuamus ut aures sonis ineptis delectemus nec gustum illecebrosis saporibus irritemus nec tactu male perpetrata contingere concedamus nec delicatis vestibus ac fluidis resolvamur nec ornamentorum splendore gloriemur non auri fulgore nec colorum fucis fallentibus rapiamur. Nec altis thoris tapetibus ornemus non serico tentoria nec vini pegma nova requiramus nec cocorum nova et exquisita gratia ventri et gutturi serviamus nec terra et mare multi precii nobis secreta conferant. Hec enim Romanie vir honorande delicie non alio altum per incontinentiam vincere studeat. Michi enim ingluvies est quicquid plus est quam sufficit aliis esurientibus et indigentibus qui ex eodem luto atque ex eadem massa formati sunt qui potius fratres quam gentilibus concedamus. Illorum sit talis sollempnitas qui etiam deos suos istiusmodi carminis et ceteris putant indoliis delectari. Illi convenientem sollempnitatem dignam ventris dissentiente celebrent ut pessimorum demonum et predicatores et cultores nequissimi. Nos autem qui delectari ex verbis dei delectemur et delicias nostras in lege dei meditatione et intelligentia requiramus ut pro sollempnitatis ratione delicie nobis causa convenientis efficiantur. xcv. De laude vite monastice. Idem in sermone de monachis.

Posui ego ori meo custodiam et labiis meis silencium dedi. Cum quidem videam consequens esse prius opere philosophie purgari mentem debere et ita demum aperire os et attrahere spiritum atque eructare verbum bonum et loqui dei sapientiam perfecte inter perfectos desiderabam videre sanctum illud psallentem chorum gloriam deo incessanter offerentium qui in lege domini meditantur die ac nocte et exultationes dei in gutture eorum qui exemplum et quidem melior vite ceteris omnibus vivunt legis quoque dei et ewangelii Christi taciti predicatores in quibus ipse quoque Christus prefert virtutis insignia hirsutum caput intonsis et horrentibus comis et quantum sufficit ad tonsis pedes nudi et apostolicis similes indumenta vilitas arrogantiam seculi superbiam que condempnat. Zona ipso sui neglectu preciosior pars quod cohibetis vestimenti quantum cura gravi non sinat incessus ordinatus oculus non oberrans nusquam ridentes sed placide subridentes et magis ut in temperantiam risus cohibeant et subridendo confirmant. Sermo cum re placitus aut silencium verbo preciosius laudando non minui. Sed quantum ad exhortationem sufficiat non adulationem. Increpatio cum laudatione preciosior ac tristicie et leticie mensura mixtura

et quod difficillimum est utroque temperamentum
lenitas cum austeritate, libertas cum reveren-
tia, ita ut alterum non impediatur ex altero
misceri turbis et sedere ad secretum vite
ex agentium mensura ut malis cum hominibus
mali eis deo iungantur. Quinimmo vitam sine
criminibus vicijs agentes secretam non non
absque quum ducentes sinceritatis affectu
et que maiora omnibus et clariora sunt
in paupertate divites nichil habentes et omnia
possidentes nichil in mundo habentes
et supra mundum viventes. Quibus
labor delicie qui in carne positi contra
carnem vivunt. Quorum pars deus dominus
ipsi pauperes et ipsi paupertate reges. Ipsi in h-
umilitate gloriosi in infirmitate fortes.
Illos autem qui insanabiles sunt refu-
giamus et vitemus ne forte contagio
eorum maculemur et non tam sanitatem
nostram illis tradamus quam illorum
nos egritudinem capiamus. xcvj De sancto
ambrosio mediolanensi episcopo. Ieronimus in cronicis

Eo tempore post //
auxencium scelerum morte mediolani
ambrosio episcopo constituto omnis
ad fidem rectam ytalia convertitur. Pauli-
nus. Posito siquidem in administratione
prefecture galliarum patre suo ambro-
sio natus est hic sanctus qui infans
in area pretorij in cunabulis cum dor-
miret aperto ore subito examen apum
adveniens faciem eius et ora comple-
vit ita ut ingrediendi egrediendique
vices frequentarent. Quas nutrix
abigere volentem pater prohibens expec-
tabat prius affectum quo fine illud mi-
raculum clauderetur. At ille post aliquantum
dum evolantes in tantam aeris altitu-
dinem sublevate sunt ut humanis ocu-
lis minime viderentur. Quo facto territus pa-
ter ait. Si infantulus iste vixerit aliquid
magni erit. Illud itaque examen apum
domino iam in eius infancia operante scrip-
torum ipsius nobis generabat favos qui
celestia dona annunciarent et mentes
hominum de terrenis ad celos erigerent.
Cum autem rome esset adolescens quandam
puellam matris sue domesticam sacerdo-
tum manus osculari videns ipse ludens
offerebat dexteram dicens etiam sibi
ab ea fieri oportere si quidem episcopum se futurum
memorabat loquente in eo spiritu sancto qui
illum ad sacerdotium nutriebat. At illa ut
adolescentem et nescientem quid diceret
respuebat. Postquam autem disciplinis
liberalibus edoctus est urbe regressus est
in adiutorio prefecture pretorij ita splendi-
de causas peroravit ut a viro illustri pro-
bo tunc prefecto eligeretur ad consilium tribuendum
postea consularitatis suscepit insignia ut
regeret liguriam emiliamque provincias
veniensque mediolanum mortuo auxencio
arriane perfidie episcopo. Ibique ab utraque parte
in episcopum electus licet adhuc cathecuminus
tum penitus renuens et cum intentionem
populi illaqueatus renuere posset fugam pa-
ravit. Egressus autem noctis medio civitate
cum ticinum pergere se putaret mane ad
portam mediolani civitatis que romana
dicitur deo fugam eius impediente inve-
nitur. Cumque inventus custodiretur a populo
missa est ad imperatorem valentinianum
relatio qui eam summo accepit gaudio
letabatur etiam plus prefectus quod verbum eius
impleretur in ambrosio. Dixerat enim pro-
ficiscenti vade non iudex sed ut episcopus.
Ubi autem relationi rescriptum est baptizatur
et omnibus officijs ecclesiasticis impletis viij°
die episcopus ordinatur. Post aliquos annos ad
proprium solum .i. romam pergens ibi sanctam
puellam supra memoratam invenit. Que
cum dexteram eius oscularetur subridens
ait illi. Ecce ut dicebam tibi sacerdotis
manum osculans. Ieronimus. Eo tempore melania
nobilissima romanarum mulierum et mar-
celli quondam consulis filia unico pre-
tore tunc urbano filio derelicto Iero-
solimam navigavit ubi tanto virtutum preci-
pueque humilitatis miraculo fuit ut Tecle
nomen acciperet. Theodosius miserabilis
presbiter dum adversus quosdam furoris
sui sacrificia deo offerre audet in me-
dijs fratribus eliditur. xcvij De morte
valentiniani et de successoribus eius

Valentinianus autem subita sanguinis
eruptione quod grece apoplexis
vocatur brigitione moritur. Post
quem gratianus assumpto in imperium va-
lentiniano fratre cum patruo valente regnat
anno domini CCC° lxxviij°. Inde nos
iiij xlj°. Historia tripartita. Valentiniano
itaque mortuo anno imperij sui xj° yta-
lie milites vj° die post mortem eius
filium eius valentinianum puerum imperatorem
constituunt. Cumque imperium frater et patruus
licet ingrate quod eis ignoran-
tibus factum sit tamen postea
susceperunt. Hic natus est de iustina quam
cum secunda valentinianus pater simul
habuit uxorem hoc modo. Iustinus

iustine pr(efecto) constancii temporibus cum esset
picenum iudex vidit in sompnis quod ex dex-
tro femore eius imperialem purpuram ge-
nuisset. Que viso cum persianam venisset
ad constancium fecit occidi iustinum. Cuius
filia in tantum pervenit ad regine noticiam
ut cum ea habitaret. Cuius pulcritudine re-
gina obligata dixit imperatori quod
iustina adeo speciosa esset ut eius
amore etiam ipsa caperetur. Tunc imperator
volens accipere non cum reginam abicere
ex qua gratianus natus erat legem pro-
suit publice per civitates ut liceret vole-
tibus duas habere uxores. Tunc posita
iustine coniunctus est ex qua valentinianum
iuniorem habuit et filias tres iustam gra-
tam et gallam. Quarum due virgines
permanserunt iusta et grata. Gallam
duxit vero theodosius maior ex qua
filiam habuit placidam. Honorium
vero et archadium ex placilla priore
coniuge habuit. xxviii De impietate vale-
tis et perfecti eius in sanctos. Sequitur.

Anno valentis xv° qui fuit primus
annus nepotiani multa monachorum mi-
lia tribunos et milites cesi sunt.
Valens enim data lege ut monachi mili-
tarent nolentes iussit fustibus interfici.
Socrates in hystoria tripartita. Cum iussis-
set valens omnes katholicos ab edissa
urbe expelli quedam mulierula paup-
perum filium ferens in brachio hostio non
clauso currebat ad ecclesiam ubi omnes
catholici convenerant. Cum prefectus eis
mandasset ut nemo in ecclesia remaneret
volens eis parcere. Indignatus autem preter-
illam mulierem ait ei. Infelix quo sic
indecenter curris. At illa. Quo alii. Tunc
ille. Non audisti inquit quod prefectus
occisurus est omnes qui ibi reperientur.
Audivi inquit et ideo festino ut inve-
niar inter eos et hunc inquit puerum
cur traheris ut inquit et iste martir
efficiatur. Quo autem audito statim ille
revertens ad principem dixit. Omnes ec-
paratos ad mortem imperium non esse tantos
subitum occidere et sic a bona revocavit
principem. Theodoricus. Postea prefectus
ex precepto principis cogens eos aut
eis communicare aut in exilium ire. Cunctis
tacentibus ait dux eorum eulogius. Cun-
tates(?) nos inquit nichil rogatum
rudere(?). At ille. Non ne vobis omnibus lo-
cutus sum et quibus communicat imperator
communicare vos monui. Et ille. pastore

inquit habeo et illius nutibus obedio.
Mox prefectus lxxx eos destinavit
in traciam. Cum autem prefectus diceret
ad sanctum basilium quod pro uno verbo
quod est homousion non est tanta pre-
sumcio sustitanda. Audit basilius. Di-
vinis signatur eloquiis corrumpere di-
vinis dogmatibus neque syllabam paci-
untur. Sed pro hiis omnes mortis species am-
plectuntur. Minicias autem imperatoris
magnas cum pietate appellat. Cumque
prefectus eum vocaret stultum. Hanc in-
quid stultitiam semper habere opto. De-
mostenes autem super imperiales epulas
constitutus presente imperatore certando
cum basilio barbarismum fecit ut dignum
est super. Tunc basilius subridens
ait. Vidimus demostenem sine litteris.
Cumque ille minaretur amplius. Tuum
est inquit de pulmentariis cogitare
non dogmata divina decoquere. Post hec
imperator ita dilexit eum ut optima
predia illi daret ad opus pauperum et
leprosorum qui ab eo gubernabantur. Post pau-
cum vero tempus priorum oblitus legem
de illius exilio contra subscriptione ro-
boraret volens non potuit. Calamus
enim contritus est quod passi sunt et ii
et iii. Tunc ille tremens ambabus
manibus cartam rupit. xxix De cassa-
te monacho et angustia valentis. Sozomenus.

Iterum valente furente apud antiochiam
contra katholicos erat ibi affraates
monachus quem per plateam transeuntem
de pallacio respiciens imperator vilissimo
indutum pallio et in longeva senectu-
te properantem dixit ei. Dic inquit quo va-
dis. Pro regno inquit oraturus imperio.
Cui imperator oportebat te domi orare
secundum monachicam morem. Optime in-
quit dicis si permitteres sic facerem et hoc
ego donec oves christi pace fruebantur.
Quia vero tumultu maximo commoventur
ne captive teneantur necesse est me undique
discurrere easque ante te salvare. Hoc
audito imperator comminatus tacuit.
Unus autem cubicularius eius qui bal-
nei curam habebat aspere locutus est viro
sancto. Sed statim post verba depredicta
ut imperatori pararet balneum mente
captus in ferventem aquam descendit
ibique extinctus est. Erat autem acep-
simas in carceris cella reclusus
qui lx annis nec visus est ab alio
nec locutus est alicui. Tunc valente

antiochie furente renotauit lib themi
sty phi in quo poiauit qua ype discor
diam eccastitam si debeam esse ita in
festus cum apud paganos vltra ccc
sectarum dira videtur et vnusquisque
in sua sua pmanet et forte qr deo
potius gratum esset dum non facile
cognoscatur et diuso modo glorificatur
quis vnusquisque amplius timeat dum
integritate sue eius vel quo aut quat
vel quibus cuique sit magis ignorat Jeronimus
Eodem anno .i. valentis vii theodosius
theodosii postea imperator pr et plurimi
nobilium occisi sunt Socrates in hystoria
tripartita Eo siquidem tempore valens
nigromantiam fecit perscrutans quis
post eum imperaret demon aut in lit
teris demonstrauit t c o d Imperator autem
zelo ductus multos huius nominis occidit
putans eos tyrannidem velle assumere
Occidebant ergo theodori theodori theodo
li et quecumque has litteras incipite sui
nominis habebat Quo timore plurimi
sua nomina mutauit negantes cum
iuramento qui prius habuerant Actor
Sohat occione videtur occisus fuisse
theodosius pr theodosii imperatoris q
ius eam Jeronimus tacuit C. demorte
valentis et fine Cronice Jeronimi

Anno denique imperii sui xiiii valens
de antiochia exire compulsus sera
penitencia nos de exiliis renocat la
mentabile initiata quissime ingenio de
serente equitum presidio Romane legio
nes agochis tuncte usque ad internitionem
cese sunt Ipse autem imperator valens
cum sagitta saucius fugeret et ob do
lorem nimium sepe equo laberetur ad cuius
dam ville casam deportatus est Quo
persequentibus barbaris et incensa
domo sepultura quoque caruit Hic finit
Jeronimus Cronicam suam fluxerunt
autem ab incarnatione domini usque ad finem
valentis anni ccc lxxx ab urbe
condita m c et xxxi s sub regibus
anni et xl sub consulibus ccc lxiiii
sub augustis et cesaribus d xxvi
Ab initio autem mundi secundum hebraicam
veritatem iiii ccc xliii secundum lxx v u
d lxxviii Abhinc congo scribunt prosper
et Beda Sigibertus qui inochus ge
blacensis viros autem primus qua vltimus
peredamus Cuius constat maxime cr
tempora floruisse sanctos precibus incip
to et fine tetis ne mundi ptibus dc


quorum gestis et dictis multa iam supra po
suimus complacuit ut ad vtilitatem legen
cium intermisso paululum ordine hystorie
quorumdam quoque de quibus ad liquidum
inuenire non potuimus sub quibus fuerunt
imperatoribus in hoc sequenti libello gesta
abbreuiata comprehendamus Sunt eciam et
aliorum sanctorum quorumdam episcoporum et confessorum
vtriusque sexus qui floruerunt in diuersis
mundi partibus quorum itidem tempora
ignoramus Et primo quidem a barlaam
et Josaphat quorum actus iohannes dama
scenus scripsisse reperitur narrationis
huius exordium sumamus xxxvi
Continencia decimi sexti libri sequitur

Sextus decimus liber in illa tercii
temporis continet hystoriam de eo
gesta quorumdam sanctorum confessorum
et monachorum quorum inuenire non potui
certitudinem temporum ut barlaam et Jo
saphath zosime quoque et aliorum plurium
habet autem capitula C i De rege
auenuir et eius edicto contra christianos
ii De eius archisatrapa facto monachi
qui eum confudit iii De ortu iosaphath
et reclusione eius in pallacio iiii De eun
co regis quem ipse in dolo temptauit
v Quali consilio infirmum virum regi
placauit vi De duobus monachis mar
tirizatis vii Qualiter yosaphat a patre
obtinuit libertatem procedendi viii De le
proso et ceco et sene curuo quos inue
nit ix De aduentu barlaam ad eum
sub vmbra negociatoris x Narratio eius
de rege humili qui tunc reprehensorem
arguit xi Instructio iosaphat de cul
tu diuinis dei xii Fabula de philomena
contra cultores ydolorum inducta xiii
Admonicio facta iosaphat de perseuerantia
in fide xiiii Exortacio ad eundem de vita
perfectiori xv Parabole de vnicorne contra
seculi amatores xvi Parabola de tribus
amicis contra eosdem xvii Alia de
rege qui locum exilii sui diuicys premu
nit xviii Exortacio ad contemptum diui
ciarum xix Ad idem de illo qui contempta
nobili sponsa pauperculam duxit xx
Doctrina barlaam de deo creatore omnium et
rectore xxi Barlaam iosaphath vi
tam suam enarrat xxii Josaphat vo
lentem eum sequi barlaam reprimit
xxiii Zardan dum corde verba barlaam
audit xxiiii Cilicium et doctrine finem
iosaphat et barlaam accipit xxv Recedente
barzandan secretum regi aperit xxvi

De vano concilio arachis et insectacione barlaam xxvii Et timeo heremitarum qui ferebant reliquias sanctorum xxviii De simulacione barlaam i. nachor xxix Rex filium quod abar seductus sit reprehendit xxx Iram patris filius placare nititur cum ad arctam vitam conuertere xxxi Jos. motione prouocat et facto mendacis persone agnoscat xxxii Nachor in gelium vocatus consilio vocabitur et illaqueat xxxiii Idem contra propositum suum vera loquitur de deo et de deorum caldeorum xxxiiii De errore grecorum et egipciorum xxxv De errore iudeorum et vera fide christianorum xxxvi De fide certamus quo nachor omnes confutauit xxxvii Jos. eum secum ducit et secreto arguens gratias egit xxxviii Nachor verbis eius compunctus ad heremum conuolauit xxxix Rege circa cultum deorum vacillante theodas magus accersitur xl Huius consilio rex omnes ad sollempnitatem deorum conuocat xli Idem de Jos. per mulieres seducendo consilium dat xlii Jos. spiritu fornicationis vexatus oratione se armat xliii Puella regia cum de fornicatione multiplici colloquio temptat xliiii Jos. vacillanti de felicitate sanctorum et penas reproborum per visum demonstrat xlv Idem miseris visus egrotat et patrem se visitantem seculis arguit xlvi Jos. contra theodorum verborum tamen mittit xlvii Idem eiusdem de stulta suorum sapiencia confundit xlviii Theodas compunctus heremum possunt nachor petit xlix Rex consilio arachis regnum cum filio diuidit l Qualiter iosaphat se gessit in potestate regni et que fecit li Qualiter patrem deus visitauit lii Qualiter eum filius instruxit et de sacro fonte suscepit liii Qualiter et ipse pater post conuersionem se gessit et de morte eius liiii De substitucione barachie et fuga iosaphat lv De reditu eius et confirmacione barachie in regno lvi De fuga iosaphath in heremo lvii De temptacionibus quas ibi sustinuit lviii De inuencione barlaam lix De mutua salutacione eorum et quiete lx Qualiter barlaam obitum suum ei intimauit lxi De dormicione barlaam lxii De visione iosaphat qua celestes ei mansiones apparuerunt lxiii De obitu eiusdem

lxiiii De translacione utriusque sacri corporis in indiam lxv De sancto Zosima monacho lxvi Qualiter iubet mariam egipciacam in heremo lxvii *Egipciaca* Quod vidit eam orantem in aere sublevatam lxviii Qualiter illa cepit enarrare seriem vite sue lxix Qualiter beatam virginem apud filium suum fide districtio pro se dedit lxx Qualiter ad heremum pergens ibi penitenciam egit lxxi Qualiter narracionem finiuit et sacram communionem percepit lxxii Qualiter Zosimas recedens ad eam cum sacra communione redyt lxxiii Quod tercio rediens eam sepeliuit lxxiiii De sancta marina et eius falsa criminacione lxxv De penis quas propter confessionem dei sustinuit lxxvi De sancta eufrosina que sexum simulat inter monachos celauit lxxvii Qualiter eius pater ab ipsa nesciens consolacionem accepit lxxviii Qualiter tandem mortua eam agnouit lxxix De concordiam patrum de modo viuendi lxxx De contemptu vel amore pecunie lxxxi De contemptu carnalis affectus lxxxii De acquisicione solitudinis lxxxiii De luctu et compunctione lxxxiiii De silencio et locucione lxxxv De abstinencia lxxxvi De simplicitate et humilitate lxxxvii De paciencia lxxxviii De pace fraterna lxxxix De stabilitate et perseuerancia lxxxx *xc* De simplici sanctitate et constancia xci De fugienda inani gloria xcii De ira cauenda xciii De contemptu temerario fratrum temptatis vel lapsis xciiii De suspicione et detractione xcv *de temptacione* De temptacionibus demonum xcvi De temptacione carnis xcvii De utilitate temptacionis xcviii Adhuc de eodem xcix De remedys contra impetum praue cogitacionis De quinque .I.

De rege auennir et eius edicto contra christianos Johannes damascenus



Erat in india Rex quidam nomine auennir diues et potens et in bellis strenuus omnibus que mundialibus rebus gloriosus, pectum anima vero multis malis suffocatus

et ydolorum cultui deditus. Cumque multis deliciis uteretur unum erat sterilitatis malum quod eius leticiam minuebat et cor eius affligebat. Nam filios habere non poterat. Christianorum autem et monachorum multitudines in terra illa angelicam vitam ducentes in gratia dei proficiebant regis cultum vilipendentes et eius minas minime formidantes. Multi quoque pro christo mortem subibant eternam beatitudinem desiderantes unde et sine timore predicabant nichil aliud nisi christum docere gebant. Multi quoque doctrinam suscipiebant adeo ut quidam nobilium ac senatorum omnia relinquentes monachi fierent. Rex autem ut hoc audivit furore succensus edictum illico posuit omnem christianum coartari ut negaret fidem christi novas contra eos tormentorum species excogitans novos mortium modos eis minans. Tunc alii tormenta timentes execrabilibus precepto obediebant. Alii palam et in facie regis impietatem redarguentes per martirium vitam finiebant. Alii se in solitudinibus et montibus abscondebant. De decimo archisatrapa facto monacho qui eum confudit.

Tunc quidam regis archisatrapa qui magnitudine et forma et animi constancia ab omnibus aliis differebat videns impietatem et valefaciens huic vane glorie monachorum propositis se coniunxit et monachum deserta petens ibi ieiuniis vigiliis et divinis meditationibus intentus fuit. Quod ut audivit rex de amico perdito doluit, contra monachos autem amplius in iram exarsit. Misit itaque nuncios qui eum ubique quesierunt donec in desertis invenerunt comprehendentes tribunali regis exhibuerunt. Cumque rex in paupere et asperrimo vestitu videns dudum anachoretas consuetudine maceratum tristicia repletus ait ad eum. O stulte et mentis perdite cur honorem tuum in ignominiam commutasti nostre quoque amicitie et fiducie ipsum constitutum nostre quoque amicie oblitus et necessitudinis filiorum tuorum contra naturam ipsam insurrexisti ut quod hoc fecisti et deridendis hominibus qui dicuntur christiani te tradidisti. Hoc audiens homo dei respondit: O rex si racionem audire vis inimicos tuos eice de medio pretorii et tunc videbo tibi. Illis namque presentibus nullus ante tibi sermo redderetur. Postea vero torque occide et fac quod vis. Michi mundus crucifixus est et ego mundo. Rege autem dicente: qui sunt inimici quos de medio pellere iubes? Ait vir sanctus: Ira et concupiscentia. Ira concupiscentia in nobis operantur voluptatem et incitat. Ira nos deseviunt. Abscedant igitur ista et assideant ad audienciam dicendorum atque iudicium equitas et prudencia. Cumque rex eius peticioni annueret ait ille: Gratias ago deo per ihesum christum qui eruit me de lacu miserie et de luto fecis et ostendit michi viam compendiosam et facilem per quam nichil fragili corpore possim angelicam ducere conversationem presenti contempnendo vanitate. Cum enim omne principale bonum a nobis amputare contendis, id est pietatem et deum deserere quam dampnosius omnibus te preferens, quomodo tibi nisi committere possumus et non magis eorum amiciciam et honorem et filiorum affectum et si quid aderat negabimus. Videmus enim te ingratum esse deo qui et ipsum tibi esse et respirare prebuit, qui celos et terram stabilivit, hominem quoque formavit et immortalitate donavit ac regem creatorum que in terra sunt eum constituit, ipsum quoque ad alia voluptate deceptum et omnibus hiis bonis privatum morte crucis sue redimens in pristinam libertate restituit. Tu autem eum respuis et in eius crucem offendis. Totus deliciis corporalibus deditus et exterminandis subditus passionibus et ydolorum errore pollutus. Scito igitur quia non acquiescam tibi neque meum benefactorem et salvatorem negabo etiam si bestiis me devorandum precias vel gladio vel igni tradas quia nunc est tue potestatis. Non enim mortem times nec amo presencia quorum leticie et exultationi omnibus copulatur dolor et tristicia. His auditis rex ait: Undique miser tu perdicionem meditatus ad hanc ut arbitror es fortunam perductus. Clausisti enim mentem et linguam tuam ut hanc effundens fatuam et vanam fabulationem. Si in principio sermonis promisisse tibi quod de medio consilii iram removerem, nunc utique igni carnes tuas traderem. Cum non anticipans me talibus communicasti sermonibus

sufferrem modo tuam pravitatem quam et propter priorem meam erga te amiciciam. Surge ergo et fuge ex oculis meis ne ultra te videam et male te perdam. Tunc egressus vir dei secessit in desertum, constristatus quidem quod martyrium non suscepit, martyrium tamen cottidie conscientia tollerabat pugnans adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum. Tunc amplius rex iratus persecucionem cum furore contra monachos meditatur et amplius honore cultores ydolorum veneratur et amat.

De ortu Yosaphat et reclusione eius in pallacio

Inter hec nascitur ei filius pulcherrimus, in cuius ortu gavisus valde Yosaphat eum nominavit. At ipse ymolaturus et gratias redditurus ad ydolorum templa festinus abiit atque ad pueri natalicia multitudines populorum undique congregari fecit afferentes secum que sacrificiis erant ydonea sicut unusquisque posse erat et regalem dignitatem decebat. Tunc etiam convenerunt ad regem quinquaginta quinque astrologi quos accersitos ad se rex eorum singulos rogabat quid futurum esset puer qui sibi natus fuerat. Illi vero plurima presumentes dicebant illum magnum esse futurum in divitiis et potencia et superegressurum omnes qui ante fuerant reges. Unus autem de astrologis excellentior cunctis ait: Sicut existimo qui me docuerunt astrorum cursus, o rex, puer hic profecturus qui nunc natus est tibi non in tuo erit regno sed in alio meliori et incomparabiliter eminenciori. Estimo enim illum quam persequeris christianorum religionem fore suscepturum, nec puto quod frustra spe ipse fraudetur. Hoc dixit sicut olim Balaam astrologia non una prenunciante sed deo presignante ea que sunt veritatis significante, ut omnem impiis excusacionem adimeret. Hiis auditis rex gravius ferens annunciacionem hanc tristicia illi leticiam intercidit. Incubuit itaque seorsum pallacium edificavit speciosissimum et in eo camerias splendidas artificioseque atque opere construxit. Ibique puerum posuit ad habitandum postquam infancie complevit etatem et inaccessibilem omnibus fore imperavit. Pedagogos et ministros illi constituit iuvenes etate et aspectu pulcherrimos, precipiens illis ut nichil horum que in hac vita tristiciam generant manifestum illi facerent,

non mortem nec senectutem vel infirmitatem nec paupertatem nec aliquid aliud quod eum contristaret et leticiam ei minuere posset, sed omnia iocunda et delectabilia proponerent quibus hiis mens illius iocundata et delectata nichil omnino de futuris cogitare valeret. Precepit etiam ut nec modicum verbum de Christo et eius dogmatibus penitus audiret. Hec etenim magis omnibus occultare ei cupiebat astrologi metuens prenunciacionem. Si quem vero ministrorum ei infirmari contigisset, hunc mox inde eiceret ut nichil omnino fedum vel enorme oculi viderent illius pueri. Persecutores itaque per universas regiones precepit distringi, clamantes ut nullus omnino post tres dies horum monachorum inveniretur. Si autem aliqui post dies tres inventi fuerint igne et gladio perderentur.

De amico regis quem ipse in dolo temptavit

Interea vir quidam inter primos illius regni pollebat, pius fide et salutis sue sollicitus, sed propter timorem regis latebat. Cumque aliquando cum rege ad venacionem egressus esset, singulariter ambulans invenit hominem in loco quodam nemoroso iacentem prostratum et male habentem pedem a bestia contritum, qui videns eum pertranseuntem rogabat ne preteriret illum sed misereretur eius in tam magno eventu et in suam domum deferret, adiciens quod non inutilis tibi et omnino inefficax inventus sum. Ego enim medicus sum verborum. Si enim aliquando in verbis aut colloquiis ledatur aliquis aut in tribulacione mergatur, congruis medelis ista curabo ne amplius morbus succrescat. Igitur religiosus vir ille quod dixerat pro nichilo computavit. Illum vero propter mandatum dei conduci in domum suam fecit et competentem curam ei exhibuit. At vero invidi homines et maliciosi derogant viro apud regem quia non tantum illius amiciciam oblivisci temptavit, negavit deorum cultum et ad christianam fidem declinavit, sed etiam mala meditatur adversus ipsius regnum et turbam pervertens atque sollicitans et sibimetipsi cunctos concilians. Sed si vis, inquiunt, certus fieri nichil nos fictum dicere, voca eum secretum et dic temptando velle te derelinquere patriam sectam et gloriam regni et christianum fieri

et monachicum sumere habitum que quidem precatus es. Rex autem erga se viri amiciciam non ignorans derogacionem flam pitavit et tam exasperare noluit verbum advocans eum seorsum ait ei temptans: Nosti amice quanta mala audivi monachis et omnibus diebus vite non penitentia ductus super hoc et despiciens presencia spe illius immortalis regni quod predicant ad aliam futuram vitam cupio pertingere. Nam prius morte utique amputabitur. Hec ait quod concepit posito non diebus flam et abrenuncians regno meo et ceteris delectacionibus et iocunditatibus huius vite heremitas et monachos requiram ubicumque sunt quos iniuste persecutus sum illisque me adiungeram. Ille non ut hoc audivit dolum non intelligens compunctus animo et lacrimis perfusus simpliciter respondit: Rex inclite vive consilium tuum bonum et salutare repperisti quia et si difficile est ad inveniendum regnum celorum ac tamen cum virtute est querendum. Regnum enim querit invenit illud. Delectacio presencium rerum et si impressa iocunda sit et delectet tamen bonum est illam abicere. Regnum in ipso suo esse non est et quod letificat septemplici vicibus contristat. Nam dulcedo quidem horum temporalibus / dolores vero plerumque dolorum aut labor temporalis est dulcedo non et saturitas eterna. Digna ergo regis bona voluntas bonum non et minus bonum est corruptibilia eternis commutare. Rex autem ut audivit ista valde contristatus est et gemuit tacitam.

v Qualiter consilio infirmi regis ira placavit

Ille autem cum cognovit regem sensit verba sua concepisse et quod in dolo temptaverat cum versutus addo mum suam tribulabatur atque cruciabatur desperatus quali modo deliniret regem et evaderet imminens sibi periculum. Insompnem itaque totam noctem ducens in memoriam venit ei homo qui pedem lesum habuerat. Quo ad se adducto ait: Recordor quia dixisti te verborum medicum ac sanatorem esse malorum. Et continuo enarravit ei quam amicam apud regem amiciciam obtinebat et paulo ante propositum sibi ab ipso rege fraudulentum colloquium. His auditis pauper ille de... liberatus inquit ei ipso ait: Surge ergo et tonde comam et exuendo vestimenta ista splendida cilicium indue summoque diluculo accede ad regem illo non interrogante. Quid sibi vult habitus iste? Videbis persuasionis que hesterna die locutus es, o rex. Ecce ego assum paratus sequi te per viam quam desideras ambulare. Nam etiam si delicie sunt amabiles atque iocunde non contingat in hiis post te persistere. Vitetur enim via qua inimus est et si difficilis est et asperitatem continenti facilis erit et plana et amabilis. Sicut enim sociam me habuisti presencium bonorum sic et tristium me habebis ut etiam futurorum sim particeps tecum bonorum. Nobilis quoque vir ille infirmum verba suscipiens fecit iuxta quod ei locutus est. Quem videns rex et audiens super hec vehementer obstupuit et erga se veram viri intellexit amiciciam. Falsa quoque que contra illum dicta fuerant agnoscens ampliori honore et maiori fiducia penes se sublimavit.

vi De duobus monachis martirisatis

Iterum rex egressus ad venandum vidit duos monachos per heremum gradientes quos ad se adduci precepit eosque furibunde respiciens ait: Ubi audistis erronei et seductores precones meos clamantes ut ullus nostre superstitionis in hac regione post tres dies inveniretur alioquin igne cremaretur. Cui dixerunt: Ecce ut iussisti egredimur de tuis regionibus sed longa nobis imminente via pergendi ad fratres nostros iter habuimus cibum emere ne fame deficeremus. Rex autem ait: Mortis minas metuens escarum mentionis non adhibet studium. Dixerunt illi: Et qui sunt illi qui mortem timent nisi qui nullum bonum in futuro sperantes presentibus radiantibus inherent? Nos autem qui mundum contempsimus propter Christum nec mortem timemus nec presencia diligimus sed futura desideramus. Tunc rex eos argumentatos comprehendere volens ait: Si mortem non timetis cur fugam arripuistis? At illi: Non mortem a te minatam timentes fugimus sed tui misereri et ne maioris tibi causa dampnacionis efficeremur discedere cogitavimus. Adhuc iratus rex iussit eos igne cremari et sic perhennem adepti sunt coronam martirii.

vii Qualiter iosaphat a rege obtinuit libertatem predicandi

Filius autem regis in palacio inaccessibilis consistens ad etatem pervenit adolescentie omnem ethiopum et persarum imbutus disciplina. Questiones quoque tales doctoribus suis proponebat ita ut mirarentur de velocitate ingenii eius et intellectu

et stupet rex gratiam vultus eius et anime
constanciam pensabat non in semetipso car-
cerem fore inaccessibilem pater eius adinve-
nerat et cum ad eum cum vellet ingredi
non permittebat introire eum. Sed unum
ex pedagogis amabiliorem ceteris in partem
traxit interrogans cur se pater sic reclu-
disset adiungens quia si hoc michi vacare
feceris manifestum in carius eris omnibus.
Pedagogus itaque cuncta ei enucleatim re-
seravit scilicet adversus christianos iniciatam a rege
persecucionem et precipue contra heremitas et
quomodo fugati sunt et qualia de nativitate
eius prenunciaverunt astrologi ne ergo magistrorum
eorum doctrinam audires illam preponas in re-
secte. Non multos tecum colloqui voluit
sed nos probatos et fideles circa te con-
stituit precipiens nobis ne aliquid horum tibi
notificaremus. Hoc ut audivit iuvenis
nichil aliud adiecit loqui. Tetigit ergo
cor illius sermo salutaris et paracliti gratia
intellectuales eius oculos aperire cepit
ad verum conducturam deum ut patebit in-
ferius. Frequenter ergo pater eius ad videndum
eum veniebat. Nam excellenti amore
diligebat eum. Quadam autem die intu-
lit ei filius: Dicere ac cupio domine et
domine rex unde tristicia assidua et solli-
citudo continua corrodit animam meam.
Et sibi vult quod infra muros istos et por-
tas concludens inaccessibilem me cunctis
constituisti. Tunc pater ait: Nolo fili ut
videas aliquid quod cor tuum possit amari-
care et tibi leticiam amputare. In deli-
ciis enim ingentibus et gaudio perhenni et
hylaritate vivere te pono seculum desidero.
Cui filius: Sic scias domine quod isto
modo non in gaudio et leticia vivo sed
in tribulacione pocius et angustia multa
intantum quod et ipse cibus et potus insi-
pidus michi apparet. Videre enim deside-
ro que extra portas istas sunt omnia.
Si ergo vis ne doloribus deficiam iube
quo voluero procedere ut animo quadam de-
lectari contemplacione rerum quas hactenus
non vidi. Contristatus est igitur rex ppt
talia perpendebat enim si denegaret ei
quod petebat amplioris ei tristicie
et sollicitudinis auctor existeret. Tunc
ait illi: Ego desiderio tuo satisfaciam.

viii De leproso et ceco et sene annoso quos in via vidit

Electos igitur equos
adduci continuo et obsequium
regale et honestum procedere eum
imperavit quocumque vellet pergere permisit
diligenter precipiens ministris eius ut nichil
fedum in occursum eius venire satage-
rent sed omne bonum et iocundum sibi de-
monstrarent choros quoque plaudentes in can-
ticis et omni genere musicorum eum antecede-
re et varia delectacionis spectacula facerent
ut hiis mens eius vacaret et iocunda-
retur. Igitur sic frequentans processiones
regis filius vidit die quadam ex incuria mini-
stris duos viros quorum unus leprosus al-
ter cecus erat quos videns contristatus est
animo et dixit hiis qui secum erant:
Qui sunt isti et qualis eorum aspectus
fedus. Illi non valentes quod viderat aut
occultare dixerunt: Passiones iste sunt
humane que ex materia corrupta et corporis
mala complexione hominibus solent acci-
dere. Et ait adolescens: Numquid ista omnibus
hominibus solent accidere? Dicunt illi: Non
omnibus sed quibus subvertitur sanitas
ex humorum malorum habundancia. Rursus
ergo interrogavit puer: Ergo non sunt quos
apprehensura sunt ista mala aut indiffi-
nite et improvise superveniunt? Ait illi: Et
quis hominum cognoscere futura vel perpendere
potest? Hoc enim naturam supergreditur humanam
solis quoque diis hereditarium est immortali-
bus. Et cessavit puer interrogare. Super hec
ergo que viderat doluit et immutata est
species vultus eius pro insolitudine rei. Post
multos non dies iterum egrediens incidit
senem inveteratum dierum multorum rugatam
habentem faciem dissolutus brachiis et de-
orsum inclinatum et toto capite canum
carentem dentibus et balbuciendo loquen-
tem. Stupefactus igitur assumit eum et propius
adducens interrogat visionis miraculum.
Prudentes autem dixerunt: Iste iam existit
plurimorum annorum paulatim quoque sibi di-
minuta virtute et egrotantibus membris
ad hanc quam cernis pervenit miseriam.
Et quis est et quid huius finis? Dixerunt:
Mors eum suscipiet. Et ille: Imminet-
ne omnibus hominibus istud an quibusdam
tantum? Dixerunt: Nisi mors preveniens hunc
hominem tulerit impossibile est succeden-
tibus annis non venire ad istius status
experienciam. At ille igitur inquit: Annis
superveniet aliam et si penitus mors immi-
net vel non est ars hanc evadendi quin
ad hanc perveniatur miseriam? Dicunt ei:
Octoginta quidem vel centum annis ad
hanc senectutem deveniunt homines
deinde moriuntur nec aliter fieri potest. In-
gemiscens puer de profundo corde ait

Amara est vita ista et omni dolore et egritudine plena. Si hec ita se habent quis securus esse poterit aliquis mortem incertam prestolando cuius adventus non tantum inevitabilis sed incertus est sicut dicitis et abiit intra se ista firmans et incessanter cogitans et frequenter habens memoriam et ob hoc in doloribus et defectionibus continuam habebat tristitiam. Dicebat enim in semet ipso ergo ne me mors aliquando apprehendet et quis erit memoriam mei faciens post mortem tempore oblivioni omnia tradente et si moriens in nichil dissolvar aut est aliqua alia vita aliusque mundus hic et hiis similia cogitans pallidus tabescebat. In presentia tamen patris quando ad eum veniebat hylaritatem fingebat et leticiam desiderabat autem et estuabat aliquem qui posset cor eius certificare et sermonem bonum eius auribus infundere. Unde rursus hunc pedagogum prefatum consulebat utrum sciret aliquem talem cognosceret. Ille inquit dixi tibi iam quod primus sapientes et heremitas illos semper philosophantes de talibus alios interemit. Alios persecutus est et non cognosco ego quemquam in hac regione remansisse. Ille autem super hiis tristatus assimilabatur viro qui magnum thezaurum amiserat et ad eius inquisitionem totam mentem converterat. ix

De adventu balaam ad eum sub umbra negociatoris

Fuit eo tempore quidam monachus divina sapiens vita et sermone ornatus qui in deserto terre sennaar cellam sibi fecerat et huic barlaa nomen sibi fecerat et huic barlaa nomen erat. Hic ergo revelatione divinitus sibi facta cognovit ea que circa regis filium agebantur. Cum egressus de heremo ad seculum descendit et mutato habitu proprio vestimentis secularibus indutus ascendit navem ad partem Indie profecturus et negociatorem se esse simulans applicuit ad civitatem in qua regis filius palatium habebat. Ibique diu commoratus inquirebat diligenter de eo et de sibi ministrantibus. Ut autem didicit supradictum pedagogum ceteris ei familiariorem esse accedens ad eum secreto ait illi: Cognoscere te volo domine mi quia ego negociator sum et de remota regione valde huc veni et est mihi lapis preciosus cui similis aliquando inveniri non possit. Rogo ut me introducas ad filium regis et tradam illum ei. Valet quippe et cecis corde et lumine conferre sapientie, surdorum aures aperire, mutis vocem reddere et sanitatem infirmantibus exhibere, stultis sapientiam dare, demones effugare et totum quod bonum est et amabile largiter se possidenti tribuere. Dixit ad eum pedagogus: Lampades [illegible] et preciosas margaritas minime tibi enarrare possum quot viderim; habentes vero tales virtutes quales dixisti neque vidi neque audivi. Tamen quoniam dicis michi ipsum et si est secundum verbum tuum mox inferam hunc ad filium regis et honores quam maximos et munera suscipias ab eo. Barlaam: Non ait lapis iste preciosus est preter has operationes et virtutibus adhuc et istam habet virtutem. Non valet eum contemplari fortuitu qui sanam non habet oculorum visionem et integram castimoniam corporis et nullomodo inquinatam. Si enim aliquis ista duo non bene habet temerarie respiciat lapidem preciosum istum et ipsam quam habet visibilem virtutem et mentem perdet. Considero autem oculos tuos non esse et vereor ne visum quem habes amittas et ego tibi tanti mali auctor existam. Filium autem regis vitam audivi ducere pudicam et oculos pulcherrimos et sanos et clare videntes habere. Cui ille ait: Illi thezaurum istum ostende. Confusus sum. Tunc ergo non negligenter de hoc disponas neque de tali dampno tum privaris. Ille autem dixit: Si sic ista se habent noli michi lapidem ostendere in peccatis multis vita mea sordidatur neque visum incolumem sicut dixisti habeo. Et ingressus diligenter omnia filio regis annunciavit. Ille autem ut hec audivit leticia quadam spirituali sensit cor suum aspiratum et anima illius divinitus illuminata est. Iussit itaque statim introduci virum. Qui ingrediens salutavit eum. Tunc precepit eum sedere et pedagogum abscedere. Quo recedente dixit iosaphat seni: Ostende michi lapidem de quo quedam magnifica te dicere mei narravit pedagogus. Adque barlaam: Nisi prius experimentum tue capiam prudentie incognitum est tibi hoc misterium revelare. Ait enim dominus meus: Exiit qui seminat seminare et dum seminat alia quidem ceciderunt secus viam et venerunt volucres et comederunt illa etc. Si ergo terram invenero inter fructiferam et bonam non tardabo divinum ibi semen iactare et magnum misterium tibi revelare. Dixit quidem ad eum yosaphat: Ego quidem venerande senex desiderio quodam et amore incomprehensibili quero sermonem audire novum et bonum quia intrinsecus in corde

meo exardescit fortiter urens me et in
citans ad discendas quasdam necessari
as questiones Non enim hactenus hominem
repperi qui de hiis michi potuit instruere
Sed si invenero sapientem aliquem et
audiero ab eo verbum salutis nequaquam
volucribus ut estimo sive bestiis dabo
neque petrosa neque spinosa terra appare
bo sed gratanter accipiam et sapienter
servabo Tu vero si tale quid nosti non
abscondas a me sed indica michi Nam
qui audivi te de terra longinqua venisse
sensit anima mea et bone spei factus sum
quia per te quod iam diu desideravi asse
quar Et ideo cito mox ingredi feci te
ad me libenterque suscepi quasi aliquem
de familiaribus et coetaneis meis Si
tamen non de spe mea fallar x Narracio
eius de rege humili qui caute reprehensores

Tunc Barlaam ait // rem arguit
Hoc bene fecisti dignum que magnificencie
que non apparentibus sed reconditis
factus es spei Nam quidam rex fuit mag
nus et gloriosus et factum est precedente
illo in curru deaurato cum regali ob
sequio obviasse illi duos viros attritis
et sordidis indutos vestibus attenuatas
macie et pallidas facies habentes Ut ergo
rex vidit illos desiliens tam festinus
de curru et in terram procidens adoravit
et surgens amplexatus est eos et affectu
ose osculatus Magnates vero illius ac
proceres de hoc indignati sunt arbitran
tes eum fecisse indigna regali gloria
Non tamen ausi in facie illum reprehen
dere germano fratri eius suggesserunt ut
ei loqueretur ne excellencie dyadematis
tantam inferret contumeliam Cum enim
frustra diceret et eius humiliacionem repre
henderet ei rex responsum dedit quod tunc ille
non intellexit Consuetudo autem erat
illi regi quando sentenciam mortis quis aliquem
dictabat preconem suum ante ianuam illius
cum tuba huic officio deputata mittere
Cuius voce cognoscebant omnes mortis
reum illum esse Vespere igitur veniente
misit rex buccinam mortis tubicinare
ante ianuam fratris sui preconem Cum audisset
ille de salute desperans tota nocte sua
disposuit et summo diluculo nigris ac
lugubribus indutus vestibus cum uxore
et filiis pergit ad fores pallacii flens et
lugens Quem rex ad se ingredi fecit
et videns eum lugentem ait O stulte
et insipiens si tu sic timuisti preconem

germani fratris tui ad quem te nichil
deliquisse cognoscis quomodo michi repre
hensionem intulisti quia cum humilitate
salutavi et osculatus sum precones
dei mei sonorabilius tuba michi mortem
michi significantes et terribilem domini occur
sum cui multa et magna me scio peccasse
conscius sum Ecce denique tuam arguens
insipienciam isto usus sum modo Nunc vero
et illorum qui te ad me subiunxerunt repre
hensionem stulticiam arguere curabo
et ita fratrem instructum domum remisit Pre
cepit autem fieri de ligneis iiiior arcellas
et duas quidem undique auro coopertas
ossaque mortuorum putencia mittens in eis
aureis obfirmavit seris Alias vero duas
pice et bitumine liniens replevit lapidi
bus preciosis et inestimabilibus marga
ritis et omnium unguentorum odoribus funicu
lisque cilicinis astrinxit Deinde accersiri
fecit reprehensores suos magnates Statim
illos et proceres et posuit ante ipsos
quatuor arcellas ut estimarent quanto
quid iste quanto vero ille precio sunt digne
Illi itaque deauratas magni precii iudi
caverunt Competit enim inquiunt in ipsis dya
demata regalia reponi Nunc vero illae
pice et bitumine erant illitae quodam et
vili precio dixerunt dignas Rex autem
dixit ad eos Sciebam et ego talia vos
dicturos exterioribus enim oculis exteriora
cernitis et tamen non ita oportet facere sed interius
oculis intuentes recondita expedit
inde sive honorem sive contumeliam et
mox precepit ut aperirentur arcelle de
aurate Ex quibus reseratis dirus fe
tor exhalavit et fetidissimus visus est
aspectus Ait ergo rex Iste typus est
eorum qui splendidis quidem et gloriosis
induuntur vestimentis et potencia ela
ti sunt Sed intrinsecus mortuis ac fe
tentibus malignisque operibus referti
sunt Deinde picatas bituminatasque pre
cipiens dissolvi et aperiri cunctos qui
aderant letificavit eorum que intus
erant splendore et odore Tunc ait ad
illos Scitis quibus similia sunt ista humili
bus illis qui vilibus operti erant vesti
mentis quorum vos exteriorem attenden
tes habitum contumeliam putastis meam
ante faciem eorum in terram adoracionem
Ego vero intellectualibus oculis reveren
ciam illorum et decorem considerans
animarum glorificatus sum qui de horum
tactu omnique corona et regali universa

purpura preciosiores istos existimam
illos quasi ita confundens docuit ne
errarent in hiis que foris apparent
sed intima attenderent secundum illum
ita primum ac sapientem regem tu quoque
fecisti bona spe suscipiens me que
te non decipiet sicut ego estimo · xi

Instructio iosaphat de cultu unius dei | rubrica

Dixit ad eum yosaphat
Licet omnia bene dixisti Sed volo
dicas quis est deus tuus quem de-
itate illo dixisse asseruisti Cui barlaam
Dominus meus inquam agnosco ipse est unige-
nitus dei filius rex regum et dominus do-
minantium qui solus habet immortalitatem
et lucem habitat inaccessibilem cum patre
et spiritu sancto glorificandus Non enim ex
de illis sum qui multos istos deos inani-
mates et surdos colunt sed unum cog-
nosco et confiteor deum in tribus personis
glorificandum patre filio et spiritu sancto in una
natura et gloria et regno indiviso qui
cuncta visibilia et invisibilia fecit de nichi-
lo Tunc incipiens seriem sacre hystorie nar-
ravit ei qualiter deus creavit mundum
et qualiter dyabolus hominem invidia sedu-
xit ad ymaginem dei factum et qualiter
crescente malicia hominum deus induxit
super terram diluvium qualiter etiam post di-
luvium homines multiplicati et deum ob-
liti sunt et mundum pravus error
dispersi sunt Alii namque putaverunt cuncta
sponte sua fieri et sine providencia regi
Alii fortunam putaverunt totum fato conce-
dentes Alii plures deos coluerunt mendo-
sos ut haberent eos viciorum suorum actores
quorum etiam formas figurantes sta-
tuas erexerunt et concludentes in templis
adoraverunt Abraham non solus in illa
generacione inventus est qui sensu incolumi
deum per creaturas agnovit Unde et
deus sibi familiarem effecit cuiusque proge-
niem multiplicavit et populum sibi peculia-
rem nominavit de servitute egyptiaca per
multa signa et prodigia liberavit Datamque
lege per moysen in terram bonam quam abra-
he promiserat introduxit multaque magna
et gloriosa atque preclara eis ostendit perque
omnia ad studium fuit ut ab omni execra-
bili ydolorum servitute et actione genus
hominum abstraheret et ad antiquum statum
reduceret Sed adhuc regnavit in hominibus
mors tyrannide dyaboli condempnationem infun-
omnia transmittens In tali ergo miseria
constitutos deus qui de nichilo nos
creaverat non despexit sed per voluntatem
dei unigenitus in sinu patris descendens
de virgine natus est et xxx annis cum hominibus
conversatus multisque miraculis clarificatus
crucem et mortem passus est ut nos a
passionibus liberaret Tercia non die re-
surgens incorruptibilis post xl dies
celos ascendit ubi sedet ad dextram patris
inde venturus est iudicare vivos et mor-
tuos et unicuique reddere secundum opera eius
Postquam non ascendit spiritum paraclitum super
discipulos misit qui exinde terra illius
in omnes gentes dispersi sunt et fidem or-
thodoxam predicaverunt baptizantes et man-
data salvatoris observare Nos ferens igitur
hostis antiquus deleccionem suam bella nunc
contra nos excitat suadens stultos ad-
huc sequi ydolatriam Ecce tibi domine meum
paucis notificavi quod perfectius cognosces si
graciam eius susceperis et filius illius factus
fueris Hiis auditis filius regis surgens
de throno suo pre gaudio amplexatus est
barlaam et dixit forte iste est lapis ille
preciosissimus quem in misterio continens non
omni cernere volenti ostendens sed quibus
sani sunt anime sensus Ecce enim ut hu-
ius hec verba suscepi lumine dulcissimo
cor meum ingressum est et illud quod tristicie
velamen iam diu menti mee superpositum
statim sublatum est Querenti ergo yosaphat
de regno celorum et utrum moriente eo
in nichilum dissolvatur et hiis similia
barlaam plenius disserere cepit de resur-
reccione futura et dei iudicio de remune-
racione quoque iustorum et predicacione reproborum

xii Fabula de philomena contra cultores ydolorum inducta

Omnibus auditis yo-
saphat vehementer compunctus totus
quoque lacrimis perfusus ait oremus me cito
fac ut evadam penas peccatorum et mercar
gaudio perfrui iustorum Barlaam inquit
ante omnia accede ad eum qui vocat te
de morte ad vitam et de tenebris ad lu-
cem visibilium et invisibilium verum notitiam
Nam ignorancia dei verax mors est
et tenebre et ydolis servire nichil videtur
omni stoliditate deterius esse aiebat michi
vir sapientissimus quidam quia similes
sunt ydolorum adoratores viro sagittario
qui comprehendit unam de minutissimis aviculis
philomenam hanc vocant Arripiens ergo
cultellum ut occideret eam et come-
deret data est philomene vox articulata
et ait ad sagittarium quid tibi o homo necesse
mee perfectum est Non enim de me tuum imple-

ventre potes et si me angustiis liberaueris
tria mandata tibi dabo Que si custodiens
compluris magnam pro tota vita tua vtilitatem
consequeris Ille vero stupefactus illius lo
quela promisit quod si quid noui audiret
ab ipsa mox eam liberaret et dimissa illa
homini dixit Nunquam aliquid coneris co
[illegible] prehendere eorum que apprehendi non
[illegible] possunt et ne doleas de re perdi
ta quam recuperare non potes et verbum
incredibile quod non credas aliquando Hec
tria mandata custodi et bene tibi erit Ad
nunciatus autem vir perspicuam verborum intelli
genciam soluens eam pacem dimisit
liberam auolare Illa autem volens pro
bare si recognouit vir decorum verborum
virtutem et lucratus fuit compluris vtilitatem
aliquam volitando dixit ad eum Ve tibi
quam malum consilium hodie habuisti
et qualem thezaurum hodie perdidisti et enim
in visceribus meis margaritam que stru
tionis ouum pre sua vincit magnitudine Quod
audiens ille contristatus est valde penitens
quod euasisset philomena de manu sua et
denuo temptans illam apprehendere dixit
veni in domum meam et omnem humanitatem
tibi exhibebo et deinde honorifice te di
mittam Cui philomena Nunc cognoui
certissime te esse fatuum suscipiens nam
quod tibi que dicta sunt aure prompte et
libenter audiens nullum ex eis profectum
assecutus es Dixi tibi ne doleres de re
perdita irrecuperabili et te temptares me
irreprehensibilia capere et temptasti me cap
hendere cum non valeas pergere itinere
meo Insuper dixi tibi ne verbum credas
incredibile Sed ecce credidisti in visce
ribus meis esse margaritam super
gredientem mensuram ventris mei et non
valuisti intelligere quod ego tota non possum
pertingere ad magnitudinem oui strucionis
et quomodo margaritham talem valeam cape
re in me Sic ergo stulti sunt et illi qui con
fidunt in ydolis operantur ea manibus suis
et adorant que fecerunt digiti eorum dicen
tes Isti sunt qui plasmauerunt nos Quomodo
ergo plasmatores suos ab ipsis plasmatos
et factos ab ipsis existimant Sed et fabrican
tes eos in custodia ne a furibus rapiantur
custodes vocant sue salutis Quomodo
ergo mala generacione et infideles vo
cant te deus dicens tibi exi de medio
eorum et separa te et inmundum ne tetigeris
sed separa te de generacione ista Surge
et vade quia non est tibi requies in ea

Si ergo credideris et baptizatus fueris sal
uus eris Si vero non credideris condempna
beris Nam ista que cernis hodie et
in quibus exultans i. Gloria et diuicie
et delicie et omnis vite seductio cito
transeunt circumque te in hiis nolente et
corpus quod concludetur pro monumento
Solum delictum omnique destitutum amicorum
et cognatorum affectu abiacentur non delec
taciones mundi et multa feditas et pu
treda corrupcio pro puncti decore et bono
odore inducentur Nam non tua mittet
in condempnacionem infernum usque ad ultimam
diem resurrectionis quando rursus anima
suo sumpto corpore citatur a facie domini
et tradetur igni gehenne sine fine
[illegible] dixit ad eum iosaphat omnia
verba tua bona et admiranda sunt Que
credidisti et credo omnem qui de ydo
lorum [illegible] excecacione et prius qua
mirares adhuc quasi multa et dubitans
circa ista se habuit animus meus Nunc non
perfecto odio odium destruens ac vanitatem
illorum et insipienciam illorum qui fuerunt
illius desiderio aut verus fuus dei fi
Si tu non repulerit me indignum propter
meas iniquitates Sed confido quia
dimittit michi omnia peccata qui benignus
et misericors est sicut doces Iam ergo
paratus sum baptismum suscipere et omnia
queuis dixeris michi custodire Quid
non oporteat me facere postquam baptiza
tus fuero et si hoc solum sufficiat credere
et baptizari an aliqua alia oporteat
subscribe manifesta viii Admonicio
facta iosaphath de perseuerancia in fide

Tunc vero ait ad eum barlaam
ab omni quidem peccato oportet te ab
stinere et edificare super fundamentum
recte fidei virtutum operacionem
quia fides sine operibus mortua est sicut
et opera sine fide Si autem post acceptam
veritatis cognicionem priora rursus mor
tua apprehendimus opera ut sicut canis
ad vomitum reuersi fuerimus contiget
nobis quod ait dominus Cum enim inquit spiritus
inmundus exierit ab homine gracia videlicet
baptismatis ambulabat per loca inaquo
sa et querens requiem et non inuenit
non fuerunt aut diuinus sine domo
et sine tecto errare dixit Reuertar
in domum meam vnde exiui Tunc va
dit et assumit vii spiritus nequiores
se et ingressi habitant ibi et fiunt noui
ssima hominis illius peiora prioribus

dixit ei iosaphat Igitur quoniam ex hac
dogmatum subtilitate pendere vales
Si hanc mundam qualitatem post bap
tismi unius ut dixisti transgressione
mandatorum istorum molare me contigerit
absit meam corruam internicione et omnis
spes mea irrita fiet Audit barlaam
Noli sic ista pendere Nam peccatum
generis nostri homo factus deus verbum sciens
infirmitatem nature nostre non in hac parte
dimisit nos sine medicina languescere
Sed sicut sapientissimus medicus libere
voluntati nostre contrivit antidotum penitencie
predicavit istam in remissione peccatorum
baptismi etiam vocatus est fons
lacrimarum secundum graciam dominum sed labore et
dolore indigens ubique non perspicuis
penitencie virtutem distinxit et maxime
preceptis et parabolis domini nostri ihesu christi
Iohannes ait cepit dominus et dicere penitenciam
agite appropinquabit enim regnum celorum
sed et in parabola filium quendam narrat
qui accepit patris substanciam et abiit in re
gionem longinquam ibique dissipavit to
tum vivendo luxuriose | Deinde fame
in regione illa facta abiit et adhesit
uni maligno civium regionis illius
qui misit illum ut pasceret porcos sordi
dum et abhominabile sic vocatus peccatum
multum cum tribulatus et ad extremam
deveniens inopiam intum ut de siliquis
quas porci manducabant non posset
implere ventrem Tandem ad se conversus
penam sensit confusionem lamentatusque
dixit quanti mercenarii in domo patris
mei habundant panibus et cetera et accurrens
cecidit super collum eius et in priorem
restituens honorem fecit sollempnitatem
inventionis eius occidens vitulum
pascualem ecce hanc parabolam depen
dentibus nobis narravit Insuper de
pastore qui habuit centum oves dixit
quod una perdita dimisit nonaginta no
vem in deserto et exiit ut perditam que
reret quam inventam in humeris suis
levavit et alios que non erraverant
convocavit vocavitque amicos et vicinos
suos ad epulas in eius inventione
Dicitque inquit salvator gaudium erit
in celo super uno peccatore penitenciam agen
te quam supra nonaginta novem
qui non indigent penitencia Oportet quod
post acceptam noticiam veritatis
custodiam diminorum omni virtute obser
vare ne ruamus Nam cadere non

expedit certamina quum multi iam corrue
runt resurgere non potuerunt Alii vicijs iam in
aperientes et minus adherentes ulterius ad
penitenciam venire nequiverunt Alii vero
morte preventi et non occurrentes per
penitenciam sordes a peccatis abluere condemp
nati sunt Ideo periculosum est in quo
libet vicio cadere et si contigit [illegible]
statim resurgere oportet et rursus in
in bono stare constanter Ad hec Yosaphat
dixit Quod quomodo quis custodiet semper
post baptismum mundum a bonum peccato
Nam si restat penitencia delinquentibus
sed tamen in labore et fletu et planctu
que non facilia multis fore mihi videntur
et ideo mallem ibi venire modo ut cu
stodirem diligenter precepta dei et non
declinare ab eis ne post indulgen
tiam per malorum aditum provocarem
iram dulcissimi domini mei dei

xviii Exhortacio ad eundem de via perfec

Tunc barlaam dixit // cioni te
Bene dixisti domine mi rex verum hoc
cunctis desiderabile est sed labo
riosum est et valde impossibile ali
quem modo ignem contingere et non fu
migari difficile est quoniam et nimis arduum
secularibus vinctum negocijs et curis
curis implicitum et in diviciis et delicijs
viventem mandatorum dei viam inde
clinabiliter pergere et se mundum conservare
Ait enim dominus Nemo potest duobus domi
nis servire Ista ergo divini et differentes
nostri apostoli audientes quia per multas tri
bulaciones oportet nos introire in regnum
celorum Quamdam illorum et aliud adde
derunt baptismi suscipere per sanguinem dico
et martirium quod et dominus pro nobis
suscipiens baptismum decenter vocavit
hunc ipsius imitatores facti primus quidem
sui discipuli et apostoli deinde non et omnis
sanctorum martirum chorus cultoribus ydo
lorum regibus et tyrannis sordibus et
christi nomine obicientes omne genus
tormentorum sustinuerunt videlicet bestijs
proiecti et ignibus consumpti atque gladijs
interempti Istorum non tantum verba et
opera sed et sanguis et ossa omni
sanctitate sunt plena | Demones
namque potenter eiciunt Insanabilium
in languorum sanitates fide acce
dentibus prestant Postquam vero
crudeles illi tyranni perierunt et per
secucio quievit Reges que fideles per
universum orbem regnaverunt

suscipientes alii et imitantes zelum illum et desiderium divinum. Aliam quidem vitam peregrinam et sibimet insolitam ducere studuerunt et secundum divinam vocem omnia derelinquentes quasi quidam fugitivi deserta adierunt egentes angustiati afflicti quibus dignus non erat mundus. Alii quidem sub divo atque tecto privati solis estu et rigoribus frigoribus et ymbribus et turbinibus incursibus ventorum affligebantur. Alii vero tuguria figentes aut speluncas et antris latitantes sibi degebant. Sic ergo virtutes virtutibus cumulantes omnem carnalem consolationem et repensationem penitus abrenunciaverunt oleribusque crudis et herbis aut glandibus seu pane arido et valde sicco vescebantur dietam. Nam tantum debilibus ipsis et abiectis sumebant cibis ut solum vivere possent. Quidam vero totam ebdomadam remanentes dominica die cibum sumebant. Alii vero bis in ebdomada huius memoriam habebant. Alii autem post duos dies vespere edebant tantum modicum gustantes orationibus quoque et vigiliis vacabant angelorum vitam imitantes habent autem habitacula sua. Alii quidem monachi modo recessi et solitudine agonem paraverunt elongantes se ab hominum conversatione toto tempore vite sue et deo appropinquant. Quidam longe abinvicem cellas habentes dominicis diebus ad ecclesiam unam conveniunt et divina misteria sumunt. Alii vero cenobialem ducunt vitam. Cum pluribus et simul congregati sub uno prelato ab omnibus differentie degunt omnem voluntatem suam obedientie gladio scindentes et quasi suos emptitios se voluntarie reputantes non sibimet ipsis vivunt sed cum propter Christi amorem se ipsos subdiderunt familiarius aut magis est dicere quia non vivunt sibi vivit vero in eis Christus quem sunt secuti omnia deserentes. Hec enim est mundi secessio voluntarium odium et nature negatio eorum que supra naturam sunt desiderio. Hos enim mirabiles et sanctos viros etiam nos despicabiles et indigni imitari satagimus et secundum veritatem odibilis iste mundus et abhominabilis inimicus est enim amatorum suorum et hostis omnium qui faciunt eius voluntatem. Decepit crudeliter incumbentes super se et enervat illos qui confidunt in eo. Fedus posuit cum insipientibus et promissiones falsas eis pollicitus est adhuc tamen ut trahat eos ad se. Illis sibi acquiescentibus ingratus et fallax monstratur, nichil eorum explendo que promiserat. Hodie namque epulis delectabilibus eorum gulam illicit, cras inimicis totos devorandos parat. Hodie regem aliquem constituit et cras servitutis iugo supponit. Hodie multis affluentem bonis cras mendicantem reddit. Amabilem hunc omnibus efficit quem post facit odibilem. Hodie letificat cras fletibus afficit. Qualem vero hiis et finem imponit audi. Amatores Iheremie dilectores suos perficit miserrime neque recedentes hinc lamentantur neque remanentem inserit.

xv Parabola de unicorne contra seculi amatores

Itaque qui tali fini serviunt duro et maligno domino et a bono ac benigno mente perdita semetipsos elongant et presentibus inhiant negociis et eis tenentur astricti nullam futurorum habent memoriam sed corporis delectationes semper desiderant animas suas dimittentes fame tabescere et innumeris affici malis. Similes esse arbitror homini fugienti a facie furentis unicornis qui non ferens sonum vocis illius et terribilem mugitum fortiter fugiebat ne devoraretur. Ab eo dum ergo velociter curreret in magnum cecidit quendam baratrum. Dum autem caderet manibus tensis arbusculam quandam apprehendit et fortiter tenuit et basem quandam pedibus impressit visum est sibi in pace de reliquo fore et stabilitate. Respiciens ergo vidit duos mures unum album alterum nigrum corrodentes incessanter radicem arbusculi et iam prope erant ut eam abscinderent. Considerans etiam ipsius baratri fundum vidit draconem aspectu terribilem ignem spirantem et ferialibus oculis aspicientem os quoque terribiliter aperientem et devorare eum cupientem. Intuens vero rursus basem illam pedibus eius suppositam contemplatus est quatuor aspidum capita de pariete prodeuntia ubi consistebat. Elevans autem sursum oculos vidit de ramis arbuscule modicum mel distillans. Dimittens ergo considerare que circumdabant eum mala scilicet sursum unicornis insanientem

et enim querente devorare deorsum
vero draconem inhiantem et arbuscu
lam basem et infidelem posuerat
timore ac talium malorum oblitus semper
illius mellis modici dulcedini tradi
dit. Hec similitudo eorum est qui seductoriis
puris seculi adheserunt. Cuius exposi
cionem tibi dicam. Unicornis quidem
mortis figuram tenet que semper
persequitur et comprehendere vult genus
humanum. Baratrum vero mundus est iste ma
lis plenus et laqueis mortiferis. Arbu
scula que a duobus muribus incessanter
incidebatur quam apprehenderat vite mee
mensura et que consumitur et diminuitur
per horas diei et noctis et incisionem appro
piat. Quatuor aspides de quatuor fragili
bus et instabilibus elementis constitucionem
humani corporis significant quibus mor
dicantibus et conturbantibus corporis compago
dissolvitur. Cum hiis crudelissimus
draco terribilem inferni ventrem signat
cupiens suscipere eos qui presentes delecta
ciones futuris preponunt bonis. Stilla vero
mellis significat dulcedinem mundi per
quam seductor ille suos amicos non sinit
propriam videre salutem. Hac suscepta
libenter parabola dixit Josaphat. Quam
verus est iste sermo et quam bene coap
tatus. Nunc queso pigriter tales in
typos subrogare ut sciam qualis est
presens vita nostra et quorum malorum amic
sius actor sit. **xvij parabola de tribus amicis contra eosdem**

Senex vero dixit. Rursus similes sunt
amatores secularium delectatio
num et qui harum dulcedine illiciuntur
atque futuris et stabilibus fluida et
fragilia preferunt homini qui tres amicos
habuit quorum quidem duos precordialiter
et affectuose honorabat ac vehementer
eorum caritatem afficiebatur usque ad
mortem propriis agonisans et periculis
desiderans ad tercium tamen non multo fe
rebatur despectu neque honore neque
degenti enim aliquando gratificans di
lectione nisi quandam modicam ad eum
simulans amiciciam. Venerunt ergo terribi
les die quadam quidam milites acce
lerantes hunc ad imperatorem ducere
ponentem redditurum pro debito x talen
torum. Coarctatus vero ille querebat
adiutorem ad subveniendum sibi in ter
ribili cominis posicione apud regem.
Currens igitur ad primum et perennibus care

amicum dixit ei. Nosti o amice quod
animam meam semper pro te posui. Nunc autem
indigeo auxilio tuo in die ista detinente
me necessitate. Quantum ergo promittis michi nunc
auxiliari et que aput te reposita est
michi spes dilectissime. Respondens ergo ille
ait. Non sum amicus tuus o homo neque
scio quis sis. Habeo enim alios amicos cum
quibus oportet me hodie letari et amicos
istos amodo possidebo. Prebeo tamen ecce
tibi ciliciola duo ut habeas ea in via qua
ambulas que tamen nichil tibi proderunt
et illam aliam spem a me non expectes.
Hec audiens ille et desperans de auxilio
quod sperabat abeo ad secundum amicum proces
sit et ait. Recordare amice quantum a me
percepisti honoris et gracie. Hodie vero
incurrens in tribulacionem et ad necessitatem
auxiliatore opus habeo. Quantum vero
vales michi subvenire. Nunc indica michi.
Ille vero ait. Non vacat michi hodie ut tecum
subeam agonem. Curis enim et sollicitu
dinibus circumdor et in tribulacione sum mo
dicum tamen tecum pergam quamvis tibi non
sit profuturum et statim domum reversus
proprie vacabo negociis. Vacuus ergo ma
nibus homo inde reversus undique de
stitutus lamentabatur semper de vana
spe ingratorum amicorum et de inutilibus
laboribus quos pro eorum sustinuit dilec
cione. Pergit eciam ad tercium amicum de quo
nunquam curam habuit nec socium leticie
sue eum advocavit et ait ad eum. Con
fuso et mestitiam vultu dimisso non habeo
os loquendi ad te. Cognosco enim dili
genter quia nunquam tibi benefeci nec ami
cabiliter circa te habui me. Sed quia ad
versitas apprehendit me durissima et illam
spem salutis meae in amicis meis re
peri veni ad te rogans si est tibi possi
bile quod licet auxilium vel modicum im
pendere. Ne tardes memor ignoran
cie mee. Tunc ille ridens et hilari et
sereno vultu. Certe amicum meum karissimum
confiteor te esse et modici tui beneficii
non immemor cum usura retribuam
tibi. Ne timeas ergo neque formides.
Ego enim precedam te. Ego intercedam
pro te aput regem et non tradam te
in manibus inimicorum tuorum. Confide ergo
dilectissime et non tristeris. Tunc com
punctus ille dicebat cum lacrimis. Heu
michi quid prius lamentabor aut po
cius plangam vanum affectum meum
reprehendam quem falsis exhibui amicis

an amiciam meam plangam. Ergo hunc
non ingermano amico illam familia-
ritatem primus amicus utique est divitiarum
possessio et amor pecuniarum per quibus
homo multis subiacet periculis et multas
sustinet miserias veniente vero ultimo
termino mortis nichil ex omnibus illis
nisi que ad sepulturam pertinent inutiles
accipit panniculos. Secundus autem vocatur
uxor et filii et cognati et alii amici
quorum affectu adherentes inseparabiliter
tenemus animam et corpus propter illorum sencien-
tes amorem. Sed ex eis nullam aliquis
consequitur utilitatem in hora mortis nisi
quod ad monumentum secum pergunt. De-
inde reuertentes suis curis vacant nec
minus oblivione memoriam quam corpus
operientes sepulcro. Amicus vero tercius
despectus et gravis non familiaris sed
exosus. Iustorum operum chorus est videlicet
spes caritas fides elemosina humanitas
et cetera virtutum congregatio que potest precedere
nos cum exiimus de corpore et pro nobis
apud deum intervenire et de exactori-
bus liberare. Iste est gratus amicus
qui opus nostrum bonum in memoria tenuit
et cum usura restituit. xvii. Item
de rege qui locum exilii sui dinoscens

Civitatem quandam [illegible] esse
didici fuisse magnam cuius cives
talem habebant consuetudinem anti-
quitus ut assumerent extraneum aliquem
et ignotum virum nichil legum civitatis
sive vel consuetudinum scientem et hunc
sibi regem constituebant. Qui cum omnem
potestatem acciperet et suarum voluntatum
faciendarum facultatem haberet usque ad
completionem unius anni. Deinde cum ipse in
securitate manente deliciis ac atque sua
lenitatibus absque formidine et regnum
sibi perpetuum existimante repente
insurgentes cives illi contra eum regali
ablata stola nudum per totam trahentes
civitatem exulem transmittebant et mag-
nam et longius remotam insulam in qua
neque cibum neque vestimentum inveniens
in fame et nuditate male atterebatur
preter spem concessis sibi deliciis et gau-
dio in tristiciam versum preter spem omnem
et expectationem transmutatus. Interea
ordinatus est quidam vir in regno qui
non exiguo mentis intellectu vigebat
qui tanta ex improviso accidente sibi habun-
dancia non est dissolutus nec abreptus
neque eorum qui ante eum regnaverant

et eiecti misere fuerant intima secu-
tus est sed sollicitudine gerebat et labo-
rabat animo quomodo se et sua disponeret.
Dum igitur assidua meditatione diligen-
cius ista tractaret cognovit per quendam
sapientissimum consiliarium suum consuetu-
dinem civium et locum perhennis exilii
et quomodo semetipsum oportet custodire
sine errore edoctus est. Hic ergo ut agnovit
et quia oportet illum ad insulam appli-
care et regnum caducum alienigenis
dimittere. Apertis thezauris suis quorum
tunc habebat liberam facultatem ex illis
quod vellet facere accepit pecuniarum multi-
tudinem auri videlicet et argenti et la-
pidum preciosorum amplissimum pondus et
fidelissimis committens famulis in illam
premisit ad quam ducendus erat insulam.
Peracto igitur anni termino insurgentes ver-
si cives misit sicut et illos qui ante eum
fuerant in exilium transmiserunt. Tunc ceteri
stulti et temporales reges fame male
cruciabantur. Ille vero prudens in habundan-
cia vivens perpetua et delicias infinitas
habens timore civium prorsus incusso infideli-
bus et malignis civibus sapientissimo
seipsum beatificavit consilio. Civitatem
ergo intellige vanum istum et deceptorem
mundum. Cives autem principes et potestates
et demonum mundi rectores tenebrarum
seculi huius qui illiciunt nos dulcedine
voluptatum et suggerunt ut corrupti-
bilia velut incorruptibilia et semper
nobis cum mansura consideremus. Sic ergo
seductis et nullam sollicitudinem de eter-
nis et stabilibus habentibus neque aliquid
in illa vita recondentibus repente no-
bis imminet periculo mortis. Tunc
iam nudos nos hii maligni et mali
suscipientes tenebrarum cives tunc quibus
expendimus tempus ducunt nos in terram
tenebrosam et caliginosam. Intrant
tenebrarum eternarum ubi non est lux neque
vita hominum. Consiliarium autem bonum qui
omnia vera fecit nota et salutaria edo-
cuit studia sapientem et prudentem
regem meam estima paruitatem qui bonam
et rectam viam venio monstrare tibi
introducens te in eterna infinita bona
ibique te ex omnia reponere consilium.
xviii Exhortacio ad contemptum divitiarum

Dixit Josaphat sermo eius ergo
possum thezauros pecuniarum
illuc transmittere ut secura ipsorum
et incorruptibile iocunditate abiens

reperiam qualiter demonstrarem ad superius
positum odium meum et amorem ceterorum
plane quero in summa michi. Et ait
Barlaam diuiciarum quidem adeptum locum
prouisio manibus fit egenorum. Josaphat
vero ait: Cuncta ergo despicere et istam
laboriosam assumere vitam sicut dixisti
superius tradicio est antiqua ab apostolorum
descendens doctrina an nobis nouiter
sit inuentum et mentis iure scita quod melius
eligentibus istam. Prudens senex ait:
Non legem recentem introductam doceo
te absit hoc a me sed ab antiquo nobis
traditam. Dixit enim dominus cuidam diuiti
qui interrogauit eum quid faciendo vitam
eternam possideret et glorianti omnia se cu-
stodisse que scripta sunt in lege: Unum
inquit tibi deest, vade et quecumque habes
vende et da pauperibus et habebis thesaurum
in celis et veni sequere me tollendo
crucem. Cum igitur inquit Josaphat sit
antiqua et vetera huiusmodi sit prophecia, cur
non hodie hanc multi sequuntur. Senex non
ait: Multi quidem imitati sunt et imi-
tantur, plurimi non pigri remanent et ne-
gligentes. Pauci enim sunt sicut ait deus
qui strictam et arctam perueniunt viam, amplam
vero et latam plures. Sit ergo saluato-
re mandante, prophetis autem et apostolis pre-
dicantibus atque sanctis omnibus ope et
sermone aliquid virtutis viam rectissimam
hos exhortantibus, et si pauci per hanc
gradiuntur tamen plures spaciosam et que
ad perdicionem ducit eligunt. Non ex-
quisicio diuine huius adnichilatur scripture,
neque enim deest aliquid nolentibus se
intueri sol iusticie, neque tamen cogit spon-
te sua tenebras eligentes, sed proprio
relinquitur vnusquisque arbitrio et pre-
electioni quam deus inseruit scilicet. Josaphat
autem sciscitante quid esset liberum arbitrium
et quid preelectio, respondit senex: Liberum
arbitrium quidem est anime racionalis volun-
tas prohibicione quadam mota ad quecumque
voluit siue ad bonum siue ad malum sit
ab actore concessum. Rursus liberum
arbitrium est intellectualis anime motus
sui iuris. Preelectio vero est consultum
desiderium eorum que in nobis sunt aut
consilium desiderabile. Quod enim preiudi-
catum est ex consilio tenemus eligen-
tes. Consilium non est desiderium perquirens
de hiis que a nobis sunt facienda. Omne
enim consilium fit propter id quod agendum est,
et sic ante omnem preelectionem consilium
est, ante omnem non actionem preelectio.
Itaque non solum actiones sed et ea
que secundum intencionem preelectiones prohi-
bent et corone et tormenti iure causa
sunt. Principium enim peccati et iusticie ac co-
minus preelectio est prohibitus que a nobis
sunt inducta. Horum enim nobis assensus
sunt hec et actiones. Tunc ait Josaphat:
Scio. Sunt ergo alii qui et ea que tu pre-
dicas predicent aut solus et hodie qui
ista doces et sic odibilem putem vitam
asseris. Prudens senex dixit: In ista
infidelissima regione ista neminem esse
cognosco. Nam patris tui tyrannica cru-
delitas in mirabilibus hos mortibus tra-
didit et satagit ne penitus audiatur
in nobis diuine predicacionis noticie. In ceteris
vero omnibus linguis cantantur ista et
glorificantur. Dixitque Josaphat: Nunquid
non aliquid prohibus meus aliquid didicit
prius. Et ait senex subtiliter et vehementer:
Nichil didicit. Clausis enim mentis sen-
sibus bonum non vult suscipere, ad malum
vero preripiti ruit impetu. Et vellem
inquit Josaphat eciam illum ista didi-
cisse. At vero senex: Apud homines impos-
sibilia sunt. Quando scis enim si tu saluum
facies patrem tuum et modo mirabili ge-
nitor tui genitor efficiaris. Dixit autem
Josaphat: De patre meo faciet deus sicut
ei placet. Ego vero ocius faciens ex
omnibus presentium cognoscens vanitatem
discedere quidem penitus cogito et tecum
reliquum vite mee ducere ne propter temporalia
ista et fluida eternorum et incorrupti-
bilium excidam refrigerio. xix Addit
de illo qui contempta nobili sponsa pau-

Cum senex pauperculam duxit uxorem
erudit. Audi quoque fecit similis eius
iuuenis sapientissimus de quo au-
diuit quia filius fuit ditissimorum parentum
petitum. Cum pater suus desponsauit filiam
cuiusdam nobilissimi parentibus locuple-
tissimi nimis pulcherrimam. Mouit ergo
sermonem cum puero dempsitque et quod
facere meditabatur annunciauit quod ille que-
rens malam ac nepharam respuens
relicto patre in fugam lapsus est. Ambu-
lans autem declinauit in domum cuiusdam
senis pauperis propter estum diei semetipsum
reparaturus. Tunc filia senis virgo
que erat ei vnigenita sedens ante ianuam
operabatur manibus, ore autem suo deum
laudabat assidue gracias agens ei de
imo cordis illius autem laudes inueniens

ascultans ait Nunc istud tamen omnilier-
spondit. Cum autem rei gratia cum ita sis
pauper et tenuis quasi pro quibusdam mag-
nis donis gratias referendo sic laudas da-
torem. Hunc videns ait Agestis quia
sicut exigua medicina de magnis la-
guoribus sepius liberat hominem ita
ita et in ipsius dei donis gratiarum actio
magnorum auctrix bonorum efficitur. Ego
quidem filia sum senis pauperis gratias
tamen refero deo pro modicis istis donis
et benedico deum ita quam qui hec contulit
et maiora va[le]let dare et ista
quidem debilis que [illegible] exteriora sunt
et mea non sunt ex quibus nec multa
possidentibus lucrum aliquod provenit im-
mo dicam quia et sepius dampnum sus-
tinent neque modica accipientibus accidit
detrimentum eandem utrique viam pergen-
tibus et ad eundem provenientibus finem.
Eorum que magis sunt necessaria et perfec-
tissima multa et maxima accepi dei do-
na que inmarcabilia et inestimabilia
sunt. Nam secundum ymaginem dei facta sum
et ipsius noticiam habere merui et racione
pre omnibus animalibus sum predita et ab ipso
deo invitata sum ad viscera misericordie eius
cum etiam misteriorum particeps esse me-
rui cuius et paradisi ianua apta est facile
si voluero introitum michi prebitura. Pro tan-
tis igitur et talibus donis que indiffe-
renter divites participant et pauperes ut dig-
num est gratias agere penitus est impos-
sibile. Si autem et modicam laudacionem
largitori bonorum non obtulero qualem
excusacionem habeo. Iuvenis itaque cer-
nens illius stupens intellectum eius pru-
denciam accessit eam et dixit Da michi uxorem
filiam tuam. Adamavi enim illam propter in-
tellectum et pietatem. Tunc senex ait Non
licet tibi accipere pauperis filiam cum pri-
mum divitis sis filius. Iuvenis autem hunc
ius ait etiam hanc accipiam si tamen
non negaveris michi eam. Nobilium quippe
et divitum michi filia fuit desponsata
sed hanc respuens fugam arripui
filiam non tuam propter pietatem quam hic
video et preclarum illius intellectum
adamavi copulari michi pre omnibus
cogitavi. Senex autem dixit ad eum
Non possum tibi hanc dare ut du-
cas in domum patris tui et ab oculis meis
separes eam unica michi est. Sed ego
inquit iuvenis apud vos manebo
et vitam vestram suscipiam conversacionem

Deinde et splendidum deponens vestimentum
senis habitum postulans induit. Tunc
ille senex in multis temptans eum et
varie ipsius examinans cogitaciones
postquam cognovit firmamenti illius
stabilitatem et quia non amore insipien-
cie detentus peciit eius filiam sed pie-
tatis amore elegit pauperime vivere
hanc proponens sue glorie et nobilitati
tenens eum manu introduxit in ip-
sum cubiculum et ondit ei divicias mul-
tas ibi repositas et immensum pondus
peccuniarum quantum non viderat aliquando
iuvenis ille et ait ad eum Hec omnia
tibi do eo quod elegisti mee fieri heres sobo-
lis. Quam tenens hereditatem ille omnes
supergressus est gloriosos terre et divi-
tes.

XX Doctrina barlaam de deo cre-atore omnium et rectore recta

Dixit enim Iosaphat convenien-
ter satis et ista me tangit nar-
racio Unde et arte esse dicta
ista deinde estimo. Ego desiderans
scire precor ut ista michi nota facias
divicias scilicet dei et magnitudinem sup-
ereminentem virtutis eius. Tunc dixit
ei barlaam Oro deum ut ista doceat
te et scienciam talium infigat anime tue
quia apud homines ipsius enarrare
gloriam et potenciam impossibile est et impossibile
etiam si omnes qui modo et aliquando
fuerunt homines lingue una fierent. De-
um enim inquit ewangelista et theo-
logus Nemo vidit unquam. Nos non
et ex predicatione eorum et opera rer-
um iuxta quod possibile est dicimus
Dicit enim scriptura Celi enarrant gloriam
dei et opera manuum eius annunciat fir-
mamentum. Sicut enim aliquis domum
cernens splendidissimam et artificiose
se fabricatam cuius forma ingeniose
compacta est et architectum et edifica-
torem mox considerans mirabitur
Ita et ego deum non existentibus for-
matus et ad hoc quod sum adductus
et si plasmatorem atque factorem videre non
possum sed tamen ex sui compacta
et mirabili fabrica mei ipsius ad no-
ticiam venio sapiencie eius non secundum
quod est sed sicut potui intelligere
quia non aucupio veni nec incepi fie-
ri sed ille plasmavit me sicut vo-
luit. In principio quidem omnes fecit cre-
aturas quarum aliquas divinitas
et contritas virtutibus melioribus ornavit

informat deum sublevans hunc de luto
suo impio adaliam tulissent vitam in
finitam et eternam. Nullus hominum potuit
aliquando aliquid horum perficere neque rex
neque sapiens neque dives neque alius
humana pagens studia. Hominis ergo que
circa me sunt ad speciam creatoris mag
nificencie productus sum. Cum hec autem
et bene compactam fabricam et conservacionem
creature totius considerarem et vidi quod
ipsa omnia secundum se ipsa commutacioni subia
cent et corrupcioni. Intellectualia quidem
secundum liberum arbitrium et in bonis pro
fectum et a bono defectum. Insensibilia
vero iuxta generacionem et corrupcionem
augmentum est et decrementum et mixtam
qualitatem commutacionum et loca
lem motionem. Ex hiis predicant no
tibus ineffabilibus arbitracio et
incommutabili se facta esse deo con
tineri qui gubernat et semper providet.
Quomodo ergo consistere nec adunari mundi
complecioni insimul convenirent et indisso
lubiles permansissent nisi quedam omni
potentis virtus ista coniunxisset et
semper indissolubilia conservaret. Quomodo
enim aliquid manet nisi ipse voluisset.
Sicut enim navis sine gubernatore non
potest subsistere sed mox submergitur
et domus ... modica nunquam stabit sine
provisore mundus quo stat temporum spacio
creatura magna sit bona et mira
bilis sine gloriosa quadam et magni
fica atque mirabili gubernacione et sa
pientissima prudencia. Ecce enim ce
lum quod tempus habet et non de
migratum est terre virtus non est lassata
ex tanto tanta tempore fontes non
desierunt fluere ex quo facti sunt
mare tot et tanta suscipiens flu
mina non super egreditur mensuram
Cursus solis et lune non mutantur
ordines diei et noctis non pervertuntur
Ex omnibus istis ineffabilis virtus dei
et magnificencia nobis declaratur
testificata apostolis et aliis. Sed ne
mo digne considerare vel laudare
gloriam eius poterit deseret non omnium
quia omnia potest et dissimulat peccata
hominum propter penitenciam solus bonus
et amator animarum. Dominus bene
dictum sit nomen eius laudabile
et superexaltatum in secula etc.

xxi Barlaam Josaphath vitam
suam narrat. Sequitur capitulum.

Dixit autem ad eum Josaphath
Si multo tempore meditarer
sapientissime quatenus proposi
tarum enodacionem sermonum nobis dissol
veres non melius id facere michi posse
videtur quam talia dicendo qualia
paulo ante protulisti actorem enim crea
torum et datorem bonorum deum docuisti
esse incomprehensibilem et cogitacionibus
humanis gloriam magnificencie eius
sermonibus evidentissimis ostendisti. Hec
ergo premissis dic michi karissime quot an
norum ipse es et in ... quibus locis
conversaris quosque ... huius philosophie socios
habes fortiter enim anima mea ex tua
pendet et nequaquam ab te omni tempore
vite mee nolo separari. Cui senex ait
annorum sum sicut opinor quadraginta
quinque. In desertis autem terre Sennaar de
gens. Agonizantes mecum habeo eos qui
mecum supernum iter laborant. Quomodo
inquit Josaphath quod michi dicis amplius
enim michi appares lxx annorum esse.
Cui vidit. Si aliquid a nativitate annos
meos querere dicite bene hos estimasti
amplius lxx annorum esse sed illos
ame in mensura vite computantur quot
quot in vanitate mundi expensi sunt.
Cum enim vivebam carne sensus pecca
mortuus eram interior homo annos
quos mortis nunquam vite nominabo. Ergo
vero michi mundus crucifixus est et ego
mundo et deposui hominem veterem
qui corrumpitur secundum desideria carnis
erroris non iam vivo in alio sed vivit
in me Christus. Quod autem vivo in fide
vivo filii dei qui tradidit semetipsum
pro me. Hos initio et annos vite et dies
salutis notabo quos xlv computa
ro annos. Dixit autem Josaphat Cum
quidem vita carnalis non inter vita vo
catur ergo nec mors temporalis mors
debet appellari. Cui vidit senex In
dubitanter et dilectius ita sencio neque
quam temporalem hanc mortem times
nec mortem ipsam appellans quoniam
contempnans per istam transmigras absque
timore ad te veni et salutare tibi
verbum amicciam tuam diligenter
moneciam quia si ei ista in noticiam
venerint imbelle me ut possibile est
ei mortibus subiciet. Ista ergo inquit
Josaphat verborum meorum philosophie exacta
minus supergrediuntur naturam et rigore
vite preteriti radicitus inherentem

Beati estis vos qui tam virile atque
constantem habetis voluntatem. Sed
unde et qualis est et huius qui tecum sunt
in heremo deserto victus, unde etiam indumen-
ta et qualia veniunt quaeso michi insi-
nua. Cui Barlaam: victus quidem nobis
est ex eius que inveniri possunt fructus
videlicet arborum et herbe quas heremus
defert rore irrigata celesti et precepto
creatoris obediens pro quibus nullus
nos impugnat vel nobiscum contendit
plus querens diripere avaricie causa vel le-
ge cupiditatis. Sunt enim in media cun-
ctis adiacet illaborata esca et ul-
tro parata mensa. Si vero aliquid aliquis
vicinorum fidelium fratrum panis offerat
benedictionem quasi et divina providencia
transmissum suscipimus illum pro benedic-
tione fidelis offerentis. Indumenta vero lanea
et cilicina et melotaria inveterata
et aspera sunt attrita in fimbria tamen
istam. Idipsum namque nobis est oportunum
estate et hyeme. Quod illo modo quo
induimur exuere licet donec inveteratum
penitus corrumpatur. Sic enim frigoris
et ardoris necessitatibus vexati futu-
rorum incorruptionibus vestimentorum me-
mur nobis ipsis comparamenta. Iosaphath
nos ait unde hoc igitur venit et quo induci-
vestimentum. Respondit senex: In urbibus istis
quemadmodum fidelium fratrum suscepi cum ad
te venirem. Non enim congruebat cum con-
sueta veste huc advenire. Decebat me
redire enim unde veni quo tamquam pro veste
alieno habitu deposito proprium resumam.
Rogavit igitur senem ostendi sibi ab
eo consuetum vestimentum. Tunc Bar-
laam exuta qua indutus erat veste
forinseca apparuit Iosaphat in ipso horri-
bilis erat. Cum tota carnis qualitas
consumpta denigrata cutis ab ardore
solis et ossibus herens et tensa ac si
pelle subtilibus tenditur. Talaribus
laneo vero quodam panno distinctus et
valde aspero precinctus erat a lumbis
usque ad genua. Similique huius passo qui
humeros opertus erat. xxvi Iosaphat
volentem eum sequi Barlaam reprimit

Admiratus itaque nimium Iosaphat
huius dure laborem conversationis
et perseverancie stupuit eminen-
tiam et ingemiscens lacrimatus est et
ait seni: Quoniam me de dura et amara
servitute huius mundi liberare venisti
finem congruum imponens tuo beneficio
educ animam meam de carcere isto et me
tecum sumpto eam hinc ut perfecte redemp-
tus de mundi errore signum tunc suscipiam
salutaris baptismatis et sermonis tibi ad-
mirabilis huius perfecte et communis conversatio-
nis fiam. Dixitque ad eum senex: Similitu-
dine capree intravit quidam dives qui cum
crevisset desertam desiderabat naturali
tracta affectu / egressa quoque die quadam
invenit gregem caprarum pascentem
et iuncta eis ambulabat per campos et silvas
Reversa tum ad vesperum summo diluculo fa-
mulorum negligencia exibat et pluribus
aggregata capris pascebatur cum eis
Omnibus longius ad pascendum recede-
tibus subsecuta est et illa. Ministri divitis
hec sentientes ascensis equis abierunt
post eas et suam capream una capien-
tes et reducentes domum detectam co-
re prohibent. Reliquum non parcentes ceteras
alias quidem ceciderunt alias non male
disperdiderunt. Eundem quoque modum timeo
fieri in nobis si me subsecutus fueris
viam et meo consortio carebo et mihi
malorum fieris meis actor existam.
Sed hoc te vult deus. Nunc quidem signari
signo baptismatis et mane in regione
ista omnemque firmiter tenere pietatem
et mandatorum Christi operationem. Cumque ad
hoc actor dedit omnium bonorum tu venies
ad me et reliquum presentis vite simul
habitantes ducemus. Confido non in domino
quia et in futuro seculi conversatione comi-
ti erimus et associati. Rursus lacrimans
Iosaphat ait ad senem: Si domino ista pla-
cent voluntas eius fiat. Talibus ergo
dogmatibus et verbis salutaribus in-
struens Barlaam filium regis. Ieiuna-
re quoque et orare ei mandans per
multos dies non deseruit eum sed fre-
quenter ingressus est totam conintegro
senem orthodoxe fidei insinuans et
divinum evangeliorum recitans ei insuper et aposto-
licas admoniciones et prophetica dicta expo-
nens. Nam vir ille adeo doctus quod totam
more veterem et novam scripturam sciebat
divino afflatus spiritu illuminavit eum ad
verum dei noticiam et fidei simbolum
expositum in niceena synodo docens
eum baptizavit illum in nomine patris
et filii et spiritus sancti. Post ipsius autem
ad hospicium suum sacram missam ce-
lebravit. Tradiditque ei intacta Christi
misteria et exultabat spiritu gloriam refe-
rens deo et domino Ihesu Christo dicens

ad Yosaphat. Dignum te faciat dominus vera adipisci beatitudine.

XXVII. Zardan dum corde verba Barlaam audit. Rubrica

Ministri autem iuvenis et pedagogi frequentem ipsius Barlaam introitum in pallacium cernentes mirabantur. Unus autem qui inter eos prepollebat Zardan nomine ait ad filium regis: Nosti utique domine mi quantus patri tuo timor inest michi et quanta erga eum mea fides est, ideoque me quasi famulum fidelissimum ut tibi servirem precepit. Nunc autem virum hunc extraneum frequenter videns colloquentem tibi vereor ne forte secte sit Christianorum adversus quam valde hostiliter se habet pater tuus. Et si hoc est mortifere subiacebo sentencie. Nunc ergo vel regi de ipso notifica aut amodo abeuntis cessa collocucione. Si autem illud non vis facere eice me a facie tua ne sim reprehensibilis et alium loco mei postula hunc introduci. Filius autem regis ait ad eum: Hoc ante omnia Zardan fac: ingredere tu infra cortinam et audi ipsius ad me sermocinacionem et postea dicam tibi quid te oporteat facere. Veniente itaque Barlaam ad eum introduxit Zardan et post cortinam posuit ipsum et dixit seni: Recapitula michi doctrinam tuam divinam quatinus cordi meo infigatur. Exorsus itaque Barlaam multa de Deo et de fidei pietate pronunciavit et primi hominis plasmacionem recommemoravit. Cum hiis eciam non tacuit quod creator noster salutis sollicitudinem gerens benignitatem suam impendit. Multaque de mundicia vite disputavit et puram veritatem demonstravit. Finita itaque ordine ad hospicium iterum abiit. Regis autem filius Zardan temptans ait: Audisti qualia michi sermocinatur. Verborum iste dixit seducere me vanis suis persuasionibus molliens et alienare iocunda ista delectacione et refrigerio et extraneo servire Deo. Zardan vero ait: Quid tibi visum est domine mi rex temptare me servum tuum? Novi enim profundius in corde tuo descendisse huius viri sermones. Nisi enim hoc esset non utique tam libenter et incessanter cum eo loquereris. Ego non quid faciam ad hunc quod aspice non valens austeritatem timore non regis animo meo in doloribus posito sollicitus sum quid

videam et. Nam negligenciam illius preceptis invigilans hunc advenam intrare permisi. Tunc ait ad eum filius regis: Ego quidem maxime erga me benivolencie tue nullam aliam magis congruam recompensacionem agnoscens hanc dignam tuo beneficio recepi ut opus istud bonum manifestum facerem tibi ut scires ad quid factus es et creatorem tuum qui te fecit recognosces quatenus derelinquendo tenebras ad lucem currens moxque ut audires incomprehensibili desiderio illam sequereris. Sed sicut video spes mea fefellit me. Nam cerno te durius ea que dicta sunt et stolida. Si non ista patri meo manifestaveris nichil aliud efficies quam curis et tristicia illius animum replebis. Sed si illi gratiam vis impendere illos usque ad tempus optimum quodque de hiis annuncies.

XXVIII. Yosaphat cilicium induit et doctrine finem a Barlaam accepit.

Mane autem Barlaam veniens de profectione sua loquebatur. Yosaphat autem non sustinens ferens separacionem tristabatur animo et oculi eius lacrimis replebantur. Multa tunc senex locutus est et ut immotus permaneret in bono contestabatur. Verbisque consolatoriis cor illius stabilivit et ut se alacriter dimitteret precabatur. Simul eciam predixit quod non post longum tempus permanerent ipsi societate inseparabili. Tunc regis filius nolens amplius senem labores inmanere metuens eciam ne Zardan de ipso regi manifestaret et tormentis ipsum subiceret dixit: Cum quidem tibi hoc visum est ultimus te impedire vel detinere non video. Vade igitur in pace a Deo custoditus et mee infelicitatis in sanctis tuis oracionibus memor esto pater domine ut valeam venire ad te et veneranda facie tua semper videre. Sed et fac unam meam peticionem. Cum quidem noluisti accipere pro confratribus tuis suscipe saltem pro remedio aliquam pecuniam ad victum et vestitum. Senex vero nichil obedire non acquievit Barlaam. Rursus secundam peticionem Yosaphat facit ne penitus ipsius desperacionem spernet et merore illum dimitteret desertione. Sed relinqueret ei laneum illud vestimentum et asperum pallium et cilicium in memoriam religionis magistri quia adiumentum sibi contra omnem sathane operacionem persisteret. Eciam aliud accipe pro ipso ut utique datum inquit retinens mea semper in memoria humilitatem. Senex vero ait: Vetus quidem ac scissum tibi dare et

novum vestimentum accipe non dicet ne
modicam laboris mei retribucionem in hac
vita recipiam ut autem tuam devocionem
non amputem veterem et que nichil a meis
different queratur tunicas et illa
suscipiam. Concessa sunt hec et data
sunt seni. Cumque Yosaphat et ipse indu-
mentum suscipiens vehementer gau-
debat omni purpura regali et veste
coccinea preciosius istud incomparabiliter exi-
stimans. Tunc sanctus Barlaam post
paululum discessurus novissimam ei
doctrinam adhibuit dicens: Frater et
fili dulcissime scito cui militas regi
et apud quem confessiones tuas de-
posuisti. Oportet ergo ut firmas istas custo-
dias et milicie devotus compleas quam
tamquam promisisti in ea consolus omni
tacta domino patre celesti exercitu et
testificante nec non describente confessi-
ones suas quas si custodieris beatus
eris. Nichil ergo preponas deo et ipsius
preceptis bonis. Quid enim sit terribile
est in hac vita quo et iehenna ignis
etiam ardentis nec prius lucem lucis
cruciantis et numquam desinentis. Quid
autem tercius mundi bonorum talibus leti-
ficat sicut deus idem ipse diligentibus
se donatus cuius pulchritudo quidem
ineffabilis potencia non inexpugnabilis
et gloria sempiterna cuius bona amicis
suis reposita omnibus visibilibus incom-
parabiliter supereminet que oculus non
vidit nec auris audivit nec in cor
hominis ascenderunt. Amorem hec sicut fieri
mereris dei magni potencia conservatus.
Tunc filius regis lacrimis perfusus
merore et luctu detinebatur et a
patre tam amabili et magistro optimo
derelinqui non sufferens aiebat ei:
Michi pater mee tuam supplebit aut
quem talem pastorem et ducem salutis
animarum recipiam et de mee tam amoris so-
lacium capiam. Ecce enim malum fuit
et apostatam deo reconciliasti et in
filium et heredem ordine constituisti
et qui perieram et errabam et omni-
bus bestiis expositus eram ad devorandum
me requisisti et eis qui non errave-
runt dei omnibus copulasti et ostendisti
michi compendiosam veritatis viam
educens me de tenebris et umbra
mortis. xxv Recedente barlaam
Zardan secretum regi aperit.
Sequitur capitulum ultimum.

Barlaam itaque lamentacionem illius
amputare volens surrexit et
in oracione stans elevatis ad celum
manibus suis dixit: Respice domine
super hanc racionabilem ovem tuam
accedente prius indignum ad sacrifici-
um et sanctifica ipsius animam tua virtute
et gracia. Consummata ergo oracione conversus
osculatus est filium iam celestis patris pa-
trem quoque et salutem imprecando exivit
de pallacio et ibat gaudens et gracias
agens deo qui prosperam fecit viam illius
in bonum. Tunc itaque Yosaphat omni
custodia attendebat sibimetipsi puri-
tatem anime per et corporis vigilanter
servans in abstinencia vivens et oraci-
onibus totis noctibus diei namque semper
pretermittebat eorum qui secum erant
commorancium expeditus Zardan non ille
talem illius senciens conversacionem tri-
sticia replebatur curis quoque in aliis in
animo agitatus nesciebat qualiter
evaderet ad quem finem provenire posset.
Tristicia ergo comprehensus in domum sua
abiit et egrotare se simulavit ut
autem in noticiam regis istud pervenit
alium pro illo ministrare filio direxit.
Ipse quoque salutis Zardan sollicitudinem
gerens medicum ei mittit probatissimum
et multum curacionis studium ei iu-
bet impendere. Medicus itaque sciens
quod Zardan sic regi carus erat vigi-
lanter ei intendebat. Cum autem de illo
causam agnovisset regi premissa nun-
ciavit dicens: Ego quidem nullius
infirmitatis causam in homine isto
invenire valeo. Existimo tamen
quod defectione quadam obsessus
sit infirmatur. Rex autem hiis audi-
tis suspicatus est quia ei filium
indignatum fuisse et hinc rei gracia
contristatum Zardan ab eo discessisse.
Discere autem volens rem mandavit
ei: Quia crastina die inquit ad te
videndum veniam ut que tibi acci-
dit certitudine cognoscam. Tunc Zar-
dan hoc audito nuncio summo diluculo
induens se vestimento suo pergit
ad regem. Rege autem sciscitante que
defectionis tue est causa respondit Zar-
dan: Magnum michi periculum immi-
net et maximus ego dignus sum
tormentis inlatam etiam mortem
veneo isto quia tuis preceptis negli-
genter obaudiens et domini mei filium

tum negligentius vigilant. Nam quidam
malignus homo et magus veniens
locutus est que ad sectam vanorum pertinet
deinde narrat minutatim regi ea que
filio eius a sene dicta sunt et cum quanta
delectione et desiderio idem filius
sermonem suscepit et quod totus Christi
effectus est insuper et senis vocabulum
significat. **xxvi De vano consilio
arachis et inspectacione barlaam**

Erat quoque rex amicum arachim
quendam nomine qui secundus erat
a rege et primus in omnibus consiliis
ei aderat simul etiam astrologice artis
sciencia nimium pollebat et ait ante
omnia. O rex istud faciamus malignum
barlaam comprehendere festinemus
et si hunc comprehendere poterimus nostra inten
cione non privabimur neque a spe nostra de
cidemus. Sed idem ipse aut verbis persua
sionis aut diversis tormentorum generibus
coactus etiam nolens confitebitur falsa
et erronea se dixisse et dum meum
etiam filium tuum ad sequendum patrum
dogmata suadebit. Si non illum comprehende
re nequiverimus. Alium ego cognosco senem
heremitam solitarium qui nachor vocatur
similem barlaam per omnia quem non est
facile dinoscere illum barlaam non esse
sed iste nostra secta est et magister meus
in litterarum erudicione fuit. Hunc ergo
allocuturus abibo nocte cuncta que ei per
singula notificabo. Deinde captum esse
barlaam divulgantes hunc exhibe
bimus qui et barlaam semetipsum no
minabit et dogmata christianorum tueri
se simulabit. Cum post multam disputa
cionem quasi in responsione deficiens po
tenter superabitur. Cumque ista filius regis
viderit quod barlaam quidem victus erit
nostri non victores victoribus omnis pal
mam dabit libenter quia tuum regnum
timebit et tibi que grata sunt facere
non tardabit. Committetur insuper et ille
qui personam barlaam simulabit et erra
sse seipsum confitebitur. Hiis ergo auditis
rex gavisus est nimis et optimum repe
risse arachim consilium arbitratus
est vane et cum spei innitebat. Q
uia nondum barlaam discessisse cog
noverat apprehendere eum festinabat.
Insidiatoribus igitur et lancearijs missis
plures exitus viarum occupaverunt.
In totis vero sex diebus laborans
vane fatigatus est. Deinde ipse quidem in

quoddam regalium pallaciorum in villa posita
restans. Arachim cum militibus non paucis
usque ad semnar in idem heremum ad inquisicionem
barlaam duxit. Perveniens itaque ille
ad locum quibus vicinos conturbavit quibusdam
non se vidisse virum asserentibus ad de
serta ipse princeps prius venatum exiit multo
que heremum tamen suo spacio montes circum
dedit et valles invias et scrupta quidam
pedibus et manibus reptando. **xxviii
heremitarum qui ferebant reliquias sanctorum**

Cum turba non que secum erat
ad cerpidine montis cuiusdam perveniret
super quam stans videns sub ipso
monte cuneum heremitarum ambulantem et
statim precepto principis omnes super eos una
nimiter irruerunt tenentque viros vene
rabiles et signa heremitice conversacionis
in vultibus ferentes. Ille non qui prece
debat eos sicut abbas peram portabat
laneam plenam reliquiis quorundam sanctorum
patrum. Considerans non ipsos arachis postquam
non vidit barlaam agnoscebat quippe
eum contristatus est valde et dixit ad eos
ubi est erroneus ille qui regis filium sedu
xit. Tunc ille qui peram gestabat dixit
non est inter nos ille absit. Fugit enim nos
gratia Christi repulsus. Sed in nobis habitacio
nem habet. Ait princeps. Cognoscis ergo illum
etiam inquit heremita. Nomen seductorem
demonem qui est diabolus qui in medio nostrum habitat
et apud nos latitat et ibi veneratur.
Princeps autem dixit de barlaam ego te
requisivi et dicere cupiens ubi sit interroga
vi te. Iudeus autem ait. Si barlaam queris
oportebat itaque te dicere ubi est qui deceptio
ne comitit et liberavit filium regis. Ille
enim frater noster est et frater conversacionis sed ex mul
tis iam diebus non vidimus eum. Et
ait princeps extranea quidem morte vos
interficiam nisi continuo barlaam exhibueri
tis. Et quid inquit heremita mundi alienum
eius quod tenacius amantes presentem time
amus vitam amittere et a te interfectam
formidemusque mortem potius enim tibi gratias
confitebimur si nos virtutum amatores
penis subduxeris. Ita confidenter loquen
tes non sustinens insuper sed adversus
fortitudine prudentie celerrime
commotus multas eis imposuit plagas
et tormenta quorum magnanimitas
et fortitudo etiam tyrannis digne mi
raculo vise sunt. Deinde putat eos ante
faciem regis adducere sumentis. Quos
cum vidisset furore succensus est et filios

similis reddi illos in misericorditer iubet
Postquam autem vidit eos crudeliter
plagis laceratos iuxta illata respirantes
in summa quiete residentes iubet et
ait ad illos Cur [illegible] ossa ista defunc
torum circumfertis Et ergo illos amantes ossa
eius baiulatis hac hora ponam et
vos cum ipsis ut desideratos adepti
grates nobis condigne referatis / Tunc
illius cohortis precipuus et inclitus pro
nichilo regis minas computans [illegible] ac
si nichil triste contigisset et libera vo
ce et sereno vultu inhesitante ipse signifi
cans gratiam ait ossa ista munda et sancta
circumferimus orex Illorum reputantes
amorem quorum sunt mirabilium virorum
et operum eorum et adeo dilecte quidem
nos in memoriam nosmetipsos reducen
tes et ad similem zelum concitantes
requiem quoque speculantes et delicias
in quibus modo quiescunt Insuper et mor
tis nobismetipsis assidue memoriam
putamus et sanctificationem nobis horum tactu
hauriamus Ecce causas quibus fuisse di
xi cum tu sanctorum reliquias circumferimus
Tu vero tuum impinguans carnem materiam
paras vermium devoracionem Evigila
de gravi sompno isto et aperi clau
sos oculos tuos et inde ubique splen
dentem omnibus dei intuum gloriam et
tu aliquando temetipsum socium illius fa
cito Tunc rex ait Abhac tua stulta
ingratitudine quiescens barlaam illico
eunde michi aut concipiens tormentorum
genus nunquam convenientiam accepi
sti Fac inquit quod vis Nobis enim con
tigerit agere aliquid non est congruum
nec ullo pacto dabimus assensum Non
autem primum putes esse peius si confes
sum vel inquisitorem intuis tradidisti
manibus Omneque nosti tormentorum
genus exhibe enim nobis vivere christus
est et mori pro eo lucrum optimum Super
hijs ergo furore accensus tirannus
iussit divinas quidem eorum abscidi linguas
erui vero oculos manusque simul et pe
des detruncari / Data igitur sententia
apparitores quidem circumstantes atque
lictores inhumane et in misericordi
crudelitate membrorum detruncabant
et linguas quidem eorum unius detra
hentes crudeliter abscidebant / oculos
vero ferreis unguibus eruebant pe
des et manus securibus abscidebant
Beati quidem illi et omni reverentia digni

animo constanti quasi ad epulas invitati
viriliter accedebant ad tormenta inimicum
semetipsos cohortantes et ad mortem
pro christo sine timore accedentes In
talibus ergo et tam diris tormentis per
severantes animas suas sanctas hi omnes
illi domino tradiderunt decem et septem
numero perfecerunt XXVIII De simulato
barlaam id est nachor Rubrica [ro]

Hus itaque pie consummatis prothocon
siliario suo rex arachi dixit po
strato facto ad specum simul re
spice et nachor illum arcessire Ara
chis itaque intempesta nocte speluncam
illius adiit Nam in desertis habitabat di
vinacionum vacabat ar Tunc omnibus ei
consiliorum adinvencionibus referatis
ad regem summo diluculo redijt et equi
tibus abeo viginti postulatis et acceptis
ad perquirendum barlaam egredi simula=
vit Exeuntes vero et deserta circumeuntes appa
ret vir quidam de valle quadam egre
diens Illoque ad persequendum cum propere
concitant cum velocius et comprehenden
tes ad se adducunt Illo vero sciscitante
et quis esset et cuius professionis aut
quis vocaretur et ille quidem se ipsum
semetipsum vocavit barlaam nominat
sicut et doctus erat Gaudio itaque
repletus arachis apparebat quasi assump
to celerius ad regem revertitur et iussum
est ad regem intrare Et ait rex in
audiencia omnium assistencium Tu es de
monis operator barlaam Rudit ille
dei operator sum et non demonum Noli
ergo maledicere michi [illegible]tas enim michi
gratias agere debes quia filium tuum demon
tolere dolum et omni errore liberavi et
iam reconciliavi deo et omni virtuti spe
adornatum reddidi illum Rursus
autem rex quasi iratus ait Iustum esset
equidem ut sermones protinus et rursiones
tibi facultate sublata absque ulla
interrogatione morti traderem Sed
sufferam te propter naturalem instantiam in firmi
tatem usque ad constitutam diem
presentabo nempe dete et siquidem
obedieris michi indulgencia dignus
eris Sin autem male peribis Sicut locutus
arachis illum tradidit custodiri dilige
tissime mandans Sequenti igitur
die surgens inde ad suum redijt pala
cium et auditum est raptum esse barla
am pervenitque fama usque ad regis
filium Quod cum audisset vehementer

animo doluit et nullomodo a lacrimis abstinere poterat. Gemitibus et lamentationibus deum exorabat et in auxilium sepius invocabat. Cum non despexit nec illum nec diu manus affligi permisit benignus ac misericors deus qui et internam pugnationem nostram notificat et fortitudine illi transmittit et ad pietatis confortat agonem et fiduciam prestat gaudioque plenum et confidencia et lumine dulcissimo paulo ante contristatum et dolore plenum corpus recepit. Rex itaque sic ista pagens et ita considerans gratulabatur bene providisse existimans et aratis in mensis reddebat gratias. xxix Rex filium quod a barlaam seductus sit reprehendit

Post duos autem dies pergit rex ad pallacium filii sui et quum in occursum illius egressus non osculatus est prius ut solebat. Sed irato simul ingressus est regale cubiculum et mestus sedit. Deinde filium advocans ait: Fili mi, que est ista fama que in auribus meis insonuit et defectionibus animam meam cohibuit? Nullus enim hominum tanto fuit repletus aliquando gaudio in filii nativitate prout arbitror. Certo ego nunc neque rursus contristatum esse puto sicut tu me mesticia deposuisti et meam inhonorasti caniciem lumineque abstulisti oculorum meorum et meorum vires scidisti viscerum. Timor enim quem timebam de te evenit michi et quod verebar accidit michi infantili consilio et inimicorum deorum cultum derelinquens alieno iunxisti deo et quem semper sperabam cum sim inutile et educationis custodia et senectutis mee baculum et fortitudinem regnique successorem optimum delinquere ea que inimicorum et hostium sunt exhibuisti. Unde tu vide an non oportebat tibi amplius te obedire et mea sequi dogmata quam dolosi et putridi senis obaudire fatuitati et stultiloquiis amaranti tibi ut dulci fugientes vitam et iocundissimis deliciis duram et asperam pergere viam quam filius marie ambulare precepit. Sed nunc fili, bene michi patri tuo acquiesce et longe abiectis deliramentis succedendo veni et sacrifica diis piis et mansuetis centum thauros. Et forte libaminibus eos placare possimus veniam tibi offensionis prebeat. Multa igitur talia rege vaniloquia proferente et inani quidem irridente ac respuente et ydola non offerente atque laudante videns sanctissimus ... iuvenis quia non oportet lucernam in angulis et in occulto sed super candelabrum et in excelso poni ut manifesta fiat omnibus, confidencia simul et constancia repletus ait: Quod certe me actum est domine pater nunquam negabo. Tenebras ... effugi et lumen cucurri et errorem deserui, veritati accessi et demonibus abrenunciavi Christoque federatus sum et dei patris filio et verbo, per quem totum quod est factum, qui et hominem de limo terre formavit et vitalem ei flatum tradidit et in paradiso deliciarum posuit. Quem igitur prevaricantem non mandatum illius et morti addictum peccatique diaboli rectori tenebrarum subditum non despexit sed omnia faciendo ad antiquum honorem volens eum reducere, totius factor creature et universi genus actor homo factus est propter nos de virgine sancta natus. Interea cum hominibus est conversatus et pro nobis indignis et ingratis famulis suis mortem suscepit et mortem crucis, quatenus solverentur peccati vincula et prima condempnacio destrueretur et celorum porte rursus nobis panderentur. Ipse enim est vita omnium et illuminatio omnimoda dulcedo et aviditas insaciabilis et omnium desiderabilium summa. Gratias tamen tam inenarrabilibus bonis occurrentibus michi gaudeam quidem quia de malignorum servitute demonum liberatus, dolebam tamen quia animam meam dimidiam perdidissem eo quod tu dominus et pater meus talium non esset particeps bonorum. Deum non incessanter exorabam ut traheret te ad se. Deinde igitur sic scias, pater, noli frustra laborare, quem nunquam poteris a bona confessione revocare. xxx Iram patris filius placare nititur eumque ad rectam viam convertere etc.

Rex igitur ut audivit hec omnia statim commotus est et furore incomprehensibili arreptus iracundie loquebatur et amarissime dentibus stridens et furioso similis ait: Et quis horum michi auctor est malorum nisi ego ipse qui sic te posui et talia tibi feci qualia nullus aliquando patrum fecit filio suo. Recte igitur in tua nativitate astrologi dixerunt te maligum fore virum ac

pessimum arroganterque et parentibus in
obedientem. Nunc ergo si meo non obedie
ris consilio et amica discesseris filiacio
ne pro patre inimicus effectus illa fa
ciam tibi que nec etiam hostibus aliquis
ondit. Tunc Josaphat vidit Cur rex
ita succensus quia ego talium particeps
effectus sum bonorum tristaris et quis unquam
pater in filii felicitate contristatus apparet
aut quis pater iam talis et non inimicus
reputabitur. Non enim patrem meum dere
linquo vocabo te sed discedam a te sicut
aliquis fugit a serpente. Si cognovero
te invidere saluti mee et a predicacione
me coartabis violenta manu sed po
cius intellige pater et albuginem atque ca
liginem dementis tue oculis exue. Er
go quid sic insane tenes ac defendis mor
tualium florum marcescendam et putridam
gloriam atque abhominabiles fetidasque de
licias et ventris ac subventris immun
dissimas passiones que ad tempus quidem
delectant sensus stultorum postea vero
amariores felle faciunt retribuciones.
Si enim putes iocunditates non perdicio
ni subiacent et fluxui sed perhenniter
forent permansure cum dominis suis nec
sic oporteret christi bonis et eternis donis
ista preferre. Quanto enim sol nocte pro
funda splendidior est et lucidior tanto
et eo amplius bona promissa diligen
tibus deum eterno regno et gloria
gloriosiora sunt et magnificenciora.
Hec vero et fluxui omnia et corrup
tibilitati subiacent et quasi visio et
sompnium in umbra preterunt et pereunt
et aure pocius est credendum non sta
ti et navis pontum preter labentis
vestigiis quam hominum prosperitati que re
est imprudencie vel pocius vecordie
et imprudencie corruptibilia et mor
talia infirma et fragilia incorrup
tibilibus et eternis immortalibusque et in
finitis et temporalibus horum refrigerio
inaccessibili preponere bonorum illorum re
feccione. Non intelligis ista pater
Non percipis tu sentencia et adherebis
permansuris Non preferes habitacionem
inviolatam lucem tenebris eternam vitam
umbre mortis. Rex autem stupefactus
est pater et ira repletus tam intellectu
pueri et verbis quibus contradicere
non valebat quam et ex hoc quod non
dimiserat filius eius quidquam ad de
rogacionem deorum pertinens potuit. Sed

totam cor suspiravit et deriserit
vitam Sermonis tamen claritatem
obvinctam tenebrarum crassitudinem
non percepit et primum illum mali ali
quid de illo disponere propter vehementem amo
rem non potuit. Cum ira igitur surgens
discessit et dixit Utinam nunquam natus
esses vel in lucem istam processisses ta
lis futurus blasphemator deorum et pa
terne spretor amicicie et admonicio
nis. Nisi enim obediens fueris michi et
diis gratus extiteris multis penis et va
riis affectum tormentis male te inter
ficiam. xxxj Josaphat in oracione per
noctat et factum regis prisonem

Hoc patre irate agnostat ro
et cum ira discedente in suum
cubiculum filius ingressus
ad suum adiutorium oculis elevatis
oravit. Domine deus de profundo cordis
clamavi dulcis spes et vera promis
sio tu refugium ad te confugiencium
vide contricionem cordis mei propicias
et mansueto oculo et ne derelinquas
me. Te enim vires subministrante in
firmi fortes efficiuntur quia solus es
adiutor insuperabilis et deus miseri
que vivis et regnas cum tua gloria in
secula amen. Sic orando divinam
sensit consolacionem incor- sum desperu
disse et constancia repletus perseve
ravit tota nocte in oracione. Rex autem
arachi amico suo nota faciens de
pueri et durum illius pertinaciam
et immutabilem significans voluntatem
consilium ab eo accepit cum eo amabilius
pocius ac suaviter faciendam esse quam
severam et asperam collocucionem blandi
ciis sperans pocius esse trahendum.
Venit igitur rex sequenti die ad filium
et sedens propinquius advocavit eum
oportebat te quidem fili meis obedire
preceptis in omnibus. Sed quia durus
existens et inobediens ita fortiter
resistis michi tuam pocius quam
meam cupiens facere voluntatem ve
ni ut postposita pertinacia et vana
contencione pariter cedamus veritati
et quem barlaam qui te seduxit firmo
vinctum apud me teneo. Congrega
bo ecclesiam magnam et omnes nostros
et galileos in unum congregabo precones
quod manifeste clamare properant ut
nullus vanorum metuat sed omnes
sine timore conveniant et sic commu

considerabimus deliberacione et aut
suadentes nos cum mago barlaam asse-
quimur que optatis uel suasi a nobis
ultronea voluntate preceptis nostris
obedire consentire prudens uero nunc
in suspicionem sibi demonstratam
preconcepta regis factione ait volun-
tas domini fiat et sic quemadmodum iussi-
sti Ipse enim bonus prestet deus et deus
ne a veritate deviemus Nam in ipso
confidit anima mea et ipse miserebitur
mei Tunc iam iubet rex omnes con-
gregari ydolatras videlicet et vanos
licet quidam ubique circumquaque preconibus
per universas civitates et villas clama-
tibus ut nullus vanorum timeat se ali-
quid mali passurum Sed secure omnes
in unum conveniant ad spontaneam non
coactam veritatis conquisitionem futuram
cum principe ac duce suo barlaam Sic
vero pontifices et cultores ydolorum
sapientes et inductorum qui toto regno
illius reperiri potuerunt convocavit et
quosdam augures et magos et di-
vinos. convenit itaque ad regem multi-
tudo magna de sua exercitanda secta xal-
neorum uero unus inventus est plus
in auxilium veniens illius qui puta-
batur esse barlaam nomine barachias
Alii fidelium mortui erant a principio
persecutionum qui penitates erant occasi
alii vero in montibus et speluncis
latitabant timore imminencium ma-
lignorum et non audebant in aperto parere
Ille uero cum plus esset fortis animo ad
agonem precessit veritatis xxxvi

Nachor incognitum vocitatus concilio suo
Residente / capitur et illaqueatur

Residente igitur rege in tribunali excelso
et elevato consedere sibi filium
iussit Ille uero obprius reverenciam
et honorem sicut voluit facere sed infra
ipse illum sedit assistentibus itaque se-
ductoribus hiis omnibus ait rex rhe-
thoribus suis et philosophis unoquoque ipsi et stul-
ti corde Ecce certamen nobis adiacet
et agonis magnitudo ex duobus
enim alterum fiat hodie nobis aut uestram
viam tenentes eritis barlaam
et eos qui cum eo sunt redarguentes
et gloriam maximam et honorem a nobis
et ab omni senatu consequimini et coronis
victorie coronabimini aut aut superati
cum omni confusione pessime tradimini
morti et omnia uestra spolio dabuntur

et ut omnino deleatur memoria uestra de
terra corpora uestra bestiis dabo ad de-
vorandum et filios vestros perhenni condep-
nabo servituti Hiis itaque dictis a rege filius
quoque illius ait Iustum hodie iudicasti
o rex corroboret dominus hanc voluntatem
tuam Sed et ego eadem dico magistro meo
et gnaris ait ad nachor Nosti o barlaam
in quali me gloria invenisti et deliciis
sed verbis plurimis suasisti michi ut a patri-
bus quidem discederem legibus et moribus
et ignoto servirem deo ineffabilium quo-
rundam et eternorum bonorum promissionibus
trahendo mentem meam ad sequenda
dogmata et meum exacerbando dominum
et patrem Nunc ergo quasi in lance constitu-
temetipsum stare Nam si vicis inimicam
luctam vera esse dogmata tua
ostendes que me docuisti circumquaque re-
darguens qui contra nos hodie dimicaturi
sunt et tu glorificaberis plus omnibus quam alii
fuerunt et predicator veritatis vocaberis
ego quoque in tua permanebo doctrina et
christo serviam usque ad finem vite mee Si
vero superatus seu veritate seu falsitate
confusionis michi hodie auctor extiteris
statim meam contumeliam vindicabo
in te manibus meis cor tuum et linguam
extrahens canibusque ad devorandum
ista cum reliquo corpore suo tradam ut
discant omnes per te ne presumant filios
regum in errorem mittere Hiis auditis
nachor sermonibus tristis effectus est
valde videns semetipsum decidisse in
foveam quam fecit et laqueo quem
abscondit esse comprehensum et gladium
suum in cor eius ingressum Animadver-
tens ergo in semetipso cognovit sibi melius
esse regis filio adherere et per illius
defendere quatenus evaderet imminens sibi
periculum Studebat enim quod erat ei fa-
miliaris se tormentis tradere Si uel mo-
dicum illum exacerbaret Totum enim
ex divina fiebat providencia sapienciam eius
per adversarios uestra tuente et ad verba uestra
venerunt cultores scilicet ydolorum et nachor
quemadmodum ille balaam qui sub balach
aliquando maledicere israhel proposuerat Sed
econtrario multas ~~per plures~~ per plures restituit Seden-
te itaque in throno suo consedente quoque
filio sicut iam diximus astiterunt et in-
sipientes qui quasi gladium linguas
suas exacuerunt et immobiles ipsi
ad spectaculum istius certaminis ut di-
cerent que pars victoria potiretur

xxxiii Item contra propositum suum vera lo-
quitur de deo et de errore caldeorum

Tunc unus rethor sapiencior omnibus
dixit ad nachor Tu es barlaam
qui imprudenter et inverecunde
diis nostris contumeliam et omne
dedecus infers et dilectissimum regis
filium in errorem induxisti Suspiciens
ergo nachor et crucifixo favere docuisti
Suspiciens ergo nachor rethorem illum
visione nullomodo esse dignum indicavit
Manu autem multitudini silencium indicens
et aperiens os suum sicut asina balaam
que non proposuerat dicere illa locutus
est et ait ad regem Ego rex providen-
cia dei veni in mundum considerans
celum terram mare et solem et lunam
etc. Admiratus sum ornatum eorum Videns
autem mundum et que in eo sunt omnia
quia secundum necessitatem moventur / moven-
tem et tenentem esse deum Omne enim
movens forcius est moto et tenens for-
cius tento Ipsum ergo dico esse deum qui
constituit omnia et tenet qui sine inicio
est et sine fine inmortalis et nullo
egens superior omnibus passionibus et di-
minucionibus i. ira oblivione ignorancia
et ceteris Per ipsum vero omnia sunt constituta
non indiget sacrificio et libamine vel aliquo
circuitorum apparencium omnes vero illo indigent
Manifestum est nobis o rex quia tria
genera sunt in hoc mundo quorum sunt apud
nos qui dicuntur deorum adoratores et iudei
et christiani Ipsi autem rursus qui multos co-
lunt deos in tria dividuntur genera caldeos
scilicet grecos et egipcios Nam isti fuerunt
principes et magistri ceteris gentibus in mul-
torum deorum cultu adoracione Videamus
igitur horum qui sunt principes veritatis
et qui erroris Caldei namque nescientes
deum erraverunt post elementa et ceperunt
colere creaturam pocius quam suum cre-
atorem quorum et ymagines quasdam
facientes nominaverunt figuras celi et
terre et maris solisque et lune et ce-
terorum elementorum et luminarium Et con-
cludentes in templis adoraverunt deos
vocantes deos quos servant diligenter
ne rapiantur a furibus Et non intelle-
xerunt quod omne quod servatur maius
est servato et faciens maius est facto
Eamus ergo dicto de elementis qui
dicunt celum esse deum errant Nam
videmus ipsum volubile et secundum ne-
cessitatem motum et compluribus constitutum

Nam astra ordine et spacio feruntur de
loco ad locum de signo in signum et nunc
quidem occumbunt nunc autem oriuntur et
secundum tempora iter peragunt ut perficiant
estatem et hyemem sicut ordinatum
est eis a deo et pertranseunt proprios terminos
secundum inevitabilem nature necessitatem
cum celesti ornatu Unde manifestum
est non esse celum deum sed opus dei
Qui autem putant terram esse deum er-
raverunt Videmus enim illam ab hominibus
contumeliam pacientem et dominacionem eorum
subiacentem defossam et compressam et
inutilem factam Nam si igne torreatur
efficitur mortua Insuper et si paulo amplius
infundatur corrumpitur et ipsa
et fructus eius conculcatur autem ab hominibus
et ceteris animalibus sanguine interfectorum
inquinatur effoditur impletur mor-
tuorum theca fit corporum Hys ita se
habentibus non sequitur terram esse deam
sed opus dei ad utilitatem hominum Qui
autem putaverunt aquam esse deam er-
raverunt Nam et ipsa ad usum hominum
facta est et dominacioni subiacet coin-
quinatur corrumpitur et mutatur calescit
et tingitur coloribus et frigore conge-
latur et caloribus inquinatur et ad
cunctarum sordium ablucionem assumitur
Ideo impossibile est aquam esse deam
sed opus dei Illi non qui arbitrantur
ignem esse deam Nam ignis factus
est ad usum hominum et subiacet illorum
dominacioni circumfertur de loco ad locum
et accenditur ad elixandas carnes
diversas et assandas adhuc autem et
mortuorum corpora comburenda multis eciam
modis corrumpitur ab hominibus et extinguitur
propter quod non est congruum ignem deum estima-
re sed opus dei Qui autem putant ho-
minem esse deum errant Videmus enim quod
ipse illum motum facit necessitatis et crescit
tamen ac senectute eciam se nolente et
aliquando quidem letatur et aliquando contristatur
indiget et potu et vestitu Est et
iracundus et invidus et cupidus et
penitens et inmoraciones multas ha-
bens Corrumpitur eciam multis modis
ab elementis et animalibus et iniecte
morte subiacet Non convenit ergo hominem esse
deum sed opus dei Errore ergo magno
erraverunt caldei post opiniones suas

xxxiiii de errore grecorum et egipciorum

Veniamus
itaque ad
grecos ut videamus quid forte

de deo senciant greci nam dicentes se
esse sapientes stulti facti sunt deterius
caldeis introducentes plurimos deos
factos esse alios quidem masculos alios vero
feminas omnium viciorum cunctarum auctores
iniquitatum ut advocatos istos et pro-
nos habentes sue nequicie adulterent ra-
piant occidant et omnia mala faciant
Inducunt enim ab eis ante omnes deos sa-
turnum et huic sacrificant filios suos
Qui genuit multos pueros de rea et in-
saniens comedit filios suos Aiunt enim
ionem abscidisse sibi virilia et proiecisse
in mare unde venus fabulose dicitur
fuisse nata Alligatus enim suo patre
iupiter proiecit in tartarum Secundus inducitur
iupiter quem ferunt regem esse aliorum
deorum et transformatum esse in animalia
ut cum mortalibus adulteria mulieribus
committeret Inducunt enim hunc transformatum
esse in taurum propter europem et in aurum
propter danem et in cignum propter leda et in
satyrum propter antyopem et in fulmine propter
semele et ita genuisse ex hiis filios
multos liberum videlicet et zetum et am-
phionem et herculem et apollinem et
arthemiam et perseum castorem et pollu-
cem et helenam minoem et radamor-
tum et sarpedonem et novem filias quas
appellaverunt musas deinde inducunt
de ganimede Contingit igitur o rex hominibus
imitari hec omnia ut fiant adulteri et
masculorum concubitores et aliorum malorum
operum patratores secundum imitacionem dei
sui Quo autem creditur deum esse adul-
terum aut sodomitam aut patricidam
Cum hoc inducunt et vulcanum quendam
deum esse et istum claudum et tenen-
tem malleum et forcipes et ferrariam
artem exercentem victus gracia igitur egenus
erat quod non convenit deum esse clau-
dum deinde mercurium inducunt esse deum
cupidum et furem et avarum et magum
et versipellem et sermonum interpretem
Sed non convenit deum esse talem Aescle-
pium eciam inducunt deum esse medicum
et pociones conficientem et emplastra
componentem victus gracia indigenciam
eciam paciebatur Novissime vero
fulmine ictus a iove propter dan lacede-
monis filium interiit Mars autem inducitur
deus esse bellicator et zelotes cu-
pidus et ovium et aliarum quarundam
rerum Novissime vero adulterio perpe-
trato cum venere ligatum esse ferunt ap-

ulo cupidine et a vulcano Bachum vero in-
ducunt deum esse nocturnas agentem festi-
vitates et magistrum ebrietatis et evellentem
uxores proximorum et furiosum et fugitivum
Novissime autem a tytanis occisus est Her-
culem vero inducunt ebriosum fuisse et in-
sanum et suos occidisse et ad ultimum igne
consumptum interisse Apollinem quoque
inducunt deum esse zelotem insuper arcum
et pharetram gestantem aliquando vero
cytharam et tybiam et divinantem hominibus
mercedis gracia Dyanam vero inducunt sororem
illius fuisse venatricem et arcum habuisse
cum pharetra et hanc errare in montibus
solam cum canibus ut capiet cervam
aut capream Venerem autem dicunt deam
esse et adulteram Nam aliquando habet mechum
martem aliquando anchisem et aliquando
adonidem cuius et mortem deflet querens
amasium suum quem dicunt eciam ad infernum
descendisse ut redimeret adonidem a pro-
serpina Adonidem quoque inducunt deum
esse venatorem et hunc violenter mortuum
esse ab apro plagatum et non potuisse auxiliari
miserie sue Hec omnia et multo plura tur-
piora et maligna inducunt greci o rex
de diis suis que neque dicere convenit neque
in memoria omnino deferre Unde sumen-
tes homines occasiones a diis suis perpetrant
omnem iniquitatem et luxuriam et impie-
tatem polluentes terram et aerem suis
pravis actibus Egipcii vero scelestiores
et stolidiores hiis existentes deterius omnibus
erraverunt Non enim contenti fuerunt caldeorum
et grecorum cultibus Sed insuper et bruta
animalia inducunt deos esse terrena videlicet
et aquatilia et arbores et germinacia
et contaminati sunt omni insania et luxu-
ria deterius omnibus Nam quidam illorum
coluerunt ovem quidam vero hircum Alii
vero vitulum et porcum Alii vero cor-
vum et accipitrem et vulturem et aquilam
Alii cocodrillum quidam autem cattum et
canem et lupum et symiam et draconem
et aspidem et alii cepe et alium spinas et
ceteras creaturas xxxv de errore indeorum
et vera iudeorum fide sequitur recta

Veniamus igitur o rex ad iudeos ut
videamus quid senciant et ipsi de
deo hii namque existentes de stirpe
abrahe ysaac et Jacob habitaverunt in
egipto Eduxit autem illos deus inde in
manu forti Nam sepius dyis gencium
servierunt et missos ad se prophetas et iustos
interfecerunt Deinde postquam complacuit

filio dei venirent in terram negantes eum
tradiderunt eum pylato presidi romanorum
et crucifixerunt eum inmemores benefi
ciorum eius et innumerabilium miraculorum que
inter eos operatus est et perierunt impia ini
quitate. Colunt etiam nunc solum deum
omnipotentem sed non secundum scientiam. Nam xpm
negant filium dei et sunt similes genti
bus licet appropinquare aliquomodo veritati
videantur. a qua semper elongaverunt.
Ista non de iudeis dicta sufficiant. Xpiani
autem a xpo dicuntur. Hic enim filius dei al
tissimi vocatur qui de celo descendens
propter salutem hominum de spiritu sancto ex ma
ria virgine natus absque virili semine
et salua matris integritate carnem susce
pit et hominibus apparuit ut a multorum
deorum errore ipsos revocaret. Cum in mi
rabili sua dispositione per crucem mortem
gustasset spontanea voluntate post tres
dies resurgens per xl. dies cum eis
conversatus celos ascendit. Duodecim disci
pulos habuit qui post eius in celum reditum
discurrerunt in omnes orbis provincias et
docuerunt illius magnificentiam. Unde qui
adhuc instituunt iusticie predicationis
illius xpiani vocantur. Et hii sunt qui
super omnes gentes terre invenerunt
veritatem. Cognoscunt enim deum crea
torem et actorem omnium in filio unige
nito et spiritu sancto. Veritas enim est via
veritatis que ambulantes per eam in
regnum ducit eternum promissum a xpo
in futura vita. Et ut noveris rex quia
non a meipso dico scripturas intuens xpianorum
invenies nichil contra veritatem me di
cere. Quapropter quiescant sapientes tui
adversus xpm vana. Expedit enim nobis
deum creatorem colere et incorruptibilia
illius auribus percipere verba ut condempna
tionem evadentes et tormenta vite in
extinguibilis vite eterne heredes esse
mereamur. xxxvi. De fine actionis quo
nachor omnes confutavit. Sequitur.

Ut autem perfecit ista nachor rex
quidem furore conticebat. Re
thores vero illius et sacerdotes
ydolorum muti stabant non valentes
loqui contradicere nisi quedam infirma que
dam et nullius momenti verbula im
pertiebant. Filius autem regis exulta
bat spiritu et letabundus facie et glo
rificabat deum qui in inimico tropheum
dedit confitentibus in se. Nam per
hostem et inimicum veritatis veritatem
defendit et erroris princeps advoca
tus recti sermonis monstratus est. Rex
quidem quamvis atrociter iratus fuisset na
chor nichil tamen mali in eum operari
potuit eo quod coram hominibus iussit
ei ut fiducialiter et sine ullo timore ageret
pro xpianis. Multum tamen ipse contradictiones
subinferebat per enigmata ut cederet
instancie disputandi ut pateret se vin
ci a rethoribus. Sed nachor multo magis
convalescebat dissolvens omnes oppositiones
eorum et sillogismos et redarguens per
suasionem errorum. Protracta non usque
ad vesperam disputatione iussit rex dis
solvi concilium quasi sequenti die rur
sum de hiis tractaturus. xxxvii. Yo
saphath cum secum duxit et secreto
alloquens gratias egit. Sequitur.

Filius autem ait regi sicut inprinci
pio precepisti iustum iudicium fiat
domine iusticiam et finem impone
de duobus alterum faciendo. Aut meum
magistrum permitte mecum manere nocte ista
ut simul conferamus de hiis que
opus est cras inde adversariis tuis.
Tu autem denuo tuos tecum assumes
congrua nobis meditaturi. Prout
volueris aut tuus michi permisso ac
cipe meum ad te ipsum. Si non utrique fiunt
apud te meus quidem erit in timore
et tribulatione tui non in gaudio fu
turi sunt et requie. Et sic non videtur
michi iustum esse iudicium sed viole
ciam esse potestatis et federis prevarica
tionem. Superatus denique rex evidenti
bus sermonibus filii sui quidem philosophis et sacerdo
tibus penes se retentis nachor con
cessit filio spem adhuc in illo reti
nens et signatum que promiserat ar
bitrans. Abiit ergo regis filius ad pal
lacium suum quasi quandam olimpiacam
victoriam de adversariis reportans
habens secum nachor. Cuncti singu
laris advocatus ait ad illum. Ne pu
taveris me ignorare quis sis. Scio enim
diligenter te non esse sanctum barlaam
sed nachor astrologum et inmor-
tuo nobis visum est talem simulare
ypocrisim et tante temeritatis me pu
tare esse ut media die lupum pro
ove suscipere. Sed bonum sermo cunctatur
quam cor satis vana cogitabit.
Cogitacio igitur nostra in animis et con
silium istud vanum fuit et omnino
fatuum sed opus quod operatus es omni

intellectui plenum est ideo nachor gaude
et exulta plurimas quas grates refero quod
defensor hodie veritatis factus es et
non contaminasti labia tua pollutis sermo-
nibus et dolosa simulatione sed potius
illa purificasti abhominationibus erro-
rem falsorum redarguendo deorum et ve-
ritatem christianorum dogmatum asserendo ego
autem pertraxi te nec non adduxi duabus
de causis ne videlicet rex seorsum te
suscipiens tormentis adiceret eo quod
non sibi placita pronunciasti et ut gratum
haberem quam hodie operatus es tibi re-
compensarem. Sed que est retributio? Ista
scilicet ut ostendam tibi declinare viam ma-
lam et lubricam per quam hactenus incessi-
sti et ut ambules rectam et salutarem
semitam quam non ignorant sed
fugiunt et sponte male agendo effugi-
sti barathro ac perpetue te ipsum committe-
re. Et intellige ergo nachor intellectual-
existens et pre omnibus solum de fide
ra christi ut aperit ipsum absconditam
vitam lucreris seculi ista et cor-
ruptibilia despiciens. Non enim perma-
nebimus seculum sed cum patribus mortalis
discedens sicut post modicum sicut
et omnes alii qui ante nos fuerunt
et ne tibi si grave peti honus baulas
rens illuc iudicium iustum et retri-
butio operum est et non abicieris prius
illuc cum facilis sit eius dispositio

xxxviii Nachor in verbis eius compunc-
tus ad heremum convolavit recta

Nachor igitur compunctus animo
in verbis istis ait Budyxysti o
rex budyxysti. Novi enim et ego
verum et qui non metitur deum
per quem omnia facta sunt et futurum
iudicium scio quia compluribus scripturis
hoc audivi sed mala consuetudo et
veteris molestias erroris oculos cecavit
cordis mei et tenebras profundas
aspersit cogitationibus meis. Nunc autem
in verbo tuo velamentum obscuritatis
recedens ad lumen currere volens dominus
forsitan miserebitur mei et ianuam
sibi aperiet servo nequam apostate
licet impossibile michi videatur remis-
sionem peccatorum meorum que arena
maris graviora sunt adipisci posse
que sciens et non ignorans peccavi
ab infancia usque ad hanc etatem. Hec
ut audivit regis filius mox spiritu
sancto inflammatus intrinsecus in corde

contabuit et cogitationem nachor ad despe-
rationem inclinatam relevare cepit et ad
stabilitatem fidei christi erigere dicens Nulla
o nachor nulla sit tibi dubitatio. Scriptum
est enim possibile est deo et de lapidibus
istis excitare filios abrahe qui propter summam
benignitatis eminentiam omnibus adve-
rsis celestem aperit ianuam nulli salu-
tis denegans introitum sed misericorditer
penitentes recipit. Nam ideo prima et
tercia et sexta et nona et undecima hora
equalis omnibus merces redditur sicut sa-
crum refert ewangelium. Itaque licet hactenus
impectis consenueris sed flagranti corde
accesseris eorum qui a iuventute pondus
diei et estus portaverunt consortio dignus
efficieris. Hec et alia multa de penitentia suffi-
cienter locutus iuvenis in malis inveterato nachor
et pollicitus remissionem peccatorum penitentes
christum fore propicium et pluribus exemplis
certificans quia paratus est semper ad su-
scipiendam penitentiam languidorum illius curam
velud quibusdam medelis refocillat
plene restituit sanitati. Ait enim confestim
nachor ad illum Tu quidem o nobilissime
anima pariter et corpore benigne instructus
hiis invisibilibus misteriis perseverans in bona
confessione usque ad finem et nullus modo
vel tempus haud de corde arripiet.
Ego non vadam salutem meam querere
et per penitentiam deum placare invitam //
Non enim regis ultimus videbo faciem
sed tantummodo nolumus. Letus igitur vehe-
menter effectus est regis filius et gra-
tanter verbum suscipiens complexatus eum
osculatus est et attentissime pro eo ora-
vit et commendans eum deo emisit de
pallacio. Egressus autem nachor compunctus
corde ad profundissimam currendo con-
tinuus pervenit ad heremum et monachi tunica
sacerdotali honore preditus speluncam attigit
ubi absconditus ille latitabat propter regis
timorem. Cum vidit prostratus abluit pe-
des lacrimis imitatus meretricem de ewangelio
et dum postulabat baptismum sacer-
dos quod tunc divina plenus esset gratia intel-
lexit istud diutius fieri et continuo
sicut mos erat cathezizans eum et in
iunctis diebus non modicis deinde
baptizavit eum in nomine patris et filii
et spiritus sancti. Mansit itaque nachor cum eo
penitentiam agens de peccatis suis et
benedicens deum qui non vult ali-
quem perire.

xxxix Rege circa cultum
deorum vacillante theodas magus accersitur

Nunc autem discessu Nachor cognito rex decidit a spe quam retinebat in illo videns ac suos sapientes et imprudentes rethores ita facile superatos in defectu erat maximo et illos quidem contumeliosis pluribus et dedecore affectos quosdam etiam nervis vehementer flagellatos non illos etiam oculis orbatos eiecit a facie sua. Ipse autem partim recognoscere cepit falsorum deorum infirmitatem licet perfecte lumen Christi respicere tunc noluit. Iam tenuissima caliginis spissa nebula adhuc cordis illius velabantur oculi corrupti. Iam sacerdotes non honorabat nec festivitates agebat et libamina non exhibebat ydolis sed vacillantem utrobique gestabat hinc quidem infirmitates recognoscens deorum suorum in non certitudine atque diligentiam formidans evangelice conversationis sed radicatus malignis tenebatur moribus vehementer voluptatibus fruebatur corporis et omnino uxoris more captivi inhiabat. Erat enim tempus illud sollempnitas erat futura falsorum deorum celeberrima imminente illa. Solebat rex interesse festivitatibus et sacrificiorum largitate hanc adornare. Unde metuebant templorum pontifices cernentes eum negligentem circa cultum eorum et tepide se habentem ne forte ex toto subtraheret presentiam suam a templis et privarentur ipsi regali munificentia que dabatur eis et ceteris oblationibus. Surgentes itaque adeunt antrum in vastissima positum heremo ubi habitabat quidam vir magicis vacans artibus et errorum ydolorum acerrimus defensor Theodas nomine quem rex honorabat magnifice et ut amicum colebat et magnum dicens per ipsius divinacionem ad augmentum et perfectum pervenisse suum regnum. Ut ergo sordidi sacerdotes pervenerunt ad illum hunc in auxilium suum convocaverunt et fractam regis deorum hesitacionem manifestam faciunt et qualia regis filius egit qualiter Nachor adversus eos publice concionatus sit et quia nisi ipse magis fuerit auxiliaturus tota spes nostra deficit cunctique deorum cultus periit. Surgit ergo Theodas cum presenti dyabolica sibi malicia et contra veritatem armatur multos malignorum spirituum vocans quos ad mala facienda noverat promptissimos et quibus ille semper ministris utebatur et cum his profectus est ad regem. Ut autem nunciatus est regi adventus eius et intrarunt quidem virgam olive baiulat inclote non percunctus surrexit rex de sede sua et procedens obviam illi osculatus est eum et allata sede sua iuxta se sedere fecit. xl. Huius consilio rex omnes ad sollempnitatem deorum convocat.

Tunc Theodas ait regi. Rex in eternum vive maximorum deorum benignitate protectus. Audivi certamen autem magnum egisse adversus galileos et splendidissime victorie dyademate esse coronatum. Ideoque veni ut letabunda simul sollempnitatem celebremus inmolemusque pulcherrimos et decoros virgines in morsibus deis sacrificemus thauros quoque centum et alia plura his offeramus ut habeamus eos deinceps adiutores in iustos et ponemus vitam nostram placabiles. Adiecit rex ait. Non victus ego sum non victimus debilitius potius superati sumus. Nam qui pro nobis putabantur esse subito contra nos facti sunt et blandiantes et amantes et infirmam nostram invenientes aciem prorsus hanc deiecerunt. Nunc vero si qua tibi virtus adest et fortitudo ad auxiliandum deposite secte et rursus hanc erigendam suam ecce mihi. Tunc Theodas tales dedit responsiones. Galileorum quidem congressiones et vaniloqua noli rex formidare. Nam quid sunt que dum abeis adversus viros racionabiles et sapientes. Que si in obviaverint multo facilius deiciuntur quam folium quod a vento motum corruit. Neque enim ante faciem meam venire sustinebunt nec meum sermonem conferre et interrogaciones et oppositiones meam facere. Sed ut istud certamen compositum et totum quicquid voluerimus recte nobis eveniat et secundum votum res nobis procedat. Ideo orna sollempnitatem hanc celeberrima et pietatem deorum quasi quedam arma fortia indue et hec tibi erit. Sic gloriabatur potens in malicia et cooperatione malignorum spirituum ex toto regem fecit oblivisci verba salutaria que cor illius aliquantulum detexerant et ad gesta penitus

revocavit. Unde littere regales ubique mox transmisse sunt ut convenirent omnes ad concelebrandam sollempnitatem deorum. Tunc videres confluentes populos oves et boves et diversa adducentes animalia. Omnibus itaque congregatis surgens rex cum seductore Theoda ad templum abiit tauros ad sacrificium adductos centum viginti et aliis multis animalibus celebrabant prophanam sollempnitatem adeo quod resonaret quasi civitas vocibus brutorum animalium et ipse aer pollueretur nidore sacrificiorum.

xli. Quod de Josaphat per mulieres seducendo consilium datur

His ita consummatis et nequissimis spiritibus valde gloriantibus super victoria Theode et gratias ei referentibus templorum sacerdotibus rex iterum ad pallacium redyt et ait Theode: Ecce sicut iussisti totum impendimus studium in exornacione sollempnitatis et sacrificiorum liberalitate. Iam ergo tempus est ut promissa adimpleas et filium meum qui a nostris discessit cultibus ab errore christianorum liberes et clementibus diis reconcilies. Ego enim omnem artem et ma[gis] agitans nullam morbi huius inveni curacionem. Tibi derelinquo super hoc quod nunquam contigit infortunium committo. Si ergo per liberationem adhuc rursus video filium meum diis servientem et delectationibus voluptuose vite huius et regni fruentem statuam tibi erigens auream sicut diis sacrificabo illi et ab omnibus honorari te faciam per infinita tempora. Theodas igitur aurem attente inclinans maligno et ab illo edoctus consilium malum et exitiabile lingua illius et os effusus ait ad regem: Si recuperare vis filium tuum et vana illius pertinacia depone. Inveni artem cui non prevalebit resistere sed facile mollescet rigida eius cogitacio sicut cera a facie ignis. Cunctis o rex assistentibus filio tuo et ministrantibus longe ab eo remotis mulieres decoras et speciosas valde et ornatas introduci precipe ut sint cum eo assidue et ministrent ei conversentur et morentur cum eo. Ego autem de spiritibus unum qui ad hunc[?] ordinati sunt immittens ei fortius libidinis ignem succendam. Postquam vero coierit ipse cum una sola talium mulierum nisi omnia tibi successerint pro voto despicabilis ero tibi et derelinquo inutilis et supplicys dignus. Nichil enim ut facies mulierum abducere et seducere iuvenum cogitaciones prevalet et audi narracionem meo sermone testificantem. Quidam rex filios mares habere non poterat unde vehementer tristis erat et hoc infelicitatem non modicam estimabat. Cum tamen in huiusmodi esset anxietatibus nascitur ei filius insuper hoc gavisus est gaudio magno. Dixerunt autem ei peritissimi medicorum quod si infra x annos solem vel ignem viderit omnino lumine privaretur hoc enim oculorum illius positio significabat. Rex itaque ut audivit talia fertur speluncam in quadam petra excidisse et ibi filium cum nutricibus suis inclusisse ut nullo usque ad complecionem decem annorum lucis claritatem videret. Finitis autem x annis de antro puer adducitur nullam mundialium rerum prorsus habens noticiam. Tunc iubet rex omnia sibi secundum genus exhiberi et ostendi ei viros quidem in uno loco alibi vero mulieres et alibi aurum et argentum et ibi margaritas et lapides preciosos vestes splendidas et ornamenta currus speciosos cum equis regalibus et ut breviter dicam omnia secundum ordinem et genus ostenderunt puero. Interrogante quoque ipso quid unumquodque horum vocaretur regis ministri uniuscuiusque appellacionem indicaverunt. Cum autem mulierum nomen discere anxie quereret fertur spatarius regis ludendo dixisse demones eas esse qui seducunt homines. Cor autem pueri illarum desiderio plusquam ceteris rebus anhelabat. Cumque igitur sibi omnibus ad regem reduxerint eum, tunc interrogat rex filium quid amplius amaret ex omnibus que viderat. Quid inquit pater nisi demones illos qui seducunt homines. Nullius enim eorum que hodie demonstrata sunt sicut illorum amicicia exarsit anima mea. Et miratus est rex ille in verbo pueri. Et vide quam tyrannica res est amor mulierum. Et tu igitur aliter non putes superare posse te filium tuum nisi hoc modo.

xlii. Josaphat spiritu fornicationis vexatus oratione se armat. Rubrica

Suscepit rex verbum libenter et adducuntur ei electe puelle et valde speciose quas et ornatu illustrat splendido ut amplius ad captivandum

puer(orum) scit ydonee famulos quid(em) et mi-
stros pueri omes eiecit de pallacio
Illas n(on) loco eor(um) constituit Itaq(ue) ipse
assident ei eum q(ue) complectunt(ur) ad exe-
citandum sui coitum illiciunt om(n)i gestu
et v(er)bis incitantes ad libidine(m) n(on) h(abe)bat
aliu(m) ad quem respiceret aut cu(m) quo lo-
queretur aut quesceret Ipse naq(ue) erat
ei omia Theodas vero rursus ad illa(m)
malignam speluncam redyt et libros
suos respiciens p(er) quos talia opari po-
terat vnu(m) malignor(um) accersivit et ad
bellandum contra xpi milite(m) transmisit
Malignus n(on) alios quoq(ue) nequiores
secum assumens demones cubiculum
adyt fortissimi iuvenis et irruit i(n) eu(m)
vehementissimu(m) caminu(m) succendens ca-
minu(m) Munda vero illa anima dyab(o)li
suggestiones senciens et bellu(m) c(on)tinens
malar(um) cogitac(i)o(n)um s(ed) se fortiter ve(n)ie(n)s
turbatur Mox n(on) amori libidinoso
diuino amorem opposuit et in memoria(m)
reduxit se ipsum illius pulcherrime et
ineffabilis glorie xpi immortalis spon-
si mundar(um) animar(um) et nuptiar(um) de quib(us)
miserrime eiciunt(ur) qui nuptiale pollue-
rint tunicam ligatis pedibus et manib(us)
in tenebras exteriores Hec cogitans et la-
crimis p(er)fusus percuciebat pectus suu(m)
vt malignas inde cogitac(i)ones effuga-
ret deum surgens et manus in celu(m)
eleuans flagrantissimis lacrimis et
gemitibus deum invocabat ad auxi-
liu(m) et dicebat d(omi)ne deus omnipotens
vnica spes desperator(um) et destitutor(um)
adiutorium recordare mei indigni
s(er)ui tui in hac hora et p(ro)picio me oculo
respice et libera a gladio demoniaco
a(n)i(m)am meam et de manu canis vnica(m)
meam et cum dixisset amen diuin(am)
sensit consolac(i)o(n)em celitus sup(er) se veni-
entem et statim maligne discesserunt
cogitac(i)ones Ipse n(on) in (ver)o orac(i)one vsq(ue)
mane p(er)stitit et agnitis machinacio(n)ibus
dyaboli cepit corpus suu(m) amplius
affligere et fame et siti et alia c(on)tric(i)one
totis namq(ue) noctibus stabat sup(er) pe-
des suos sibimet ipsi reducens in
memoriam q(ue) p(ro)miserat deo desi-
derans in animo tunc iustor(um) splendore(m)
et inde malor(um) gehennam commemo-
rans assidue ne ociosam et vacuam
suam hostis inveniens a(n)i(m)am cogita-
c(i)ones illi malas facile aspergeret et
mentis mundiciam pollueret xliij

Puella regia cum deformac(i)one mul-
tiplici colloquio temptat Rubrica

Undiq(ue) ig(itu)r hostis destitutus est
et omino desperans seipsum tali-
posse sternere dexte itinere
aliam vadit invenire seduccio(n)em Nam
ingressus (est) iuvencula(m) vnam illarum
que cunctis erat formosior et regis
fuerat filia que captiua de sua alie-
nata est patria et regi avennir q(ui)-
dam inimicus munus fuit oblata Qua(m)
cum ad malicia(m) p(er)tinencia machinamen-
ta facile et cito invenit malignus
de(m)u(m) regis filio a dextra conveniens
c(om)passiona(m) caritate(m) erga puella(m)
immittit ei quasi obtentu intellectus
et ornamenti mentis illius q(ue) esset
ingenua et de regali genere p(ro)pria pa-
tria et gl(or)ia esset p(ri)uata Cum hys et
cogitac(i)ones submittit ei vt libera-
ret eam ab ydolis et xpianam faceret
Itaq(ue) loqui cepit puelle regis filius
et d(i)c(it) ei noticie sibi v(er)ba p(ro)ferre d(omi)n(u)s
Mulier cognosce viuentem in secula
deum et noli h(oc) errore ydolor(um) cor-
rumpi sed deum xpm intellige crea-
torem esse om(nium) rex et b(ea)ta eris de-
sponsata immortali sponso Multaq(ue)
talia dicente illo ait illa Si mee
salutis d(omi)ne mi in sollicitudinem
geris et cupis deo tuo me offerre
et talem a(n)i(m)am saluam facere fac
ipse vnam peticionem meam et omnib(us)
statim dijs p(ri)us abrenuncians tuo
adherebo deo Coniungere mi(hi) nupciar(um)
copula et ego preceptis tuis gau-
dens obediam Cui ille Inanis O
mulier talem michi p(re)tendis duram
peticionem Ego cum liceat fortiter me
geram sollicitudine(m) salutis anima(m)
tame(n) corpus meum p(er) turpem commix-
tionem maculare michi (est) et omino impossi(bi)le
Illa aut(em) explanans illi totam viam
et lugens quare inquit talia fari(s)
tu si replere sapi(enti)a ut quid polluta(m)
vocet turpem vocasti commixtione(m)
Non enim et ego expers sum scie(ncie)
xpianor(um) librorum sed multa volumina
legi in patria mea multosq(ue) xpianos
mecum colloquentes audiui Nonne
scriptum (est) in quodam vestror(um) librorum
honorabiles nupcie et thorus i(m)ma-
culatus et melius est nubere quam
vri et q(uo)d deus coniunxit homo non se-
paret An non antiquos iustos p(at)riarchas

sed et prophetas uxores habuisse docent
scripture vestre. Racione petrum illum
quem principem apostolorum dicitis fuisse
coniugem sortitum esse habuisse. Cum his igitur
auctoritatibus stultas nupcias pollucionem
debes appellare valde videris michi
a veritate dogmatum istorum errare. Cui
ille rudit: Etiam mulier sic se habent
ista quemadmodum dixisti. Verumptamen per-
mittitur volentibus uxores ducere
sed non eis qui semel promiserunt Christo
virginitatem illibatam servare. Ego enim
ex quo lavacro purificatus sum di-
vini baptismatis ablutus et ig-
norancie mee delictis mundatus me ip-
sum servare Christo spopondi et qua racione
quod deo promisi violare potero. Ait illa
rursus: Ait sit et ista voluntas tua
quemadmodum proposuisti. Aliam non minimam
quandam et fere nullam peticionem meam
perfice si vis facere salvam animam meam.
Concumbe mecum hac nocte et tua
perfrui me patere pulchritudine rursus
et ipse meo saciare decore et promitto
tibi quod summo diluculo christiana fiam
et omnem abrenunciacionem cultum deorum
et erit tibi non solum indulgencia
pro dispensacione ista sed insuper nimia
retribucio pro salute mea a deo tuo.
Racione plurimi principes et religionis
viri apostoli secundum dispensacionem egerunt
preterientes non nunquam nimis pro magis
mandatum. Racione paulus dicitur circum-
cidisse thimotheum pro meliore dispen-
sacione et licet execrabilis sit circum-
cisio tamen ille non respuit hanc
facere et multa talia in scripturis tuis
invenies. xliiij Josaphat vacillanti
dominus felicitatem sanctorum et penas
reproborum per visum demonstravit

Hec igitur dicens et blandicies
retiaque et laqueos a dextris
et a sinistris complicans turrem
anime illius commocione cepit rigore
quod deponere proposito illius et delibe-
racionem mutabundam efficere. Seminator
autem malicie et iustorum inimicus
vacillans cor illius deprehendens
cum suis canibus unanimiter agre-
diuntur Christi militem omnes quod illius
anime virtutes conturbabant et durum
amorem puelle suggerentes ignem
vehementissimum concupiscencie succende-
runt in eum. Sentiens autem ille
seipsum fortiter inflammatum et ad peccatum

tandem captivatum et cogitaciones suas
ad puelle salutem et ad deum conversionem qui
habuit etiam proponere accionem commotus
et occultantes ei hostis submissiones
dicens non esse peccatum pro salute anime semel
mulieri misceri ingemiscens defectum
anime pessundare mox semetipsum ad oracionem
convertit et flumina lacrimarum ex oculis lar-
giter perfundens clamabat ad deum qui
salvos facit sperantes in se. In te domine
speravi non confundar in eternum. Neque vide-
ant me inimici mei. Per plures horas vero
cum lacrimis orans et multas genuflexio-
nes faciens collocavit seipsum in pavimento
et soporatus paululum videt seipsum
a quibusdam terribilibus raptum et loca
que nunquam viderat pertransire et ad
quoddam productum maximum pratum decorum
floribus bene redolentibus adornatum ubi
arbores quidem erant omnigenas et va-
riis fructibus ornatas novis quibusdam
et mirabilibus foliaque arborum dulcem
sonum reddebant aura quadam grata
agitata et insaciabile et gratissimum
odorem emittebant. Sedes quoque posite
erant de mundissimo auro et lapidibus
preciosis fabricate nimium splendorem
reddentes et lecti lucidissimi preciosissimis
stramentis que decorem suo bene nar-
racionem superierunt. Aque etiam perfluunt
limpidissime ipsos letificantes oculos
per mirabilem istum et maximum cam-
pum terribiles illi deducentes illum in
civitatem introduxerunt ineffabili fulgore
splendentem et ex auro quidem obrizo muri
erant et de lapidibus quos nullus aliquando
vidit propugnacula altissima. Quis
illius facere prevalet civitatis decorem
et claritatem. Lux autem desuper infusa
radiis suis omnes plateas ipsius illustrat
et etherei quidam exercitus splendidi in ea
consistunt canticum cantantes quod
auris mortalis nunquam audivit et vo-
cem audivit dicentem: Hec est requies
iustorum ista est leticia eorum qui placue-
runt domino. Inde denique educentes
illum reverentissimi viri illi repedebant
qui iocunditate illa et gaudio totus
perfusus ne privetis me dicebat ne prive-
tis me ineffabili gaudio isto. Sed con-
cedite michi in uno preclare civitatis
huius angulo conversari. Illi autem dicebant
impossibile est te nunc hic esse sed labore
multo et sudore venies huc si enim
tibimet vim inferre potueris hiis dabis

et maximum campum rursum transeuntes ad loca deduxerunt tenebrosa et omni feditate et tristicia et tribulacione et turbine plena ubi fornax estuabat ignis succensa et vermium genus atque serpentum ibi erat inter flamas vivens et cruciatus et vox audita est dicens Iste est locus peccatorum Ista sunt tormenta eorum qui turpibus actibus et turpibus semet ipsos polluunt Postea eduxerunt eum inde hii qui introduxerunt

xlv Idem iste reversus et patrem se instante se // loco arguit

Statim ipsemet ipsum reversus tremebundus erat totus flumina que lacrimarum detinebant ex oculis eius Omnis enim pulcritudo illius impudice puelle et ceterarum fetidior stercore atque putredine videbatur volvens in animo eorum que viderat memoria desiderio bonorum et timore malorum super lectum infirmus decubuit nequaquam surgere valens Nuntiatur ergo regi egritudo filii qui postquam venit interrogavit quid quod acciderat Ille autem refert ei per ordinem que viderat et ait Ut quid laqueum pedibus meis parasti et decipere animam meam voluisti nisi deus eum adiuvisset me paulominus in inferno habitasset anima mea Et nunc o pater quid aures tuas obturasti ne audires vocem meam bona tibi suggerentem saltem me ne prohibeas privatim incedere hac cum desiderio hac ambulo id est ab omnibus tirannis liberatur et ad loca pergere ubi barlaam Christi famulus habitat et cum eo residuum partis vite mee expendere Si autem vi retinere volueris videbis me repente tristicia et angustia mori et neque tu pater deinceps vocaberis neque filium me ulterius habebis Iterum ergo defectus apprehendit regem rursus tedet eum vite sue et male quesitus ad semetipsum inquid abiit pallacium At theodam nos qui missi fuerant nequicie spiritus adversus semper redeuntes ad eum confusionem deieccionem confitentes et licet sint mendacissimi tamen causam sue deieccionis aperte retulerunt Ille autem sic ait vos infirmi et miseri quid ab uno puero estis superati nos inquiunt valuimus sustinere nec omnino respicere Christi virtutem et vexillum passionis eius quod timere voluit Rex autem undique destitutus theodam iterum advocat eum et dixit

Omnia que nos docuisti o sapientissime complentes nullam utilitatem consecuti sumus Nunc autem si alia tibi ars restat dicenda est et illius experienciam capiamus forte inveniemus aliquam mali solutionem

xlvi Josaphat contra theodam trahit

Petente igitur theoda ad // inter colloquium filii venire mane rex secum assumens eum ad visitandum pergit filium Et rex sedens loqui cepit exprobrans et reprehendens eum de inobediencia sua pertinaci voluntate Illo vero deinceps confirmante et nichil preponendum esse Christi caritate clamante prodiens in medium theodas ait Quid cognovisti o Josaphat in omnibus diis nostris crimina ab eorum cultu discessisti et patrem tuum regem ita ad iracundiam provocasti odibilis factus omni populo Nonne ab ipsis tibi prestita est vita Nonne et ipsi exhibuerunt te patri oratione eius exaudita et eum de sterilitatis vinculo liberaverunt Cui ait ad theodam Audi errorum profunditatis et palpabilium tenebrarum fetor babilonie semen vaniloque et insensibilis senex Cur decepte conaris salutis predicacionem pernicie circumducere quam invenerunt pernicie perditi et male captivati in veritate sunt Quid melius est dic michi servire omnipotenti cum filio suo unigenito et spiritu sancto deo increato et inmortali principio et fonti bonorum an demonibus et in dictis ydolis quorum gloria et laus adulterium est et puerorum corrupcio et cetera impietatis opera// Stulte preciosius est tuo ydolo animal quod offertur ei Nam ydolum homo fecit animalia vero deus creavit Et ideo longe deo rationali intellectuali est animal irrationabile Nam id cognoscit inventorem Tu vero deum ignoras per quem de nichilo factus es per quem vivis et conservaris Non est quod congruum nos insipientes et ceteros et sine intellectu custodibus similare sed potius nosmetipsos deflere Audite quippe nostre pietatis sunt opera vestra Nam studiosus bellorum militaris aspectus simile ydolum erigens vocavit martem Alius autem mulierum cupiditate succensus meum suum deam fecit quam vocavit venerem Iste autem pro vinolencia finxit ydolum quod vocavit bachum Multi vero et alio

malorum concupiscentes suorum victorum sta-
tuerunt ydola. Nam passiones suas
deum vocauerunt et ideo in delubris
suis fiunt a beis impudice saltaciones
et luxuriosa cantica resonant et furi-
osi impetus fiunt quibus sustinebat
eorum turpitudines referendo ob suam
inquinant. Ista tamen cultus sunt o theo-
da statuis insensibilior. Si me suades
adorare et colere. Ego vero deo meo
simul et illi sacrificabo meipsum to-
tum deo creatori et prouisori vniuersorum
domino nostro Ihesu Christo spem nostram
per quem ascensum habemus ad patrem lu-
minum spiritu sancto per quem redempti sumus
de amara seruitute ymaginem eius. Quid
enim pulcrius est quam ista confiteri
et talem colere deum bonum ac benignum
qui mandat iusticiam et continenciam
imperat mundiciam iubet nudam docet
fidem exhibet pacem predicat ipsa veri-
tas nominatur et est ipsa caritas ipsa
bonitas. Hunc melius est colere quam
deos tuos nepharios et viciosos tur-
pes propter actionibus et nominibus eorum.

xlvij Idem eiusdem de stulta suorum

Dixit autem // sapiencia eorum
Ad eum theodas ecce manife-
stum est quia nostram sectam mul-
ti et magni sapientes et narrato-
res tam virtute quam gratia mirabi-
les tradiderunt et omnes reges terre
et potentes seu bona et nichil falsitatis
habentem susceperunt. Galileorum non quidam
rustici pauperes quoque et viles homines
predicauerunt et ipsi pauci nimis vel duo-
decim numero supergredientes. Quo ergo pau-
corum et ignobilium atque rusticorum predica-
cio preponenda est multorum et magnorum
sapiencia tanta splendencium tradicioni.
Cui est autem assercio hos vera dicere
et illos mentiri. Nachor ergo filius regis
videt forsitan aspis ex domo lira
audiens et sine intellectu permanens
vel potius aspis obturans aures ne
audiat vocem incantantium. Stulte cur
quod non reduces te in sensum veritatis.
Hec enim ipsum contra multis quod sapia de
inmundis nostri cultus laudati sunt
et a multis regibus defensi. Predicacio
vero ewangelica a paucis et ignobilibus
viris predicata est. Audi deum cultum
nostri virtutem et nostrorum malignorum dog-
matum infirmitatem et contemptum.
Si enim a rethoribus et philosophis composita
fuisset fides nostra reges quoque et potentes
fuissent cooperatores minus dicere posses hu-
mana virtute totum fieri. Nunc autem cernens
a piscatoribus simul compositum ewangelium
ab omnibus non tyrannis persecutum et predica-
cionem impleisse vniuersum quia iam in omnem
terram exiuit sonus eorum quid dicere potes
aliud diuinam esse et inexpugnabilem virtutem
pro salute hominum semetipsam astruentem.
Nam vmbre illorum sole omnes languores
hominum curabant demones quos vos timetis
quasi deos non solum ab hominibus pellebant
corporibus sed eciam ab ipso conturbauit mundo
crucis signo per quod omnem perdiderunt
magicam et omnia veneficia et ineffi-
cacia esse fecerunt. Quid ergo potes dicere
de sapientibus tuis rethoribus quorum stul-
tam fecit deus sapientiam fautores dyabo-
li quid memoria dignum reliquerunt stilo.
Quid potes dicere de ipsis nisi irrationabi-
litate et turpitudine et arte vanam
ornatu verborum rerum contegentem fetentis-
sime secte sue.

xlviij Theodas conuictus heremum post nachor petit dequitur tam

Theodas autem hec auditis sermonibus
quia sermo plenus erat diuine
sapiencie quasi tonitruum fulgore con-
sternatus simul voce obstupuit. Sero autem
et vix suam cepit insaniam. Tetigit
enim obtenebratos cordis illius oculos
sermo salutaris. Multum ergo de prioribus suis
actibus penam gerens et ydolorum erro-
rem condempnans ad lumen veritatis cucur-
rit. Ibi cum illo tempore rex a maligna
temptacione discessit et tantum sermo con-
credidis viciis et magicis artibus hoste
exhibuit quantam ante hoc tempus erga
illam amiciciam habuit. Tunc enim in
medio concilii stans rege presidente
magna voce clamauit. Vere rex spiritus
dei habitat in filio tuo. Veraciter victi
sumus et nullam responsionem habemus vel
resistere hiis que ab eo dicta sunt. Va-
lenius vere magnus est Christus et deus noster
magna fides eorum magna mysteria. Con-
uersus autem ad filium regis ait. Dic michi
o illuminata anima suscipiet me deus in-
tuus Christus si discedens a malis actibus
meis conuerto me ad ipsum. Eciam inquit veri-
tatis preco et suscipiet te et omnes qui
conuertuntur ad Christum. Suscipiet autem non
qualitercunque sed sicut filio qui de lon-
ginqua reuersus est regione, id est de via
iniquitatis, concurret obuiam exiuit et
huic apprehendens osculatus est et peti

confusione sublata mox eum veste induit salutari Nam et ipse dominus ait Gaudium fieri in celo super uno peccatore penitenciam agente et iterum dicit Non enim veni vocare iustos sed peccatores ad penitenciam Noli hesitare omnino neque ambigas sed veni ad xpistum deum benignum nimium et illuminare et facies tua non confundetur Mox enim ut descenderis in piscinam divini baptismatis omnis confusio veteris hominis et tota sarcina multorum peccatorum sepelietur in aqua et in nichilum defluet Theodas igitur instructus sermonibus eius continuo et execrabile illud antrum repetens et sue magice artis libros assumens velud totius actores malicie et misteriorum demoniacorum thezauros igne combussit Deinde ad speluncam adyt sanctissimi illius viri adveniens Nachor venit et de se narrat omnia pulverem super capitum aspergens graves ex gemitibus emittens et abluens [illegible] lacrimis pordinem eius sanctum excitandas suas referens actiones Ille vero tamen ad salvandas animas et de fraudulenti draconis faucibus eripiendas artificiosus esset invitat verbis illud salutaribus promittit remissionem peccatorum premium spondet fore iudicem deum catechizavit eum iam et ieiunare multis diebus preceptis que delinquerat mandavit lacrimis et gemitibus deum pro illo exorans xlix Rex consilio Arachis regnum cum filio dividit [illegible]

His itaque pactis rex undique destitutus vehementer tristis erat et plurima cogitacionum in animo ferebat quotiens autem rursus quodque de eo filio diligenter perquirebat ab eis quid de reliquo faceret filio Multa cum consilio multis supponentibus Arachis ille supra memoratus illustrior dignitate et primus consilii existens ait Rerum oportebat rex filio tuo facere et non fecimus suadendo ei nostra sequi dogmata et nostris servire diis Sed ut video ad impossibilia nititur nam ex natura inest ei vel forte ex fato Contencio ista atque diuicia igitur si tormentis eum tradere volueris et cruciatibus tuum hostis eris nec et pater non vocaberis et illum amittes pro xpisto mori cupientem Restat igitur ad faciendum illud ut dividas ei regnum et in parte que contigerit ei regnare permitte et si quid res negocia et cura secularium traxerit eum ad nimium laborem sequendum et vitam exosam res nobis proveniet Nam mores fortes manibus roborati facile deleri non possunt et ideo persuasione pocius quam vi sunt commutandi Si autem in secta permanserit Zanor saltem ipsum non amisisse te filium erit tibi magnum defeccionis solacium Hec Arachis dicente ob laudaverunt suscipientes consilium Consentit itaque et rex sic ista disponi Mane autem facto accersito rex filio ait ei Iste ultimus iam a me tibi sermo fili Cum mihi confestim obaudieris et salutis cor meum recreaveris non ultra bus sicas pertam tibi Ille autem sciscitante que verbis et ubi quam quidem inquit nullam laboravi inobedientem te ad omnia reppi ut acquiesceres sermonibus meis Nunc iam inde regnum meum dividens in binam partem te esse et regnare faciam Ceterum tibi auctoritatem quacumque desideraveris pergere viam Cognoscens autem illa divina veritate anima et istud ad lapsum sue deliberacionis proponere regem tamen obedire consensit ut ipsius manus evaderet et desideratam sibi viam ambularet Insipiens autem ait regi Ego autem desiderabam dominum illum querere virum qui ostendit in viam salutis ut omnibus abrenunciando eremus cum ipso residuum vite mee expenderem Sed quoniam me pater non permittit ut desiderata peragam nunc obediam tibi Nam in quibus non adiacet manifestum periculum et adeo alienacio boni est patri obedire Rex igitur maximo repletus gaudio dividit citissime in duas partes universam sibi subiectam provinciam ordinat filium regem et civitatem quandam magnam et populosam constituit ei incipit regnum et omnia tribuit que erant congruencia regi l Qualiter Josaphat se gessit in potestate regni et que

Tunc autem Josaphat // fecit regni potestate percepta cum perrexit ad civitatem in qua regnaturus erat Divine quidem passionis signum id est crucem xpisti venerandum in unaquaque urbis turrium posuit Templa vero ydolorum et delubra universa insequens destruxit et usque ad fundamenta diruit Itaque eorum fundamenta effodit nullas impietatis reliquias delinquens in medio civit

templum magnum et spaciosum domino
edificavit xpo et precepit multitudini
ut ibi frequenter convenirent ad exhibendum
deo cultum pro creature adoratione
deceptionem ostendit ydolatrie et predicationem
insinuat evangelii dei ubi descensionem
docet et miracula predicat adventum
eius passionem notificat trinitatis pas-
chalia summa resurrectionis virtutem
et ad celos ascensionem metuendam
tunc hiis denunciat diem terribilis illius
adventus secundi / reposita que fidelibus
bona / et suscepta peccatores supplicia
et ea amplius detrahebat omnes
ad seipsum quo erat quidem opibus miri-
bilis mansuetus et modestus moribus
Itaque sic in brevi tempore christus subiec-
tus sibi plures cives . et cunctulo
omnes conversi sunt sermonibus ut abne-
garent quidem multorum deorum errorem
recteque ingererent fidei et eius christissimus
doctrinis xpo reconciliarent. Omnes
qui in montibus et speluncis propter
timorem patris inclusi fuerant sacerdo-
tes scilicet et monachi et episcoporum pauca que
sunt de abditis suis ad eum gaudentes
veniebant et ipse autem eos qui propter
xpm in talibus deciderunt malis et
tribulationibus obviam procedendo honori-
fice suscipiebat et in suum introduce-
bat pallacium pedes lavans capita ab-
luens et ad eos pervenerunt piscinam
aut confestim paravit baptisari eos qui
ad eum conversi fuerant iubet et bap-
tisantur principes primus et quotquot
in dignitate erant / deinde milites et
reliqua turba et baptisati non tantum
animarum recipiebant sanitatem sed etiam
quicumque laboribus fuerant quarta-
corporalibus et febribus vexati omnia
deponebant omnia purificati corpore
roborati a divino fonte egrediebantur
sicut et confluebant ad regem yosaphat
undique multitudines de templis vero
illis ac delubris in quibus prius conversa-
bantur sordidi demones persecutione acer-
rissima pellebantur et miseria que eis
supervenerat in multorum audientia voci-
ferando flebant et liberata est tota
regio illa a teterrima seductione eorum
lucemque fulgebat immaculate fidei xpia-
norum Igitur rex bonum se prebebat omnibus
exemplum et ad similem multos inflam-
mabat intentionem et attendebat
terebat eum et ante omnia hoc regis

opus esse ut homines doceat deum timere
et iusticiam servare nichil autem maxime
deinde cunctabat quod nichil estimabat
uma preciosius sicut putabant ab eos car-
ceres et qui in metallis erant conclusi
et qui a creditoribus erant suffocati
et omnia omnibus largiter ministrabat / pi-
erat orphanorum omnium et viduarum et ege-
norum Tunc et illi qui erant prius eius
subditi et potius adhesebat tractu circu-
rem abicientes vilitatem evangelisabat
et dominus quidem yosaphat crescebat et
confortabatur dominus autem minuebatur
et infirmabatur hoc qualiter patrem deus
sibi rex avennir confederatus / visitavit
et mox atque sero in sensum rediens suorum
recognovit errorum infirmitate deorum
et vanam seductionem et iterum primos co-
ram quotiens in lucem profert ac medi-
tata omnibus autem eadem confirmantibus
visitavit eum eos oriens ex alto salutare
exaudita oratione yosaphat famuli sui
visum est regi hoc manifesta filio face-
re scribit quidem sequenti die epistolam yosaphat
continentem hunc modum Rex avennir
dilectissimo filio yosaphat bene valere
Cogitationes plurime fili teneme mea sub-
intrantes adeo crudeliter conturbant
Nam iam omnia tenens deficientia
quemadmodum fumus deficit que vero
sunt secte xpianorum super solem resplende-
tia / Bene scio non esse que michi ante semper
dicebant. Multa quidem tibi mala studiimus
infeliciterque heu xpianorum non parcentes occi-
dimus qui cooperante sibi inexpugnabili
virtute roborati adversus nostram crudeli-
tatem dimicaverunt Nunc autem crassam
illam nebulam de meis auferentes oculis
lucem quandam licet modicam veritatis
cernimus et pro nobis prima submittat
malorum Sed et hanc lucem nubes alia
male desperationis in hac pellans obtene-
brare temptat multitudinem opponens
meorum malorum et qua abhominabilis iam
ego sum xpus et non suscipiendus sic
apostota et hostis illius factus Quid ergo
ad ista dulcissime fili dicas ipse manife-
stum michi citius facito et quod oportet me
facere tuum preterea edoce et admonitiam
rei que expedit me pertralie Hanc epistolam
yosaphat suscipiens et que inea conti-
nebant legendo percipiens gaudio sp.
et admiratione replebatur exurgens ingre-
ssus in suum cubiculum ante divinam
ymaginem in faciem corruit et lacrimis

tram [?] irrigauit ait Gracias tibi ago dñe
amator hominum deus meus qui paciēter
sustinuisti et paciens sustines excessus
nros et hactenus nos impunitos dimisi
sti. Nos enim digni eramus olim p ira a fa
cie tua et exemplum fieri in seculo isto
sicut pentapolim habitantes facinorosi fue
runt quos igne et sulphure combussisti
sed immensa paciencia tua misericorditer
effusa ē super nos unde cum regali offi
cio ad domum patris sui venire properabat

liii Qualiter eum filius instruxit et de sacro fonte eum suscepit Rubrica

Ut aut pr̄ annunciatus ē aduentu
filii egreditur confestim obuiam
illi complectitur osculatur maxim
facit gaudium et celebrem festiuitatem
peragit in aduentu eius quid pla post
hec pater uel singulariter confederunt et quis
dicet que disseruit pr̄ filius et cum
quanta ph̄ia sed que alia nisi que apud
sancto sunt administrata per quem piscati
sunt xp̄o piscatores totum mundum et
illiterati sapientibus sapienciores omnes
sunt [illegible] quid et de deo locutus est
et fidei pietate ondit / deum inuestiga
bile benignitas dei enarrat pelagus
et quo paratus sit semper ad suscipienda
pniam adhuc continuo et quia nō est
parum vincens sī tm̄ volumine pniam ag
[illegible] multis hic exemplis et scripturas confir
mans testimoniis sermoni finem imposuit
Compunctus itaque rex iudicat adeo docta
sapia voce magna et flagrantissimo ad
saluatorem xp̄m confitetur a bonum demo
norum errore discedens signumque uiuifice
crucis adorauit sub aspectu omnium et
in cunctorum audiencia deum predicat esse verum
dnm nrm ihm xp̄m priorem quoque suam
confitetur impietatem et suam aduersus
sanctos crudelitatem et homicidia
arguit magna porcio ad pietatem efficitur
ut in eo quod dem ē a paulo ope completum
esse videatur ubi habundauit iniquitas
ibi superhabundauit et gracia multa ergo sapien
tissimo yosaphat hiis qui conuenerant
magistratibus et satrapis et omni plebi
de deo et de pietate eius fidei propo
nente et cum ignea lingua nomini tan
tum cantante sancti spiritus gracia superue
niens omnes excitat ad glorificacionem
dei quasi communi voce turbis clamanti
bus Magnus deus xp̄ianorum non est
alius deus preter dnm nrm ihm xp̄m
cum patre et sancto spiritu glorificand'

Zelo itaque diuino succensus rex auennir
insurgit fortiter aduersus ydola que
erant in pallacio suo ex auro et argento
facta et in paramentum ea precipit deum
prunmute diuidens et egenis distri
buens perficium sibi deinde utilibus faceres
postea et cum filio ydolorum templa
et delubra omnia instanter usque ad ipsa
subuerunt fundamenta Sacra aut deo
oratoria in loco ipsorum edificauit nec
solum in ciuitate sed in regione miro
studio eadem perficiunt Maligni vero
spiritus qui habitabant in delubris eiulantes
pellebantur et inexpugnabilem esse
dei nri virtutem ne inetes confitebantur
Omnis aut incircumuicina regio et vicinarum
gencium multitudines ad priam fidem
xp̄i currebant Tunc episcopo veniente
cathezizatur rex auennir et diuino perfruitur
baptismate in nomine patris et filii et
spiritus sancti Josaphat eum diuino fon
te suscepit et carnali genitori spiritua
lis generacionis actor effectus ē Cum quo
et tota ciuitas et in circuitu regio
uniuersa diuinum meruit baptisma acci
pere et filii lucis effecti sunt qui prius
erant tenebre Cunctus aut languor
et omnis demoniaci calamitas procul
accedentibus pulsa ē Prestrati aut et
sani omnes animabus et corporibus erant
et plurima alia miracula ad confirma
cionem fidei facta sunt ecclesie reedifica
bantur et ipsi qui absconditi erant propter
timorem exibant et suas recipiebant
ecclesias Et alii de sacerdotibus et monachis
ordinabantur ad pascendum gregem
xp̄i

liiii Qualiter et ipse pr̄ post conuersionem se gessit et de morte eius

Rex quidem auennir ita delicta
priore illa infelici conuersacione
et pniam agens de hiis que
fecerat totum quidem regale principatum
filio tradidit ipse aut aput semetipsum
solitariam vitam deducens pulue
reque capiti aspergens graues gemitus
emittebat lacrimis semetipsum abluendo
solus soli deo pura colloquebatur
indulgenciam ab eo suarum postulans
culparum Tantam nō compunctionis
et humilitatis abyssum semetipsum de
posuit ut nō auderet etiam dei nomen
suis nominare labiis et nisi hic filii
exhortacione [?] Ita ergo bona
mutacione inmutatus ad virtutem de
centem peruexit viam ut superederet

pietate pro iniquitatum ignorancia
pugnator non annos ita vivens in pe-
nitencia et lacrimis et omni virtute in
certitudinem decidit de qua etiam mor-
tuus est. Mundo et finis eius appropinquare
cepit timere et tedere in memoria re-
ducens mala que fecerat. Iosaphat
autem verbis consolatoriis alleviabat tri-
sticiam et formidinem que sibi con-
tigerat dicens Noli pater timere. Non
vincunt enim peccata quantitatem se addim
inestimabilem illius bonitatem. Ipsa
quippe sub mensura sunt et numero compre-
hensa sunt. Illa non immensa est et inenarra-
bilis. Non enim potest quod subiacet numero imme-
sum superare. Talibus verbis consolato-
riis et cantans ipsius animam bone spei
effecit. Deinde extendens pater manus
contra agens bona imprecabatur illi et
diem benedicebat in qua natus fuit
ipse dicens fili dilectissime fili non meus
sed celestis patris quam retribuam tibi
gratiam qualibus benedicam te benedictionibus
Quam ergo gratiarum actionem deo referam
pro te perditus eram et inventus
sum per te sic locutus et frequenter
dilectum osculabatur filium. Deinde oravit
dicens In manus tuas domine benig-
nissime deus commendo spiritum meum. Et
ita in pace animam deo reddidit. Tunc
filius eius Iosaphath lacrimis honoratis
patrem mortuum et exequias dignas
illi exhibens posuit corpus eius in
monumento inter sanctos viros non tamen
cooperuit vestimento regali sed penitencie
texit cilicio. Stans autem super monumentum
manibus in celum elevatis et flumina
lacrimarum ex oculis deducens oravit
ad deum vii diebus in illo monu-
mento surgens in memor tibi ac pos
Octava autem die ad pallacium regressus
cunctas divicias indigentibus distri-
buit quatenus per angustam introitum
portam non impediret pondus pecunia-
rum. De substitucione barachie et fuga

Quadraginta dies Iosaphat re-
obitus patris memoria ei perfi-
ciens convocat omnes principes et
militares preinclitos balthes et urbanis
populis non paucos sedensque pro tribunali ait
in audiencia omnium. Ecce sicut videtis
rex anemur pater meus quasi unus
de pauperibus mortuus est. Abiit ad illa
iusta iudicia omnem redditurus quesitus
nis preteritis vite nullum de omnibus ducens
sermo adiutorem nisi tum que egit opera
qualiacumque sunt. Iuvenem autem et omnibus
humanam sortitis naturam contingere constat non
aliter. Nunc ergo audite me amici et fratres
Ipsi nostis mihi vos quam conversacionem meam
quod ex quo Christum cognovi et servus eius
esse merui omnia habens odio ipsum
cupivi solum. Ideo michi erat deside-
rabile ut a strepitu vite et vana conver-
sacione subtrahendo me solus soli vaca-
rem et implenciis et inquiete ac finem
deo. Sed impedivit me patris mei obstina-
cio et mandatum honorare precipiens ge-
nitorem. Unde dei gratia et cooperacione
non frustra laboravi nec inanum tales
dies expendi. Nam illum Christo reconci-
liavi et vos omnes hunc solum cognoscere
deum verum et dominum omnium docui. Non autem
hoc ego feci sed gratia dei mecum. Tempus
est igitur eundi quo deducet me ipse
et reddam vota mea que vovi ei. Nunc
igitur vos considerate quemcumque velitis
preesse et regnare. Iam enim perfecti estis
in voluntate domini et nichil vos latet
propter eius iustis ambulare. Hec ut
audivit populus ille et virorum congregacio
tumultus illico et planctus et vocis
maxima confusio fit. Flentibus omnibus
et lamentantibus suam desolacionem talia
lamentantes cum lamentacionibus
et sacramentis obtestabantur se non eum
dimissuros aliquatenus sed comprehensuros
et discedere penitus non concessuros. Ita
vociferante populo et principibus omnibus
rex turbam sedare volens silencio
imperato eos se obedire promisit obstina-
cionem. Contristatos tamen et tristicie signa in
vultu ferentes domum remisit. Ipse autem
unum ex principibus qui fuit ei carius pre
omnibus et propter fidei pietatem et pudi-
ciciam inter admirandus barachiam nomine
quem et supernus sermo indicavit singula-
riter assumens clam alloquebatur et dulcius
flagitabat ut regnum susciperet et cum ti-
more dei populum alius regeret quatenus ipse
desideratam viam perageret. At illum
negante nimium et omnino respuente
et dicente o rex quam iniustum est et indi-
cium tuum quam quod non secundum mandatum
tuus est filio. Si enim proximum tuum dilige-
re sicut teipsum edoctus es qua racione hoc
quod ipse deponere festinas michi conaris
imponere. Nam si bonum est regnare ipse
quod bonum est tene. Si autem istud est anime
scandalum atque offendiculum cur michi

imponis illud et vir me supplantare p[illegible]
qui ergo talia dicente et asserente audit
a colloquio cessavit et ecce intempesta
nocte epistolam quam scripsit ad populum refe
rentem plena et omni pietate [illegible]
quod deberent inde gloriari et quale
vitam ei offerre qualesque principes et
quas gratiarum actiones deo non alium quam
Barachiam precepit in regale principatum
eis assumere et in suo cubiculo tacitam
in qua epistola scripta erat derelinquens clam
omnibus de pallacio egreditur. lv. De rece
ditu eius et confirmatione Barachie in regno

Sed es penitus latere non valuit. Vero summo diluculo gentem
auditum est et turbacionem repentina
et luctum populo exhibuit. Cum celeritate
multa ad inquisitionem eius egrediuntur
propere fugam omni modo satagentes
Unde nec invanum cessit eis studium
ut enim omnes precipuit duas cunctos
que montes transcenderunt et innias cucur
runt valleus in torrente quodam hunc in
veniunt manibus in celum extensas habentem
et ordinem sexte celebrantem hore viden
tes autem eum profusi sunt lacrimis rogan
tes et discessionem impetrantes. Ille
autem ait Cur frustra laboratis. Non
enim ultra me regem habere valetis plu
rima non illorum constrictus instancia reu
ertitur ad pallacium et congregatis omnibus
consilium suum declarauit deum et iuramen
to confirmat sermonem quia nec una cum
ipsis diem derelinquo facturus esset. Tunc
Barachia illum inuitum atque nolentem
in regali principatu constituunt dyadema
capiti eius imposuit anulumque regale
dedit in manum eius et stans contra
orientem oracionem fudit pro eo ad deum ora
uit ergo et pro omni grege. Consiliumque dixit
Barachie Ecce tibi fili mando sicut alias
apostolus testificatus est Attende tibi et omni
gregi in quo te spiritus sanctus regem posuit
ad regendum populum domini quem acquisiuit
sanguine suo et sicut ante me cognouisti
deum et summa et nuda conspicata
sit et modo ampliori studio placere
satage illi. Vero quanto maiorem a
domino adeptus es principatum tanto
potioris gratiarum actionis debitor existis
et ideo retribue huic factori debitum gratiarum
actionis sancta illius custodiendo man
data et ab omni declinando via que
ducit ad perdicionem. Sicut enim in naviga
tibus quando quidem nauta fallit modi

cam remigibus infert lesionem. Et quando
vero gubernator totius efficit navis
perdicionem. Sic et in regibus. Si quis
principatui delinquit non tam ipso quam
Si vero rex ipse omnes operatur conservacionis
detrimentum et ideo maximas sustine
bis penas si quod valui spiritus quam
ipse cum multa diligencia custodi tem
in bono [illegible] [illegible] huius volunta
ad peccatum te trahentem. Audi enim apostolus
pacem sectamini cum omnibus et sanctimoniam
sine qua nemo videbit deum. Dilectissime
attende humanarum rerum quod cursu giro
que modo et vanos fert ipsas et transfert
et instarum veloci permutacione immobile
sua [illegible] cogitacionem. Vera varian
tes mutacione mentis instantis
iudicium. Tu autem fixus esto in bono et
omnis stabilis nec extollaris propter temporalem
gloriam inani timore sed computans a
cogitacione tue nec ignobilitate con
sidera brevitatemque et incertitudinem
istius vite et tamen morte copulatam
et ista cogitans in superbie non incides
foveam sed timebis deum verum et ce
lestem regem et tu te maxima potestate
accipiens datorem potestatis in tua possi
bilitatem debet imitari. Iustus autem
deum maxime imitabitur. Si nichil
iudicavit quam misereri. Precipue pro
eo beneficus esto indigentibus et aperi
aures pauperibus ut invenias auditum
dei tibi reseratum. Qualis enim nos
sumus conservis erimus talem contra nos
invenimus dominum. Dimitte memoriam
non retinebis adversus peccantes sed veniam
postulans delictorum tuorum. Indulge et
tu te in te peccantibus quoniam remissioni
recompensatur remissio et adversus inde
conservos reconciliacio domine [illegible] fit sedato
et nunc sibi commendo nos deo qui potest
nos edificare et dare nobis hereditatem
sanctificatis omnibus. lvi De fuga Josaphat

Et hoc dicens po // misericordiam
flexis genibus suis cum lacrimis
oravit et consurgens osculatus est
Barachiam quem regem ordinaverat
et omnes principes. Tunc iam fundunt
lacrime veraciter ex corde osculabantur
et amplexabantur. Ve nobis clamabant
a tanta felicitate acerbissima deum illum
vocabant patrem salvatorem per quem inquisivit
deum cognovimus ab errore liberati
sumus et ab omnibus malis requiem
invenimus. Ille autem instrumentis consolacionibus

proximo gemitus illorum compescuit cum eis
se spiritu obsecutum promittens quia corpore
id iam esset impossibile. Talia dicens
omnibus videntibus egreditur de palacio
cum quo mox omnes exierunt permitten-
tes se a dulitate non reversuros et nec
oculis eam amplius visuros. Ut autem
extra civitatem facti sunt quia sermone
blando ab illo nolebant discedere inter-
pacione amisi sunt et nulli revertebantur.
Quidam autem persecutores meticulose a longe
sequebantur. cum quousque nox superveni-
ens separavit eos ab invicem. egredie-
batur ergo de regno suo fortis ille tamquam
ius gaudens velud qui de longe exi-
lio in propriam aliquis revertens patriam
letus ambulat et erat indutus exteri-
orius quidem communibus vestibus. Interius vero
non laneo panno illo quem Barlaam
sibi dederat. Nocte itaque in domunculam
cuiusdam pauperis hospitatus vestimentis
exutus ea pauperi tradidit ultima ele-
mosina illam perficiens et indumentum
leticie sibimet circumponens et adhesum
titam egressus est viam non panem
secum deferens non aquam non aliquid
aliud ad cibum pertinens non vestimento
indutus alio nisi dicto panno illo cu-
ius paulo ante memoriam fecimus de-
siderio enim quodam incredibili et ar-
dino vulneratus animo immortalis re-
gis christi omnino desiderati erat. Quod se
fuit totus eius liquefactus amore. Fortis
est enim inquit ut mors dilectio. Quamquam
ipse divina caritate suscepat ebrietatem
Ita exarserat siti quasi propheta dicentem
Quemadmodum desiderat cervus ad fon-
tes aquarum ita desiderat ad te deus
anima mea fontem vivum. Et ita inevitabili-
ingressus est vastitatem heremi et quasi
honore quodam gravi et cathena depo-
sita verum trahitur confusione letabatur
spiritu et desideratum intuens christum
clamabat ad eum quasi presentem et vo-
cem audientem dicens Da michi domine
viam inveniri per quam veniam ad te
quia vulnerata est anima mea amore tuo
et te solo fonte vite et salutis. Hoc
volvebat penes semetipsum semper ideo
dicebat porrom ei et contemplacionem alti-
ssimam iunctus et ita impensius iter
suum peragebat. Ad thorum sanctorum pervenire
sathagens ubi Barlaam degebat. Ede-
bat vero herbas que per heremum nasce-
bantur. Nichil enim aliud defebat secum
nisi solum corporis sui et pannum quo coop-
tus erat. Sed et cibum mediocriter et parum
de herbis sumebat aque non penuriam
patiebatur omnis aquosa et arida existe-
te heremo illa. Itaque iam tempore meridiem
sole ardente vehementer iter agendo ve-
hementius ipse estuabat siti estu perurgente
et ultima affligebatur miseria sed vin-
cebat desiderium naturam et sitis qua
divinum sitiebat flammam sitis aque. lvij

De temptacionibus quas ibi sustinuit etc.

Invidus vero operi bonum dyabolus plurimas
ei per heremum excitavit temptaciones sub-
mittens ei memoriam regalis glorie
sue et dudum assistentis ei splendidissi-
obsequii amicorum quorum et cognatorum atque coe-
taneorum et qua victorum aie corporis perfi-
ciebantur cura et alia inter refrigeria
deinde asperitatem conversationis proponebat ei
et plurimos illius sudores corporis quam infir-
mitatem et incorruptitudinem eius in tali mi-
seria et temporis longitudine partibusque sub-
tilitatem et nusquam sperandam consolacionem
tanti laboris vel finem et ideo multum exci-
tavit ei pulverem cogitacionum in mente.
Quemadmodum scriptum de magno an-
thonio ut autem vidit semetipsum huius
debilem adversus illius propositum altum
pergit viam/ multe enim malicie eius semi-
te et fantasmatibus variis eum
exterrere temptabat et in formidine nunc
Aliquando vero gladium acutum tenens implyt
super eum et perire minabatur nisi statim
retro converteretur. alia vero bestiarum diversarum
formas assumebat frendens adversus eum
dirissimum edens mugitum et sonitum
deinde et in dracone et aspidem et basi-
liscum transformabatur. Bonus vero ille et
fortissimus athleta intrepidus erat ac
tamen altissimum sibimetipsi refugium posue-
rat metes non negligans et malignum
subsannans dicebat. Non latet me seduc-
tor quis sis qui michi excitas ista et
qui ab initio contra genus hominum talia es
fabricatus. Dominus michi adiutor est et ego
despiciam inimicos meos. Confundantur
et revereantur inimici mei omnes convertantur
et erubescant valde velociter. Hec dicens
et signum crucis sibimet imprimens ar-
ma inexpugnabilia omnia dyaboli fanta-
smata absentavit. Ipse vero christi virtute
munitus ambulabat gaudens et gratias
agens domino. Sed et bestie plurime et va-
rie et serpentum atque draconum diversa
genera que heremus illa mittit obviancia

illi nō iam fantastice s; m veritate appare
bāt quo circa timore qui eidē erat plena
via et labore Ipse nō utraq; spernebat
divino timore quidē dilectione foras mitte
te laborē nō amore allevianteLviii
De inventione barlaam per iosaphat. Rubrica
Itaq; cū multis ac varijs incomodis et
miserijs fatigatus diebus nō modicis tādē
pvenit ad heremū senaaritice terre in qua
barlaam habitabat et aqua inveniens
flammam sitis extinxit Transijt aūt Josa
phat duobus annis integris p heremi illius
vastitatem vagabundus et nō inveniē
bat barlaam deo eciā nichilominus fortitudine
ā eius cogitacōnis stabilitatē pbante
et erat ita sub dino sole exustus p dien
et frigore pnoctem congelatus et incessanter
querens velud thezaurū preciosum vene
randum senem plurimas nō sustinuit
temptaciones et pugnans malignorum
spirituum et multos labores et herbarum in
digentiam quibus victibus utebatur
quia et ista cum sicca heremus esset ra
rissimas ferebat sed amore dñi infla
mata adamantina illa aīa inuicta
facilius sustinebat tristicias istā quā
voluptates Invenit eciā dei gracia
speluncam vestigia sequens illuc am
bulancium et inde semitam quandam repperit
vitam heremiticam cupiente et hunc
flagrantissime amplexatus et osculatus
tus rogabat ab illo sibi ondi barlaā
habitaculum et desiderio cuncta vnius illi
manifesta fecit ipsum itaq; locum
didicit habitacōnis quam querebat ambu
lat itaq; gaudens et spe robustus sicut
pmulus ex longo tpe patrem cupiens
videre Stetit ergo ante hostium spelunce
et pulsans ait benedic pater benedic / Ut
aūt vocem audivit exijt barlaam de
spelunca Cognoverat aūt ipsum que
sedum exteriorem aspectum ipse cognos
cere nō valebat ppter mirabilem transfigu
racōem qua in similitatem et transfiguracōem
erat ab aspectu illo priore et decora ac
florida iuventute Niam denigratus
erat ab ardore solis comatus et crinibus
exosam habens faciem et oculos in pro fun
dum dimissos et cilia exusta rivis la
crimarum et multa inopie afflictōe Ecce Jo
saphat cognovit spiritualem patrem caracte
rem vultus fuantē eundem stans ergo
mox contra orientem senex oravit
gracias agendo deo et post oracōem dicto
amen apprehendens se et osculantes sive ‑
tissime alterutrum amplexibus constringebat
et sitientis amore saciari nō potaūt
Lix De mutua salutatione eorum et quieti
Sermone aūt incipiens barlaam
hūi benedicti dicebat fili dei et
heres celestis regni pdum in ihesu
Xpm quem dilexisti quem merito
desideravisti super omnia temporalia et corrup
tibilia et sicut prudens negociator et
sapiens omnibus venditis preciosissima
emisti margaritam Josaphat referre
cepit cuncta post illius abscessum facta
sunt ei et quo domini omnia impleta
erat usq; ad presentem eorundem conventionem
Senex aūt audiens ista cum delecta
cōne et miraculo pre gaudio lacrimatus
dicebat gloria tibi deus meus qui semper
adest et auxiliaris diligentibus te dic
it ab ambobus deo gracias referuntur et ta
lia colloquentibus et dei exultantibus
gracia supervenit vespa Tunc adoracōne
surgentes diūm celebrant officium
deinde cenaturi ponit mensam bar
laam locupletem spiritualibus plenam
epulis sensualibus vero nequaquam p̄ci
apem consolacōnis ēla cum fuerit cru
da quos senex ipse operator et cultor
fuit et dactuli pauci qui in ipsa heremo
inveniebantur et silvestres herbe grās
igitur agentes et apposita edentes et aquā
de fonte qui aderat bibentes aperienti
manum et implenti omne animal benedictōe
denuo grās egerunt Rursus ante
surgentes et rursus nocturnas comple
tes oraciones / spirituale post oracionem repe
tunt colloquium sermones videlicet salu
tis et celesti plenos gracia / Commansit aūt
Josaphat cum barlaam sic pluribus
annis mirabilem illam et supra hominem
tuens conversacōem et quasi patri hinc
et eruditori per omnia obediens et con
senciens omniq; subiectione et humilitate
se illi subiciens et adornem virtutis
speciem semetipsum exercens optime exercitatus
sanctus ad luctandum contra nequi
ssimos spiritus Et ut summatim dicam tanta
in erat ei labor conversacōnis ut et
ipse miraretur qui plurimos in hac ex
penderat annos barlaam et pervene
runt illius iuvenis instancia tantum
tum de illo deo et inconsolabili cibo p̄
cipiebat ut solus posset vive ne si
insolenter moreretur inter des aunt
tet bonorum opacōnis Erat aūt ad vi
gilandum non subditus qui incorporeus

aliquis et sine carne ordinis etiam illi
intellectualis operibus ineffabile erat opus
ut nec horam nec punctum ipse preter-
mitteret in illa heremo habitans hoc enim
opus ne monastici ordinis est nunc
ociosum inveniri a spirituali operacione

Lx Capitulum Barlaam obitum suum ei innuit

Sic ergo invicem conversantes cum essent
barlaam Josaphath post multos
annos pro pietate labores quadam
die advocavit senex spiritualem filium
dicens dilectissime Josaphath in hac
te heremo habitare oportebat et michi
xpistus ordinavit deus promisit ante vite
mee obitum te videndum vidi ergo
sicut desiderabam Nunc ergo quia michi
resolucionis tempus in annis est et spiri-
tuale et coetaneum desiderium esse
cum xpisto iam completum est Tu quidem
corpus meum terra operi et pulverem
trade pulveri, permane non dereliquens in hoc
loco spirituali adherens conversacioni et
mee memoriam faciens humilitatis Ti-
meo enim ne forte obscura demonum
multitudo anime mee obsistat propter multi-
tudinem mearum ignoranciarum Tu er-
go fili ne metuas laborem conversacionis
neque formides longitudinem temporis
et versucias demonum sed horum quidem
infirmitate xpisti virtute munitus con-
fidenter derride adversus vero diuturnam
laborem et temporis spacium sic eris quasi
cottidie habuit inicium conversacionis
et quasi initium tibi esse conversacionis
habuit diem et finem hijs auditis bar-
laam dictis nullam lacrimarum josaphat
mensuram non habebant sed velud
de fonte multifluo scaturientes eum
totum ac terram in qua sedebat riga-
bant Deflens autem separacionem vehe-
menter rogabat ut comes eius itineris
moriendo fieret et ne post se relin-
queret illum in hac vita dicens Cur
que tua sunt tu queris pater et non ea
que proximi sunt ad requiem ipse pro-
geris in tribulacione et miseria me de-
relinquens plus quam bonum conversatus
sum laboribus conversacionis sed depreca-
re deum queso te ut comitem me
tecum de hoc seculo assumas Sic Jo-
saphat cum lacrimis dicente Senex
leniter et plane rudit dicens Non
debemus incomprehensibilibus iudicijs de-
resistere Ego enim plurimum deprecatus
sum deum ne separaremur ab invicem

edoctus sum a bonitate illius quia non est
congruum te nunc pondus deponere carnis
sed permanere oportet in patiencia donec splendidi-
orem coronam tibi met componas Non enim
sufficienter ad hoc decertasti ad eam que tibi
parata est mercedis retribucionem sed oportet te hic
modicum laborare ut letus intres in
gaudium domini tui Ego enim fere centum sum
annorum In hac enim heremo annos lxxv
peregi tibi autem licet non tantum tempus sit
constitutum sed tamen appropinquare oportet sicut
dominus iubet ut consimilis ordinarum nichil minus
habeas a beatis qui portaverunt pondus diei
et estus Suscipe ergo bene libenter que a
deo dicta sunt Josaphat hec consolatus est

Lxi De dormicione barlaam sequitur

Deinde ad quosdam transmittit cum
fratres procul habitantes ut afferret
ea que ad sacram hostiam conse-
crandam erant necessaria Tunc confortatus
Josaphat velociter iussum implevit/ me-
tuebat enim ne forte se absente naturale
debitum barlaam solveret et spiritum domino
traderet detrimentum quod sibi durissimum
inferret non verba testatoria non ordines
non benedictiones illius adepto Ita ergo
vertit ab illo longa via peracta et alla-
tis per quibus ierat Offert deo sacrificium
sanctissimus barlaam et communicans ipse
tradidit et Josaphat incontaminata xpisti
misteria et exultavit spiritu Deinde consimiliter
percipientes cibum edificatorijs verbis
animam rursus iosaphat alebat dicens
Non iam nos dilectissime fili nunc
congregat esus et mensam in hac vita
Ingredior enim iam universalem viam
patrum meorum Oportet ergo te circa me dilectorum
per custodiam mandatorum dei in hoc loco
usque in finem perseveranciam ostendere con-
fidens quemadmodum didicisti et edoctus
es memor semper humilis et negligentis
anime mee fidelis sermo et omni accepcione
dignus Iam si commorimur et convivemus
si sustinemus et congregabimus Talia quidem
barlaam usque ad vesperam et per totam Jo-
saphat loquebatur ineffabili dolore
detento et separacionem non ferenti Nox non
illuscente die elevatis in celum ma-
nibus et oculis ait Domine deus meus
qui ubique presens es et omnia imples gra-
tias ago tibi quia respexisti humilitatem
meam et in orthodoxa confessione
et in via mandatorum tuorum dignum me
fecisti cursum consummare huius incolatus
mei et nunc optime domine misericordissime

suscipe me intra tua thabernacula et
hic recorderis peccata que tibi peccaui sciens
et ignorans. Custodi eciam hunc fidelem
famulum tuum cum perse me noluisti et
dignum famulum tuum erue eum ab omni va-
nitate et temptacione aduersarii et alio-
rum illum faciendo perplexis laqueis quos
illa[?] magnus posuit omnibus qui sal-
ui fieri noluerit. Finita oratione prius affectu
amplexatus Josaphat osculatus est et
in osculo sancto signo que crucis semetipsum
signans et pedibus extensis exhila-
rato vultu quieuit in pace. Tunc iosaphat
corruens super eum fletibus atque suspi-
riis gemitibus que dolori satisfaciens et
lacrimis corpus abluens ac laneo panno
quem dederat ei in pallacio inuoluens
decantabat per totam diem et totam
noctem psallens pariter et lacrimis ve-
nerandum beati madefaciens corpus.
Sequenti vero die sepulture faciens ipse
speluncam et religiose valde et cum
summa reuerencia sacram glebam defe-
rens in monumento deposuit. lxxi De
visione Josaphat qua celestes ei mansiones

Et flagranti animo // apparuerunt
ad intentissimam extendens se oracionem
ait Domine deus meus exaudi oracionem
meam qua clamaui ad te miserere mei
et exaudi me quem ego te ex toto corde
meo quero adiutor meus esto ne dere-
linquas me neque despicias me deus
salutaris meus quia pater meus et ma-
ter mea dereliquit me dominus autem assumpsit
et notam fac michi viam in qua am-
bulem et saluum me fac quia bonus
amator hominum et oracionibus et intercessio-
ne famuli tui barlaam. Finita oracione
iuxta sepulturam sedebat flens et sedens
obdormiuit et vidit terribiles viros
illos quos et prius viderat venientes
ad se et deducentes in maximum illu-
campum et mirabilem deum ad glorio-
sissimam et splendidissimam introduxerunt
ciuitatem. Ingrediente vero illo alii obui-
abant multo fulgentes lumine coronas
in manibus ferentes ineffabili decore re-
splendentes et quales humani oculi num-
quam viderunt. Interrogante vero Josa-
phat cuius sunt corone glorie splendidissime
quas cernis viderunt tue quidem una pro
animabus multis quas saluasti parata est or-
nanda vero nunc amplius per exercitacione
heremitica quam peragis si tamen virili-
ter inhabitas usque in finem perdurabis. Alia vero

quidem tua et ipsa sed patri tuo ob te ex-
hibetur eciam qui per te quia mala declinando
et penitenciam veraciter agendo reconciliatus
est domino. Josaphat igitur hoc audito hesitans
et meste hoc accepit et dixit Quomodo possibile
est non impar michi qui tanta sustinui pro
mercedem adipisci donum pro plena penitencia
dixit hec et barlaam confestim estimabat
se videre quasi exprobrantem sibi et dicentem
Isti sunt sermones mei iosaphat quos
aliquando dicebam tibi quia cum tu prodiues
fueris non bonificus eris et ipse hesitabas
in verbo. Nunc autem quid contristatus es de
equali honore tibi videlicet et patri et non
pocius letatus es animo quia exaudi-
ta est tua multa prece oracio. Josaphat autem
sicut mos erat ei semper dicere Ignosce
pater ait ignosce et ubi habitas ostende mi-
chi. Inquit senex speciosa et mag-
na ciuitate habitacionem habere merui in media
urbis platea luce fulgente eximia.
Rogauit vero Josaphat barlaam se pu-
tabat ut eum induceret in habitaculum
et affectuose in hospicio suo reciperet sed
non dum tempus venisse dicebat ille
quo ad illa venire posset thabernacula
adhuc oneri subiectus corporis. Si ergo
ait viriliter perseueraueris quemadmodum
mandaui tibi venies paulo post et
eisdem dignus efficieris mansionibus
et eandem gloriam consequeris et eodem
gaudio frueris et mecum michi simul
eris. Excitatus vero a sompno Josa-
phat luce illa et ineffabili gloria ha-
bebat animam adhuc saciatam et cum
multa admiracione domino gracias referebat
semper. lxxii De obitu eiusdem sequitur

Mansit autem usque ad finem vite
sue angelicam veraciter in illa
ducens conuersacionem et diuiore
exercitacione post transitum senis utens
etatis quidem sue xxv annos tenens de-
seruit regnum et heremiticum subiit labo-
rem xxxv vero annos in hac heremo
conuersatus est. Multas vero animas prius
dyabolo subripuit et deo saluandas
obtulit et in hoc perficiendo gradum apos-
tolicum peruenerunt. Erat autem martir vo-
luntate. Nam cum fiducia christum in
conspectu regum et tyrannorum con-
fessus est et predicator eius magnus
dignus eximius claruit. Multos eciam
spiritus nequicie in heremo luctando pro-
strauit et omnibus christi superauit virtute
celesti que principes inimicos vincens

existit et gratie demum tali pacto consumma-
tione et ita digna sua vocatione conversa-
tionem retribuens ei qui se vocavit
crucifigens mundum sibi et seipsum mun-
do in pace ad deum pacis vadit illius
cuius glorie iam ante promissa sibi corona coro-
natur et Christi heres dignus efficitur.
Cuius immaculatam animam suam quiescendam
in invicem conjunxit regione ubi so-
nus epulancium ubi letancium omnium habitacio.
Sepulturam non corporis illius quidam vir sanctus
qui habitacionem non procul ab eo fecerat qui et
ad Barlaam iter illi prius ostenderat divina
quadam edoctus revelacione ipsa hora dor-
micionis eius adveniens et sacris lau-
dibus honorificans illum lacrimas que
effundens erga illum dilectionis signum
et alia omnia perficiens que divinis sunt
legittima in sepulcro patris Barlaam posuit
eum. Nam decebat eorum simul esse corpora
in terra quorum perhenniter in celis erant
anime juncte. Lxiiii De translatione utri-
usque corporis sacri in Indiam sequitur.

Recepto igitur eiusdam terribilis
revisionem fortiter minetie illum
contestantis acquiescens heremita
qui eum sepelierat ad regnum Indorum
perge contendit et ad regem Baracham
perveniunt omniaque sibi manifesta de beato
Josaphath facit. Ille autem non negligens
illico pergit cum multitudine magna et
virtute ad speluncam pervenit monumentum
aperit et superlacrimatus tollit operculum
vidit Barlaam et Josaphath habentes
membra secundum proprietatem specie utriusque po-
sita et corpora in priore colore immu-
tata sincera non et omnino integra cum
suis indumentis. Tunc illa sanctorum ciarum
tabernacula multam odoris suavitatem
emittebant nil penitus feditatis retine-
ntia. Quare rex in thecis preciosis reposita
in suam reportavit patriam ut autem pervenit
ad aures ipsius quod factum fuerat multitudo
innumerabilis ex omnibus civitatibus et in
circuitu regionibus adorandi et viden-
da illorum beatorum corpora confluebant
honorifice cum ympnis et canticis
et lampadibus ac cereis ardentibus
unde quidam ibi occurrunt satis et vi-
de ydonee duxit luminaria et luminis
filios et sedes splendide non simul et
magnifice in ecclesia quam Josaphath
a primis fundamentis erexerat deposita
sunt corpora plurima quoque miracula et sa-
nitates in translatione et depositione

et deinceps per sanctos suos famulos operatus
est Christus ad laudem et gloriam nominis sui
et vidit rex et omnis turba virtutes que
per eos fiebant et plurime gentes que erant
in circuitu infidelitate languentes et de
ignorancia per ea que ad sepulcrum fiebant
signa crediderunt. Et omnes videntes et
audientes angelicam Josaphath conversacionem
et aptercia inestimabile eius ad deum
amorem mirabantur glorificantes omnibus
deum. Lxv De sancto Zosima monacho

Fuit quidam senex in Palestine mo-
nasteriis vir vita et verbis decoratus
qui ex primis cunabulis monachus in-
stitutus et moribus Zosimas nomine. Cui-
ut fertur certaminibus erat ignitus ut de
propinquis et longinquis monasteriis ad eius
currerent doctrinam et eius imitarentur
abstinenciam. Dicebat autem et ipse quod
ex maternis sinibus in eorum traditus monaster-
ium ibidem degisset annos usque ad quadraginta cur-
sum perficiens. Post hec ut retulit infesta-
batur a quibusdam cogitacionibus quasi
perfectus esset in omnibus et alie doctrina
numquam egeret. Illis cum monachus in dicto
sensu vel ope percelleret hec secum eo cogitante
vir quidam astitit ei et ait ad eum: Zosi-
ma bene certasti in omnibus sed nullus perfectus
est in hominibus. Nam sunt et alie salutis
vie quas si vis apprehendere egredere de terra
et cognacione tua et sequere me. Pergens
igitur cum pervenisset ad Jordane flumini
deductus et voce clamantis in quodam mo-
nasterio ubi desertus erat locus et propinquus
incognitus ibique ab abbate devote et hu-
maniter est receptus. Illic prima jejunii
ebdomada dominica die omnes ex more monachi
ad sancta dei misteria celebranda vocabantur
et corpus domini vivificum ab uno quoque
suscipiebatur. Completaque orone flecten-
tes genua senes se invicem osculabantur
deum omnes amplexantes et pacem dantes
abbati rogabant sibi ab eo ordinem futuri
certaminis eorum ambulacionem fieri. Hiis pe-
ractis monasterii regie aperiebantur simulque
psallentes et dicentes Dominus illuminacio
mea etc. primum psalmum exibant. Egre-
dientes autem unum forsitan tantum vel duos
custodes monasterio derelinquebant non qui
infra reposita custodirent quia nec
erat quod a furibus raperetur sed ne
oratorium sine celebracione sollempni
postponeret. Singuli autem eorum secum
deferebant unde victui ut poterat alii
panem alii carycas alii dactilas ceteri

non leguntur atque in fuga. Alii autem nil
nisi tantum operimentum corporis et pallium quo
vestiebantur. Nutriebantur non quociens
necessitas compellebat sed his que in deserto na
scebantur. Igitur regulam ipsam sibi quisque
nomine eorum tenebat. Talemque habebant
immutabilem legem ignorare alium
quomodo alius operaretur certamen atque iorda
nem non delinquentes seorsumque abinvicem
longe distendentes a cunctate habitationem
agebant desertam velud quasi alii fugiebant.
Sic igitur omnes dies ieiunii complentes
ad monasterium remeabant dominica die cum
ramis palmarum. Nulli vero licitum erat
interrogare proximum suum quo vel qualiter
peractus certamine exercuerat. Nam demonstratio
homini infructuosam operam et
dampnosam acquirit. Lxvi qualiter in-
venit mariam egipciacam in heremo

Tunc non zosimas iuxta consuetam
regulam monasterii permisso iordane
parvum secum detulit cibum ad
sustentacionem corporis et pannum quo induebatur
et quidem regulam implebat perviam
deserendo. Tempus non refectionis quod
erat necessarium curatura corporis medico stato
quod transiebat cibo. Soporem non parvum
intra iacens faciebat et iter diluculo
iter suum carpebat sperans aliquem patrem
in deserto reperire qui posset eum iuxta
desiderium suum edificare. xxv. dierum
peragens iter facta hora quasi sexta paululum
se abstinuit abstinens laborem. Ele
vatis quoque oculis adorientem conuctam
sibi celebrabat orationem. Solebat et cum
statuto diei tempore prima tercia sexta
et nona abstinere se a cursu itineris circui
tu orationis causa. Elevans quoque oculos
ad superna et respiciens a dextris vidit
in quodam loco stare quasi umbraculum
humani corporis. Stupefactus autem fantasma
esse putans et ter signaculum crucis
sibi faciens completa oratione vidit quedam
in parte ambulantem meridiana nudo
nigroque corpore ex incendio solis co-
usto capilli eius ut lana candidi atque
parum usque adtollum corporis descen
dentes. Hec dum videt zosimas admi
rans repletus est magno gaudio. Ce
pitque currere ad eandem partem qua vide
batur. Dum autem ille videbat zosimam
de longe ad se appropinquantem cepit ci
cito fugere in anteriora deserti. Zosi
mas non contempnens senectutis debilitatem

fastidium quoque itineris concito cum gradu
sequebatur emittens vocem cum lacrimis
ut quid me fugis hominem senem
et peccatorem serve dei veri sustine me
quicumque sis. Domino te precor propter
amorem haud spernas senem et recipe
me debilem atque indignum senem. Cumque
iam fatigatus currere non posset et la
crimas lacrimis vinceret ille qui prius
fugiebat ait. Abba zosima quid perse
queris ignosce michi propter deum te peto
quia nunc possum convertere faciem
meam ad te quia sum mulier nuda. Sed
pallium quo tu indutus es porrige
ut possim corporis mei verecundiam
tegere veniamque ad te ut accipiam
tuas orationes. Tunc stupefactus atque
turbatus est eo quod audisset se vocari
ex nomine intellexitque quod non eum
nominatim vocare posset quem nunquam
viderat neque audierat nisi quia
supna providencia ei revelavit.
Statimque exspolians se pallium quo
induebatur vetustissimum iactavit
illi aversa facie. Illa autem sumens
eum per aluit se ut potuit et coope
ruit partem necessariam sui corporis
respiciensque zosimam ait ad eum.
Quid tibi visum fuit abba peccatricem
mulierem videre aut quid querens
cognoscere tot tibi imposuisti labores.
Ille vero genua flectens obsecra
bat ut benedictionem ab ea reciperet.
Illaque prostrata humo adorabat eum.
Erant quoque utique metra invicem
se adorantes et rogantes alterutrum
invicem facere benedictionis nulla alia
penitus audiebatur vox nisi tantum
mea benedic me pater. Consenciens tandem
sermonibus senis mulier ait ei. Benedictus
deus redemptor animarum nostrarum. Zosi
mas respondit amen. Quoque erecto
a terra ait mulier senem rogo te pater
ut michi conversacionem vestram dicas quomodo
sunt reges vel pastores ecclesie enarres.
res. Zosimas vero respondens ait ad
eam multipharia relinquens bene
sermone dicam tibi mater quod xpistus
deus ac redemptor noster omni suo
populo firmam pacem concedere dig
natus est. Sed rogo te ut deprecer
dum pro totius ecclesie stabilitate
similiterque pro peccatis meis ro
Lxvii Quod vidit eam orantem in aere

Respondit mulier optimum et valde
necessarium te abba zosima qui
habitu et mente sacerdotali orna
tus officio ponimus atque prius pecca
trice orare. Deum enim tamen in hoc vocatus
es. Tamen propter preceptum tuum obedi
enciam omnem veritate et orabo. Deinde licet
peccatrix et eleuans oculos ad orien
tem manus erexit ad celos et cepit
silenter orare ita ut tamen labia moue
rentur et vox penitus non audiebatur
unde zosimas nullum verbum orationis
potuit intelligere. Sed sic deinde sibi
testem adhibens dicebat quod dum
plura mulier faceret orationem vidit eam
in loco magno stabat orans aera suspen
sam in aere quasi unius mensura
cubiti. Qua visione magno comprehensus est
timore et cadens in terram cepit sudo
ribus inundare stuporibus comprehensus
admirationibus estuare nichilque au
dere poterat nisi tamen non kyrieleyson.
Dum sic agerentur cepit senex cum magna
dubietate anhelare ne forte esset
spiritus fantasie fingens orationem. Vox
quoque quasi mulieris leuauit abbatem
terra et ait ad eum. Abba ut quid
te conturbant cogitationes tue dicen
tum ut scandalizatus sis in me quasi
mans me in medium esse spiritum orationem
simulantem satisfaciat tibi domine peccatrix
sum mulier tamen sanctum domini nostri ihesu xpi
baptismum induta sum et non sum spiritus
sed magis terra et cinis nullumque habeo
spiritus opera maligni. Et hec dicens
signo redemptionis sancte crucis frontem
oculos et pectus sibi depingens dixit
deus omnipotens abba zosima eripiat nos
ab iniquo. Senex autem proiciens se in terram
apprehendit pedes eius dicebatque cum
lacrimis. Coniuro te per xpum dominum nostrum
qui nasci pro hominum redemptione ex virgine
dignatus est propter quem carnes tuas
ita afflixisti ne abscondas a servo
tuo que sis vel unde aut quando vel
quomodo ad habitandam hanc heremum adve
nisti. Mulier autem eum eleuans dixit
ad eum. Turpe quidem et omnino verecundum
michi videtur abba zosima tibi enar
rare verecundiam operum meorum sed peto
ut veniam michi concedas dicenti.
Nudam me vidisti corpore notos tibi
faciam actus meos ut scias quam miseri
operis obprobrium non habeam meam quia
occultabam. Nam proprie opera mea

habeo gloriam dum fuissem vas electionis
dyaboli. Scio enim quia si operum meorum initium
narrationis fecero fuga petitum es
at si quis fugiat aspectum. Tamen dicam
omnia nec quidquam tibi occultum faciam.
Sed peto et deprecor te pater ut indesinenter
orare pro mea miseria debeas ut tuis
intercessionibus merear invenire veniam
meo examinis die. Tunc senex protensis
manibus copiosas fundebat lacrimas.

lxviij Qualiter illa cepit ei narrare cursum vite sue

Mulier autem cepit ex
planare suam narrationem dicens.
Ego frater patriam habui egiptum
et dum mei adhuc superessent parentes xii°
anno delinquens eos alexandriam
pecii ciuitatem ubi qualiter ab initio corpus
meum tradiderim corruptioni qualiter
ve insatiabili libidini fluxum
deseruerim sermonibus enarrare nunc
possum. Breuiter autem tibi dicam abba
mee fornicationis initium. Decem et septem
et amplius fere annis publico astans
loco pessimum mei corporis negocium
exercebam tradens volentibus inrecu
sabiliter carnis mee pudorem repellens
atque omne acceptionis lucrum. Unum
tamen michi erat lucrum luxuriosam
acquirere vitam. Nam ludus ebrieta
tes inconpunctates michi perhabitum
videbantur. Multociens oblatum michi
lucrum recusabam ut amplius acquirerem
pessimi mei desiderii amicos et hoc qui
locupletes faciebam. Sed et egestatem
perdimeis reputabam. Unus non et mag
nus michi erat ardor desiderii pro
digiis et generosis risibus et locis in
sistere et diebus et noctibus pessima
corporali nature iniuriam irrogare.
Estiuo autem tempore contigit me videre
turbam egiptiorum et libiorum currentem
contra mare interrogans ubi festinarent
audiui eos in ierusalem ascendere crucis
redemptionem. Post duos dies desideran
tes unde. Tunc nudi uni narranti
michi per deum te coniuro si volueris
comitari dabunt licenciam mihi. Ille vero dixit
Si naulum dederis expensasque huius
illius cor te prohibere potest. Dixique ad
eum. Corpus meum erit illis pro nau
lo. Ego autem cum ipsis comitari festina
bam ut haberem meis amicos pessime
et sordidissime mee voluptatis. Ergo
quid abba zosima rogaveram te ut
non michi imponeres meas inenarrabiles

dire verecundias quia undique tremore
concutior Aut deus quia polluuntur meis
sermonibus non solum aures tue sed et
ipse aer Tunc Zosimas fortiter lacrima
tus dixit loquere per deum te oro so
ror mi loquere ne pretermittas captam
narracionem edificationis Illa vero cepit
complanare ita dicens Vir ille qui a me
interrogatus fuerat quis turba illa pro
geret audiens turpes meos sermones
subridens abiit Ego vero adimare re
lectus turpium faciens vidi iuvenes
ad littora maris astantes numero x. fere
et mociones nave iuventutis sustinentes
expectantes sodales suos navigatores
Nam plures in naviculam iam ascende
rant Ducentibus autem me simul cum eis
in navicula ascendi Tota quoque michi na
vigacio erat luxus ebrietatis adulteria
ridicula turpia verba vel alia similia
que tibi lingwa nunc complanare potest
ut etiam honestatis viros admiseram
inbitarem Totaque vita mea acrium
erat perdicio et latus eorum erat mea
crudelissima caro Unde semper admi
rans stupesco quomodo mare meas susti
nuit iniquitates aut quomodo terra os
suum non aperuit et vivam me in infernum
non absorbuit primam que non vult
mortem peccatorum lxix Qualiter beatam
virginem apud filium suum fide dicitur
Et ego perveniens // Ipse dedit
ultimam preteritis causa deteriora
faciebam in perdicione multorum
insaniens cum quoque civitatem girabam
animas innocencium venando Igitur
convenientibus mane ad ecclesiam volens
comitari puerum simul cum eis ad regias
et non permittebar ingredi vixque tamen
magno fletu et labore appropinquabam
Sed cum limina regie calcabam aliis in
gredientibus me solam queda divina
virtus ingredi prohibebat Turpiter me
imprudenter ingerebam Sed iterato
repellebar intus ut sola in atriis
astans inveniebar Estimans quod ne ex
feminea debilitate hoc michi contingeret Ite
rum tamen aliis amplius repetendam
ingressionem cupiens introitum adipi
sci Sed tamen quoque militum acies contra
consistens ingredi non sinebat et ite
rata vice usque ad foras atrium repel
lebat Dum hoc michi frequenter contin
geret iam defecta viribus ac desola
ta membris ita ut nec standi in viribus

sufficeret postpositis omnibus in quodam
angulo atrii seorsum recessi tractans
mecum unde michi hoc accidisset quod
nunc templum ingredi potuissem
tandem aliquando intellexi unde talis eve
niret contrarietas ut adorandi in
lignum vivificum sancte crucis copia
negaretur Salutis enim verbum pate
fecerat cordis mei oculos revelans in
obsordem operum meorum ingressum tem
pli michi Tunc cepi insaciabiliter fle
re pectusque manibus tundere et ex alto
cordis infinita dare suspiria lacrimas
quoque affluenter effundere Respiciens autem
de loco in quo stabam vidi seorsum
ymaginem fixam vultum habentem
sancte dei genitricis ad quam de toto
cordis affectu dixi Sancta virgo que
dei verbum incarnatum genuisti Scio
quod indigna sum tantis polluta sordibus
et tantis miseriis repleta respicere
magnitudinem tuam Sed certa sum quod
ideo deus quem genuisti homo dignatus
est fieri ut peccatores vocaret ad
penitenciam Auxiliare ergo michi sancta dei geni
trix quia nullum habeo solacium et pre
cipe me regias sancte introire ecclesie Ob
secro te domina ut cognoscere me facias
videntibus cunctis sancte crucis ve
nerabile lignum in quo carne affixus
est deus quem intacta et immaculata
genuisti virgo cum suum pro totius mundi
salutem effudit sanguinem Iube michi
domina clausas regias patefieri meumque
adimpleri desiderium ut adorem sanc
tissimum lignum crucis fideiussor michi tota
deo quem genuisti quod deinceps carnem
istam sordidis et pessimis non macu
labo operibus sed mox ut in lignum
sancte crucis adorare concesseris
renunciabo seculo et omnibus que sunt
seculi et vadam ubi preceperis Hec dum
dicerem satisfaciens mente mee quia sancta
dei genitrix posset precibus hec omnia obti
nere Et relinquens locum in quo
orabam miscui me inter hos qui
templum ingrediebantur nullusque
repertus est qui me foras repelleret
sed magis ut unda maris ita me
turbata intus impellebat donec ap
propinquarem sancto loco quem prius
nec pedibus calcare poteram Nam
absque ullo labore adoravi sanctum
lignum crucis et sensi ibi odorem
suavitatis lxx Qualiter ad hermum

videbitur +

Egressus ibi penitentiam egit sequitur

Appropinquans ergo loco in quo pro-
missione fideiussione sancte dei
genitricis feceram flectens ge-
nua hijs cepi loqui sermonibus. Tu do-
mina mea ista es meas quod preces non repu-
listi nunc ubi tibi placuerit dirige
me et demonstra michi penitentie et salutis
viam. Dum hec dicerem facta est vox
dicentis. Si iordanem transieris illic
bonam invenies requiem. Ego dum talem
audissem vocem credens eam fuisse
datam propter me mox viam cum lacrimis
faciebam et ascendens naviculam tran-
sfretavi iordanem. Perveni quod in heremum
et ex illo tempore usque nunc semper elon-
gatam fugiendo habitans in deserto
expectans deum meum qui salvos
facit convertentes ad se. Sexaginta anni sunt
ut existimo ex quo statim egressa sum civi-
tatem. Duos quidem panes mecum fere-
bam et dimidium quos iordanem transfe-
rim qui per tempora quasi lapides duri
facti fuerant. Hos ipsos modicum comedendo
aliquantos transegi annos immansuetis
cogitationum bestiis. Iubet deserto tran-
segi carnalibus reluctans cogitationibus.
Dum recordabar affluentie preteritorum
ciborum desiderabam cum carnes vel pis-
ces quos unquam in egipto comederam.
Delectabar et vini potu insatiabili-
ter. Multo enim vino utebar dum fuissem
in seculo. Delectabar nefandis canticis
demonum que antea didiceram. Sed mox
ut lacrimas fundebam et manibus pectus
percutiebam. Reducebam ad memoriam
illam quam michi fideiussorem feceram
dum inhiavi regrederer heremum et quasi
ante dei genitricis astarem ymaginem
ita eam lacrimabiliter orabam ut amoveret
pessimas ac sordidissimas mentis mee
cogitationes. Et dum plurimas funderem
lacrimas undique michi refulgens vide-
bam lumen atque claritatis circumdabar
choruscis. Rursus infestabar fornica-
tionum mearum cogitationibus que quasi
ignis vehemens ita devastabant vi-
scera cordis mei sed adiecta orationis
arma recurrebam terre me iaciens
eamque lacrimis inundans michi in-
orabam occurreret fideiussorem ne-
cessitudinum mearum ut sua intercessione dampna-
tionis extreme liberarem penas. Non
enim elevabam faciem meam a terra
nisi totius diei noctisque consummato
fuisset spatio et dulcissimi illius splen-
doris fuissem lumine circumdata qui totam
illam temptationum cogitationum fugaret.
Sic quod sancte dei genitricis fideiussoris
mee protecta solatio transegi xvij anno-
rum spatia innumera evadens pe-
ricula et ex illo tempore usque actenus ad-
iutatrix mea michi presto invenitur ibique
et undique vigilans custodit me. Illisque
expensis ut dixeram panibus xvij an-
nos comedebam herbas que in deserto
inveniebantur. Vestimenta autem mea cum
quibus iordanem transfretata sum dirup-
ta atque putrefacta sunt nam valde pri-
mis hyemalibus vel estivis ardoribus
tribulata sum ab illo tempore usque nunc divina
virtus eripuit corpus et animam meam a cunctis
periculis. Sit quod in recordanti quanta ma-
la quantaque pericula perdidi evaserim gaudi-
um magna leticia et spes crescit salutis cibus
potius quam autem vestimentum in verbum dei cu-
ius non in pane solo vivit homo sed in
omni verbo quod egreditur de ore dei. Rubrica

lxxj Qualiter narrationem finivit et sacra-
menti communionem petivit. Rubrica

Hec audiens zosimas quod ex
testimoniis divinarum scripturarum
locuta est ait ad eam. Psalmos o
domina mea vel alios scripture libros legi-
bas. Sed ad eum. Crede michi homo dei
quia non vidi alium hominem ex quo tran-
sfretavi iordanem nisi tuam nunc presentiam
tuam. Sed neque bestiam qualemcumque
aut aliud [illegible] non unquam didici
neque alium legentem aut psallentem audi-
vi sed verbum dei semper vivens omnem
hominem docet scientiam. Ecce explanavi
tibi opera mea per rogo te ora pro me pec-
catrice. Cumque ista sermones complesset
flectens senex in terra genua vocem
cum lacrimis elevavit dicens. Benedictus
deus qui facit magna mirabilia. Illa
vero elevans senem a terra dicebat. Hec
omnia que audisti amice homo dei per sal-
vatorem dominum nostrum ihesum christum
ne illi ea loquaris quousque de terra
me deus assumi iusserit. Rogo autem
te perdum ut sanctis ieiunijs futuro
anno iam nunc transeas per iordanem iuxta
consuetudinem monasterii. Audiens zosi-
mas quod et sollempne monasterii regu-
lam ei intimasset mirabatur nil ei di-
cens nisi tibi gloria tibi deus. Ista aut
illa in monasterio et non egrediaris iuxta
regulam quia nec permittetur et sta

vespertina hora cene dominice summe sacratissimum
corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi in vas
mundissimum ferens quod michi expectans me
in illa parte iordanis iuxta seculum ut ibi
veniens suscipiam vivificacionis ac re
dempcionis misteria quia a die illa qua
oratorium sancti Iohannis prius quam trans
irem iordanem communicavi usque nunc min
me sacri corporis vel sanguinis domini nostri
ihesu christi cepi misterium. Abbati autem pri
Iohanni in quo habitare videris commone dic
Cautus esto frater mi et sollicitus erga
congregacionem tuam eo quod aliqua ibidem
perveniant que emendari sunt emendari et
hoc dicens adiecit ora pro me domine pater
pecierit interiora deserti. lxxvi Qualiter
Zosimas recedens ad eam cum sacra

Abbas autem Zosi // communione redyt
mas flectens genua sua osculabatur terram in qua sanctis pedibus
steterat. Remeans quoque de heremo eo die
ad proprium devenit monasterium quo solitum
fuerat monachis remeare et totum quoque
annum siluit nullum alicui verbum dicere
de hiis que viderat. Elapso autem anno cu
lo superveniente diebus prima dominica
post sollempnem oracionem alii omnes iuxta
regulam egredientes psallebant / Zo
simas autem levi febre contactus egredi
monasterium minime potuit. Sicque recordatus
est verbis sancte mulieris que dixerat
ei quod si egredi monasterium volueris no[n]
minime tibi licebit. Transactis quoque paucis
diebus confortatus ex egritudine quin
quagesime die cene dominice festinans
preceptis sancte patris mulieris detulit
secum in parvo calice sacramenta corporis
et sanguinis domini nostri ihesu christi sumens
eciam paucos dactilos caricas lente
aquam infusam vespere pervenit ad ri
pam iordanis expectans presenciam sancte
mulieris. Que dum moram faceret idem
ille dicebat intra se forsitan peccata
mea prohibuerunt eam venire ad me
aut certe invenit locum me presens
Sed non inveniens me remeavit. Cum
que dum cum lacrimis orasset ut desi
derium suum ei concederet. Ecce sancta mu
lier venit et supra flumen stetit
Quam videns Zosimas exultavit
glorificans deum et cogitans eo quod
non esset navicula qualiter posset
transire vidit eam facto signaculo sancte
crucis super aquas iordanis siccis pe
dibus ambulare sibique festinanter
occurrere. Quos suscipiens cum pervenisset
ad senem ait ad eum Benedic me pater
Facta oracione pacem sanctam dedit et sa
cro sancta misteria suscepit extendens
que manus ad celos ait Nunc dimittis
famulam tuam domine secundum verbum tuum
in pace quia viderunt oculi mei salu
tare tuum dixitque ad senem perge cum
pace ad monasterium venturo autem anno
venies et invenies me in loco ubi prius
tecum locuta sum. At ille deprecatus te
inquit ut comedas inquit dactilos que
attuli. Illa vero tria grana lentis in
fusa sumens cum gratiarum accione recepit
dicens sufficiat nobis gratia spiritus sancti
ut conservare possimus precepta dei. Ora
pro me abba et memor esto mei. Ille
vero castis pedibus dicebat ora domina
pro servis dei ceteris et pro me peccatore et
invicem sibi vale dicentibus signum
sancte crucis faciens in iordane
ut prius fecerat pedibus transiit. Senex
vero egrediens reprehendebat semet
ipsum quod nomen sancte mulieris minime
requisisset. lxxvii Quod tercio rediens

Transacto autem // eam sepelivit
anno ad heremum iuxta consuetudinem
Zosimas properare studuit videns
quod illum ad se venientem cepit faciem
lacrimis inundare dicens Revela in
domine ihesu christe thezaurum tuum angelicum
corporeum. Tunc pervenit ad locum
qui quasi torrens fuerat et vidit
in parte illius quasi sole oriente
ubi corpus sancte mulieris exanime iace
bat pedibus manibusque ita dispositis
sicut oportet disponi mortuis respiciens
in partibus orientis. Tunc cursu citato
ruit et eius pedes lacrimis cepit riga
re nullamque aliam partem corporis
vel tangere presumebat. Cepitque ibi op
tima psallere cantica et oracionem offerre
sollempnem / secumque cogitabat dicens
Ergo quid sepelire volebam corpu
sculum suum sed timeo ne sancte mulieri
displiceat. hec / h[ec] eo cogitante vidit
litteras iuxta caput eius intra descrip
tas continentes ita. Sepeli abba Zosi
ma in hoc loco misere corpusculum
marie et redde terre pulverem suum
et ora pro me ad dominum. Cuius precepto
mense suo aprilis defuncta seculo assump
ta. Repletus autem senex gaudio
magno eo quod perfectam cognosceret
eius potuit nomen etatis fratris quia

postquam ad iordanem sancta dei properat
ipsa mox in eodem cucurrit loco in quo
vitam finiret ad illud quod desertum quod
Zosimas per xx dierum spacium vix perambu-
lavit illa sancta mulier in una peruenit
hora et ad dominum migravit Tunc zosimas
intra semetipsum dicebat Tempus est ad
implere preceptum sed quid faciam mise-
rabilis Ignoro qualiter terram fodere possum
erat autem durissima et nullo modo fodiebatur
laborabat senex perfusus sudoribus
et suspirans ex intimo cordis affectu
Respiciens quod vidit leonem magnum stan-
tem ad pedes eius et osculantem vestigia
eius Quem cum vidisset zosimas tre-
mefactus est Recordatus est autem sermonis
matris quem dixerat ei quod nunquam feram
vidisset in heremo et signans se venerabilis
crucis signaculo credidit quod non eum noceret
leo propter virtutem sancti illius corporis Leo
autem cepit innuere semet ostendens se illi
mansuetum Zosimas ait ad eum Sancta
hec mulier precepit ut sepelirem corpus suum
et ego senex nunc possum terram fodere
quia nec habeo tale acutum ferramentum
sed tu assume talem operam et fode terram
ut possim secum sepelire corpus Mox
cepit leo pedibus fodere terram ad sufficien-
tem corporis deponendi Tunc deponens
eam zosimas terra cooperuit astante
secum leone nudam ut antea fuerat
nisi quod panno rupto quem ei iacta-
verat corporis vilitatem partem cooperue-
rat Discedentibus vero utrisque leo ut
agnus mansuetus desertum petiit Zo-
simas autem regressus est benedicens et
hympnum dicens deo Cunctisque monachis
enarravit que viderat et illi glorifi-
caverunt deum qui etiam anniversariam sancte
mulieris depositionem celebraverunt cum hono-
re Abbas autem Johannes cepit aliquos in
suo monasterio reprehensibiles ut verba sancte
mulieris adimplerentur et obiit abbas
Zosimas in eodem monasterio venerabiliter
ducens vitam centum annis Lxxiiij

De sancta marina et decimus pla acci-
nidem secularis suis // satione

Marinus unicam filiam parvulam quam ha-
beret cum eandem parentem suo
et ingressus monasterium fidelem
se et obedientem exhibuit ita ut
abbas eum plus quam ceteros fratres
diligeret qui cum aliquando recordaretur
filie sue contristari cepit et affligi
intra se multis diebus Quod videns
abbas dixit ei Quid habes frater quod sic tristis
ambulas qui procidens ad pedes eius cum
lacrimis ait habeo unum filium in civitate
quem reliqui parvulum recordatus affligor
propter eum etiam voluit eum indicare quod
puella esset Vade inquit abbas et si di-
ligis illum adduc eum huc et sit tecum
Quod cum fecisset illaque marina di-
ceretur vocavit marinum et dedit eam
ad discendas litteras intra monasterium Que
dum esset annorum xiij cepit eam docere
pater suus viam domini monens ut nemo sexum suum
illius cognosceret et ab insidiis dyaboli solli-
cite caveret Dum autem facta esset annorum
xvij defunctus est pater eius et illa relic-
ta sola in cella patris erat obediens omnibus
ita ut abbate suo et amicis diligeretur
Habebat autem monasterium par boum et currum
quia vicinum erat mare ubi erat empo-
torium ad terra nubiana Ibantque monachi
et afferebant monasterio necessaria Erat
autem in ipso emporio pandochium Cepitque
frater marinus ex precepto abbatis frequenter
pergere cum curro et si tardabat remanebat
in ipso pandochio cum ceteris mona-
chis Contigit autem ut pandox ille filiam
virginem haberet ad quam ingressus miles
cum ea concubuit et concepit Quam cum
parentes affligerent ut diceret de quo con-
cepisset Respondit quod frater marinus qui huc
frequenter cum curro mansit ipse me op-
pressit et concepit Quod cum retulisset
abbati requisitus marinus utrum hoc scelus
perpetrasset ingemiscens ait peccavi pa-
ter penitentiam ago ora pro me Lxxv De penis
quas pro constantia veri sustinuit

Tunc iratus abbas eum contundi
et affligi iussit ipsum quod de monasterio
eiceret Qui nulli nullum suum con-
fessus iactavit se ante fores monasterii
Jacensque per terram et nimia se affli-
gens ingredientibus fratribus postulabat
sibi buccellam panis dari Pandochii
vero filia peperit filium et ablactavit Quem
mater puelle secum ad marinum ad mona-
sterium adduxit ibique reliquit eum et
abiit Quem virgo suscipiens de ipsa
buccella quam a venientibus accipie-
bat alienum filium tamquam proprium nutrie-
bat Postea fratres misericordia compuncti rogan-
tes eum coegerunt abbatem ut fratrem
marinum ad veniam susciperet Qui iam
quinque annis penitens ante ianuam mona-
sterii iacuisset Ingressum itaque vocat
abbas ad se et iussit ei ut omnes im-

immunditias in monasterio faceret aquam ad immunditia
purganda portaret et omnibus serviret
Quod virgo sancta libenter suscipiens
et adimplens post paucos dies dor-
mivit in domino Quod cum nunciassent fratres
abbati dixit eis videte quale pretium
eius fuit ut nec primam meruerit Ipsam
tunc lavate et longe a monasterio sepelite
Cumque lavaret eam cognitoque quia mulier
esset tundentes se clamabant quia tribu-
lationis et pene inventa sit ab eis
afflicta fuisset Vocatus quoque abbas
cum videret esse mulierem mox cecidit
in terram et percutiebat caput suum postu-
lans ab ea veniam iussitque corpus eius
intra monasterium in oratorio reponi Eadem
die puella illa a demonio arrepta venit
ad monasterium confitebatur quia tamen quod
amiserat et de quo conceperat Septima
autem die repausationis eius in domino
liberata est ibidem intra oratorium
a demonio ubi etiam usque modo de ora-
tionibus sancte virginis multa fiunt mirabilia

lxxvi De sancta eufrosina que sexum suum simulans inter monachos celavit se

Fuit etiam in allexandria virgo nomine
eufrosina quam cum pater eius pafnu-
cius vellet nuptiis tradere Illa
monachum quendam audiens petiit se do-
ceri ea que dei sunt Cui dixit ei
Si potes temptamenta carnis ferre
relinque omnia et fuge Qua postu-
lante ut desiderium suum adimpleret
facta oratione abscidit comam eius
induens eam tunica [illegible] et impo-
suit ei nomen smaragdus orans quod pro ea
discessit Illa non cogitans in semetipsa
ait Si intravero monasterium puellarum pa-
rens requirens inveniet me et vio-
lenter trahet inde propter sponsum Pietati
ergo accepta veste muliebri induit virile
pergens quod ad monasterium ubi pater suus erat
notissimus simulans eunuchum quendam
esse se de pallacio venientem ut reciperetur
petiit et impetravit dicens se vocari
smaragdum Quam tradidit abbas viro
fratri agapito viro sancto dicens hic erit
filius tuus et discipulus Talem cum
consigna ut compet ingenium Cum autem
smaragdus veniret in ecclesiam multos
concitabat dyabolus ad decorem vultus
eius per malas cogitationes ita ut omnes
molesti essent abbati qui tale pulchri-
tudinem introduxisset in monasterium Unde
vocavit eum abbas et dixit ei Fili pul-
chra est facies tua et fratribus infirmis
fit ruina volo te sedere in cella tua solu-
busque psallere et ibi manducare nunquam
egressurus Ingressus autem frater smaragdus
cellam salutariam orabat ibi vacans
ieiuniis vigiliis orationibus ita ut mira-
retur qui eum suscepit frater agapitus et
fratribus referret constantiam eius

lxxvii Qualiter eius pater ab ipsa nesciens consolationem accepit Rubrica sequitur

Pafnucius cogitans quid actum
esset de filia eius affectus est ve-
hementer quia unica illi erat
et eam de uxore sua sterili per suffragia
monachorum adeo impetraverat petens ut
ei heredem daret qui post obitum suum con-
grue substanciam eius gubernaret Audiens
autem sponsus eius et pater ipsius venit
ad pafnutium et contristati valde dixerunt
forsitan aliquis eam seduxit et fugit
cum eo statim quod suum cum equis per totam
allexandriam et egyptum missi require-
bant eam scrutantes quoque monasteria
puellarum heremi et speluncas et nusquam
invenientes eam lugebant quasi mortuam
sponsus sponsam pater filiam pafnucius
autem dolorem suum non ferens venit
ad abbatem supradictum et cadens ad
pedes eius dixit peto ne cesses
orare dominum ut in hoc veniat fructus
orationum tuarum Nescio enim quid actum
sit eufrosine filie mee Audiens abbas
contristatus est valde Iussitque omnes
fratres adesse et cantantem orando
pro ea studerent omnibus ieiunantibus et ora-
tibus nichil revelatum est de illa nam
et ipsa iugiter orabat dominum ne manifesta-
ret eam faceret in vita sua Abbas autem con-
solabatur virum dicens Credo quia bonam
partem sibi elegit ideo nichil nobis de
illa deus revelavit Si enim quod absit
in malis operibus incidisset nunquam deus
tuum laborem fratrum despexisset Al-
tera die quadam cum veniret ad mona-
sterium videns abbas eum nimio dolore
afflictum dixit ei Vis loqui cum quodam
fratre spirituali qui venit de pallacio
theodosii Annuit volo dixit abbas a-
gapito ut introducet eum in cella
smaragdi Cumque eufrosina subito
vidisset patrem suum et cognovisset
tota lacrimis repleta est Quod ille ex
punctione esse putavit non cognovit
eam quia species vultus eius per absti-
nenciam et lacrimis evanuerat Sed et illa

quoque cooperuit faciem suam ne aliquis
agnosceret eam facta oratione cum sedisset
cepit ei loqui de summa beatitudine et quo-
modo castitatem et caritatem et paciam possit
quibus ad eam pertingere de contemptu seculi
non diligendos esse filios plusquam
deum nec patrem plus eo qui fac-
tor est omnium / videns autem eum insu-
per merore compaciebatur ei et volens eum
consolari dixit ei Si filia tua impedi-
isset me deus eam tibi manifestaret
potens est autem in hoc seculo manifestare
tibi eam tu tamen tristis age nichil de-
sperans Nam et ego anxius nunc aga-
pito dolorem tuum audiens tibique com-
paciens sepius oravi deum ut tibi
sufferentiam tribuat et tam de te
quam de filia tua quod expedit ad-
impleat Confortatus ergo pasinutius
discessit veniens quoque ad abbatem ait
Edificata est anima mea ab isto fratre
et ita letus effectus sum in gratia dei
tamquam si filiam meam invenissem
Commendans quoque se orationibus fratrum
recessit ad domum suam lxxviii
Qualiter tandem mortuam eam agnovit
Complens autem smaragdus in ce-
llam xxxviii annos Cum
tandem in infirmitate incidisset
in qua moriens erat adveniens pasinutius
cepit eum deosculari clamans et
dicens heu me ubi sunt verba tua
dulcia quibus michi filiam meam
videndam promittebas Ecce non solum
illam non video sed et te per quem
consolationem habebam amitto Cui smar-
agdus ait Iam pone finem tri-
sticie Recordare quod Iacob mani-
festavit deus Ioseph quem quasi
mortuum lugebat Cumque iam diem
sue dormicionis instare cognosceret
dixit ei Quia desiderium meum
deus adimplevit et usque ad finem
viriliter certando perduxit nolo te
iam esse sollicitum pro filia tua eu-
frosina Ego enim sum illa misera
et tu es pater meus corpus meum
ab alio eiusdem et lavari non permit-
tas sed et per te ipsum hoc facias et que
in ingressu meo promisi abbati me-
ditas possessiones tuas et si perdu-
rare possem in hunc locum eas ad-
ducere tu imple quod promisi et ora
pro me hoc dicens tradidit spiritum Quod
cum pasinutius audisset et vidisset

commota sunt viscera eius et cadens
in terram factus est quasi mortuus Accurrens
autem agapitus videns smaragdum
defunctum et pasinutium iacentem se-
minivum proiecit aquam in faciem eius
et levavit eum qui dixit ei / dimitte
me ut hic moriar Surgens quoque lamen-
tari cepit cum fletu dicens heu me
filia dulcissima quare non antea te ma-
nifestasti michi ut ego quoque tecum
sponte commorarer Audiens agapitus
et causam cognoscens currens nunciat
abbati Qui veniens cecidit super eam
eiulans et dicens Eufrosina sponsa
christi ne obliviscaris servorum tuorum sed
ora pro nobis ad dominum ihesum christum et iussit
ut congregatis fratribus cum honore
debito sepeliretur corpus Quidam
autem frater qui unum oculum amiserat
osculatus est vultum eius lacrimis sta-
tim quoque ut eam tetigit oculus eius
restitutus est Pater vero eius in cella eius in monasterio
ingressus est et plenariam substancie sue partem ibidem
offerens / vixit quoque in eodem loco annis
decem lxxix Documenta quorundam
patrum de modo vivendi Actor eorum

Post gesta quorundam sanctorum
quorum tempora ignoramus libet
etiam dicta quorundam patrum
moralia de modo vivendi que de di-
versis locis sparsa collegimus De dictis pa-
trum / Dixit abbas Ioseph quod
tres ordines sunt honorabiles in
conspectu dei Primus quando homo
infirmatur et temptationes ei adici-
untur et cum gratiarum actione suscipit
eas Secundus quando aliquis omnia opera
sua facit munda coram deo nichil
habens humanum Tercius qui aliquis
sedet in subiectione et preceptis spiritualis
patris obedit / et omnibus renunciat
voluntatibus Abbas Iohannes cum
moreretur petentibus fratribus ab eo
aliquod verbum compendiosum loco hereditatis
Ingemiscens dixit Numquam feci propriam
voluntatem nec aliquid docui quod
prius non feci Senex cuidam fratri
interroganti quid faceret ait Non sunt
omnia opera nostra equalia Nam abra-
ham hospitalis fuit et deus erat
cum eo et helyas quietem diligebat
et deus erat cum eo et david humilis
erat et deus erat cum eo Tu ergo
vides animam tuam secundum deum velle
hoc fac et custodi cor tuum Dixit

abbas sysoi Esto contemptibilis et voluntatem
tuam et curas seculares post tergum
pice et tunc habebis requiem. Dixit
senex ne habeas amicitiam cum muliere
neque cum puero neque cum hereticis. In
terrogatus est senex aliquis quid invenimus
deum utrum in ieiuniis an in laboribus
vel in vigiliis aut in una. Et dixit In
his et in discretione. Dico enim tibi quod
multi afflixerunt carnem suam et quia
sine discretione abierunt vacui ob no
strum delicium fecit et scripturas ob
didicimus et quod deus requirit non
habemus humilitatem scilicet et caritatem.
Frater requisivit abbatem agathonem
volo in congregatione manere cum fratribus
quid autem cum ipsis vidit equalis
primo die ingrediens talis esto religiosus
dies peragas cum humilitate. Frater
dixit cuidam seni abba volebam in
venire senem aliquem iuxta voluntatem
meam et morari cum ipso et dixit
ei senex Non ut tu sequaris voluntatem
senis illius sed ut ille tuam sequatur.
Dixit senex diebus monachus cottidie
mane et sero intra semetipsum sollicite
inquirere quid per totam diem fecerit
eorum que vult deus vel quid non. Theo
odorus in his tribus excellebat in
nichil possidendo in abstinendo in ho
mines fugiendo. Lucius ait admona
chos euchitas et laboro et oro simul
dicens in laborando miserere mei deus
et dormio et oro simul dans aliam
pauperi et de labore meo qui orat pro me
quando dormio. Agatho ait hoc filie
est arbori corporali cum labor folia
interior custodia fructus dicemus orans
visus est aliquis quasi totus igneus
ad eum facta est aliquis dicens vox
veni et ostendam tibi opera hominum et egres
sus vidit ethiopem incidentem ligna
et addentem sarcine quam ferre non
poterat et ait vox hii sunt qui peccatis peccata
addunt et vidit iterum templum et duos
homines stantes in equis portantes
lignum transversum et quod non poterant
intrare. Hii sunt inquit vox qui por
tant iustitiam cum superbia et vidit
iterum hominem stantem super locum et
implentem ex aqua vas et effunden
tem in cisternam pertusam. Hii sunt in
quit qui habent bona aliqua sed ma
lis permixta. Quidam ductus est
ad arsenium et senex more solito post

orationem tacuit postea idem ductus est
ad moysen cum oratione quorum qui bem(?)
gne eum suscepit. Interrogatus frater
quis ei melior videtur aut michi
inquit hic melior videtur qui nos tam
bene suscepit et pavit et oravit deum
pro addiscendum dicens. Duce inquit istorum
quod nomen tuum et omnes homines fugit
aut vide aut appellare alter vero propter
nomen tuum omnibus quibus et ecce illi
quasi sunt due naves per flumen atque
una navigabat arsenius cum silencio
et requie in alia moyses in magnis(?)
angeli favum mellis et videntibus
inferebant. Dixit abbas Noe personam
tenet nichil possidentium Job tribulatorum
Daniel discernentium. Hec sunt tres actio
nes monachi. Idem odium duarum rerum
facit monachum odium scilicet carnalis re
paurationis(?) et vane glorie. lxxx

De contemptu vel amore pecunie etc.

Quidam frater habens ewangelium
vendidit illud dicens Ipsum verbum
vendidi quod iubet vende omnia
que habes et da pauperibus. Abbas
Johannes mutuavit solidum a quodam
fratre ut inde emeret linum quo operaretur
petentibus autem fratribus linum ad ve
stes suas libenter dabat. Repetente autem
fratre solidum cum non haberet abiit ad
abbatem Jacobum dispensatorem et
inveniens in via solidum latentem et fac
ta oratione non contigit illum sed rediit
in domum suam. Similiter secundo et ter
tio iuvenit et inveniens nec contigit. Contri
status autem fratre pro solido suo abiit se
nex et inveniens et facta oratione attulit.
Querens utrum aliquis eum amisisset
et non inveniens cuius esset reddidit ei.
Frater quidam seculo renuncians pauca
tamen sibi retinens venit ad basilium
cui ille et senator esse destitisti et
monachum non fecisti. Quidam rogavit
senem ut pecuniam acciperet in utilitates
qui cum noluisset dixit alter accipe in
usus pauperum cui senex duplex turpe
michi obprobrium quia cum non indigeam
accipio et aliena tribuens vanam
gloriam colligo. Obtulit quidam seni
pecuniam quia senex et leprosus et
infirmus erat cui senex post lx
annos venis in auferre nutritorem
meum. Quidam greci pulsaverunt ad
hostium mulieris vidue videntesque fi
liam eius nudam obtulerunt ei vestitum

et nummos quos noluit accipere nummos dicens
quia vir eius indiget inveniat quod operaretur
unde manducaret. ¶ Quidam ortulanus
totum laborem suum effudit in elemosinam et
vix victum sibi retinuit. Postea sathana
instigante collegit lagenam nummorum
quibus in senectute uteretur. Contigit
autem ut putresceret pes eius. Consumptis
que omnibus nummis in medicos suos profec
tu ad ultimum consilio cuiusdam boni me
dici fecit pedem incidi et in eadem nocte
rediens in semetipsum ingemuit de perpe
tratis suis et stetit angelus dicens ubi
sunt nummi quos collegisti et ubi est
spes eorum. Tunc intelligens ait peccavi
domine ignosce michi et amodo non fa
ciam. Tunc angelus tetigit pedem
eius et sanatus est et rediens mane
tus invenit cum magno opere et
benedixit deum. ¶ Abbas theodorus
machario dixit habeo tres codices profi
cio ex lectione eorum sed et fratres petunt
eos ad legendum et ipsi proficiunt. Dixit
senex boni quidem sunt sed maius omnibus
est nichil possidere. Qui cum audisset
abiit et vendidit codices et dedit
indigentibus precium. ¶ Gelasius habebat
codicem solidorum xviii. Continebat
enim vetus et novum testamentum et
erat penitus in ecclesia ut quicumque vellet
de fratribus legeret. Quem furatus quidam
exposuit ad vendendum. Emptor autem
dixit ei ut dimitteret eum ostendere
alii si tantum valeret et ostendit illum gelasio
qui ait eme illum quia bonus est et
tantum valet. Quod ille retulit venditori.
Compunctus ille retulit illum ad ge
lasium qui nolebat eum recipere et coe
git eum ut reciperet. ¶ Quidam senis monacho
suo dedit aurum et nummos et quidquid
volebat tantummodo ne furaretur. Ille
autem non continens se missus est a senibus
expelli dicentibus fratris infirmitatem
carnis paciens sustinendus est. Si
autem furatus et amonitus non quie
scit expellendus est. lxxxi De con
temptu carnalis affectus Rubrica

Quidam monachus ad eum qui nuncia
verat ei patrem suum esse mortuum
ait Noli blasphemare quia
pater meus inmortalis est. Frater quidam
voluit videre sororem suam in monasterio
egrotantem cum nolens ei prebere occa
sionem ait cuidam vade et dic su-
meo quod dat indumentum suam et oret
pro me quia cum Christi gratia videbo eum in
regno celorum. ¶ Item abbas Iohannes habe
bat sororem que cum fama in sancto proposito
conversabatur. Ipsa eum erudivit et docuit
ut relinqueret seculi vanitates. Ingressus est
in monasterium per xxiiii annos non est egressus.
Illa vero nimis desiderabat videre eum
frequenterque mittebat ad eum epistolas ut
ante exitum de corpore veniret ad eam
ut in caritate Christi de presentia sua invicem
letarentur. Ille autem conscribebat se. Item
scripsit ad eum dicens quia si nolueris ve
nire adhuc necesse est ut ego veniam ad
te. Accepit ergo secum duos fratres de mona
sterio et cum venisset ad ianuam sororis
sue clamavit dicens Benedicite et in
dete peregrinos. Egressa illa non cognovit
fratrem suum. Ipse autem cognovit eam sed
non est locutus verbum ne forte in voce
cognosceret eum. Cum autem comedissent
aquam reversi sunt ad monasterium suum. Post
aliquantos dies scripsit ad eum soror ut ve
niret. Tunc ille rescripsit Ego veni ad te
et dedisti nobis aquam et accepi de
manibus tuis et bibi. Sufficiat tibi ergo
quia vidisti me sed ora pro me. Frater
interrogavit senem dicens Soror mea
pauper est. Si do ei eam non est sicut
unus de pauperibus. Et dixit senex non
est quia sanguis modicum trahit ad te.
lxxxii de amore sollitudinis Rubrica

Dixit abbatissa matrona multi in
monte positi ea que sunt popu
laria agentes perierunt melius est
enim cum multis esse et vitam solitariam
agere voluntate quam solus esse et
proposito mentis cum multitudine. Narrat
quidam quod tres studiose se se dilige
ntes monachi facti sunt. Quorum unus ele
git litigantes in pacem reducere. Secundus
infirmos visitare. Tercius in solitudine
quiescere. Primus ergo laborans pro lites
hominum non poterat omnes placare et tedio
victus venit ad secundum invenit eumque ipsum
animo deficientem et non valentem man
datum perficere et concordantes hii duo ve
nerunt ad tercium narrantes quod tribula
tiones suas rogaverunt eum ut diceret
quid ipse profecerit. Qui paululum ta
cens misit aquam in cyphum et ait
Attendite in aquam et turbulenta erat
et post modicum iterum dixit Attendite
quomodo limpida modo facta est aqua. Et cum
intenderent in aquam videbant tanquam
in speculo et vultus suos et tunc dixit

dixit eis. Sic est qui in medio hominum con-
sistit et turbam eum non videt peccata
sua. Cum autem quieverit et maxime in
solitudine tunc delicta sua conspicit.
Ictus ait imperforabilis est inimici sagittis
qui amat quietem. Qui autem in frequentia
multitudinis crebra percipit vulnera //
Beatus arsenius ad theofilum archiepiscopum
rogantem sermonem ab eo et si inquit di-
xero illum custodietis. Quo annuente
etiam ait ubicumque audieritis arsenium
approximare nolite. Idem arsenius
sompnum tilanorum appellabat. Hic monachus
pastor rogavit dominum ut non daret ei
gratiam impetrandi preces ante iudices
dicens domine noli michi dare hanc gra-
tiam alioquin non permittent homines se-
dere me in loco isto. lxxxiii De luctu
et compunctione cordis

Fratribus // manducantibus in caritate risit
unus ad mensam. Quem videns
abbas iohannes flevit amare dicens
Quid putas fratres iste habet in corde quia
risit cum magis flere debet quia
caritatem manducavit. Dixit sancta
syncletice quia labor est et certamen in
primordio conversorum sed postea enarra-
bile gaudium. Sicut enim qui ignem
accendere vult primus fumat et postea
ex fumi molestia lacrimatur sicque obtinet
quod volebat. Deus enim ignis consumens
est. Sic nos oportet ignem istum cũ ka nobis
cum lacrimis et laboribus accendere.
Quidam videnti dixit senex Coram
celo et terra rationem totius vite nostre
reddituri sumus et vides quemadmodum
umbram corporis nostri ubique circum-
ferimus nobiscum sic debemus fletum
et compunctionem nobiscum habere ubique sumus.
Duo fratres impugnati spiritu fornicationis
abierunt et acceperunt uxores. Postea
abiit unus ad alterum dicens Quid lucri
sumus nunc in immundicia cognita pena
sequatur eterna et vitam angelorum dese-
ruimus. Recedamus ad heremum. Reversique
ad senem nichil sibi sunt passi integre
recipientes panem ad pensum equaliter
et anno revoluto egredientes visi
sunt hic unus faciem pallidam alter-
ius hilarem et causa palliditatis re-
quisita dixit quia memorabar peccatorum
infernum michi debitorum nisi penitentiam
egissem. Similiter et ab altero quesierunt
Cur tam eo pane et pondere tu bene
coloratus es quo frater tuus expalluit.

Quia ait recolo beneficium dei et gratiam quod
me extraxit de inferno et propter hoc semper
gaudium habeo. Tunc intellexerunt
quod equalis fuerat eorum penitentia. Ar-
senius operimus tenebat ad extergendas
lacrimas. Idem ait Sufficit monacho
dormire unam horam si tamen pugna-
tor est. Idem vix semel in anno non
mutabat aquam palmarum sed tantum
adiciebat dicens pro odore unguentorum
quorum in seculo usus sum oportet uti me nunc
fetore isto. Mortem arsenii audiens
abbas pastor lacrimatus est dicens
Beatus es arseni quia flevisti tenet
ipsum in hoc seculo. Qui enim se hic non
fleverit sempiterne illic plorabit. Sive ergo
voluntarie hic sive illic cogentibus
tormentis impossibile est non flere.
Idem ait in monumento quod abraham emit
in terra promissionis est luctus. Pastor
ait Volo magis hominem post peccatum
penitentem quam hominem neque peccantem
neque penitentiam intelligentem. lxxxiiii
De silentio et locutione Rubrica

Dixit abbas felix fratribus sermonem
interrogantibus modo non est
sermo. Abstulerat deus a senibus
gratiam ut non inveniant quid loquantur
quia non est qui operetur. Aliquando quam
plurimi sedentes fratres conferebant de
sanctis scripturis. Stabant autem angeli
circa eos letantes. Delectabantur enim
eloquio domini. Cum autem aliud quid inter
se loquerentur statim angeli sancti rece-
debant longius indignantes. Contra
eos veniebant non porci sordidissimi
et morbo pleni et voluptabant se inter
eos. Demones autem delectabantur in super-
flua et vana loquela. Beatus autem senior
hec videns abiit ad cellam suam et per totam
noctem gemendo deflebat negligentias
suas et commonebat fratres per nostra dicens
Cohibete fratres multiloquio [illegible] et ab
otiosis. Quidam frater interroga[illegible] aiunt
se vera nusquam etiam fuisse complen-
tum. Respondit nusquam interrogatus // Fratres
requisierunt abbatem pambo si bonum esset
laudare proximum. Respondit senex Melius
est tacere. Interrogavit amonas abbatem
sysoy dicens Cum lego scripturas vult
cogitatio mea ornare sermonem ut paratus
sim ad interrogata respondere. Dixit ei senex
non est opus sed magis de puritate
mentis responde tibi. Ab abbate theodoro
quidam tribus diebus interrogabat sermonem

Uno nichil dicente exiit tristis interro-
gatus theodorus quare nichil ei dixisset
respondit quia negociator est et alienis uer-
bis gloriatur. Agathon nolenti sua con-
parare dicebat precium semel datum susci-
piens et tacens et numquam dinumerans. Ip-
se tribus annis lapidem in ore mittebat
quousque tacere disceret. Sysoy dixit peregrinatio
ista est ut teneat homo os suum. Pastor
abbas fratrem suum non respondit dicens
astantibus Ego iam mortuus sum
mortuus autem non loquitur. Idem ad
quendam fratrem loquentem de scripturis
non dedit responsum dicens astantibus
Iste de supernis et de celestibus loquitur
Ego autem de deorsum et de terrenis lo-
quor. Si michi locutus fuisset de pas-
sionibus anime respondissem ei. lxxxv.

Quesiuit De abstinencia seq.
abraham abbatem sysoy si bibit
frater tres calices in die multum est.
Cui abbas si non esset sathanas id est con-
cupiscentia non esset multum. Frequenter dixit
discipulus sysoy ad eum abbas surge
et manducemus et ille non adhuc man-
ducauimus. At ille non. Dixit abbas
ypicius Melius est manducare carnem
et bibere uinum quam in obtrectatione
carnem fratris. Uenit quidam senex
ad alium senem qui precepit discipulo
suo Fac nobis modicum lenticule
et infunde panes quod factum manserunt
sic usque ad alium diem loquentes de spiritua-
libus hora autem iam sexta iterum idem
precepit tunc discipulus hesterno die factum est
et surgentes comederunt. Quidam
senex annis xl^ta non bibit quando autem sitiebat
cannam lauabat fortiuncula et impletam
aqua appendebat ante oculos suos
et interrogatus a fratribus quare hoc faceret
dixit ut uideas quod desidero maiorem
sustineam ardorem et sic ad maiorem
consequatur mercedem. Referebant senio-
res [illegible] autem de quodam fratre quod
ita impugnabant eum demones ut
statim hora diei prima tantam famem et
defectionem corporis eius facerent ut peni-
tus sustinere non posset. Verumptamen ille di-
cebat in corde suo quamuis qualitercumque oportet
me uel usque ad horam terciam expectare
hora tercia idem dicebat etsi nunc uolet
oportet me sustinere usque ad sextam. Hora
sexta infundebat panem in aquam dicens
dum sit panis infunditur oportet etiam me
expectare nonam. Cumque hora nona
uenisset secundum consuetudinem implebat orationes
ut comederet hoc ergo per plurimas dies susti-
nuit. Quadam autem die cum hora nona
sedisset ut cibum caperet uidit de spor-
tella ubi panis id est paximacia reposita
erant surrexisse fumum magnum et egressum
esse per fenestrellam cellule sue itaque ex
illo die non esuriit sed ita corroboratum
est cor eius ut etiam nec post biduum
delectaretur eum cibum sumere. Fratres requi-
sierunt abbatem sysoym quemadmodum in
cella ipsa degere debebat. Cui ille co-
mede panem tuum cum aqua et sale et
non erit tibi necessitas aliquid coquendi
aut longius euagandi. Requisitus
abbas pemen quemadmodum oporteat
ieiunare respondit ego uolo monachum ita
cottidie panem comedentem ut non satietur.
Uiam bonam ieiunia uane glorie uacant.
Dicebat unus ex patribus quia qui multum
comedit et adhuc esuriens continet se
maiorem mercedem habet quam ille qui parum
comedit et se saciat. Dixit quidam
senex ne quod desiderimus aliud mandu-
ces comedens quod tibi a deo transmissum
fuerit gratias ei age. De quodam sene
referebant fratres quia desiderauit cucu-
merem quem cum tulisset suspendit ante
oculos suos et ne uinceretur concupiscentie
non tetigit eum sed magis agebat pe-
nitenciam puniens semetipsum quia de-
siderasset eum. Narrabant senes discipuli
aliquando fames est exorta in medio
carentiam fratres eius arctissime
uixit / dicebat enim si infirmitate non
moriar plurimi [illegible] tunc autem ne-
mo [illegible] lxxxvi De simplicitate et humilitate

Presbiter quidam
cum uisitaret episcopum rediens quesiue-
runt fratres quomodo est ciuitas
Respondit credite michi quod nullius faciem
ibi uidi nisi tantum episcopi. Theodorus frater
dyaconus [illegible] non acquieuit ministrare
Et cum cogeretur a fratribus pecyt sibi da-
ri locum et tempus orandi ut ei de-
monstraret deus si debet ministrare uel
non. Et ostensa est ei columpna ignis
a terra usque in celum porrecta et uox
insonuit dicens Si potes fieri sicut
columpna hec uade et ministra et ulterius
non acquieuit ministrare ad altare olim
plus ex suo monasterio fratres non desunt
substantiam exhibere deus [illegible]
[illegible] in alexandria dicens illis re-
uenientibus si non uoltis recipe remaneo

hic et similis nobis ¶ Cladius xxx annis
esset in cella non levavit oculos ut videret
tectum ¶ Mathois et frater eius ordinati pre-
sbiteri ab episcopo gebalon nunquam consenserunt
sacrificare Sed dicebat senex quod officium
illorum est qui sine querela vivunt Idem
quantum approximat homo deo tantum se pec-
catorem videt ¶ Ypericius ait ministerium
monachi obediencia est quam qui habuit
crucifixo stabit Idem arbor vite est
in excelsis sed non ascendit ad eam nisi
humilitas ¶ Ysydor dixit si sicut vita co-
gitacionum anthonii efficeretur totus ut ignis
Idem non est magnum ut mens tua cum
deo sit sed hoc magnum est ut te videas
sub omni creatura Idem ad puerum mor-
tuum quem pater ante cellam eius iacta-
verat putans eum agere penitenciam ait
Surge foras vade et surgens statim
egressus est Idem cum abraham disci-
pulus eius a dyabolo vexaretur ait demoni
nus non nus non te dimitto donec eum cura-
veris et statim curatus est In die mortis
eius resplenduit facies eius sicut sol
et ait assistentibus Ecce anthonius ab-
bas venit et post paululum ecce chorus
prophetarum venit et iterum plus facies eius
resplenduit et ait Ecce chorus apostolorum
venit et duplicatur adhuc facies eius re-
fulsit et quasi cum omnibus loquebatur
et dicebat astantibus Ecce angeli ve-
nerunt accipere me et rogo ut dimittar
penitentiam modicum dicentibus autem qui ad-
erant non eges penitentia respondit nescio
me vel initium fecisse penitencie et iterum facta est
facies eius ut sol et ait Ecce dominus venit
dicens afferte mihi vas electionis de he-
remo et repletus est totus locus fulgore
et odore eo reddente spiritum ¶ Cum arse-
nius esset in palacio nemo melioribus
vestimentis utebatur Cum factus est
monachus nemo vilius est peioribus tectus
Dicebat autem latinam et grecam erudicionem
apprehendi sed alphabetum rustici istius
nec dum didici Potius nunquam voluit lo-
qui de questione aliqua licet cito ad
aliquid scripsit epistolam in ecclesia columpna
stabat ne quis faciem eius videret
et ne ipse alium intenderet lxxxvii

Quidam frater ¶ De paciencia sequitur
veniens ad cellam cuiusdam senis
ingrediebatur et furabatur eius vic-
tum Cum autem videret senex non illum
arguebat sed amplius operabatur dicens
puto frater ille indiget necessarius est habebat

eum grandem tribulacionem senex propter penu-
riam senis Cum autem moreretur et circum-
darent eum fratres videns eum qui sole-
bat ei furari panem suum apprehendit
manus eius et osculatus est dicens
Gracias ago manibus istis frater quia propter
eas arbitror me intrare in regna
celorum Ille autem compunctus factus est et ipse
strenuus monachus ex actibus senis quos
vidit ¶ Frater interrogabat abbatem sysoim
dicens Si latrones aut barbari super me
irruerint occidere me volentes et ego
superavero potius iubes occidam eos Cui
ille respondit Ne facias omnino sed totum te
deo committe Quidquid enim tibi adversi con-
tigit confitere quod propter tua eveniunt peccata
Dixit senex qui voluntarie nocetur
aut iniuriatur et petit proximo suo secun-
dum naturam xpi est Qui autem nec leditur
nec ledi vult hic secundum naturam adam
Qui autem nocet et iniuriatur hic secundum
dyabolum Senex ait In omni temptacione
que tibi contigit per hominem ne arguas
eum nisi tantummodo dic quia propter peccata mea
contingunt mihi hec ¶ Dicebat abbas pemen
Si quis tibi malum fecerit tu illi bonum
redde ut per bonitatem vincas maliciam
Quidam frater cum eis aliquis iniuria-
batur aut eum invadebat currebat
ad eum dicens isti sunt qui nobis
occasionem prebent ad profectum nostrum qui vero
beatificant nos ipsi decipiunt nos
Alter senex Si quis detraxisset ei
festinabat si vicinus ei erat per se eum
remunerare Si longius manebat
transmittebat ei munera Zacharias
pallium suum deposuit sub pedibus
suis et dixit nisi sic fuerit quis conculcatus
non potest esse monachus ¶ Agapitus
dicentibus sibi fratribus Tu es superbus
et fornicator et detractor et verbosus
et hereticus omnia concessit preter ultimum
dicens quia esse hereticum est esse a deo
separatum lxxxviii De pace fraterna

Abbas hylarion cum visitasset
quendam episcopum obtulit ei in
mensa quoddam de avibus
Cui abbas postquam hunc habitum suscepi
non comedi occisum et dixit ei
episcopus Ego quo habitum istum suscepi
non dimisi aliquem dormire qui aliquid
haberet adversum me nec ego dormivi
aliquid habens adversus aliquem Cui abbas
Ignosce mihi pater quia tua conversacio
maior est mea ¶ Ypericius quidam

monachus dicebat quod omnem virtutem
adversariorum solvit humilitatis intencio
Addebat etiam quod frequenter audivisset
demones inter se loquentes quod ad
iracundiam succendunt corda hominum
si quis sustinuerit paciencie iniurias
quicia et magis quibus rogaverit ea quae
ad pacem sunt dicens quia ego pecca-
vi statim sentimus omnem iram virtu-
tem marcescere quia approximat ei gracia
divine potencie ¶ Quidam senex dixit
Si quis tecum despiciens aut de qua-
dam causa locutus fuit non contendas
cum eo et si bene dicit consenti ei Si non
male dicit ei / tu scies quod loqueris
Sic enim conservans et in humilitate semper
te agnoscit et requiem possidebis
Quidam frater requisivit senem dicens
Si mihi debet paucos annos fre-
quentare eos Cui senex ait Semel
tamen modo illi dic cum humilitate At ille
non possum vincere cogitacionem meam
nisi illi fuero importunus Cui senex
Dimitte cogitacionem tuam et separare
tamen modo fratrem tuum ne contristes quia
monachus es ¶ Aliquis infirmus de ni-
mia abstinencia tussiens excreabat
flegma et nolente cecidit de sputo
eius super alium fratrem Cui cum a cogi-
tacione sua compelleretur ei dicere quiesce
iam et non excreas super me ut superaret
cogitaciones suas tulit quod excreaverat
et mittens in ore suo comedebat et
ad semetipsum dixit / aut non dicas fratri quod
eum contristet aut manduca quod
horres ¶ Abbas pemen qui vocabatur
ut comederet contra voluntatem suam
ibat plorans ne non obediret fratri
suo et contristaret eum ¶ Anathorita
sedebat in spelio multas virtutes fa-
ciens et monachi compulerunt eum hora
non competa comedere et dicunt ei frater
contristatus es quia contra consuetu-
dinem fecisti Ille vero dixit tunc est
mihi tribulatio quando propriam fecero volun-
tatem ¶ Quidam senex dixit Si quis
audit malum verbum a proximo et vim
sibi facit ne forte videat illi malum
et contristet illum talis animam suam
ponit pro anima sua ¶ Dixit quidam
senum numquam desideravi opus quod
mihi utile esset et fratri meo dis-
pendium hanc spem habens quod lucrum fratris
mei fructificatio est lxxxiv De
stabilitate ac perseverancia sequitur

Dixit abbas bessarion quia xl-ta
noctibus stetit inter spinas nec
dormivit ¶ Abbas theodorus fratri
conquerenti quia turbaretur dixit quot
annos habes in ordine isto Cui ait
octo Cui senex Crede mihi quia in or-
dine isto habeo septuaginta annos nec
una die potui requiem habere et tu
in octo annis habere pacem Et alius frater
quesivit ab eo Si fiat subito sonitus
ruine alicuius sit tibi timor Abba
ait ille si celum terre adhereat theodorus
non formidat Poposcerat enim a deo precibus
quia aufferret ei timorem Dixit abbas
ypsimus viator sarcina pergravatus fle-
do et respirando paulatim vie laborem
minuit ita nos ympnis et lectionibus
laborem vie et pondus temptacionum
minuamus ¶ Dicebat senex quod antiqui
non cito movebantur de loco suo nisi tribus
de causis aut si quis aliquid habebat
adversus aliquem et satisfaciens ei non
posset ei placere aut si a pluribus laudaretur
aut si in temptacionem fornicacionis inci-
disset ¶ Senex quidam in heremo longe
habebat aquam a cella sua ubi dum
solus iret in via defecit et ait quid
necesse habeo sic laborare manebo iuxta
aquam Hoc dicto conversus vidit quendam
sequentem et sua vestigia numerantem
Cui ait Quis es At ille Ego sum
angelus dei missus numerare vestigia
tua et reddere tibi mercedem Tunc ille
fortis animo factus est et amovit lon-
gius cellam suam per v miliaria ¶ Dice-
bant patres propter temptaciones non de-
seras locum tuum quia quocumque ieris
invenies quod fugis ¶ Quidam senis
discipulus solitus vespere venire ut
doceret se quadam die invenit eum
dormientem cumque diu expectasset
ipsemet compulsus est dormire tamen con-
torsit sibi septies ne dormiret semper
repugnans cogitacioni Cumque evi-
gilasset senex dixit matutinas cum
illo postea frater in extasi mentis
vidit locum gloriosum et super sedem
vii coronas et ostensum est ei quia disci-
puli eius erat locus et meruerat illa
nocte vii coronas xc De pusillanimitate
et inconstancia etc.

Dixit senex / arbor que frequenter transfertur
fructificare non potest sic neque mo-
nachus frequenter migrans ¶ Quidam
frater ix annis impugnatus est

a cogitatione hac scilicet quod cesset de cogi
tatione et cottidie tollebat pelliculam
suam in qua solitus est iacere ut exiret
et in vespere dicebat Cras hinc recedam
et in mane dicebat Ego torqueamus
nobis hic stare etiam hodie propter deum
Cum tamen ita faciens de die in diem ix
annos adimplesset abstulit deus ab
eo omnem temptationem Quidam frater
in tribulatione temptationum perdidit mo
nachalem regulam nec valens reincho
are monachale opus affligebatur
Senex vero hec audiens exhibuit hoc
exemplum Homo quidam habuit
terram et per negligentiam eius spinis et
ebulis repleta est Cum ergo postea vellet
eam colere dixit filio suo vade et
purga agrum illum et cum ibi venis
set pre multitudine spinarum et ebulorum
animo deficiens ait intra se Quando
purgabo hec omnia et proiciens se in terram
cepit dormire et hoc fecit multis diebus
Quod videns pater ait Fili ad mensuram
latitudinis quod iaces terram occupas
cottidie operare et paulatim proficiens
et patri obediens terram purgavit
Similiter et tu frater paulatim operare et
deus pristinam restituet te in ordine
tuo Senex quidam frequenter solitus
egrotare uno anno non egrotavit
ideo graviter afflictus plorabat
dicens dereliquit me dominus et non
visitabit me Frater quidam propter cogi
tationes suas desperatus et ad seculum
rediens audivit vocem dicentem
Temptationes tue quas ix annis
sustinuisti corone tibi sunt Revertere ergo
et sublevabo te a cogitationibus
Achillas fratri interroganti pacior
accidiam respondit quia non dum vidisti
requiem quam speramus vel tormenta
que timemus hec enim si diligenter inspi
ceres de cella plena vermibus usque ad
collum accidiatus non esses Cum
quidam frater abbatem Sysoim frequenter
taliter requireret dicens Quid faciam
pater quia cecidi Surge inquit Ille
non et surrexisse et iterum cecidisse
confesso respondit non desistas surgendo
Cui frater usque quo possum surgere At ille
usque quo aut in bono opere aut in malo
deprehensus occumbas In quo enim
opere fuit bono deprehensus scilicet eo iudi
tabitur XI De presumptione
et iactancia sequitur Rubrica

Quidam anathorita cum venisset ad
abbatem Pemenem suscepit eum
senex cum leticia et cepit anatho
rita de scripturis sanctis et de rebus cele
stibus conferre Tunc senex vertit faciem
suam ad alium fratrem et ullum anatho
rite dedit responsum Ille non egressus est
tristis Ingressus autem discipulus ad
abbatem dixit propter te venit huc ho
mo iste magnus tantam gloriam in locis
suis habens et tu non vis loqui cum ipso
Respondit senex Ille de superioribus est
et celestia loquitur Ego autem de inferi
oribus sum et terrena tantum possum loqui
Egressus ergo discipulus dixit ad ana
thoritam At ille compunctus ingressus mo
ne ingressus ad senem dixit Quid fa
ciam abba quia passiones cordis mei
dominantur michi Tunc senex respexit
eum gaudens et dixit Ecce bene ve
nisti pater Aperi os meum et imple illud
bonis tuis et consermone imitatus ana
thorita dixit ... et Imitate bona
est h... via quam tenes et
vera et agens senex gratias reversus est
in suam regionem Quidam senex
dixit Ego iam mortuus sum seculo
huic Cui alter ne confidas in te donec
egrediaris de corpore Nam et si dicas
quia mortuus sum dyabolus tamen non dum
mortuus est Quidam senex dum per
quinquaginta annos esset in deserto neque
panem neque aquam ad satietatem
accipiens dicebat quod cecidi in avari
ciam et vanam gloriam Quod cum
audisset abbas Abraham venit ad eum
et dixit ei Ecce dum per viam ambu
las vides lapides et massam auri
numquid potest cogitatio tua illud similiter
illis iudicare Dixit ei senex Non At
ille Ecce venit avaricia sed ligata est
Item dicat ei hic diligit et laudat alter
vero te horret et detrahit Si utrique
veniunt ad te nec utrosque similiter aspicis
dixit senex non sed pugno cum cogi
tatione mea ut et illum diligam quem
horreo Cui Abraham ecce vivunt in te
passiones adhuc sed ligate sunt
Venerunt aliquando tres fratres ad quendam
senem in scithi et eorum unus dicens
Abba quemadmodum novum et vetus te
stamentum memorie Respondit senex
Replesti verbis aerem Secundus non dicens
vetus et novum testamentum ego scrip
si per memetipsum Dixit autem et huic

et tu replesti fenestras cartis Tunc
dixit mihi in foculare hec ascenderit
et vidit senex et dixit et tu compili
sti ante hospitalitatem Johes breuis sta
tura dixit fratri suo maiori quod vellet esse
securus sicut angeli dei qui semper
deo fruunt et deponens vestimenta
sua abyt et mansit in heremo iuxta per
ebdomadam tandem redyt et pulsauit
ad hostium celle et quesiuit frater eius
quis esset Cui ille Ego sum iohannes
et dixit frater Si iohes angelus est factus
iam non habet inter homines necesse co
uersari et dimisit eum multum affligi
tandem aperuit dicens Si homo es hec
opus tibi operari ut viuas Si autem an
gelus quid queris intrare cellam Et
ille Ignosce michi frater quia peccaui//
Dixit abbas lucius cuidam qui vole
bat carere sollicitudine et fugere hoies
nisi vitam tuam correxeris solus habi
tans corrigere non valebis xvi De
fugienda inani ... gloria sequitur

Abbas listrion ... cum
fratre alio ambulabat in heremo
et videntes draconem ambo
fugierunt et ait frater et tu times
pater Cui senex Non timeo fili sed ex
pedit ut fugiam spiritum vane glorie
Quidam monachus constantinopoli temporibus
theodosy habitabat in parua cellula for
tuitatem Audiens imperator solus
prexit et non cognouit quod esset impera
tor festinauit et misit aquam et sal
et buccellas et comederunt pariter Tunc
dixit ei/ Ego sum theodosius imperator
et ob deuocionem tui veni huc Beati
estis vos qui securi ac liberi de nego
tys seculi tranquilla et quieta perfruimini
vita Ecce in regno natus sum et nunc
in regno dego et sine sollicitudine
nunquam cibum capio et ita regressus est
abeo Eadem vero nocte cepit dei fa
mulus intra se cogitare dicens non
solum de populo sed etiam de pallacio
quam plurimi exemplum imperatoris
secuti ad videndum me venturi sunt
et honorem michi tamquam seruo dei
deferendo non cessabunt/ timeo ne for
sitan malignus michi subripiat et
libenter incipiam eos suscipe et cum de
lectaretur cor meum laude eorum et
honore ac per hoc iam incipiam virtute
humilitatis perdere Eadem ergo nocte
fugit inde et prexit in egiptum

ad sanctos patres in heremum Quidam se
nex dixit Cum ab hominibus amplius ho
noratur non paruum anime dampnum patitur
Idem dixit Cum cogitacio vane glorie
vel superbia repugnat perscrutare teipsum si
omnia mandata dei conseruasti et si inimicos
tuos diligis Si gaudes in gloria inimici
tui et contristaris in delectacione eius
et si habes apud te quod seruus inutilis
es sciens quod elata cogitacio omnia bona
dissoluit Venit iudex prouincie videre
abbatem et ille audiens operuit se sacco
et in manu cepit panem et caseum et
sedit in ingressu celle sue Quem cum vidisset
iudex contempsit eum dicens Est ne hic
homo de quo talia audiebamus et re
cessit Dixit sancta sincletice sicut
manifestus thezaurus cito expenditur
sic quelibet virtus cum in notitiam vel publica
fuit exterminabitur Sicut enim cera a facie
ignis soluitur et anima laudibus in
anitur et virtutum vigorem amittit// Aly
in cellis festiuitate celebrata edebant
fratres in ecclesia inter quos vnus misit sibi
afferri sal quia non comedebat coctum
et minister clamauit coram omnibus afferat
aliquis sal quia coctum non comedit/
Quidam autem senex surgens dixit illi fratri
Expedierat tibi hodie comedisse carnes
in cella tua quam hanc vocem audisse
coram omnibus tantis fratribus pastor autem
ait Non est dimittendum bonum opus propter
vanam gloriam que coinquinat illud//
Duo cum homines erant agricole vnus ex
eis seminauit collegit pauca et sordida
Alius nichil seminauit et nichil collegit
Fratrer igitur fame quis euadet xvij
Frater ¶ De ira cauenda sequitur
requisiuit abbatem ysaac quare
te demones ita timent Ait Ex
quo factus monachus sum statim apud me
ut iracundia me foras guttur meum
non procedet ¶ Achillas expuens sanguinem
dixit Verbo cuiusdam fratris qui me
contristauit et factus est sanguis in ore
meo dum conarer illud seruare apud
me ¶ Abbas Johannes quesiuit ab abbate
esyteo qui xlta annis habitauerat in summi
tate heremi a nullo homine facile molestiam
patiens/ Dic michi quid profecisti Cui ille
Nunquam me vidit sol manducantem
et Johannes nec me irascentem / Frater
quidam quia sepe mouebatur ad iram
recessit a congregatione et habitauit solus
Cumque die quadam implesset fontulam

aqua posita in terra vsabatur et iterum
impleta vsabatur et fecit similiter. Tunc
percipiens q[illegible] ab eodem demone
iracundie sit [illegible] illusus quo prius
redijt ad congregacionem. Dixit senex imitari
debet monachus canem venaticum non illum
qui viso lepore sequitur et postea lassatus
revertitur. Sic non nec vepres nec spinas
nec precipicium timet donec apprehendat.
Ita monachus qui deum querit crucem indesinenter intendat et quecumque occurrerint
scandala leniter pertranseat donec ad crucifixum perveniat. **xiiij De temeracione contemptu fratris**

Frater quidam impugnatus a spiritu fornicacionis confessus est cuidam seni qui non benigne
corripuit eum sed ait indignum eum nominari monachum qui sic temptatur. Ille autem
desperans relicta cella redijt ad seculum
dispensacione autem dei occurrit ei abbas
Appollonius. Cui quesita causa fuge
consolatus est eum blande dicens. Inhac
etiam etate valde huiusmodi cogitacionibus
temptor. Revertere ergo frater ad cellam suam.
Tunc accessit Appollonius ad hostium celle
illius senis qui sic eum desperare fecit
et oravit ut et ille alterius fratris bellum
sentiret et ille liberaretur. Tunc vidit quendam
primum ethiopem inmittentem sagittas in
senem. Tunc senex adeo turbatus est
quod ipse eadem via ad seculum redijt. Cui
occurrit Appollonius dicens. Revertere
in cellam tuam et recognosce fragilitatem
tuam et compatere proximis tuis et oracione
facta a cogitacionibus liberatus est et redijt
in cellam suam. ¶ Quidam frater requisivit abbatem Pomenem quomodo possum
invenire arbitrari abeo qui homicida
est. Vidit dicas intencione ipso iste quidem
hoc solum peccatum fecit. Ego autem omni hora
homicidium committo in me ipsum inficiens
et cum sola est iusticia hominis ut se ipsum
reprehendat. ¶ Venit abbas Ysaac in cenobium et vidit ibi quendam fratrem negligentem et iratus iussit eum expelli.
Cum ergo egrederetur ad habitaculum suum
venit angelus domini et stetit ante hostium
celle eius dicens. Vos te premitto inquid
Tulerunt homines iudicium et non michi
preuenerint illud dicat dominus. Hoc autem dictum
est quia si contigit de illis perfectis
aliquid ut in primo peccare mox perditur. ¶ Contigit fratri cuidam culpa
in cenobio et ceperunt exprobrare ei.
Ille vero se fecisse negabat. Erat
autem ibi Pafnucius Cephalus. Vidi inquit
in ripa fluminis hominem usque ad
genua in limo demersum. Venientes
autem quidam ut eum porrecta manu
traherent usque ad collum demerserunt.
Quo fratres sermone compuncti eum qui desperaverat ad cenobium revocaverunt. ¶ Dixit
quidam senex. Si videris aliquem peccantem ne mittas culpam in eum sed in illum
qui impugnat eum dicens. Ve michi
quia iste nolens victus est. Sic et ego
et plange et inquire dei placitum quia
omnes decipimur. Abbas Pastor ait. Si
vis requiem invenire in hoc seculo et
in futuro in omni causa dic quis sum ego
et non iudices quemquam, nullum spernans neque contempnens et nulli obloquaris.
Presbiter iussit quendam fratrem qui peccaverat exire de cella et abbas Bessarion
exivit cum eo dicens et ego peccator
sum. **xv De suspicione et detractione**

Egressi sunt aliqui de monasterio
fratres ad visitandum eos qui in
heremo morabantur patres. Cum autem
venissent ad quendam heremitam senior
suscepit eos cum gaudio grandi et gaudio / videns eos fatigatos detinere
ante horam nonam fecit eos
reficere et quidquid habebat in cellula
sua apposuit eis. Vespere orationes et psalmos secundum consuetudines compleverunt.
Simili nocte dictus autem senior separatim quiescebat sibi et audiebat
eos loquentes et dicentes inter se
quia iste heremite melius cibantur
quam qui in monasterijs conversantur. Hoc
audiens tacuit et cum illuxisset
dies arripuit viam ad alium qui in
vicino habitabat. Cum autem egrederentur
dixit eis senior. Salutate eum ex
me et dicite ei observa et noli irrigare olera. Ipse non audiens intellexit
ut huius rei causam et tenuit eos dedit
quod eis ut operarentur texentes sportas
sedens quoque cum eis ipse non cessavit
de opere manuum. ¶ Vespere autem postquam completas orationes dixit eis. Nos quidem
consuetudine non habemus ieiunare cottidie sed propter adventum vestrum oportet
nos hodie cenare et apposuit eis
panes siccos et salem dicens quia
propter nos debemus amplius aliquid
cenare. Misit autem modicum aceti
et modicum olei et cum surrexisset
de mensa cepit iterum psallere usque ...

lucem et dixit eis Non possimus propter
nos omnem canonem psallere et uos repau
sare modicum quia decursu fatigati
estis Cum autem factum fuisset matutina hora
prima noluerunt recedere abeo sed non permisit
eos senior dicens propter caritatem tenebo
nos alios tres dies Illi non surrexerunt
nocte latenter et fugerunt Cumque alii
sederent fratres unus quendam laudauit
dicens bonus est ille frater qui mala horret
Cui senex et quid est mala horrere Ille
horret mala qui sua ipsa et omnem
fratrem beatificat et diligit ¶ Frater quidam
requisiuit abbatem pemenem quomodo potest
uitare homo ne mala loquatur de proximo
Respondit Ego et proximus meus
due ymagines sumus Cum ergo meam
ymaginem perspexero et reprehendero
me inuenitur ymago fratris mei apud
me venerabilis Quando autem meam lau
dauero fratris mei ymaginem prauam respi
cio/ tunc autem de alio non detraho ei sed
me reprehendo Pastor ait Quacumque
hora tetigimus petram fratris nostri tetigit
deus nos et qui perdiderimus prodit
Idem ad eum qui fratrem suum expellit
indignat duo homines erant in loco
uno et habebant ambo mortuos et
reliquit unus mortuum suum et abiit
plorare mortuum alterius xvii De temp
tacionibus demonum Rubrica

Dicebat quidam thebeus senex
quod filius esset sacerdotis
ydolorum et cum quodam die
videret patrem suum in templo sacrifican
tem ydolis vidit et sathanam cum
milicia eius ei astantem Quem cum
demones adorassent retulerunt fla
gicia nequicie sue Huiusmodi unus retulit
se per xxx dies homines unius prouincie
plurimos occidisse Alius retulit se per
plurimos inmersisse in mari per xx dies
Alius se missum fuisse quibusdam nupciis
et sponsum occidisse et multam sanguinis
effusionem per x dies incitasse Hec cum
audisset sathan precepit eos omnes fla
gellari dicens Cur tam tempore longo solo
hec complestis ¶ Postremo vero quidam
ait per se per xl annos incitasse quendam
monachum in heremo ad peccandum et
nunc illa nocte compulisse eum fornicari
Tunc surrexit sathanas et deoscu
latus eum imposuit capiti eius coronam
quam habebat dicens se maximum
quid egisse Beatus abbas pachomius
dicebat fratribus Sicut michi testis est deus
sepe audiui inmundos spiritus demonum loquen
tes inter se varias [illegible] artes suas
quas contra sancientes deos maxime
contra monachos habent/ Quidam enim
eorum dicebant Ego ad durissimum hominem
tam habeo et quotiens ei immitto pra
uas cogitationes statim prosternit se in orationem
cum gemitu et cum grandi confusione
egredior Alius dicebat ego ad illum quem
obseruo cum cogitationes immisero consentit
et suscipit eas ¶ Sepe enim cor ardescere
cum in iracundiam facio et incitamentum
rixe et pigricia moueo et dormita
tionem in psalmodia immitto et non concedat
michi ¶ Quidam frater impugnabatur a spiritu
blasphemie et erubescebat dicere Cum
ergo frequenter ad abbatem pemenem perue
nisset dixit ei Ecce frequenter venis
ad me habens cogitationes et sic remeas
tristis iterum illas reportans Dic ergo
quid habes Mox ut aperuit tamen senior
eius impugnatio apparuit et dixit
ei senex Ne contristeris fili Cum enim
cogitatio venit dic blasphemia tua
sit te sathana/ habet enim causam anima
non vult ¶ Abbas ysidorus quotiens
illi cogitatio dicebat quia magnus
es respondebat ad se Numquid talis sum
qualis anthonius Quando vero demo
conturbans eum suggerebat ei de
speracionem dicebat Quamuis ego intor
mentis mittar tamen nos subtus me in
venio ¶ Quidam frater requisiuit senem
cur tam frequenter impugnatur a demonibus
Respondit quia arma nostra proicimus ¶ Idem
senex dixit Sicut ad succensam ollam
musce non appropinquant Si vero tepida
fuit insident in eam et faciunt ver
mes ita et monachum succensum igne
diuini spiritus fugiunt demones tepidum
non illud ut et sequitur xviii De temp

Frater quidam ¶ tacione carnis sequitur
nolens cum matre sua transire flu
uium manus suas inuoluit pal
lio eius et portauit eam ultra Interro
gatus autem quare sic fecisset Respondit
quia corpus mulieris ignis est et eo ipso
quod contingebam te veniebat in memoria
de aliis mulieribus ¶ Abbatissa Sara
impugnata xiii annis a spiritu fornicationis
petebat a deo fortitudinem et non amo
tionem Cum tandem apparuit spiritus fornica
tionis corporaliter dicens vicisti me Sara
At illa Ego non te vici sed dominus meus xpistus

Quidam senex in monasterio habuit filium qui
ibi nutritus nesciebat quid mulieres
essent. Cumque factus esset vir inmittebat
ei demon species et habitum mulierum. Ille autem
retulit patri qui mirabatur. Cumque cum
patre descendisset in egiptum videns mu-
lieres ait: isti sunt qui veniebant ad me
de nocte in heremo. Admiratus ergo pater de-
monum fraudulentiam ait: fili isti sunt
monachi seculares qui alio utuntur habitu
quam heremite. Sicque statim reversi sunt in
cellam suam. Quidam frater temptationibus
probatus nimium affligebatur a diabolo pro
memoria cuiusdam mulieris. Cumque nunciatum
esset ei a quodam fratre veniendo de egip-
to uxor illius mortua est. Erat autem illa
de qua inquietabatur. Surgens nocte venit
ubi audierat eam esse sepultam et fo-
diens locum accepit saniem putredinis
in vestimento suo et tulit in cellam suam
et cum nimis feteret ante oculos suos po-
suit dicens: Ecce habes tuum desiderium sa-
tia te eo. Sicque castigabat se donec mo-
reretur concupiscentia sua. Quidam frater nimium
a spiritu fornicationis vexatus noluit re-
dire ad seculum sed altius montis ascen-
dens arctiorem heremum petivit. Cumque
xxx dies moram fecisset vidit opus
demonum coram eo stetit quasi mulier
ethiopissa fetens et pre fetore non ferens
abiecit eam et gratias agens surrexit et abiit
ad patrem dicens: modo nolo redire ad se-
culum. Senex quidam inflammabatur
et videns obsequium et laborem fratrum
ait: vado in egiptum. Cui abbas moyses:
non vades quia incipis esse in fornicationem (?).
At ille hoc graviter ferens ait: mortuum
est corpus meum et tu michi ita dicis.
Surrexit igitur et abiit. Erat autem virgo
quedam fidelis frequenter veniens ad
domum patris eius quam postmodum corru-
pit et ex ea filium genuit et postmodum
convalescens tulit puerum in humeris suis
die festo fratrum in scythi et intravit
ecclesiam coram omnibus quibus lacrima-
tibus ait: Ecce fratres filius inobedientie
est iste. Orate ergo pro me. Sicque permansit
in loco suo post. Quidam senex quen-
dam hospitavit in domo sua. Cumque
ultra modum peccata torqueretur accen-
dit lucernam et posuit in digitos suos
et combustionem non sensit pre ardore
alio. Sicque omnes alios combussit. Mane
vero venientibus iuvenibus ad mulierem
quibus spoponderat illa se erecturam (?)
senem de cella sua ait senex: videtis
quam male filia ista diabolica perdidit
omnes digitos meos. Ecce non dormivit.
Quibus illam excitantibus nichil respondit
mortua enim erat et viri sancti oratione
resuscitata est. Sicque quinque (?) postmodum
penituit. Frater quidam impugnabatur a spiritu
fornicationis et sedens in medio egipti
vidit filiam cuiusdam sacerdotis paga-
norum et petiit eam a patre. Qui renuit (?)
nolo contempnere deos meos et abiit et ait
monachus quidam filiam meam vult habe-
re, do ne eam illi. Cui demon: ne dederis
ei donec renunciaverit deo suo et bap-
tismo et proposito et tunc dabis. Tunc
sacerdos abiit ad fratrem et hec omnia re-
tulit. Qui monachus consensit et vidit
statim quasi columbam de ore suo
egredientem et volantem in celum.
Tunc sacerdos consuluit demonem. Cui
dixit: ne dederis ei quia adhuc
deus suus iuvat illum. Et rediens
sacerdos hec omnia dixit monacho. Tunc
compunctus monachus ait: Si tam (?) deus
meus bonus michi pro malo reddidit
et cuiusdam senis consilio penitenciam agens
meruit columbam iterum videre intrantem
in os eius quam prius amiserat.

Item adhuc de eodem sequitur

Quidam frater molestiam sustine-
bat a spiritu fornicationis frequenter
autem veniente ad se videns seniorem
et deprecante se ut pro se oraret valde
contristatus mirabatur quia non ex-
audivit deus orationem eius. Facta autem
nocte vidit sedentem illum monachum
et spiritus fornicationis in diversis mulierum
formis ante illum ludentes et ipsum
cum eis delectari et angelum domini
astantem et indignantem graviter
contra eum quia non surgebat neque
prosternebat se orationibus addens. Hec
ergo omnia sunt revelata seniori.
Quia culpa et negligentia illius monachi
erat ut non exaudirentur orationes eius
et tunc dixit ei: tua culpa est frater
quia condelectaris cogitationibus
malis. Impossibile est enim discede-
re a te spiritum fornicationis aliis orationibus
et deum pro te deprecantibus nisi et
tu ipse laborem assumas in ieiuniis et
orationibus et vigiliis et sicut ille qui
infirmatur non se abstinuit a noxiis ci-
bis nichil ei proficiet cura et sollicitudo
medicorum. Hoc audiens frater compunctus

est et secundum doctrinam senioris semet ipsum afflixit et recessit ab eo spiritus immunde passionis. Erat quidam frater adolescens in cenobio cui nulla continencia nulla operis magnitudine carnis flammam poterat extinguere. Cumque ad patrem monasterii huius eius temptacio prolata fuisset hac eum ille arte sanavit. Imperavit cuidam viro gravi et approbato iurgiis atque conviciis infestaret adolescentem et post irrogatam iniuriam primus veniret ad querimoniam. Cumque imperata sibi perficeret insuper et vocati testes pro eo loquebantur quam contumeliam adolescenti fecerat. At ille cepit flere contra calumniam et sedebat solus omnique auxilio destitutus ad ihesu pedes iacebat quod nulla ita totus animus ductus est. Anno completo interrogatus super cogitacionibus pristinis an molestie aliquid sustineret. Vides dixit ipse vivere non licet quemadmodum fornicari libet. Cypichinus ait. Sicut leo terribilis est onagris ita probatus monachus cogitacionibus sordidis. Pastor ait. Sicut spatarius principis ei assistit semper sic oportet animam esse semper paratam adversum demonem fornicacionis. xxix

De utilitate temptacionum sequitur.

Discipulus cuiusdam senioris impugnabatur a spiritu fornicacionis sed auxiliante gratia dei resistebat viriliter. Senior videns eum ita laborantem dixit ei Si vis o fili deprecor deum ut auferat a te istam impugnacionem. Ille vero videt et si laborem sustineo sencio tamen fructum quia [illegible] et amplius ieiunio et vigiliis et in oracionibus collecto [illegible] ores deum ut michi det virtutem quatenus possim sustinere et certare legitime. Dicebat quidam senex Ubi valet pastor oculos animalis ad molam tenentis contexerit seu animal et comedet labores suos ita et nos velamen accipimus secundum dispensacionem dei ne videamus bona et beatificantes nos perdamus mercedem nostram. Sordide cogitaciones velamen sunt modicum huius boni operis. Quidam senex dixit Permittit dominus laborare suos ut rememorentur tribulacionum labores unde semetipsos custodiunt timentes ne tantos labores amittant. Nam et filios israel prope desertum xl annis circumduxit ut rememoratis tribulacionibus non redirent retrorsum. Orsisius dixit Sicut tamen crude regule in fundamento non durat cocte durat ut lapis sic temptacionum igne coctus. Olinus si cogitaciones fornicacionis non habes operaciones habes. Qui enim cum cogitacione adversus peccatum non pugnat corporaliter peccat. Agathon ait Nichil est peior passio quam fiducia.

De remediis contra impetum prave cogitacionis Rubrica sequitur.

Frater quidam dixit seni Quid faciam quia occidit me cogitacio sordida. Dixit ei senex Mulier cum vult puerum suum ablactare perungit amaro uberibus suis et cum consuetudine voluit puer sugere senciens amaritudinem fugiet. Tu ergo mitte in cogitacione tua cogitacionem amaram mortis et tormentorum que parata sunt peccatoribus in futuro. Abbas Zenon cum post laborem rediret iuxta cucumerarium dicebat ei animus Tolle tibi unum cucumerem et manduca. Tunc consurgens stetit v. diebus in camera et deficiens semetipsum in sole dicebat quod ei animus suus non se portare posse tormenta. Tunc dixit intra se Si tormenta ferre non potes non rapias quod manduces. Dixit quidam senex Sicut venenata animalia forciores herbe vel pigmenta compellunt ita cogitaciones nos sordidas oracio cum ieiunio compellit. Quidam frater requisivit senem dicens Si michi debet aliquis paucos nummos repetam eos. Cui senex ait Ego in hac causa numquam impugnatus sum. Scandalisatus ipse venit ad alterum senem et dixit ei Impia nam numquam locutus est dixit ei ille Non simpliciter dixit et homo dei vade ut dicat tibi virtutem ubi. Reversus est ad senem et dixit Rogo te explana michi quemadmodum non es impugnatus. Dixit ei senex Ego non feci sum moechus non sum saciatus neque pane neque aqua neque somno et horum omnium cogitacio non me permisit habere pugnam quam tu dixisti. Abbas Pemen dixit In nullo sic gaudet inimicus quam in illo qui non vult cogitaciones suas manifestare. Dixit abbas Evagrius mentem errantem et instantem solidat leccio et vigilie et oracio. Concupiscenciam vero fluentem madefacit esuries et labor et sollicitudo. Iracundiam autem reprimit psalmodia et

longanimitas et vita ¶ Quidam venit
ad eundem abbatem et dixit ei / multe co-
gitaciones veniunt in animam meam et
periclitor in eis et eiecit eum senex sub
aere nudo et dixit Expande sinum
tuum et apprehende ventum At ille
dixit Non possum hoc facere Et dixit
senex Nec cogitaciones prohibere potes
ne intrent sed tuum est prohibere eis
resistere ¶ Moyses dixit Da passionibus
tuis sinum pignus et discedunt a te
Dimittunt enim inte nadia ca[illegible] Idem ait
pastor adamon Si non porrigas manus
tuas cogitacionibus malis et ociose
erunt sicut securis et gladius sine fe-
riente non ferit Idem ad ysaac Capsa
plena vestibus si dimissa fuit longo
tempore putrificient in ea vestes Ita
et cogitaciones nostre si non fecimus
eas corporaliter Idem ad Joseph Ser-
pens si longo tempore clauditur in
vase moritur Sic et cogitaciones
clause etc

Explicit secunda pars speculi hysto-
rialis Vincencii [illegible]
Anno domini Millesimo quadringente-
simo decimo nono etc Sequitur

